INDEX LIBRI TERTII.

LIBRI TERTII
Diſtinctio.j. Quæſtio.j.

VTRVM ſolus filius dei naturam humanã ſibi uniuit in unitatem ſuppoſiti. 1 A
Incarnatio uerbi ẽ intellectu difficilis. 1 A
Et quid ſit intelligendum nomine incarnationis. 2 B
Item diſt. v. q.j. 71 E
Item in quo differunt ſuppoſitum, perſona, & natura. 2 B
Item diſtinct. v. 70 A
Perſona eſt terminus priuatiuus multis communicabilis. 2 B
Communicabile, ut quid, & quo, quid eſt. 2 B
Perſonæ diffinitio ſecundum Ockam cũ ſua declaratione. 2 CD
Ens completum quid eſt. 3 C
Aliquid dicitur perſonari dupliciter. 3 E
Omnis creatura in ſe ſubſiſtit, uel dependet ad per ſe ſubſiſtens. 4 E
Recitatur opinio tenens, ꝙ creatura perſonatur entitate paſſiua, & ſoluuntur rationes Scoti ad oppoſitum. 4 F
Vnio hypoſtatica quid eſt. 4 E
Vnde ſurgit difficultas intelligendi unionem naturæ humanæ cum diuina, ſiue incarnationis myſterium. 2 B
Opinio Gregor. tenentis, ꝙ unio naturæ humanæ ad uerbum, nihil dicit poſitiuum diſtinctum a natura humana, & uerbo. 6 G
Sed hæc opinio improbatur cum ſolutionibus rationum ſuarum. 7 H
Opinio cõtraria Sco. & Ockam, ꝙ unio ſit entitas poſitiua relatiua. 8 I
Rationes ſoluuntur. 20 V
Qualis ſit illa relatio, in quo fundatur, & cui unioni in creaturis magis aſſimiletur. an ſit relatio mutua ordinis &c. 9 K
Formæ ad ſubiectum eſt conſiderare duplicem habitudinem: & cui ex illis aſſimilatur unio illa. 10 K
Perſonari, ſeu ſuppoſitari quid eſt. 4 E
Diffinitio incarnationis, & ꝙ incarnatio non dicit paſſionem. Et ꝙ paſſiuum correſpondet huic actiuo incarnare. 10
Item diſt. v. 71 C
Opinio tertia, ꝙ unio ſit qualitas abſoluta, & ꝙ omnis entitas poſitiua ſit abſoluta, & nulla ratio ab abſolutis diſtincta. 11 M
Quid requiritur ad terminandum ſuppoſitalem dependentiam. 12 N
Item quæſtione. ij. 26 F
Humana natura non unitur primò eſſentiæ: ſed primò perſonæ. Et quæ ſit ratio formalis terminandi unionem perſonalem naturæ humanæ: an eſſentia, uel proprietas relatiua: an perſona. 12 NT
Item quæſtione. ij. 33 N
Oſtenditur poſſibilitas huius unionis perſonalis naturæ humanæ ad uerbi

perſonam tantum. Similiter & fa-ctum,& ꝙ eſt articulus fidei naturaliter indemonſtrabilis. 14 O
Qualis proportio requiritur unibilium adinuicem:& ꝙ perfectionalis diſtantia nihil impedit: ꝙq; contrarijs repugnat uniri adinuicem: ſed non infinite diſtantibus in perfectione:ꝙq; uniti aliqua non eſt hoc fieri illud. 15 P
Cur una perſona poteſt aſſumere naturā humanā ſine alia: & non poteſt creare ſine alia. Q. Ibi quid ſit perfectio. 16
Item in j. diſt. vij. q. iij.
Vtrum tres perſonæ poſſint eandem naturam aſſumere ſimul, & ſemel. Recitantur opiniones Scot. & Ockam. 17 R
Differunt cauſa totalis, & cauſa ſufficiens. 18 S
Idem effectus poteſt dependere a diuerſis cauſis ſufficientibus: ſed non totalibus. 18 S
Dependentia eſſentialis dupliciter accipitur. 18 S
Vniones numerantur ſecundum numerū terminorū:ꝙq; in caſu non eſſent una perſona,ſed tres:ſi pater,& filius, & ſpiritusſanctus eandem naturam aſſumerent. 18 S
Eſſentia diuina non poteſt ſuppoſitare humanam naturam: licet poſſit ei uniri. 19 T
Differunt uniri alicui, & ſuppoſitari ab aliquo. 19 T

Quæſtio.ij. Diſtinctionis primæ.

Vtrum uerbum, & quælibet perſona diuina indifferenter poſſit aſſumere naturam quamlibet ſuppoſitaliter. 21 A
Aſſumi ſuppoſitaliter non eſt fieri ſuppoſitum. 21 A
Item diſtinct.v.q.unica. 21 B
Opinio tenens partem affirmatiuā quæſtionis,quæ eſt Scot. & Ockam probatur multis rationibus. 21 A B
Illæ ſunt poſſibiles:deus eſt lapis,damnatus, diabolus,& hoc ſecundum unam opinionem. 22 B
An illa ſit concedenda: deus eſt peccator, ſi aſſumeret naturam peccatricem. 22 B
Et ſi deus aſſumeret albedinem,non ideo diceretur albus. ibidem.
Recitatur opinio contraria tenens partem negatiuam quæſtionis,ſcilicet uerbum non poteſt quālibet naturā ſuppoſitaliter aſſumere. 23 C D
Vnio ſuppoſitalis diſtinguitur ab extremis unitis. 23 C
Triplex eſt gratia chriſti ſingularis perſonæ capitis,& unionis: & quomodo ſe habēt adinuicem:ꝙq; poſterior præſupponit priorem. 23 C
Gratia unionis eſt perfectiſſima omnium gratiarum creatarum. 24 C
Nulla natura non gratificabilis eſt aſſumptilis. 24 D
Gratia unionis inhæret portioni ſuperiori animæ. 24 D
Et ꝙ per gratiam unionis inhærentem animæ tota natura humana partes, & proprietates uniuntur uerbo. 24 D
Reſponſio ad rationem alterius opinionis: quomodo .ſ. repugnat potentiæ diuinæ aſſumere naturam non gratificabilem,& q. etiam repugnat naturæ aſſumendæ irrationali. 25 E
Exponitur non eſt impoſſibile apud deū omne uerbum. 26 F
Diſtantia naturæ irrationalis a diuina in dignitate,nō eſt cauſa repugnātiæ, ꝙ non eſt aſſumptibilis a uerbo. 26 E F
Maius, & minus dupliciter accipiuntur. 25 E
Ad quem ſenſum conceditur omnia eſſe in æquali potentia obedientiali dei. 27 F L
Caro in ſepulcro fuit unita uerbo per unionem inhærentem animæ ſeparatæ non carni. 27 F
Reſponſiones ad rationes ſecundæ opinionis contra primam. 28 G
Vtrum natura humana ſit unita uerbo una,uel pluribus unionibus. 28 H
Vtrum perſona diuina poſſit aſſumere perſonam creatam. 29 I
Vtrum humana natura ſit in potentia neutra ad proprium ſuppoſitū. 30 K
Vtrum

Vtrum ſuppoſitum diuinū poſsit ſimul plures naturas aſſumere in numero, & ſpecie diſtinctas: quod ſi ſic, quę eſſet illius aſſumpti figura: & an eſſent duo ſuppoſita, uel unum. 30 L
Vtrum ſuppoſitum creatum poſsit aſſumere aliam naturam creatam, & terminare eius dependentiā ſuppoſitalē duplex reſponſio. 32 M.N
Quid requiritur ad dependentiam ſuppoſitalem poſſe terminare, an aſſumentis infinitas, & independentia ultimata. 33 M.N

Diſtinctio ij. Quæſtio unica.

Vtrum uerbum ſimul tempore aſſumpſit humanam naturam, & quamlibet eius partem immediatē. 34 A
In incarnatione attenditur corporis formatio, animatio, aſſumptio. 34 A
Incarnatio quid eſt. 34 A
Duplex eſt ordo tēporis naturæ. 35 B
Inter corporis formationem, animationē, & aſſumptionem fuit ordo naturę & nō tēporis. Et p omnia hęc in uirgine perfecta ſunt in inſtāti. 35 C
Quid dicat alicui uniri mediatē: quid immediatē. 35 D
Duplex medium: extrinſecum: intrinſecum. 35 D
Item congruitatis, & neceſsitatis quod, & quo. 36 D
Medium unionis quid eſt, ſeu quid dicitur. 36 D
Duplex reſponſio ad illam partem quęſtionis, ſecūdum duas opiniones præcedenti quæſtione recitatas. 36 E.F
Quod uerbum aſſumpſit naturam ſingularem propria ſingularitate. 37 B
Rationes cōgruitatis incarnationis ex parte reparatoris, reparabilis, & reparationis. 38 H
Vtrum ſi homo non peccaſſet, deus incarnatus non fuiſſet: opiniones duę: & ſoluuntur rationes utriuſque, & relinquitur problema neutrum. 39 I
Cur opus incarnationis eſt dilatū uſque in finem ſeculi. 42 K

Diſtinctio iij. Quæſtio j.

Vtrum uirgo Maria mater dei fuerit aliquādo maculata pctō originali. 43 A
Quadruplex ſanctitas, & ſanctificatio. 43 A
Duplex hominis conceptio: ſeminum & naturarum, quę eſt animatio. 43 A
Opiniones duę contrarię. Primò recitatur opinio prima, tenens partem affirmatiuam ſancti Thomę, & aliorum cū ſuis motiuis. 44 B.C
Quod ſolum anima intellectiua eſt ſubiectum culpæ & gratiæ. 44 B
Virgo ante conceptionem ſecundam, quæ eſt animatio: non fuit ſanctificata. 44 B
In ipſa animatione contraxit originale ſecundum illam opinionem. 44 B
In utero ante eius natiuitatē beata uirgo eſt ſanctificata. 46 E
Reſponſio uera ad quæſtionē. 47 G.F
Quod quęſtio non eſt de poſsibili: quia multis modis deus potuit matrem ab originali peccato pręſeruare: ſed eſt de facto. 47 F
Quid dicit originale, & quomodo tollitur. 47 F
Quod omnis purgatus ab originali debitor eſt gratię. 47 F
Quod uirgo eſt pręſeruata ab omni originali macula: quod probatur auctoritate ſanctorum, & eccleſię, & rationibus probabilibus. 48 G
Determinatio concilij Baſilieñs. 48 G
Approbatio eiuſdē Sixti quarti. 49 G
Soluūt motiua opiniōis oppoſitę. 50 H
Quod uirgo Maria magis indiguit redēptore, ut pręſeruaretur a peccato: q̄ cęteri ut a pctō mūdarentur. 51 I.H
Cur non fuit pręſeruata a pœnis originale conſequentibus, ſicut ab originali. 51 I
Quod aliter Chriſtus non contraxit: aliter uirgo: & ideo ſeruatur Chriſto excellentia ſua. 50 H
Quod rationes beati Bernardi de cōceptione uirginis ſint efficaces. 50 H
Licet fuerit eadē cauſa originalis in uirgine, & in aliis: tamen fuit in uirgine impedita. 51 I
Quod regnū non fuerit apertū uirgini ante ſolutionē pręcij: licet ſine pec-

cato concepta fuerit, & genita: ſicut nec alijs ſanctis ab originali purgatis in limbo. 51 I
Licet uirgo ab originali ſit preſeruata: non tamen a pœnis conſequentibus: & quare. 51 I
Aliter, & ad aliud accepcata fuit ſatisfa ctio Chriſti exhibita, quã preuiſa. 51 I
Multiplici ex cauſa deus infligit alicui pœnam. 51 I
Non contrahere originale non eſt priuilegium proprium Chriſto, ſed non contrahere ex modo propagationis: hoc eſt priuilegium ſimpliciter Chriſto conueniens. 51 I
Quòd uirgo Maria fuit immunis ab oi actuali: & un cãbat illa imunitas. 52 K
Quòd Maria in paſsione Chriſti nõ dubitauit: ſed admirationem de re ſtupenda habuit. 52 K

Queſtio.ij. diſtinctionis.iij.

Vtrũ ſicut peccati fomes fuit uirgini ablatus, ita nec poſt in lumbis Abrae eſt decimatus. 53 A
Fomes tantum ponitur in carne ſecũdũ Anſel. & quid ſit, q̃ non eſt appetitus ſenſitiuus. 53 A
Quòd duplex eſt uirginis ſanctificatio: ſ. in cõceptiõe actiua, & paſsiua. 53 A
Fomitẽ auferri itelligit̃ tripliciter. 53 B
Quomodo ablatus eſt a uirgine. 53 B
Quòd Chriſtus fuit in Adam: ſed non peccauit in Adam. 54 C
Olim oblationes, ſacrificia, decime, circumciſio fuerũt remedia cõtra originale: ſicut nunc baptiſmus. 54 C
Quòd decimatio fuit actus moralis, ſacramentalis, & figuralis. 54 C
Qui ſunt decimati in lũbis Abrae. 54 C
Quòd materialis Criſti ſubſtãtia fuit in lũbis Abrae: nõ tamẽ ſicut Leui. 54 D
Quòd Chriſtus in lumbis Abrae non fuit decimatus. 54 D
Vtrũ uirgo Maria fuit impeccabilis tam quo ad peccatum commiſsionis, quã omiſsionis. 55 E.F
Quomodo cum impeccabilitate uirginis ſtat potentia merendi. 56 F
Quæ differentia inter cõfirmationẽ uirginis in uia, & beatorũ in patria. 56 B
Quo natura humana in Chriſto non cõtraxit originale. 57 H

Diſtinctio.iiij. Quæſtio unica.

Sũmat textus p tres cõcluſiones. 57
Vtrũ beata uirgo Maria dei, & hominis Chriſti fuit mater uera. 57 A
Opinio, q̃ in generatione prolis mater ſe habet purè paſsiuè. 57 A
Improbatio huius opinionis cum poſitione alterius. 58 B.C
Qđ nec pater, nec mater habet actiuitatẽ reſpectu aiẽ intellectiuæ. 58 C
Qđ producere effectum in inſtanti nõ arguit infinitatem in cauſa: q q; conuenit creaturę. 59 B
Qđ Maria ſit uera mater dei. 59 D
Quo ſenſu Damaſcenus neget Mariam eſſe matrem chriſti. 59 D
Ratio maternitatis uerius conuenit Mariæ, quàm cuicumq; alij matri. 60 E
In quo conſiſtit rõ maternitatis. 58 C
Quomodo ſe habuit Maria ad generationem prolis chriſti. 60 E
Qđ Maria fuit mater chriſti naturalis, & miraculoſa. 61 F
In quo differũt gñatio, & alteratio: q qi de nouo genitũ potuit pfuiſſe. 61 G
Idem quomodo põt bis generari. 62 G
Quomodo differũt generari, ſeu naſci: & eſſe filiũ, patrẽ uel matrẽ. 62 H
Pater, mater, filius, filia, ſũt nomina ſuppoſitorum tantum: generari autẽ, & naſci conueniunt ſuppoſito, & naturę toti, & parti. 62 H
Humana natura, chriſti natura eſt de uirgine: ſed nõ eſt filius, uel filia. 63 H
Maria eſt mater deitatis, an ſit concedenda. 63 I
Item deitas eſt genita. 64 K
Item diſt. v. 71 C
Aliquid natum eſt de uirgine, quod non eſt chriſtus. 63 H
Qđ poſsibile eſt Mariã habere ſucceſsiuè plures filios unica gñatione, qua genuit uerbũ. Quoq; in caſu uerũ eẽt q̃ plures filij Marię pepẽderũt in cruce. Caſus ẽ, ſi uerbũ nũc dimitteret naturam humanam, & eam conſeruarẽt

dimiſſam. 63 H
Qđ ſi uerbum nunc aſſumeret naturā Ioānis: nō eſſet filius Zachariç. 63 H
Qđ maternitas, & uirginitas non repugnant: qq; in partu fuit ſpeciale miraculū, ſ penetratio dimēſionū. 63 I
Qđ pater, & mater nō ſunt correlatiua: & quæ ſint eorū correlatiua. 63 I
Filiatio, licet inhereat humanitati chriſti nō tñ eā denominat, & quare. 64 I
Non oportet id, quod generatur recipere eſſe ſimpliciter poſt non eſſe: propter diſtributionem ſecundi eſſe. in chriſto ſunt duo eſſe licet tantum unum eſſe ſuppoſitale. 64 K
Filius quid dicat: & quomodo filiatio cōſequitur eſſe ſuppoſitale. 64 K
Vtrum Maria ſit mater deitatis: & quō accipitur deus: cū dicitur eſſe mater dei. Item q̄ nō genuit deitatē. 64 K
Vtrum ſpiritusſanctus ſit pater chriſti, & chriſtus filius eius 65 L
Spiritusſanctus non eſt pater chriſti ſimpliciter: nec ſecūdū humanitatē. ibid.
Item chriſtus, licet ſit natus de ſpūſancto: nō tñ eſt natus ſpiritusſācti. 65 L
Vtrum uirgo Maria meruit chriſtum incarnari, aut patres. 66 M
Vtrum uirgo Maria meruit eſſe mater chriſti. 67 N
Qđ incarnatio chriſti, & paſsio eſt cauſa grē collatę patribus, & uirgini. 66 M
Qđ nullum meritum ſine gratia. 66
Soluuntur rationes ad oppoſitū. 67 N
Quomodo caro chriſti fuit obnoxia peccato in patribus. 67 O. P
Quomodo intelligendum eſt, q̄ caro prolis eſt in progenitoribus: & quō intelligitur obnoxia peccato: cum peccatum non ſit in carne. 68 O
Qđ nihil realiter exiſtēs in corpore prolis, fuit animatum in parente. 68 O
Deſcendere ab aliquo ſecundum rationem ſeminalem quid eſt. 69 P
Circa pdicta narrant opiniones. 69 O
Quomodo chriſtus nō deſcēdit de Dauid ſecundū rationē ſeminalē, 69 P

Diſtinctio v. Queſtio unica.

Sūma textus ē ſub trib⁹ cōcluſionib⁹. 70
Vtrum unio deitatis, & humanitatis facta ſit in natura, uel perſona aſſumentis. Differentia inter naturā, & perſonam declaratur. 70 A
Natura quid eſt. 70 A
Quōd natura, & perſona ſint termini adinuicem impertinentes. 70 A
Natura humana quid eſt. 70 A
Differunt uniri, & aſſumi: unire & aſſumere. 70 B
Quid intelligendū eſt per aſſumere ad unionem naturæ, uel perſonæ. 70 B
Item diſtinct. j. q. i. 3 B
Nulla creatura rationalis eſt formaliter perſona: hoc eſt non neceſſariò: ſed contingenter. 70 A
Natura diuina eſt homo, an ſit concedenda. 71 C
Nomina ſuppoſiti quomodo prædicantur in diuinis. 71 C
Item diſtinct. iiii. 64 K
Quòd unio naturæ humanæ, & diuinæ facta eſt in perſona: non in natura: qq; ſibiinuicem ſunt unitę. 71 C
Sola humana natura, & nō diuina propriè eſt aſſumpta. 71 C
Humanā naturā diuina ſibi uniuit: non tamen aſſumpſit: ſed ſolum uerbum: dicitur tñ incarnata, nō hō facta: nec ex uirgine, nata aut concepta. 71 C
Qđ impoſsibile eſt aſſumi hominem, capiendo hominem concretiuè. 71 C
Qđ anima ſeparata non eſt perſona, cōtra Hugonem, & magiſtrum. 72 D
De erroribus Euticis, Neſtorij, Arrij, Sabellij. 72 E
Quòd non eſt eadē unio animæ ad corpus, & animę ad uerbum. 73 F

Diſtinctio vi. Quæſtio j.

Sūmaī textus tribus cōcluſionibus. 74
Queſtio j. Vtrū aliqua triū opinionū, quas magiſter recitat in litera ſecdm. ueritatē catholicā, ſit tenenda. 74 A
Qđq; illę opiniones in quatuor dictis catholicis concordant. 74 A
Differūt e eędē opiniones in aliqbus. 75 B
Non eſt idē aſſumēs cū aſſumēte. 75 C
Verbum incarnatū nō eſt cōpoſitum: aſſumpſit tamē compoſitum: carnem ſ.

& animã, nõ diuiſim ſed unita ſibi inuicem. 75 C
Comparãtur opiniones adinuicem: que alia probabilior: & q; neutra earum in omnibus eſt tenenda. 75 D
Compoſitum ſeu compoſitio quid dicitur: & ꝙ ſumitur dupliciter. 76 D
Et ꝙ eſt cõpoſitio rei ſecundũ ſe: & ſecũdũ aliquid a ſe aſſumptũ. 76 D
Quomodo uerum eſt dicere: ꝙ Chriſtus aſſũpſit naturã hũam, ut habitũ. 76 D
Queſtio. ij.
Vtrum ſicut in Chriſto eſt aliquod eſſe aliud ab eſſe increato: ita põt dici catholicẽ: ꝙ Xp̃s ſit aliqua duo. 76 A
Quid eſt eſſe: qd exiſtere: exiſtẽs: exiſtẽtia: & qño differũt eſſe et eſſẽtia. 76 A.B
De quadruplici eſſentie, exiſtentie, ſubſiſtentie proportionali. 77 B
Quomodo dicitur res eſſe obiectiuẽ: & ad quem ſenſum. 76 A
Chriſtus quid ſignificat: pro quo ſupponit: & de duabus naturis in Chriſto, quomodo ſe habent ad Chriſtũ; & cetera hec concernentia. 77 G
Obiectiuum, & impotentia quales ſint determinationes. 76 A
Humana natura dat uerbo eſſe ſimpliciter: nõ tamen primũ: ſed quaſi aduentitiũ: non tamen accidentale. 77 C
Duo dupliciter accipitur, maſculino; & in neutro genere. 78 D
In Chriſto ſunt plura eſſe, eſſentie, & exiſtentie: ſed non ſubſiſtentie, nec plures perſone. 78 E
Chriſtus cõtingenter eſt homo: ſed nõ accidentaliter. 77 C
Chriſt⁹ nõ eſt duo, nec maſculinẽ, nec neutraliter. 78 E
Non eſt idem eſſe contingenter, & accidentaliter. 77 C
Chriſtus non eſt natura humana, eſt tamen diuina. 78 E
Refert dicere uerbum ſubſiſtit ſimpliciter in natura humana: & uerbum ſubſiſtit primõ in natura humana. 77 C
Quid requiritur ad rationẽ partis. 79 F
Quõd natura humana, & diuina non ſunt partes Chriſti. 79 F
Et an filius dei põt dici cõpoſitus. ibid.
Exponitur. ſicut anima rationalis, & caro unus eſt homo &c. que ſimilitudo que diſsimilitudo. 77 B
An Chriſtus ſit quoddã totũ: & de dupli ci acceptione nominis totũ. 80 B
Quid requiritur ad hoc, ꝙ aliqua dicãtur duo coniunctim, uel ſeparatim: & cur uerbum non eſt duo. 84 H
Ibidem exponuntur auctoritates ad oppoſitum ſonantes. 81 I
Cur diuine perſone ſunt unum eſſentialiter. 81 I
An chriſtus ſecũdũ ꝙ homo eſt aliquid: & quid ſit. 81 K
An chriſtus ſit unum unitate creata, uel increata. 81 I
Diſtinctio vij. Queſtio unica. V
Summatur textus. 82
Vtrum per idiomatum communicationẽ concreta utriuſq; nature chriſti, humane ſcilicet, & diuine predicãtur de ſeinuicẽ uerẽ, & affirmatiuẽ. 82 A
An abſtracta nature diuine, uel humana poſsint uerẽ dici de concretis, & econuerſo. 83 A
Natura diuina eſt homo: eſt perſona: eſt mortalis: eſt paſsibilis: an ſint concedende. 82 A
Item diſtin. v. 71 C
Idioma quid ſit, & unde dicitur. 83 A
Quomodo ſe habeãt abſtracta naturarum in chriſto ad concreta. 83 A
De triplici concretorũ differẽtia quantum ad predicare mediatẽ, uel immediatẽ. 83 B
Omnẽ per accidẽs reducibile eſt ad aliqd per ſe, quomodo intelligitur. 83 B
Triplices propoſitiones currunt in hac materia incarnationis. ſ. de ineſſe ampliatiuẽ, & reduplicatiuẽ, uel ſpecificatiuẽ. 84 C
Quid requiritur ad ueritatem propoſitionis affirmatiue. 84 C
Vnio pſonalis ſimilis eſt unioni accidẽtis, & ſubiecti ſecluſa inheſione. 84 C
Idiomata, que tantũ predicantur immediatẽ dicta de natura humana, non predicantur de ſuppoſito diuino ratione nature aſſumpte. 85 D

Idiomata naturæ diuinæ dicta de ſuppoſito diuino: etiam prædicantur de idiomatibus ſuppoſiti naturæ aſſumptæ: non de natura aſſumpta. 85 D
Quomodo concreta utriuſq; naturę ſecundi, & tertij ordinis prædicantur de ſeinuicem. 85 D
Quomodo de deo dicuntur aliqua dicentia imperfectionem: & ad quem ſenſum: & an contraria dicantur de deo: aut priuatiuè oppoſita. 86 E
Item quomodo chriſtus eſt paſsibilis, & impaſsibilis, mortalis, & immortalis. Quomodo contraria inferunt contradictoria: & de quibus contrarijs hoc intelligitur. De propoſitionibus ampliatiuis. De incipit, & deſinit, fit, factus eſt, quæ concedendæ: quæ negãdę: q̃ exponendę. 86 E F G
An priuatiuè oppoſita poſſunt conuenire eidem: & quomodo termini priuatiui poſſunt accipi dupliciter: & quando inferunt contradictoria: & quomodo ſecundũ diuerſas naturas poſſunt conuenire eidem. 86 E
In idiomatibus utriuſq; naturę minorẽ facit differentiam eorundem ampliatio, quã diuerſa eorundem appellatio. 87 F
In terminis importantibus inceptionem, & deſitionem, aut alicuius rei factionem, oportet attendere eorũ appellationem. 87 G
Chriſtus incepit eſſe ille homo: an ſit uera & concedenda. 87 H
Hõ factus eſt deus quõ cõceditur. 88 H
De propoſitionibus reduplicatiuis: & cũ nota ſpecificationis in materia incarnationis, quę, & quando ſunt concedendæ, & exponendę. 89 I
Incipit, fit, deſinit, prædicantur ſolum immediatè: & quomodo propter inceptionem formæ totum compoſitũ dicitur incipere, & fieri. 87 G
Incipit, fit, dſinit, q̃ importãt inceptione &c. ſecũdũ ſit uel ſimp. 87 G H
De reduplicatiuis, & ſpecificatiuis acceptis cum ſignis inquantum, ſecũdum ꝙ, ea ratione &c. 89 I
Qd ly ſecũdũ, poſitũ ſine hac dictione ꝙ, eſt determinatio diſtrahẽs uel diminuens: & non reduplicatiua: ne ſpecificatiua. 90
Qd iſtę ſunt cõcedẽdę: chriſtus eſt creatus ſecũdũ humanitatẽ, chriſtus incepit eſſe ſecũdũ humanitatẽ. 90
Quòd ſigna reduplicatiua quãdoq; accipiunt improprię, ut diminuũt. 90
Chriſtus ſecũdũ ꝙ deus, eſt creator, infinitus, verbum, filius uirginis. Item Chriſtus ſecundũ ꝙ hõ, eſt perſona, ſuppoſitũ, animal, corporeus. 90
Quòd homo eſt concretum ſubſtantiæ huius abſtracti humanitas uoce, & ſignificatione. 91
Quę ſit propria, & uera hominis diffinitio: ꝙq; homo, & humanitas ſupponunt pro eodem: ſed non conuertibiliter. 91
Quomodo ſe habent adinuicem cõcreta, & abſtracta quo ad ſuppoſitionem pro eodem, uel pro diuerſis. 92 M
Concreta ſubſtantię prędicantur contingenter de ſuis abſtractis. 91
Termini connotatiui & abſoluti an diſtinguantur pęnes modum ſignificandi eſſe ſuppoſitale. 92 M
Vtrum concreta prędicamenti ſubſtantię ſint abſoluta, uel connotatiua: & ꝙ habẽt duplex ſignificatũ 92 M. P
Deus eſt homo, ſecundum proprietatẽ ſermonis eſt concedenda. 93 N
Vtrũ homo uniuoce prędicetur de deo, & cęteris hominibus. 93 O
Prędicare uniuocè dupliciter accipitur: ut diſtinguitur cõtra prędicationem denominatiuã, uel ęquiuocã. 93 O
An homo eodem modo conuenit ſuppoſito, & cęteris hominibus: & ꝙ ly eodẽ modo dupliciter accipit. 93 O
Termini diſparati qui ſunt. 94 P
Cur prędicatio aliqua dicitur accidentalis: & quid eſt accidentaliter prędicari: ꝙq; non ſequitur prędicatur accidẽtaliter: ergo cõnotat accidẽs. 94 P
Cõnotare accidẽtaliter ſuper reliquum quid eſt. 94 P
Qualis ſit illa prędicatio: deus ẽ homo? an eſſentialis: an accidentalis. 94 P
Homo & deus ſunt termini diſparati: li-

cet de eodem predicentur. 94 P
omo eſt ſpecies ſpecialiſſima: licet ꝑdicetur de aliquibus pluſquam ſpecię differentibus. 95 Q
omo prædicatur quidditatiuė de hic omo: hic homo demonſtrando per primum Petrum: et per ſecundum uerbū: & de nomine Ieſus, an abſolutū, uel connotatiuum: 95 Q
trum illa; deus eſt homo, ſit propoſitio per ſe, uel per accidens. R. hic & illa deus poteſt eſſe homo. 96
Quomodo uerum eſt, ꝙ quicquid dicitur de deo: dicitur ſecundum ſubſtantiā, & non ſecūdum accidens. 96 R

Diſtinctio. vij. Queſtio unica.

ummatur textus in tribus concluſionibus. 96
Vtrum filiatio in chriſto, qua æternaliter genitus eſt a patre: & filiatio, qua natus eſt tēporaliter ex matre: ſint relationes reales abinuicem realiter diſtinctæ. 96 A
iliatio ęterna eſt res relatiua, & proprietas poſitiua. 96 A
De diſtinctiōe relationū ab abſolutis in creaturis, uarię ſunt opiniones. 96 A
Reſponſio ad q̄ſtionē ſcd̄m diuerſas opiniões ꝑ plures cōcluſiones. 97 B
Neq; ſuppoſita pluriſicantur ad pluralitatem formarum: nec concreta ad pluralitatem abſtractorum. 98 D
An æternum poſsit dici tēporale. Et q tpale ſumitur dupliciter. 97 B
Relatio realis quid ſit. 97 C
Deus nō dr̄ creator: neq; chriſt⁹ Mariæ filius per relationē rationis. 98 D
Accidentia eiuſdem rationis poſſunt in eſſe eidem ſubiecto. 98 D
Formæ non habent diſtinctionem a ſubiecto: nec potentia aliqua eſt ad formam in communi: ſed omnis potentia ad formam eſt ad formam, uel formas: ſingularem, uel ſingulares. 98 D
Verbum in triduo mortis nō fuit filius Mariæ: ſed poſt triduū fuit filius Mariæ eadem filiatione, qua prius ante triduum: ſicut poſt reſurrectionem. Ioānes erit filius Zachariæ eadem filiatione, qua prius. 99 E
Natura diuina non eſt nata ex uirgine: de quo ſupra diſt. iiij. & v. per conſequēs non eſt filia uirginis. 99 F.G
Quód non quicquid cōuenit uerbo: cōuenit eſſentię diuię formaliter, ēt nō includens rationē ſuppoſiti. 100 G
Eſſentia diuina licet concedatur incarnata: nō tñ nata ex uirgine. 100 G

Diſtinctio. ix. queſtio unica.

Vtrum humana chriſti natura ſit latria adoranda, diſtinguuntur abinuicē latria, dulia, & hyperdulia. 100 A
Quód ueneratio ſecundum dictas ſpecies, quandoq; exhibetur naturæ intellectuali: quandoq; licet ęquiuocē naturæ inferiori. 101 B
Quód humanitati chriſti ſecundum ſe conſideratæ, non debetur latria: ſed ei cōſideratæ, ut aſſumpta eſt a uerbo: quæ adoratio conuenientia: tres recitantur opiniones. 101 C
Modus inueſtigandi ueritatē huius quæſtionis. 102 D
Homo chriſtus eſt latria adorandus: & ab hac adoratione humanitas non eſt ſecludenda. 102 E
Humana natura per ſe conſiderata adoranda eſt maiori dulia. 103 F
Humana natura ut diuinę unita, nō eſt adoranda latria proprie dicta; ſed bene latria large accepta. 103 F
Quomodo adorandæ ſunt imagines rerum adorandarum: & ceteræ res eis coniunctæ. 103 H.I
Qūo intelligit illud cōmune dictū. Natura humana conſiderata ſic uel ſic, eſt ſic, uel ſic adoranda. 103 G
Latria quid eſt, & quotuplex: interior, & exterior. 104 K
Crux chri, ueſtes ſctōrū, reliquię ſctōrū quomodo ſunt adorandę. 103 H.I
Exteriori adoratione eadem ſecundū diuerſam intentionem diuerſa adorabilia adorantur. 104 I
Vtrum latria ſit uirtus theologica, uel

moralis, ubi diſtiguunt diuerſi actus latriæ, q̃ benè notáda ſunt. 105 K

Diſtinctio. x. quæſtio unica.

Vtrum chriſtus ſecundum, ꝙ homo ſit filius dei adoptiuus. 105
Quid ſit filius adoptiuus; & unde dicitur: & unde translatum eſt hoc nomen. 105 A
Tres condititiones requiſitę ad hoc, ut quis dicatur filius adoptiuus. 105 A
Angeli bti ſunt filij adoptiui. 105 A
Homo chriſtus non eſt filius dei adoptiuus. 106 B
Neq; hæc propoſitio chriſtus ſecundū ꝙ homo, accepta ſpecificatiuè, ſiue reduplicatiuè cōcedenda eſt. 106 B
Neq; humana natura in chriſto eſt filia adoptiua. Nec illa: chriſtus ſecundū humanam naturā eſt filius dei adoptiuus: quamuis chriſtus ſubſiſtat in natura adoptata. 106 C
Chriſtus ſecundum, ꝙ homo eſt perſona, uera eſt capiendo reduplicatiuè concomitanter. 107 D
Prędeſtinatio quid eſt. Quę cadunt ſub prędeſtinatiōe. An reſpicit ſolam p̄ſonam gratificabilem. An idem ſit adoptio, & prędeſtinatio. 107 E
Chriſtus ſcd̄m hoīem p̄deſtinatus ē eſſe filius dei: an ſit cōcedenda. 107 E.F
Et in quo ſenſu illæ: & conſimiles concedantur: quia humana natura prædeſtinata eſt, ut uerbo uniretur. Ibidem.

Diſtinctio. xj. quæſtio unica.

Vtrum chriſtus, qui ſecundum ſermonis p̄prietatē creator dicitur: etiā creatura catholicè aſſeratur. 108
Dupliciter aliquid dicitur creari: largè: id ē de nō eē p̄duci: ſtrictè a ſolo deo nullo p̄ſuppoſito produci. 108 A
In propoſito accipitur largè. Ibidem. 108
Duæ opiniones de quæſito. 109 B
Et quod conſiſtunt in quid nominis creaturæ. 110 D
Reſponſio ad quæſitum ſecundū diuerſas acceptiones creaturæ. 110 D
Chriſtus eſt creator ſecundum omnes eſt concedenda. 110 D
De illa propoſitione: chriſtus ſecundum humanitatem eſt creatura ibid.
Item chriſtus ſecundum quod homo eſt creatura; an & qualiter ſint concedendæ. 111 E
Creari, & creatura accipiuntur dupliciter. require. 110 C

Diſtinctio. xij. quæſtio unica.

Vtrū aſſumpta natura uel perſona chriſti, qui uerus eſt deus, & homo: potuit ſubiacere peccato. 111
De multiplici intellectu q̄ſtionis. 111 A
Recapitulatur quid peccatū: quę recta ratio: ꝙq; non poteſt diſcordare à diuina uoluntate manens recta. 111 A
Perſona chriſti ſecundum naturā diuinam peccare non poteſt. 112 B
Natura humana ſecundum ſe, non ut aſſumpta, potuit peccare: non autem aſſumpta: quia beata, & in beatitudine confirmata. 112 B
De potentia ordinata, & de potentia abſoluta remittitur ad quæſtio. ij. diſt. j. huius tertij. 112 B
Vtrum deus poſsit mentiri, ſeu decipere. 112 C.D
Cur uerbum aſſumpſit naturam humanam de maſſa perditionis, ſcilicet de genere Adam. 113 E
Cur non aſſumpſit naturam indiuidualem ipſius Adam. 113 F
Cur non ab utroq; ſexu. 114 F
Cur non de uiro: ſed de fęmina uirgine. 114 F

Diſtinctio. xiij. quęſtio unica.

Vtrum ſumma creabilis gratia ſit animæ chriſti collata. 114
Quæſtio quærit de gratia gratum faciente: & quomodo illa intendi- tur. 114 A
Quid intelligitur nomine intenſionis. 115 A

Quòd ſumma affirmatiuè gratia creabilis produci non poteſt. 115 B
Duę opiniones recitãtur de ſuppoſito: Scoti tenentis: q ſumma creabilis gratia negatiuè exponendo poteſt creari: & Ockam tenentis oppoſitum. 115 C
Opinio tenens, q in augmẽto intẽſiuo formæ procedi poteſt in infinitum ſyncathegorematicè. 115 C.D
Quòd propter illum proceſſum non eſt deuenire ad qualitatem infinitam. 115 C.D
Ex infinito ſyncathegorematicè non infertur infinitum cathegorematicè. 115 C
Quòd augmentum formæ fieri poteſt in infinitum. 116 D
Syncathegorematicè, & non cathegorematicè. Ibidem.
Soluuntur rationes oppoſitæ opinionis. 117 E
Deus uidet infinitas gratias creabiles: diſtinguenda eſt, & ſimiliter illa, Videt omnes gratias creabiles. 118 E
Exponitur, tantum contingit eſſe in actu: quantum in potentia. 118 E
Vnde eſt, q deus non poteſt tot, & tanta facere ſimul, quanta ſucceſſiuè. 118 E
Qualibet natura eſt limitata ſecundum omnem ſui perfectionem. 118 E
Poteſt fieri motus rectus infinitus, licet naturaliter productus eſt finitus. 119 E
Exponitur auctoritas. Omnium a natura conſtantium poſitus eſt terminus. 119 E
Et quomodo res quo ad imaginem naturaliter terminantur. 119 E
Vtrum qualitas in ſubiecto ſit augmentabilis in infinitum. 119 F
Quando ſufficit pro cauſa aſsignare naturam rei. & quando non. 119 F
An ſubiectũ quodlibet determinat ſibi certam qualitatem, & certum gradũ qualitatis: ultra quem nõ poteſt aliã perfectiorem recipere. 120 F.G
Vtrum eadem ſit proportio perfectibilis ad perfectibile: quæ eſt perfectionis ad perfectionem. 120 G
Quòd non ſemper nobilioris perfectibilis eſt nobilior perfectior. 121 G
Omnis natura intellectualis creata eſt eiuſdem capacitatis reſpectu gratiæ & ſcientiæ. 121 G
Anima chriſti non habuit ſummam grãtiã creabilem ſecundum potentiam abſolutam: habuit tamen ſummam creabilem ſecundum potentiam ordinatam. 121 H
De differenti plenitudine gratiæ chriſti, matris, Stephani, & multiplici plenitudine. Et quæ fuit propria chriſto 122 I
Vtrum fruitio animæ chriſti fuit ſumma poſsibilis creaturæ. 123 K
De gratia capitis chriſti. Cur eccleſia dicatur corpus myſticum, & chriſtus caput. Et an gratia capitis ſit eadem gratiæ gratũ faciẽti. 123. M.N.O
Chriſtus quomodo, & ſecundum quam naturam, eſt mediator dei, & hominis. 124 N
An chriſtus ſit tãtum caput hominum: an etiam angelorum: an tantum electorum: an ſolus chriſtus ſit caput: an pater, & ſpiritus ſanctus. 124 N
Gratia capitis quid eſt: & quot modis accipitur. 125 O

Distinctio. xiiij. Quęſtio unica.

Vtrũ intellectus chriſti creatus omnia ſciuit, quæ ab æterno naturaliter uerbum nouit. 125
In anima chriſti ponitur triplex ſcientia in uerbo, in proprio genere infuſa, & acquiſita. 125 A
Non ſuperfluit cognitio rerum in genere proprio: licet omnia cognoſcantur in uerbo. 126 A.B
Et quomodo maius lumen non obfuſcat minus lumen. Ibidem.
Cognitio rei in uerbo, & in proprio genere: quandoq; eſt eadem ſpecie, & numero; quandoq; diuerſa. 125 A
Quinq; opiniones de eo: an anima chriſti uideat omnia in uerbo, quæ uerbum uidet. 126 B
De ſcientia uiſionis, & ſimplicis intelligentiæ

ligentiæ ſecundum Thom. & eius impugnatione. 126 E

Principium nō ſcitur perfectius propter hoc, q̄ multæ concluſiones ex eo deductæ ſciuntur: neq; cauſa perficitur ex effectibus. 126 B

Impoſſibile eſt eandem cognitionem ſucceſſiue terminare ad diuerſa obiecta: ſed eiuſdē cognitionis ſemper eſt idem obiectum. 128 E F

Contra exemplum ſpeculi, quo dicitur omnia relucere in uerbo, tanquam in ſpeculo. 129 F

Actus beatificus, & cognitio rerū in uerbo ſunt á deo tanquam a cauſa totali. 130 G

Et q̄ reſpectu actus beatifici anima ſe habet ſolum paſſiue, non actiue. ibidē.

Intellectus poteſt uidere eſſentiam diuinam, & non uidere creaturam. 130 G

Item poteſt uidere uerbum, & aliquam creaturam in uerbo, & aliquam non. 130 G

Aliquis actus uidendi creaturam in uerbo eſt beatificus, & aliquis non. 131 G

Cum primò uidetur uerbum facere creatura: poſt cum creatura: uel primò cum uerbo aliqua creatura, & poſt alia: aut actus beatificus corrumpitur: aut plures actus uidendi ſimul ſunt in intellectu beati. 131 G

Qui nō unum intelligit, nihil intelligit, an ſit uerum. 131 G

Exponitur illud Auguſt. Fortaſſis ibi nō ſunt uolubiles cogitationes noſtræ. 131 H

Multipliciter aliqua dicuntur contineri in deo. 131 I

Quid eſt creaturam relucere in uerbo, uel in deo: & quomodo deus repræſentat creaturam, & quomodo dicitur ſpeculum uoluntarium. 131 I

Quomodo etiam intelligitur aliquid uideri in uerbo, & quare pulchre explanatur. 132 I

Anima Chriſti poteſt cognoſcere omnia quæ uerbum cognoſcit non actualiter ſimul, ſed aptitudinaliter quodlibet in finitorum aliter, quàm cæteri beati. 132 K

Duplex eſt notitia: infuſa, & acquiſita. diſſoluuntur membra. 133 L

Omnem notitiam actualem, & habitualem poteſt deus immediate producere in quolibet intellectu creato: & ſic reuelare quæcunq; uult. Ibi quomodo reuelat præterita, præſentia, futura, prophetis, apoſtolis &c. 133 L

Anima Chriſti non cognouit omnia intuitiue actualiter, & in proprio genere. 134 M

Anima Chriſti cognouit omnia habitualiter in uniuerſali notitia infuſa in proprio genere: non tamen habitualiter in particulari. 134 M

Anima Chriſti cognitione intuitiua actuali acquiſita nouit tantum obiecta actualiter præſentia. 134 M

Notitiæ intuitiuæ non relinquitur habitus, ſed tantum abſtractiuæ. 134 M

Anima Chriſti profecit quantum ad cognitionem experimentalem contingentium. 135 N

Quomodo profecit gratia: ſimiliter, & ſapientia. Ibidem.

Et quomodo exponuntur ſcripturæ loquentes de Chriſti profectu. 135 N

In anima Chriſti cum actuali cognitione rerum in uerbo ſtare poterant habitus eorundem obiectorum in proprio genere infuſi, & acquiſiti, ſed non cognitio actualis eiuſdem obiecti ſub eadem ratione. 135 O

Cognitio obiecti in uerbo, & in proprio genere non ſemper diſtinguuntur ſpecie. 136 P

Verum anima chriſti compræhendat infinita rem uerbi. 136 Q

Actus unde capiunt ſuam unitatem, & diſtinctionem. 136 Q

Intellectus cuiuslibet beati cognoſcit diuinam eſſentiam ut infinitam: nec tamen ideo compræhendit eam. 137 Q

Compræhendere accipitur quinq; modis, ſecundum quos aliter, & aliter reſpondendum eſt de compræhenſione uerbi ab anima chriſti, & cognitione creata. 137 Q

Omnipotentia licet conueniat homini Chriſto: non tamen animæ Chriſti.

Et q omnipotentia repugnat omni creaturæ, quia dicit perfectionem infinitam. 137 S
Omni ſcientia quandoq; dicit perfectionem infinitam:& tunc non conuenit animæ chriſti:ſed ut attribuitur animæ chriſti dicit perfectionem finitam 138 S
Non oīs ratio infiniti eſt perfectiſſima; & qūo hoc intelligitur. 137 R
Vtrū perfectiſſima notitia realis ſit animæ chriſti cōmunicabilis. 137 R
Vtrum animæ chriſti potuit communicari omnipotentia. 138 S
De ratione omnipotentiæ, & omnipotentis quid eſt. 138 S
Et an omnipotentia repugnat producibili. ibidem. S

Diſtinct.xv. Quæſtio.unica.
Vtrum anima chriſti ſecundum quamlibet eius partem habuit maximam triſtitiam,& dolorem. 139
Quòd p partes animæ intelligūtur animæ potētiæ,& earū portiones. 139 A
Potentia cognitiua nec doloris,nec triſtitiæ eſt capax. 139 A
Nam pœnarum cognitio non infert dolorem. 139 A
Quomodo diſtinguitur portio ſuperior, & inferior abinuicem:intellectus, & appetitus. 139 A
De differentia doloris,& triſtitiæ:& unde gēratur hic,& illa. 139 B.C
Triſtitia in uoluntate præſupponit actū elicitum:non ſic dolor in ſenſu: & q appetitus ſenſitiuus reſpectu beni cōuenientis,ac præſentis nō habet actū elicitum: ſed tantum delectationem, quæ eſt paſſio:ſecus reſpectu abſentis. 139 B.C
Dolor quadrupliciter cauſatur in uoluntate ſecundum Scotum. 140 C.D
Sed tertius,& quartus modi impugnātur ibidem. D
Portio ſuperior nō poteſt ordinatè triſtari accipiendo ſtrictè. 142 E
Portio ſuperior(largè accepta)pōt ordinatè triſtari de tribus de carentia beatitudinis:de malis culpæ: & de malis pœnæ ſui,uel aliorum. 143 E
In parte ſenſitiua chriſti. fuit uerus, & ſenſibilis dolor de lęſione proprij corporis. 143 F
Voluntas chriſti, ut natura,& ut ſenſui coniuncta de eiſdem doluit, de quo ſenſus. 144 G
Chriſtus ſecundum portionem ſuperiorem ſtrictè acceptam non eſt triſtatus. 144 H
De quib⁹ triſtatus eſt ſcđm portionē ſuperiorē largè acceptā. 145 H
De quibus triſtatus eſt ſecundū portionem inferiorem. 146 I
An paſſio chriſti minor fuit paſſione purgatorij,& inferni. 147 K.L
Magnitudo pœnæ extenſiua, & intenſiua quid eſt. 147 L
Paſſio chriſti maior fuit intenſiuè, & extenſiuè pœna ex parte omnium hominum. 140 M
Et etiam pœna cuiuſq; uiatoris latè declaratur. ibidem.
Et quibus fuit aucta latè, & pulchrè deducitur. 148
Vtrū inſtans mortis fuerit maxima triſtitia in ſenſualitate chriſti. 151 N
Velle,& nolle duplex,conditionatum, & abſolutum. 141 D
Nolitio,& uolitio conditionata ſufficit ad meritū,uel demeritum. 141 D
Voluntas ut natura,& appetitus naturalis quomodo differunt. 144 G
An uoluntas reſpectu cuiuslibet act⁹ ſui ſit libera:& unde cauſatur actus uolūtatis,ut natura. 144 G
Epilogus breuis, de quibus triſtatus eſt chriſtus in paſſione ſua. 146 I
Solus chriſtus ſenſit amaritudinē mortis. 152 N
Quomodo pœna chriſti fuit maxima: cum tantum doluit ſecundum portionem inferiorem. 152 O
In chriſto ſimul fuit ſummum gaudium & maxima triſtitia:& quomodo poterant ſimul ſtare. 152 P
Vtrum cor chriſti dilatatum eſt ex gaudio, an conſtrictum ex triſtitia. 153 P

Diſtinctio.xvj.Quæſtio.vnica.

Verum chriſtus ſecundum hominem habuit moriendi neceſſitatem. 154

Quæſtio ſecundum diuerſas comparationes diuerſos habet intellectus. 154 A

Quam naturã uerbum potuit aſſumere. 154 B

Multiplex ẽ neceſſitas abſoluta:coactionis,& conditionata. 154 A

Vnde ineſt homini neceſſitas moriendi: quia partim ex conditione naturæ: partim ex peccato. 155 B

Chriſtus non habuit neceſſitatem abſolutam moriendi ſecundum humanitatem, ſicut nec aliquis homo: ſed bene aliquibus modis neceſſitatis. 155 C

Chriſtus neceſſitatem patiẽdi aſſumpſit uoluntarie:non neceſſario. 155 D

Non mori ſtante miraculo de non redũdantia gloriæ:non fuit in poteſtate animæ chriſti. 156 D.E.F

Chriſtus ſi non fuiſſet paſſus ſtante miraculo fuiſſet ſenio mortuus. 156 F

Quomodo anima dominatur corpori aliter,quã ſenſibus. 157 G

Quomodo paſſio fuit uoluntaria ſecũdum naturam humanam: & quomodo uiolenta. 157 G

Exponitur auctoritas Ioan. Nemo tollit animam meam: ſed ego ponam eam a meipſo. & quomodo homo accepit mandatum a patre ponendi animam. 157 G

De clamore ualido,& anticipatione horæ mortis chriſti. 157 H

An fuerit miraculoſum,uel non. ibidem.

Quod uolũtas poteſt habere actum meritorium circa obiectum neceſſarium, quod non eſt in eius poteſtate: dummodo tamen actus,quo meretur ſit libere, & contingenter elicitus.& per hoc in eius poteſtate. 158 I

Violentum accipitur dupliciter. 158 I

Diſtinctio.xvij Quæſtio.unica.

Vtrum in chriſto fuerunt plures uoluntates ſibi in uolito ſemper conformes 159

De multiplici diſtinctiõe,& acceptatiõe uoluntatis,& appetitus. 159 A

Quælibet potentia appræhenſiua habet appetitum proprium conſequentem. 159 A

Tripliciter accipitur uoluntas naturalis. 159 B

Conformatio uoluntatum poteſt intelligi quo ad obiectum,actum,uel modum. 160 C

In chriſto fuerunt plures uolũtates realiter differentes,diuina ſcilicet, & humana. 160 D

In chriſto fuit triplex uoluntas humana capiendo uoluntatem large. 160 D.

Voluntas rationalis abſoluta in chriſto ſemper fuit conformis uoluntati diuinæ in uolito:non ſic cæteræ:licet omnes fuerunt conformes in actu, & modo. 160 D.E

Verum in chriſto fuerit aliqua rebellio inferiorũ uirtutũ ad ſuperiores. 161 F

Quomodo chriſtus orauit pro calicis ablatione:& quomodo exauditus eſt:& quomodo non 162 G.H

Chriſtus orauit ut aduocatus ſenſualitatis, & ita non ficte: & pro quibus orauit. 162 G

Vtrum Chriſtus ſecundum ꝙ homo dubitauit de morte ſua. 163 I

Dubitatio capitur dupliciter. 163 I

Diſtinctio.xviij. Quæſtio.unica.

Vtrũ chriſtus meruit in inſtanti conceptionis:& poſt in tempore paſſionis. 164

Radix omnis meriti conſiſtit in affectione uoluntatis iuſtitiæ: & non in affectione commodi: nec in affectione iuſtitiæ,ut regulat affectionem commodi. 164 A

Meritũ præcedit p̃miũ: ideo reſpectu iã habiti non eſt meritum. 164 G

In ſtatu perfectę beatitudinis non poteſt eſſe meritum reſpectu eorundem beatorum:ſecus de beatis non perfecte: id eſt ſecundũ corpus,& animam: ſec[9] etiam reſpectu aliorum. 164 B

Omne meritum propriè acceptum pertinet ad portionem ſuperiorem primò principaliter. 165 C

Non exiſtente merito in portione ſuperiori, nullum eſſe poteſt in potencijs inferioribus: nec poteſt haberi circa creaturam niſi etiam habeatur actus charitatis circa deum. 165 C
Chriſtus in carne mortali fuit uerus cõpræhenſor, & uerus uiator: & quãtum ad aliquid in termino: & quantum ad aliquid in uia. 165 D
Quomodo deitas compræhenditur a creatura. 166 D
Actum beatificum eſſe meritorium nullã cõtradictionem includit: neq; in chriſto: neq; in angelis: neq; in animabus beatis: nec includit contradictionem meritum in infinitum augeri: ſicut nec ꝙ in infinitum charitas augeatur. 166 E
Nihil põt eſſe meritũ ſuijpſius. 166 E
De facto null⁹ beatus meretur augmentũ ſuæ beatitudinis eſſentialis. 167 E
Per poſſe, & non poſſe mereri nõ diſtinguitur ſufficienter ſtatus compræhenſoris, & uiatoris. 167 E
Succeſſio non eſt de rõne meriti, unde meritũ põt cauſari in inſtanti. 167 F
Poſſibile eſt creaturam rationalẽ in primo inſtanti ſui mereri. 167 F
Chriſtus nobis meruit non obſtante, ꝙ fuit beatus. 168 H
Chriſtus nobis meruit etiam actu beatifico. 168 H
Chriſtus non meruit ſibi beatitudine. 168 H
Chriſtus fruitione ſua, & omnibus ſuis elicitis actibus, & imperatis meruit ſibi impaſſibilitatem animę, & gloriam corporis. 169 I
Chriſtus non tantum meruit in paſſione: ſed ab inſtanti conceptionis ſuæ. 169 K
Id ꝙ in conceptione meruit: meruit, & in paſſione: & non aliud. 170 K
Actus beatificus in chriſto non fuit præmium: quia reſpectu eius non præceſſit meritũ: & quomodo actus beatific⁹ ſit immutabilis. 170 L
Quomodo actus beatificus: cum ſit immediate a deo: poſſit eſſe meritorius in chriſto, aut alijs beatis: cum meritum ſit in poteſtate libera uoluntatis. 170 L
Quomodo portio ſuperior fuit in termino: & tamen ea merebatur chriſtus. 170 L
Ad eliciendum actum meritorium non ſemper requiritur deliberatio, ut meritum ſit actus elicitiuus. 167 G
Operatio nõ ꝑſupponit eſſe prius duratione, & tẽpore: ſed natura. 168 G
Portionem ſuperiorem eſſe in termino intelligitur dupliciter. 170 L
An actus beatitudinis ſit immutabilis, & neceſſarius: & quomodo. 170 L
Habere beatitudinem ex meritis non ſemper eſt glorioſius, quàm habere ſine meritis. 171 M
De quadruplici differentia beatorum in comparatione ad præcedentem ſtatum. 171 M
Quomodo meruit chriſtus in paſſione, quæ prius meruit in conceptione, & quomodo: & ad ſenſum idẽ poteſt bis mereri. Item ꝙ mereri contingit tripliciter. 172 N
Quomodo chriſtus ſecundum portionẽ ſuperiorem, ſecundũ quã fuit beatus meruit: & cęteri beati mereri non poſſunt. 173 O

Diſtinctio. xix. Quæſtio unica.

Verum chriſtus in ſua paſſione benedicta omnibus propagatis, & propagabilibus ex Adam, meruit ſufficienter peccati remiſſionem, gratiam, regni apertionem, & gloriam. 173
De duplici merito, merito ſufficientiæ, & efficientiæ. 173 A
Infiniti ſunt propagabiles ab Adam. 174 A
Tripliciter contingit meritum eſſe infinitum ratione propriæ perfectionis: ratione merentis: & ex uoluntate acceptantis. 173 B
Omne meritum poteſt tantum acceptari paſſiuẽ: quantum trinitas uult acceptare actiuẽ. 174 B
Chriſti meritũ non tñ acceptatũ eſt: ut ex habitu: ſed etiã ut ꝑuiſum. 174 B

Chriſtus

Chriſtus ſufficienter meruit Adę, & toti ſuæ poſteritati gratiam, & regni apertionem. 174 C
Chriſtus ſua paſsione ut præuiſa precedentibus meruit remiſsionem peccatorum: ſed ut exhibita regni gloriam. 175 D
Meritum Chriſti: licet ſimpliciter fuerit infinitum, acceptatum tamen eſt pro infinitis Adę filijs, ſi eſſent infiniti. 175 D
Paſsio dñi efficaciter finalem gratiã, & gloriã tãtũ pdeſtinatis meruit. 175 E
Quomodo gloria, quæ prędeſtinatis eſt debita ex ipſa prædeſtinatione cadit ſub merito poſterior. 175 E
De ordine prędeſtinationis ad meritum præuiſum. 176 E
Cõtra ordinẽ actuũ, quẽ Sco. ponit in deo: q q; in deo nõ ſunt plures actus: ſed unus tãtum, qui eſt ipſa eſſentia diuina. 176 E
Merito paſsionis Chriſti cooperatur ad ſalutem operatio ſaluandorum tanquam meritum de congruo, uel de condigno. 177 F
Paſsio Chriſti non eſt cauſa totalis meritoria reſpectu apertionis regni, & collationis glorię. 177 F
Premium quandoq; pręcedit meritum: non tamẽ pręmiũ finale. 178 G
Prima gratia cadit ſub merito: non tamen recipientis gratiam. 178 G
Vtrum prędeſtinatio habeat cauſam meritoriam. 178 G
Quomodo per paſsionem ſuam chriſtus nobis meruit liberationem a pœna, culpa, a poteſtate diaboli, & obligatione chirographi: pulchrè explicatur. 178 H
Chirographum decreti quid eſt. 178 H
Debitum hominis peccatoris quid dicit. 178 H
Aliquis dicitẽ redẽptor dupliciter. 178 H
Vtrum ſolus Chriſtus dicendus ſit redemptor humani generis, an tota trinitas. 178 I
Vtrum ſolus Chriſtus dicendus ſit mediator. Ibi de differentia medij & mediatoris. 179 K

Diſtinctio. xx. Quęſtio unica.

Vtrum reparatio generis humani neceſſario facta fuit per paſsionem hominis Chriſti. 179
Enumerantur dicta beati Anſel. in lib. cur deus hõ: de materia quęſtiõis. 179 A
Et q rationes Anſel. non demonſtrent; oſtenditur late. 180 B, C
Quod nec reparatio humanę generis: nec modus eius fuit ſimpliciter neceſſarius. 181 D
Quod modus reparationis per paſsionẽ Chriſti fuit congruẽtiſsimus. 181 DF
Quomodo nos Chriſtus ſua paſsione redemit. 182 E

Diſtinctio. xxj. Quęſtio unica.

Vtrum propter ſolius animę ſeparationem a carne Chriſtus fuit uerè mortuus, manente unione deitatis cum utraq;. 183
Duplex fuit unio in chriſto: & ſimiliter duplex uita. 183 A
Quid eſt mors hominis: & unde caro dicitur mori. 183 B
In chriſti paſsione anima realiter ſeparata eſt a carne. 183 C
Vtrum caro chriſti fuiſſet in ſepulchro putrefacta, ſi reſurrectio fuiſſet dilata. 184 E
Vtrũ caro in ſepulcro fuerit aliqua forma ſubſtantiali informata. 184 E
Vtrum anima chriſti poſt ſeparationem: ante corporis reunionem fuerit impaſsibilis. 185 F

Diſtinctio. xxij. Quęſtio unica.

Vtrum chriſtus in triduo fuerit uerus homo. 186
Opiniones recitantur de materia quęſtionis. 186 A. B
Tangitur quidã modus intelligendi quõ omnis propoſitio eſt uera, in qua idẽ prędicatur de ſeipſo. 186 B
Verbũ, eſt, tripliciter capit in ppoſitionibus quãtũ ad eſſe actuale, & habituale ſeu potẽtiale reſpectu utriuſq; extremi, uel unius tantum. 187 C
Quæ propoſitiones de uerbo eſſe, ſint cõcedẽdę: & quę negãdę. 187 C D

De acceptione, & ſignificatione huius termini homo. 187 E
Christus in mortis triduo non fuit uerus homo. 188 F
Perſona uerbi in triduo non potuit proprie dici Chriſtus. 188 F
De illis Chriſtus in triduo fuit in ſepulcro. 189 G
Chriſtus iacuit in ſepulcro. 189 G
Chriſtus deſcendit in infernum: an ſint concedendæ. 189 G
Quam denominationem fortitum eſt uerbũ ex unione, & carnis, & animæ in triduo. 189 G
Vtrum concedendum ſit, ꝙ ille homo eſt ubiq; demõſtrãdo chriſtũ. 189 H
Quòd Chriſtus alicubi eſt perſonaliter: alicubi ſacramentaliter: alicubi localiter. 189 H
Ad quem infernum deſcẽderit chriſtus. Ibi de quadruplici inferno. 190 I
Cur non ſtatim eductiſunt partes de Inferno, ſed dilati in diẽ tertium. 190 I

Diſtinctio. xxiij. Queſtio. j.

Vtrum uirtus ſit habitus, potentia paſſio, uel actus. 196
Virtutis multiplex acceptio. 196 A
In anima ſunt tria: potentia, paſsio, habitus. 197 B
De paſsiõis multiplici acceptiõe. 197 B
Paſsionis diffinitio. 197 B.C
Actus apppetitiui ſunt paſsiones: ſimiliter & delectatio, & triſtitia. 198 B.C
Cognitio non eſt paſsio. 198 C
Magis paſsionati ſicut oportet, ſunt magis uirtuoſi: econuerſo magis paſsionati ſicut non oportet, ſunt magis uitioſi. 199 C
Quòd etiam actus uoluntatis poſſunt dici paſsiones largè 199 D
Item triſtitia delectatio. ibidem.
Diffinitur paſsio ſecundũ alias acceptiones magis ſtrictas. 199 D
Potentia deſcribitur: & quomodo diſtinguitur ab habitu. 199 E
Appetitus, & potentia actiua, & paſsiua reſpectu paſsionis. 200 E
Habitus æquiuocatio. 200 F.G
Habitus deſcribitur: & particulæ ſingulę diffinitionis declarantur multum extenſè. 200 F.G
Habitus eſt qualitas abſoluta. 200 F
Habitus non eſt modus rei diſtinctus a re. Et ꝙ habitus eſt difficulter mobilis. 200 F
Species ſenſibiles præuiæ actibus: ſimiliter uirtutes naturales non ſunt habitus. 201 F
Virtutes naturales de quibus. vj. Ethic. non ſunt habitus. 201 F
Ex actibus potentiarum merè naturaliũ ad unũ determinatorũ nõ cauſant habitus: neq; ex notitia intuitiua. 201 F
Habitus inclinãs ad ſimiles ꝓducit actus ſimiles: quod probatur. 201 G
Quomodo circulatio in cauſis eſſentialibus eſt poſsibilis. 201 G
Quæ requirũtur ad actũ uirtuoſũ. 203 I
De uirtutis quidditate: & quid eſt uirtus 202 H
Quòdq; eſſe uirtuoſum primò cõuenire actui: & per actum habitui. 202 H
Actus non poteſt eſſe uirtuoſus ſine recta ratione: nec tamẽ ſufficit conformitas actus ad prudentiam actualiter, aut habitualiter inexiſtentem: niſi recta ratio ſit obiectum actus. 203 I
Actus prudentiæ non eſt appræhenſio dictaminis: ſed aſſenſus dictaminis rationis rectæ. 208 O
Duplex eſt actus uirtuoſus. ſ. intrinſecè, uel eſſẽtialiter: & extrinſecè, uel ſcdm denominationẽ extrinſecã. 205 K
Sic de habitibus ſimiliter dicẽdũ. 209 P
Solus actus uolũtatis eſt eſſentialiter, & primò uirtuoſus. 206 L
Quòd recta ratio, & aliæ circumſtantiæ finis, locus, tempus &c. ſunt obiecta actus intrinſecè uirtuoſi: & quare dicantur circumſtantię: latè explicatur. 206 L.M
Finis, locus, tempus quorum actuum ſunt obiecta: & quorum actum circumſtantię. 207 M
Differentia inter obiectum commune: & obiectum principale. 207 M
Vtrum in uoluntate poſsit eſſe actus indifferens. 207 N
Actus indifferens nõ poteſt fieri uirtuo

ſus,niſi per nouũ actũ uoluntatis intrinſecè uirtuoſum. 208 N. O
Quid ſuperaddat bonitas moralis actui. 209 P
Et quid eſt rectitudo actus. 221 II
Habitus aliquis eſt eſſentialiter uirtuoſus: ſeu intrinſecè: aliquis contingenter ſicut dicitur d actibus. 209 P
Habitus aliter eſt in poteſtate uoluntatis,quã actus, 209 P
Quomodo habitus ſit uirtuoſus: eum naturaliter inclinat ad actum:& non uoluntariè. 209 P
Expoſitio diffinitionis uirtutis acquiſitę phil. ij. Ethic. cũ declarationibus particularũ breuib⁹ iuxta finẽ. 210 Q
Habitus intellectiuus non eſt electiuus. Et quis habitus intellectiuus. 210 Q
Actus non ſunt uirtutes: ſed habitus. 210 Q
Pura ſpeculatio eſt praxis. 211 Q
Concluſio reſponſiua ad quæſtionem, ꝙ uirtus non eſt potẽtia: nec paſsio: nec actus:ſed habitus. 211 R
In quibus potentijs ponendus eſt habitus,declaratur per quinq; propoſitiones. 212 S. T. V. X
Duplex eſt rationale:per eſſentiam,& ꝑ participationem: & ſimiliter duplex eſt irrationale,.ſ. irrationale non participãs rationẽ:& irrationale participãs rationẽ:ꝙq; uolũtas ẽ irrationale participãs rõ rationem. 213 V
An illa ſit de rigore uera: aliquis actus eſt neceſſariò uirtuoſus. 211 R
Reſpectu omnium,reſpectu quorum ponitur habitus in ſenſu:poni põt habitus in uoluntate. 215 X
Maior eſt neceſsitas ponendi habitũ in potentijs appræhenſiuis: quàm in adhęſiuis. 215 X
Ad quid ponatur habitus: & d quatuor conditionibus habitus. 215 AA
Rectitudo actus quid eſt. 221 II
An rectitudo actus,& deformitas differant a ſubſtantia actus. 221 II
Deformitas ſeu carentia rectitudinis an ſit carentia rectitudinis debitę ineſſe alicui,uel uoluntati. 221 II
Quid eſt actum elici conformiter rationi rectę. 204 I
Actus uirtuoſus,& uitioſus qd cõnotant illa nõia:& ꝑ quo ſupponũt. 204 IK
Prudentia actualis ita ſe habet ad actum uirtuoſum,ſicut cauſa efficiens ad effectũ ſuũ:& eſt prior natura actu uirtuoſo. 204 I
Dictare,ſiue regulare actum quid eſt.& quomodo prudentia regulat. 204 I
Inclinatio habitus & cuiuslibet formæ nõ differt ab habitu,& forma. 216 BB
Neq; forma,neq; habitus ſemper inclinat:& de duplici acceptione inclinationis. 216 BB
Ibidem quid agat graue ſuſtentatum a trabe. 216 BB
Qũo paſsiones,& habitus appetitus ſenſitiui inclinãt uoluntatem. 216 BB
Habitus appetitus ſenſitiui habet aliquẽ actum in uoluntate,cuius ipſe eſt cauſa total s: uel ſi concauſat uoluntas non cauſat illum liberè :ſed neceſsitate naturali:& ille actus dicĩ primus mot⁹:& qũo excuſaĩ a pctõ. 217 CC
Virtus ſimiliter,& habitus capiuntur dupliciter. 218 EE
Primus motus in uoluntate quomodo excuſatur a peccato. 217 CC
Vtrum ex uno actu uirtuoſo poſsit generari uirtus,uel generaliter habit⁹, ubi diſtinguitur nomen uirtus. Et ſecundum hoc reſpondetur ad dubium dupliciter. 218 DD EE
Capiendo uirtutem ſtrictè , non quælibet pars uirtutis eſt uirtus. ꝙq; ſic accipiendo uirtutem , uirtus non eſt eſſentialiter uirtus: quia uirtus ſuper eſſentiam uirtutis connotat intenſionem. 219 EE
De ſubiecto uirtutis,an in ſola uoluntate ſit uirtus moralis:an in appetitu ſenſitiuo:an in utroq;. 219 FF
Virtus dupliciter corrumpitur: poſitiuè pcõtrariũ:priuatiuè per defectum actionis uirtuoſæ cõſeruãtis. 219 GG
Inquiritur cauſa cur habitus in potentia latens non ſemper inclinet potentiam ad actum. Et cum plures lateant, quare magis unus incliner,quã alter. 220 HH

Diſtinctio. xxiij. Quæſtio ij.
Vtrum ad credendum omnia credibilia una fides infuſa ſit ſufficiens, & neceſſaria. 221
Multiplex fidei acceptio auctoritatibus ſcripturę probata: quę tandē ad ternam reducitur. 221 A
Variæ diffinitiones fidei aſsignantur: & diffinitio apoſtoli exponit. 222 B C
Ponitur una diffinitio generalis fidei: & declaratur. 224 D E F
Firmius adhęrendum eſt creditis, quā ſcitis. 225 F
Fides formata quid eſt: habitus fidei formatę, & informis quomodo differunt. 234 S
An fidei, & reuelationi diuinę poſsit ſubeſſe falſum. 223 C
Certitudo fidei non minuitur certitudine ſcientię humanę, ibidem. 22. D
Et ſi tollat omnem errorem dubitationis: an fallendi poſsibilitatem 224 E
Differentia inter certitudinem, firmitatem, & euidentiam. ibidem.
Prima duo conueniunt fidei: tertium ſ. euidētia fidei nō cōuenit. 224 D
Quomodo contingentia creditorum non minuit certitudinem fidei: q; q; reuelata fallere non poſſunt. 225 E
Quomodo ſpei, & charitati quandoq; ſubeſt falſū. ſed nūquā fidei. 225 E
Firmitas adhęſionis eſt de ratione fidei. 225 F
Non omnis ueritas pertinet ad fidē; & q; fides innititur reuelationi. 225 F
Quadruplex differentia fidei acquiſitę, & infuſę: & in quo cōueniūt. 226 G H
Quomodo fides infuſa inclinet ad credendum, duplex poſitio. 226 G H
Fides infuſa nūquam inclinat ſine fide acquiſita: nō tamē dependet ab acquiſita. 226 G H
Quomodo nō eſt proceſſus in infinitū in credendo aliquid, quia reuelatum a deo. 227 H
Alia poſitio de fide infuſa, q; immediatē inclinat ad omne credibile 227 H
Fides acquiſita ad credendum eſt neceſſaria. 228 I
Qd̄ nō pōt probari ratione naturali fidem infuſam eſſe neceſſariā. 228 K
Sed tantum conuincitur ex ſcriptura, & perſuaſione. 228 K L
Reſpectu omnium reſpectu quorū eſt fides infuſa: poteſt eſſe acquiſita. 229 L
Diuerſorum articulorum diuerſę ſunt fides acquiſitæ. 230 M
Vna ē fides infuſa omniū credibiliū ſpecie in omnibus fidelibus; & una numero in uno ſubiecto. ſ. homine. 230 M
Ad quid ponitur fides infuſa: & de eius utilitate 231 N
Per quid corrumpitur fides infuſa, & fides acquiſita. 231 O
Fides infuſa, & acquiſita differunt ſpecie. ibidem.
An fides informis ſit donum dei: & an ſit uirtus. 232 P
De acceptione uirtutis quadruplici & quid uirtus communiter. 232 Q
Habitus infuſus perfectior eſt acquiſito. 231 N
Hæreticus ... & an omnis error repugnet ... infuſę 231 O
An ... habitui ſicut habitus habitui 232 O
An duo habitus alterius rationis poſsūt poni in eadem potentia reſpectu eiuſdem actus 232 O
Virtus in genere quid eſt. 233 Q
Opus bonum quid eſt. 233 Q
An fides acquiſita ſit uirtus moralis, uel intellectualis. 233 Q R
Virtus intellectualis quid eſt. 233 Q
Virtus moralis quid eſt: & q; uirtus moralis cauſatur multipliciter. 233 Q
Habitus ille in qua potentia, cui actus ſuus unde cauſatur. 233 Q
De diuiſione uirtutis in moralē, & intellectualē: & eorū differentia. 234 Q R
Fides acquiſita eſt uirtus moralis ſimul, & intellectualis. 234 R
Fides infuſa nec eſt moralis: nec intellectualis: ſed gratuita 234 R
Quo charitas eſt forma uirtutū. 234 S
Eadem fides minor poteſt ſucceſsiuē eſſe formata, & non formata. 234 S
Et ſimiliter uirtus moralis. ibidem.
An in dęmonibus ſit fides infuſa, aut acquiſita. 235 V

Diſtinctio.xxiiij. Queſtio unica.
Vtrum credibilium reuelatorum in eadem anima ſimul poſsit eſſe fides, & ſcientia. 236
Scientia multipliciter accipitur: hic aūt proprie:& quomodo diffinit. 236 A
Quō ſciētia ſubalternata principia ſua præſupponit ex ſubalternāte. 236 A
Quę ſunt obiecta fidei acquiſitę,& quę infuſę. 237 B
Sub fide nō tantū cadunt propoſitiones neceſſariæ:ſed et cōtingentes & multę demonſtrabiles: licet cognita p demonſtrationē nō eredātur. 237 C
Aliquorum credibilium pōt eſſe ſciētia: aliquorum nō tam apud beatos, quā apud uiatores. 237 D
Habitus infuſus fidei pōt ſtare cū ſciētia & uiſiōe reſpectu eiuſdē obiecti, & in eodem ſubiecto. 238 E
Simul poſſunt ſtare fides Infuſa,& ſcientia reſpectu eiuſdem. 238 E
Non ſtant ſimul habitus ſcientię,& habitus fidei acquiſitę. 238 I
Quid acquirit legens bibliam; & ſecundum literam intelligens. 239 G
Quid maiores in eccleſia per ſtudium theologicū acquirunt. 240 H
Apoſtoli,& prophetę quibus primō reuelata eſt ueritas fidei, quid acquiſiuerunt:an fidem acquiſitam: an ſcientiam:an euidentem certitudinem;& unde fuit illa certitudo cauſata:& an fuit euidētia maior fide. 240 I
Audiens prędicationem,& uidens miracula fieri: an acquirat fidem:an notitiam euidentem : an fidei intenſionem. 241 K
Fides excludit dubitationem pertinacem. 240 I
Quid de audiente prędicationem,& uidente apparentia miracula utriuſq;, tā fidelis quam infidelis apparenter fieri: an neceſſario aſſentit articulis fidei,uel non. 241 L
Deus nulli deeſt in neceſſarijs ad ſalutem. 241 L
An dictamen rationis preſupponat imperium uoluntatis, quo imperat rationi ut dictet. 241 L
Vtrum deus poſsit cauſare euidentem noticiam de credibilibus in anima uiatoris. 242 M
Quid intelligaē particulū fidei. 242 N
An ratio pręſupponat actū uoluntatis, ut credat articulos fidei. 242 L

Diſtinctio xxv. Queſtio unica.
Vtrū oēs fidei articulos in apoſtolorū ſymbolo diſtinctos ſufficiēter,& ſpecificē utriuſq; teſtamenti fideles eredere teneantur explicitē. 243
Credere in deum quid eſt. 243 A
Apoſtoli ediderunt ſymbolum fidei: & unde dicitur ſymbolum. 244 A
Articuli ſymboli dupliciter diſtinguuntur: ſ. uel ſecūdū credita:uel ſecundum auctores. 244 A
Scdm credita,ſcdm naturā diuinā.ibid.
Secundum naturam aſſumptam. 244 B
De ordine eorundem articulorum ſecundum utramq; naturam. 244 B
Quem articulum ſingulis apoſtolorum appoſuit. 345 C
De duobus ſymbolis additis Niceno,& Athanaſij. 245 D
Diſtinctio inter fidem explicitam,& implicitam. 246 E
De utilitate implicitę fidei ac eredēdi, quod eccleſia credit. 246 F
Diſtinctio fideliū,quorū qdā ſunt maiores i eccleſia:qdā aūt minores. 247 G
De diſtinctione articulorum fidei ſecundum doctores. 245 C
Symbola alia a ſymbolo apoſtolorum ad quid; & contra quos ędita ſunt; & cur aliqua ſilenter : aliqua ſonora uoce dicuntur. 245 D
Pro quolibet ſtatu eccleſię poſt lapſum, fides infuſa fuit neceſſaria omnibus: ſimiliter & eius actus ratione utentibus. 247 H
Eadem fides infuſa fuit in nobis,& patribus:non autem eadem acquiſita:nec idem fidei actus. 248 I
Articulus fidei dupliciter accipitur uel pro ueritate credita : uel materia ſignificata . primo modo non eſt idem articulus, chriſtus paſſus eſt ;& chriſtus eſt paſſus : ſecundo modo eſt

unius. 249 K
Fides mediatoris explicita pro omni tẽpore fuit neceſſaria ſaltem in generali: & ꝙ philoſophi excuſati non ſint. 249 L
Quid de nato in ſylua, qui doctorem fidei non habuit: an excuſetur de ignorantia fidei. 249 L
Sicut prudentia actualis in moralibus: ita fides actualis in meritorijs neceſſaria eſt. 247 H
Credere eccleſiã catholicam quid eſt: & ꝙ ille articulus omnes alios in ſe continet. 252 P
Ad quæ explicitè credenda tenentur fideles tempore legis gratiæ. 251 O
An ſimplices tenentur credere explicitè articulũ incarnationis trinitatis perſonarum: & alios articulos, de quibus per annum eccleſia feſtiuat. 251 O
Omnia membra eccleſię tenentur credere eadem implicitè: non explicitè. 250 M
Ad quædam particulariter credenda tenentur maiores: ad quæ non tenentur minores. 250 M
Quæ tenentur credere ſimplices explicitè, & quæ non. 250 N.O
Omnes ſimplices tenentur omnes particulares errores cauere: ne pertinaciter adhæreant. 252 P
Articuli fidei ſunt ſufficienter in ſymbolo collecti: & ſpecie diſtincti. 252 P
Vtrũ ſimplex teneatur credere ſuo prælato fidem implicitam particulariter explicanti in omnibus, quę prędicat. 253 Q
Vtrum temporis ſucceſſu creuerint articuli fidei. 253 R
Et ꝙ articulum fidei creſcere intelligitur multipliciter. ibidem.
Vtrũ ſummus pontifex, aut eccleſia poſſit nouum articulum, aut nouum ſymbolum edere. 253 S
Vtrum ratio naturalis inducta ad oſtẽdẽdũ fidei ueritatẽ diminuat fidei meritum: & ꝙ ratio humana ad ea, quę ſunt fidei poteſt ſe habere dupliciter. 254 T
Diſtinctio. xxvj. Quęſtio unica.
Vtrum ſpes ſit uirtus theologica a fide, & charitate realiter diſtincta. 255
Diuerſę acceptiones ſpei. 255 A
Duplex opin[illegible]ponentium ſpem non eſſe habitum a fide, & charitate coniũctim, & diuiſim diſtinctam cum eorũ impugnatione. 255 B.C
Deus nõ eſt tantum bonũ infinitũ in ſe: ſed etiam in nobis 256 C
Duplici amore poteſt deus ordinatè diligi: ſcilicet amore amicitię, & amore concupiſcentiæ. 256 C
Et quis ſit actus ſpei. ibidem.
Diffinitio ſpei, cum particularum declarationibus. 257 D
Spes etiam eſt reſpectu beatitudinis formalis, & aliorum a deo: & in genere reſpectu quorum eſt. 257 D
De uirtute theologica quid ſit ſecundũ duplicem eius acceptionem. 258 F
Et quot requiruntur ad hoc conditiones, ut aliqua uirtus dicatur theologica. ibidem.
Spes infuſa, & acquiſita, & quę illarum ſufficit ad inclinandum. 257 D
Spes actus quis eſt. 257 C
Spei obiectum primatium, & principale quod eſt. 257 D
Item ſpei obiectum adęquatum deſiderii efficax duo includit. 257 D
Deſperans, & præſumens: an uelint efficaciter beatitudinem, uel quõ. 257. D
Licet deus daturus ſit ſeipſum propter merita: ob hoc tamẽ non minus liberaliter. 257 D
Deus quomodo eſt principaliter adorandus. 260 H
Vti quid eſt. 260 H
Beatitudo duplex, formalis, & obiectiua. 257 D
Spes eſt uirtus theologica tam infuſa, quã acqſita: licet diuerſimodè. 259 G
Spes realiter diſtinguitur a fide, & a charitate coniunctim, & diuiſim: ſimiliter & actus ſpei ab actu fidei, & charitatis. 259 G H
Licet actus ſpei ſit amor cõcupiſcentię: nõ tñ eſt uſus dei, nec fruitio. 260 H
De diuiſione appetitus in cõcupiſcibilẽ

& iraſcibilem, & eorum diſtinctione penes actus, & obiecta. 260 I
Et quod non diſtinguuntur penes delectabile, & arduum. 261 K
Et quod illi appetitus ita diſtinguuntur in uoluntate, ſicut in appetitu ſenſitiuo. 261 K
Bonum arduum quid eſt. 261 K
Quòd quatuor paſsiones gaudium, dolor, ſpes, timor inueniuntur tam in concupiſcibili, quàm in iraſcibili. 261 L
Et quod paſsiones in concupiſcibili differunt ſpecie ab eis, quę ſunt in iraſcibili. ibidem.
Et quod utraque uis non nominatur a paſſione adæquata: ſed a principali. ibid.
Spes in iraſcibili minuit timorem, & dolorem in concupiſcibili: dolor autem in iraſcibili auget dolorem concupiſcibilis. 262 L
Alia eſt ſpes concupiſcibilis, & alia iraſcibilis. 262 L
Spes largè accepta aliqua eſt in concupiſcibili: aliqua in iraſcibili. 263 M
Spes theológica eſt in concupiſcibili, & non iraſcibili. 263 M
De ordine ſpei ad alias uirtutes theologicas, earumque inter ſe. 263 N
Cur ponuntur duę uirtutes theologicę in uoluntate: & una tantum in intellectu. 264 O
Virtutes theologicę non correſpondent partibus imaginis. 264 O
Vtrum ſit tantum una ſpes reſpectu omnium ſperandorum. 264 P
Virtutes theologicę conſiſtunt in medio: ſed aliter, quàm morales. 265 Q
Quomodo actus ſpei poſsit eſſe meritorius. 265 R
Quod ſine charitate nullus actus eſt meritorius. 265 R
Aliter formatur charitate uirtus: aliter eius actus: & quomodo actus dicitur formari charitate. 265 R
Obiectum adęquatum quid eſt. 266 S
De obiecto adęquato ſpei: & quomodo differunt obiectum adęquatum, & obiectum principale: quodque obiectum adęquatum non eſt res extra: ſed ſignum intra. 266 S

Diſtinctio xxvij. Quęſtio unica.

Vtrum charitas ſit habitus inclinans uoluntatem hominis ad obſeruantiam perfectam pręcepti charitatis. 266
Secundum triplicem appetitum, diſtinguitur triplex amor. naturalis, ſenſitiuus, & intellectiuus: & de diſtinctione illorum appetituum. 267 A
Quid ſit amor rationalis, uel intellectiuus: quia quoddam uelle. 267 B
De actibus uoluntatis, quod ſunt tantum duo in genere. 267 B
Non eſt ponendus actus medius inter nolle, & uelle. 267 B
Amor paſsio eſt principium aliarum paſſionum, & cauſa earum. 268 B
Amor arbitrarius diuiditur in amorem affectiuum, & effectiuum. ibidem.
Item in amorem amicitiæ, & concupiſcentiæ. Item in amorem complacentię, & deſiderij cum membrorum declarationibus. 268 C
Quod in amore concupiſcentię quandoque ſunt duo actus: quandoque unus tantum. 269 D
Et de duplici ordine illorum actuum temporis, & naturę. ibidem.
Et quod quilibet horum actuum poteſt eſſe ordinatus, uel inordinatus. 270 E
Quomodo differunt amor, dilectio, charitas, amicitia. 270 F
Quid ſit amàre deum: & quod nullus peccator peccato mortali diligit deum. 271 G
De pręcepto charitatis, & eius clauſulis quomodo intelligendum ſit: & ubi habetur in ſcripturis. 272 H
Diligere deum ſuper omnia quadrupliciter poteſt intelligi ſecundum Cameracen. 272 I
Aliter hoc dicitur ſecundum Sco. extenſiuè: & intenſiuè: & quid eſt amor tenerior, ſeu feruentior: & eſt amor firmior. ibidem.
Quod perfectionis obſeruationis pręcepti primi, tres ſunt gradus. 273 K
Appetitus naturalis quid eſt. 266 A
Amor naturalis quid eſt, 267 A

Appetitus naturalis, ſiue ſenſitiuus quid eſt. 267 B
Quid uenit nomine amoris, uel amare. 267 B
Amare quid eſt. 268 B
Amor efficax, & uerus quis eſt. 268 C
Amor affectiuus, & amor effectiuus quid eſt. 268 C
Quomodo amor effectiuus: qui eſt effectus amoris: dicitur amor. 269 C
Item de amore effectiuo reſpectu dei. 274 L.M.
Amor amicitię, & amor concupiſcentię quid eſt. 269 D
Perfecta obſeruatio præcepti charitatis dupliciter intelligitur. 273 K
Idem eſt totum & perfectum: & quid dicitur perfectum: & quid eſt perfectio naturę, & gratiæ: & quid eſt illo modo deũ diligere ex toto corde. 273 K
Quid eſt diligere deum ex toto corde. 272 HK
Amor complacentię, & deſiderij quid eſt. 270 E
In totalitate & perfectione dilectionis dei ſuper omnia, tres ponuntur gradus. 274 K
Omnis habens gratiam gratum facientem, diligit deum ex toto corde, tota anima &c. 274 K
Quòd reſpectu cuiuslibet actus diligẽdi deum poteſt poni habitus. 274 L
Ad diuerſos actus amoris effectiui diuerſi inclinãt habitus ſpecie. 274 L
Ad amorẽ cõcupiſcentię inclinat ſpes: ad amorem amicitię charitas. 275 M
Pręceptũ de diligendo deum ſuper omnia, intelligitur ſecundum omnes ſpecies dilectionis, tam intenſiuè, quàm extenſiuè. 276 N
Et hoc latè probať de amore amicitiæ, cõcupiſcentię, cõplacentię, deſiderij, affectiuo: effectiuo intenſiuè, & extenſiuè per totum. ibidem
De ſentimẽto deuotionis. Itẽ de amore firmo, & tenaci ſiue tenero. 278 O.I
Licitè poteſt diligi creatura actu intenſiore gradualiter, quã deus. 278 O
Vtrũ præceptũ charitatis adimpleri poſſit in hac uita. 279 P
Cur non eſt datum præceptum de uiſio ne dei, ſicut de charitate. 278 P
Homo ex ſuis naturalibus poteſt deum ſuper omnia diligere. 279 Q
Amor amicitiæ dei ſuper omnia non poteſt ſtare in uiatore ſine charitate, & gratia: licet precedat non tempore: ſed natura & gratiam, & charitatem. 279 Q.R
An ad actum eſſe meritorium ſufficit coexiſtentia gratię. 281 R
Nulla dilectio creaturę citra deum quãtũcunq; in ea delectetur homo: contrariatur, aut tollit dilectionem dei ſuper omnia. 281 R
Stante lege, non poteſt homo per pura naturalia implere præceptum de dilectione dei ſuper omnia: quia non põt diligere meritoriè ſine gratia. 281 R
An deus poſsit alicui pręcipere: ꝙ pro certo tempore nõ diligat eũ. 283 V
Nullus homo poteſt bene agere gratuitè: ſed bene moraliter ſine gratia, ſtãte lege. 281 R
Cum actus amoris amicitiæ ſit ſemper rectus: ad quid ergo ponitur habitus charitatis. 283 V
Vtrum deus ſecundum rationem abſolutam uel attributalem puta ut creator ſeu redemptor ſit obiectũ actus charitatis. 282 S.T
Actus amoris amicitię dei ſemper eſt rectus: nec ideo ſuperfluit habitus charitatis. 284 V
Et ꝙ non poteſt eſſe diſtortus. ibidem.
Ratio formalis obiecti ſumitur dupliciter. 283 S
Et quę eſt ratio formalis obiecti amoris amicitię concupiſcentię coniunctim uel diuiſim. ibidem.

Diſtinctio. xxviij. Quęſtio unica.

Vtrum quatuor rerum genera ſint eodem charitatis habitu diligẽda. 285
Nõ omne diligibile eſt diligibile ex charitate. 285 A
Et quòd diligibile eſt ex charitate diligendum. ibidem.
Quid ſit obiectum Adęquatum actus charitatis diffinitiuè. 285 A

Cum declaratione clauſularum. ibidē.
Proprius actus charitatis eſt amor amicitiæ mediat°, uel immediatus. 285 B
Creatura dupliciter participat beatitunem. 285 A
Amor dei eſt. mediatus, & immediatus quis 286 B
Diligere proximum charitatiuè quid eſt. 286 D. H
Habitus charitatis acquiſitus quomodo plurificatur ſpecie ſecundum diuerſitatem actuum ſpecie diſtinctorum. 286 C
Habitus charitatis infuſus: & acquiſitus quomodo inclinat mediatè, uel immediatè. 286 C
De habitu charitatis infuſo, quomodo ſe habeat reſpectu actus charitatis eliciti: & quomodo actus diligendi creaturam propter deum eſt actus charitatis. 286 C
Quid intelligatur nomine proximi. 286 D. G
Tantum ſunt quatuor diligibilium genera charitate diligentia. 286 E
Vna eſt charitas infuſa ſpecie in omnibus ex charitate diligentibus, & una numero in uno ſubiecto. 287 F
Charitas acquiſita multipliciter cauſatur ſecundum multitudinē actuū charitatis ſpecie diſtinctorum. 287 F
Vtrum angeli, & beati ſint proximi noſtri 287 G
Idem de animabus. ibidem.
Vtrum dæmones, & damnati ſunt ex charitate diligendi. 288 H
Dupliciter aliquid charitate diligitur. 288 H
Quomodo ſeipſum homo diligit ex charitate. 289 I
Charitas ſumitur dupliciter. 289 I
Quomodo uirtutes, ipſa beatitudo, & omnis natura poteſt diligi ex charitate. 288 H

Diſtinct. xxix. Quęſtio unica.

Vtrum ordinis obſeruatio circa diligibilia dilectione gratuita ſit ad ſalutem conſequendā neceſſaria. 289
Ordo charitatis nō eſt ordo temporis: ſed perfectionis, quæ attenditur dupliciter: uel quantum ad affectum: uel quantum ad effectum. 289 A
Tangitur ordo diligibilium ſecundū beatum Ambroſium. 289 A
Dilectio gratuita non ſemper concordat dilectioni naturali: qq; natura quandoq; concurrit cum gratia uia conſona: quandoq; uia oppoſita: quandoq; uia diuerſa. 289 B
Inclinatio naturalis non eſt ſemper recta: ſed inclinatio ſecundum legem naturæ ſemper eſt recta. 290 B
Ordo debitus charitatis eſt de neceſsitate ſalutis. 290 C
Deus præ omnibus primò eſt affectiuè, & effectiuè diligendus. 290 C
Omnia ex charitate diligenda citra deū ſunt ęquè diligenda quantum ad obiecta principalia dilecto uolenda, quæ ſunt deus, beatitudo, gratia. 290 D
Quilibet plus debet diligere ſe charitatiuè, affectiuè & effectiuè quàm proximum. 291 E
Quomodo uerum eſt, ꝙ charitas non quęrit quę ſua ſunt. 291 E
De ordine dilectionis beatorum in patria: an ſemper quilibet plus diligat ſe quam alium qui eſt plus beatus, & plus deo iunctus, an plus coniunctum, quàm extraneum: an plus meliorem &c. explicatur per quatuor propoſitiones. 293 I
Tractatur opinio Sco. de actu diligendi recto, & reflexo, quando uera, & quando falſa. 291 E
In dilectione gratuita parentes præponendi ſunt filijs: & propinqui remotis. 292 F
Quòd multæ ſunt rationes diligibilitatis: & ſecundū hoc diligibilia habēt ſe ut excedentia, & exceſſa. 292 G
Item enumerantur ibi rationes diligibilitatis. ibidem.
Magis diligendi ſunt extranei boni, quàm propinqui mali gratuitè: ſecus dilectione naturali. 292 G. H
Magis diligendus eſt proximus, quàm proprium corpus. 293 H

Qualis ſit ordo charitatis in patria. 293 I
De gradibus incipientium, proficiētiū, & perfectorum, quomodo, & ſecuncunduni quid diſtinguūtur 294 K

Diſtinctio. xxx. queſtio unica.
Vtrum dilectio gratuita, quæ de neceſſitate præcepti impenditur inimico, ſit magis meritoria, quā ea, quæ redditur amico. 295
Inimicus ſub rōne inimici nō eſt diligēdus: & de intellectu qſtionis. 295 A
Præcepta affirmatiua magis obligant, ne contraria fiant: quàm ad opus præceptum. 296 B
Quę bona uolēda ſunt inimico. 296 B
Ratio meriti dependet ex libe. arbi. & gratia: & quomodo ſe habent ad meritum actus intenſior ex minori gratia elicitus: & econuerſo. plura ibi habentur de actu meritorio. 296 C
Dilectio inimici quantū ad bona ſpiritualia: & indifferentia qñq; eſt de neceſsitate: quādoq; non. 297 D
Vtrūq; poſsit inimico mortē uelle ſimpliciter, uel ex conditione. 297 E
Quid de iudice, qui criminoſū condemnat ad ultimum ſuppliciū: quam intētionem debet habere. 298 E
Item de tyranno an poſsit mors eius optari ibidem.
Diligere inimicum quantum ad bona ſpiritualia actu poſitiuo non eſt ſimpliciter neceſſarium. 298 F
Ratio meriti, & quantitas meriti ex quibus dependent: an ex conatu maiori, uel gratia intenſiori. 296 C
Perfectio actus meritorij an principalius dependet a gratia, uel conatu uoluntatis tanto, uel tanto. 299 G
In caſu extremæ neceſsitatis tenetur qlibet inimico impēdere bona ſpiritualia, & temporalia. pulchrè extenditur hoc dictum. 299 F
Aliqua dilectio amicorum eſt magis meritoria dilectione inimicorum: aliqua minus meritoria: aliqua æquè meritoria. 299 G
Dilectio dei magis meritoria ē dilectio ne proximi. q q; actiua uita non eſt fructuoſior uita cōtēplatiua. 300 H
Vtrum oporteat dimittere ſigna rancoris. 300 I

Diſtinctio. xxxj. quæſtio unica.
Vtrum in patria ſine imperfectione maneant uirtutes theologicæ. 300
Actus reſpectu obiecti præſentis, & abſentis differunt ſpecie. 300 A
Imperfectio nō apparentiæ, eſt de eſſentia actus fidei. B. Sic de ſpe. 301
An actus fidei, & ſpei poſsint eſſentialiter perfici. 301 B
An uiſio poſsit ſtare cum fidei actu reſpectu eiuſdem obiecti. 301 B
Actus fidei, & uiſionis: ſimiliter actus ſpei, & tentionis eiuſdem obiecti ſunt oppoſiti: nec ſimul ſtare poſſunt. 301 A.B
Quomodo fides. & ſpes ſint ex parte: & non charitas. 301 C.D
Charitas uiæ ſpecie differt a charitate patriæ: ſimiliter & actus dilectionis uiæ, & actus dilectionis patriæ, differunt ſpecie. 302 D
Secus de charitate infuſa. Ibidem.
Fides, & ſpes tam acquiſita, quàm infuſa non manet in patria. 302 E
Eadem eſt charitas uiæ, & patriæ infuſa. 302 E
Probabile eſt charitatem acquiſitā uiæ non manere in patria. 303 F
Fidei, & ſpei euacuatis in patria nō ſuccedunt alij habitus inclinantes ad uiſionem, & tentionem. 303 G
Fruitio uiæ non eſt eiuſdem rationis cū fruitione patrię. 303 H
Vtrū ſciētia euacuetur in patria. 305 I

Diſtinctio. xxxij. queſtio unica.
Vtrum deus ab æterno diligat ex charitate ęqualiter omnia creata, ſimul, & creabilia. Repetitur breuiter quid ſit diligere. & qd dilectio. 305 A
Duplex eſt charitas: creata, & increata: & q deus eſſentia ſua ſe, & alia formaliter diligit: q q; dupliciter cōtingit ex charitate diligere. 305 A
Voluntas efficax, & ſimplicis compla-

centiæ quid eſt. 312 F
Quæ contraria inferunt cōtradictoria non realia: ſed logicalia. 308 F
Quomodo poteſt aliquis diligere irrationalia ex charitate. 307 D
Diligere æqualiter contingit multipliciter: aut referendo ad actū dilectionis: uel ad bona uolita: uel ad ordinē uolendi. 306 B
Deus rationabiliter, & ordinatè diligit. 306 B
Quō intelligitur dictum Scot. ꝙ omnis rationabiliter uolens primò uult finē: deinde alia: ſic & deus &c. 306 B
Deus ab æterno diligit ſe, & omnia poſſibilia aliquando exiſtentia: non tamen poſsibilia nunquam exiſtentia ex charitate. 308 E
Charitas, qua deus formaliter diligit, eſt diuina eſſentia. 307 D.E
Quomodo ex charitate aliter diligit rationalia, & irrationalia: & quomodo æqualiter diligit omnia: & quomodo inæqualiter, & ordine quodam: latè explicatur pluribus concluſionibus. 307 D E
Quomodo deus diligit cōtraria. & quō poſsibilia nunquā exiſtentia. 308 F
Actus diligendi, quo deus diligit ſe, & alia, non eſt proprius perſonæ: ſed appropriatus ſpiritui ſancto. 308 G
Vtrum chriſtus plus dilexerit Petrum, quā Ioannē: uel ecōuerſo. 308 H
Similiter utrum magis hominem, quàm angelum: prædeſtinatum, quàm præſcitum: genus humanum, quàm chriſtum. ibidem.

Diſtinctio. xxxiij. quæſtio unica.
Vtrum prẹter uirtutes theologicas ſint ponendẹ in parte rationali, aut ſenſitiua ſubiectatẹ uirtutes cardinales, aut morales. 309
Cur quædam uirtutes dicantur cardinales, & principales. 309 A
Vnde diſtinguitur habitus, & actus. 309 B
Potentia animẹ quid eſt. 310 B
Obiectum quid eſt. 310 B
De diuiſione obiectorum ſecūdum quæ ſumitur diſtinctio actuum, & uirtutum. 310 B
De duplici actu uirtuoſo extrinſecè, & intrinſecè: ſimiliter, & d habitu. 310 C
Præter uirtutes theologicas ponendæ ſunt morales: quæ dicuntur cardinales. 310 D
Multiplex diſtinctio uirtutum cardinalium: penes potentias: penes actus: penes obiecta: penes uitia contraria. 310 E
Quatuor ſunt uirtutes cardinales ſecundum communem, & conſueram diuiſionem. 311 E
Totum eſt triplex: ſimiliter, & pars. 311 E
Quomodo in uirtutibus poſſunt aſsignari partes triplices: integrales: ſubiectiuẹ, & potentiales, cum declaratione ſingulorum mēbrorū. 311 E
Quatuor ſunt uirtutes cardinales omnes alias tanquam partes integrales, ſubiectiuas: aut potentiales comprehendentes. 311 E
De differentia inter partes integrales, ſubiectiuas, & potentiales, & illud oſtenditur de huiuſmodi partibus de prudentia exemplariter. 311 E
Virtutes cardinales intrinſecè ſunt tā tum in parte rationali: ſed denominatione extrinſeca ſunt in parte ſenſitiua, & executiua. 312 F
Quæ uirtutum cardinalium ſit principalior: ubi de duplici principalitate, & prioritate naturæ, uel perfectionis. 312 G
Prẹter uirtutes cardinales acqſitas ponendẹ ſunt infuſẹ propter ſanctorum auctoritates. 313 H
Quomodo morales uirtutes manēt in patria ſecundū habitus, non ſecundū eoſdē act⁹, quos habuere in uia. 313 I

Diſtinctio. xxxiiij. quæſtio unica.
Vtrum neceſſarium exponere dona, fructus, & beatitudines a uirtutibus theologicis, & moralibus realiter differentes. 314
Quid intelligatur per dona, fructus, & beatitudines. 314 A

De generali habituum diſtinctione: & præſertim habituum uoluntatis uſq; ad uirtutes theologicas, & cardinales 314 B
Tres uirtutes morales acqſitę, iuſtitia, temperantia, fortitudo ſunt genera ſubalterna. 315 C
Primò concupiſcibilia ſunt honor: & delectatio: utile non eſt primò concupiſcibile. 315 C
Temperantia, quæ eſt circa concupiſcibilia per appetitum ſcilicet circa honores, & uoluptates, habet duas ſpecies humilitatem, & temperantiam: quæ ſubdiuiditur. 315 C
Fortitudo in genere duas habet ſpecies patientiam, & fortitudinem. 315 C
Iuſtitię ſpecies quę ſint. 315 C
De diſtinctione beatitudinum. 316 D
Et quare dicuntur beatitudines. ibidē.
De diſtinctione donorum, & ꝙ neque beatitudines: nec dona diſtinguuntur a uirtutibus. 317 E
De fructib' quos annumerat apoſtolus quid ſint: & eorū diſtinctione. 317 F
Dupliciratione aliqua dicuntur dona ſpirituſſancti. 318 G
Viator ſufficienter perficitur quātum ad actus ad ſalutem neceſſarios per ſeptem uirtutes: quatuor ſcilicet cardinales, & tres theologicas. 318 H
Beatitudines, dona, & fructus ſunt realiter uirtutes de numero ſeptem uirtutum. Quodq; perfectio eorum nō mutat ſpeciem. 319 I.K
Nomina uirtutū, donorū, beatitudinū, & fructuū, differunt ratione: licet res ſignificatę ſint eędem. 320 L
Et quid dicunt illa nomina uirtus, donum, beatitudo. 320 L
De triplici donorum ordine apud Eſaiam, & Matthęum. 320 M
Dona utrū maneant in patria. 321 N
Et quomodo, ac ad quid manent in patria. ibidem.

Diſtinctio. xxxv. Quęſtio unica.

Verū ſicut timor, & charitas in eodē ſubiecto repugnant: ita ſapientia, intellectus, ſcientia, & conſilium inter ſe realiter differant. 322
Timor accipitur tripliciter: pro paſsiōe, ꝓ actu, & pro habitu. 322 A
De quintuplici timore, & eorum diffinitionibus, naturali, mundano, ſeruili, initiali, & caſto ſeu filiali: & late tractātur earūdē diffinitiones. 323 B
De differentia timorum. 324 C
Timor mercenarius quis eſt: ſub quo cōpręhenditur. 324 D
Amiſsio beatitudinis poteſt dupliciter timeri. 324 D
Quis amor ſui eſt radix ciuitatis terrenæ reproborum. 324 E
Verum uſus timoris ſeruilis ſit beatus: an malus. 327 K
Habitus timoris ſeruilis an ſit bonus, an malus. 328 L
Timor naturalis nec repugnat charitati; nec coexigit eam. 325 E
Timor mundanus eſt contrarius charitati. 325 E
Timor ſeruilis uno modo charitati repugnat. 325 F
Timor ſeruilis ſtat cū charitate quantū ad actū in uia: nō in patria. 325 F
Timor caſtus non ſeparatur a charitate: nec in uia: nec in patria quoad actū, & habitum: non tamen quantum ad omnem eius actum. Et ꝙ timor naturalis: nec ſeruilis: nec initialis manet in patria. 325 G
De diſtinctione ſapientiæ, intellectus, ſcientię, & conſilij, quantum ad nomina, & quantū ad rē. 326 H.I
An timor ſeruilis ſit donū ſpiritusſācti: & ꝙ aliqua ſunt dona ſpirituſſancti, cum quibus non eſt ſpirituſſanctus. 327 K
Habitus timoris ſeruilis, & initialis nō ſunt idem. 328 L
Quis, & quomodo timor decreſcit creſcente charitate: & quomodo ſit illa remiſsio timoris, cum ei charitas non contrarietur. 329 M
In qua potentia ſit timor: an in concupiſcibili, uel in iraſcibili. 329 N

Diſtinctio. xxxvj. Quęſtio unica.

Vtrum omnes uirtutes in genere ſint adinuicem connexę. 330 A

De

De quinq; gradibus uirtutis moralis: qui late explicantur. 330 A
Duplex eſt actus imperatiuus, formaliter, & æquiualenter. 331 B
Et quid eſt hic imperate. ibidem.
Actus dicitur bonus uel malus ex gene re: ex circumſtantia: ex princip o meritorio: declaratur exemplis mul tis. 332 C
Habituum inclinatiuorũ ad actus: aliqui ſunt in parte ſenſitiua: quidam in uo luntate. 333 D
De quadruplici acceptione prudentiæ, & eius diſtinctione a philoſophia mo rali late explicatur. 333 E
Virtutum connexio poteſt intelligi uel formaliter, uel principiatiuè, uel in clinatiuè. 334 F
Virtutes morales inter ſe non ſunt formaliter connexę. 335 B
Virtutes morales uerè connexæ ſunt principiatiuè. 336 H
Virtus heroica quid eſt: ſeu actus heroicus. 330 A
Quid eſt uoluntatem imperare membris. ſeu potentijs inferioribus hoc, uel illud faciendum. 331 B
Virtutes morales uerè, ſeu perfectè con nexę ſunt inclinatiuę. 336 I
Virtutes primi, & ſecundi gradus non ſũt uerè uirtutes: ſed analogicè. 337 I
Tripliciter contingit exercere actũ bonum exteriorem: aut propter deum: aut quia ſic dictatur a ratione recta: aut propter alium finem. 337 K
Habens unam uirtutem ueram, ſecundũ pręparationem cordis habet omnes: ſicut habens unũ uitiũ, habet omnia ſecundum cordis pręparationẽ. 338 L
Primus, & ſecundus gradus uirtutis ſecum compatitur uitium, & actum ui tioſum. 339 M
Tertius, & quartus gradus uirtutis non ſtant cum uitio. 339 M
Virtus quarti gradus repugnat omni uitio, & culpabili errori. 339 M
Omnis actus uerè uirtuoſus connectitur prudentię actuali: ſic habitus uirtutis habitui prudentiæ connecti tur non actuis ſed non econuerſo: quia prudentia eſſe poteſt ſine uirtute morali. 340 N.O
Eſt aliqua prudentia, quæ eſſe non poteſt in ratione: niſi uirtus moralis fuerit in uoluntate in pręſenti, uel in pręterito. 340 O
Virtutes theologicæ non ſunt ſibi inui cem formaliter connexæ. 341 P
Sine charitate poteſt haberi uera uirtus: ſed non perfecta. 342 Q
Virtus moralis non requirit habitum cõſimilẽ in potentia ſenſitiua: nec ẽt ecõuerſo: licet habitus alterius poten tię uoluntate, ut ſit uirtus, requirit uirtutem in uoluntate. 343 R
Nulla moralis uirtus alteri repugnat: nec uirginitas caſtitati. 343 S
Vitia ſunt ſibi cõtraria; & tamen habẽs unũ, habet omnia ẽt cõtraria ſecũdũ præparationem cordis. 344 T
Habens unam uirtutem, habet etiam actus quoſdam uitiorum: ſcilicet qui poſſunt benè ſieri ſecundum præparationem cordis: non tamen omnes. 344 T
Quibus repugnat uirtus tam habitibus, quam actibus. 345 V
An ſpes, & fides ſint uerę uirtutes. 342 P
Et an ſint perfectę uirtutes ibidem.
Sine caritate haberi poteſt uera uirtus: ſed non perfecta: immo etiam heroica. 342 Q
Theologales uirtutes moralibus: & econuerſo non ſunt formaliter con nexæ. 342 Q
Vtrum aliquę uirtutes ſint ſibi contrarię. 343 S
Actus uirginitatis, & coniugalis caſtitatis quis eſt. 343 S
Contrariorum contrarię ſunt diſpoſitiones, quomodo intelligitur. 344 T
Ad uirginitatis uirtutem quid requiritur. 344 S
Exponunt auctoritates ſonãtes, quòd prudẽtia nõ ẽ ſine uirtute morali. 346 X
Quomodo malitia excęcat intellectũ politicè, & priuatiuè. 346 X
Quõ omnis malus ignorans. 346 X
De qualitate uirtutum in eodem ſubiecto exiſtentium. 347 Y

Diſtinctio.xxxvij.Quęſtio unica.

Vtrum ad pcepta decalogi legis naturæ indiſpenſabilia,referentur omnia alia legis mandata. 349 A
Quid lex obligatoria. 349 B
Triplex eſt lex naturalis:diuina politiua & deſcriptio legis diuinæ. 349 B.C
Qualis notificatio requiritur ad legis obligationem. 349 B
An cum ignorantia inuincibile ſtet legis trangreſsio. 349 B
De quatuor gradibus diuinæ legis. 350 B
Quando præſumitur aliquis non ignorans,uel non ignoraſſe. 349 B
Cur aliqua lex præciſè dicitur diuina, uel de iure diuino. 350 C
Lex naturalis obligatoria quid eſt. 350 D
Differentia iuris naturalis a iure diuino. 350 D
Lex humana quid eſt. 351
An diſtinctio legis triplicis ſit data p[er] oppoſita. 351 E
De lege naturali,& humana 351 E
Dupliciter aliquid dicitur de lege naturæ:ſicut aliquid dupliciter dicitur naturaliter notum. 51 F
Quid diſpenſare in lege. 51 G
De triplici legis ueteris teſtamenti morali,iudiciali,ceremoniali. 351 H
De numero,ordine,ac diſtinctione præceptorum decalogi. 351 I.K
Non omnia præcepta decalogi ſunt de lege naturæ ſtrictè. 354 L
Duo pcepta negatiua primæ tabulę ſūt de lege naturæ ſtrictè 354 C
Omnia pcepta ſecūdę tabulæ ſunt de lege naturę largè,& nō ſtrictè. 354 M
Præcepta legis naturæ ſtrictè non ſunt diſpenſabilia quantum ad principia, & concluſiones propinquas: ſecus quoad remotas. 354 M
Præcepta ſecundæ tabulæ quomodo ſūt diſpenſabilia. 355 N
Ibi de Abraam quantum ad homicidiū: & Oſeæ quantum ad fornicationem & Samſone.ibidem.
Qūo pręcepta decalogi ſint ſeruanda ad mentem pręcipiētis. Et ꝙ duplex eſt intentio pręcipientis. 356 P
Tripliciter quis poteſt ſe habere ad pręceptorum obſeruantiam. 356 P
Quomodo cetera præcepta ad decalogum reducuntur: uel ut principia: uel ut concluſiones: uel ut rationi conſona. 355 O
Vtrum pręcepta decalogi obligent, ut obſeruentur in charitate. 356 P
An præcepta ſecundę tabulę ſint de lege naturæ ſtrictè quantum ad id, ꝙ præcipiunt. 357 Q
An decalogus pro omni ſtatu hoiem ad ſui obſeruantiā obligauit. 357 R
An dñs diſpēſauit cū filijs Iſrael ſuper pręcepto. Nō furtum facies. 357 S

Diſtinctio.xxxviij.quęſtio unica.

Vtrum mendaciū in uiris perfectis culpa ſit mortalis. 358
De duplici ſermonis ueritate:differētia inter mendacium,& mētiri. 358 A
Veritas ſermonis, & ueritas rei eſt duplex: & ꝙ duplex eſt ueritas ſermonis. 358 A
Stat aliquē uerum dicendo mentiri, & dicendo falſum nō mentiri. 358 A
Non omnis mentiens dicit mendaciū. 358 A
De diffinitione mendacij,& mentiri. 358 B.A
Non omnis qui mentitur,dicit mendacium:ſed econuerſo. 358 A
De triplici mendacio,pernitioſo, officioſo,iocoſo. 359 C
Mendacium,mentiri,decipere dupliciter accipiuntur:uel ut includūt iniuſtitiam,uel ut non includūt. [359 D
Impugnantur cauſę multorum,propter quas omne mendacium eſt peccatum ſecundum eos. 360 E
Quia nullum mendacium pimo modo poteſt eſſe ſine peccato: ſed bene ſecundo modo de potentia dei abſoluta:nō aūt ordinata. 361 F G
Mendacium pernitioſum eſt mortale: cætera uenialia ex natura actus, tam perfectis,quā imperfectis. 362 H.I

Poſſunt tamen eſſe mortalia ex circumſtantia aliqua. ibidem. I
An ex circumſtantia perſonæ ſpecialiter non obligante, peccatum mortale transferatur in ueniale: aut ecõtrario. 362 I.K
Mendacium iocoſum in doctrina, uel iudicio eſt quandoq; peccatum mortale: & quandoq; non. 364 K
In ſcriptura ſacra nullum mendacium continetur aſſertiuè dictum in ſenſu, in quo ſpiritus ſanctus eam reuelauit. 364 L
Scandalum puſillorum, non Phariſeorum quomodo eſt uitandum. 363 I
Quomodo a mendacio excuſētur patres ueteris teſtamenti: Abraã, Iſaac, Iacob, Ioſeph, obſtetrices, Ioſue, Raab, Dauid, Iehu, Iudith. 364 L.M
Quomodo ſine mendacio aliqua dicũtur in ſcriptura figuratiuè, & parabolicè 364 L
De ſimulatione ſanctorum, an ſint mendacia, aut an excuſentur, Ioſue, Dauid, Chriſtus, q ſinxit ſe longius ire. 367 N

Diſtinctio.xxxix.quæſtio unica.

Vtrum licitum ſit iurare in teſtimoniũ ueritatis, & in obligationem ſeruandæ promiſsionis. 368
Quid ſit iurare, & qd iuramẽtũ. 368 A
Quòd deus aduocatur in teſtem in ſe, uel in creatura. 368 A
Ex qua cauſa inductum eſt iuramentum. 368 A
De multiplici forma iuramẽti. 369 B
Duplex eſt iuramentum: aſſertorium, & promiſſorium. 369 C
Quod eſt iuramentũ ſimplex, & execratoriũ: q eſt grauiſsimum. 369 C
Quã poteſtatẽ habet Papa in diſpensãdo ſuper iuramẽtis præſtitis. 377 N
Iuramenta generalia totius communitatis, uniuerſitatis &c. de ſeruando ſtatuta: de obediendo &c. quomodo ſunt intelligenda. 377 N
Neceſsitas coactionis, & charitatis, ſeu utilitatis proximi. 378 O
Quare periurans per euangelium publicè ſit infamis: & non iurans per deũ. 379 Q
Iuramentum diuiditur in iuramẽtum, & periurium. 369 C
De tribus comitibus iuramenti, ueritate, iudicio, iuſtitia. 370 D
De iuramẽto doloſo, incauto, coacto: quid ſit ſecundum deſcriptionem cuiuslibet. 370 E
De duplici metu quidam cadit in conſtantem uirum: quidam non: & quis eſt ille. 370 E
Pro nullo metu peccandum eſt mortaliter: nec pro metu pœnæ, nec culpæ. 371 E
Quod iuramentum tantum debitis circumſtantijs eſt licitũ: probatur multipliciter. 371 F.G
Deus iurauit, ſimiliter angeli, & Apoſtoli. 371 F
Iurare eſt actus latriæ. 371 F
Exponitur non iurare omnino: ſimiliter illud Iacobi. Nolite iurare. 372 G
Cauenda eſt ſummopere iurandi frequentia. 372 G
Iuramentum execratorium non ſit niſi per creaturam. 373 H
Quomodo licet iurare per creaturam: & quomodo non licet. 373 H
Aliter obligat iuramẽtum aſſertorium, aliter promiſſorium. 374 I
Iuramentum doloſum obligat in foro exteriori: non interiori. 374 I
Iuramentum incautum quomodo obligat. 375 K.L
De iuramento Ioſue facto Gabaonitis. 375 K
De iuramento coacto, quod obligat in foro conſcientiæ. M. ſecus in foro exteriori. ibidem.
Quale remedium habet, qui coactus iuramento dedit raptori centum florenos. 377 M
Iuramentum debitè circumſtantionatum quomodo obliget. 377 N
De conditionibus in quolibet iuramento licito ſubintellectis, quæ ad ternarium reducuntur. 377 N
Qualis debet eſſe cauſa motiua ad iurãdum, & quæ neceſsitas. 379 Q

Et ꝙ duplex eſt neceſsitas.ibidem.
Quis cui iurare poſsit. 379 P
Per quid iurandum eſt. 379 Q
Maius eſt iuramentum per deum,quàm per creaturam. 380 Q
Vtrum liceat iuramentum ab idololatris recipere per deos falſos iurantibus. 380 R
Quanta honeſtate ſit iurandũ. 380 S
Quo tempore liceat iurare:& ibi contra quandam ſuperſtitioſam obſeruantiam. 380 T.V
Quæ partes in iudicio non admittuntur ad iurandũ tẽpore feſtiuo. 381 V
Vtrum iurare ſit actus de ſe bonus,malus,uel indifferens. 381 X
Obligatiões priuatæ. & particulares an obligent ſecundum mentem promittentis uel ſecundum uerba. 380 R
Et an nolens obligari: ſed doloſe promittens teneatur coram deo. ibidẽ.
Iuramentum obuians charitati non ligat. 380 R
Iuramenta de non obſeruando conſilia euangelica,an ſint obligatoria,& quomodo. 380 R
Et an ſic iurãtes peccẽt, & qñ. ibidem.

Diſtinctio. xxxix. queſtio ij.
Vtrum omne periurium ſit mortale peccatum. 382
De ſex modis periurij:& ꝙ periuriũ tripliciter accipit. & eius diffinitione, quã ponit magiſter in textu. 382 A
Quòd quadruplex eſt falſitas:uocis,proferentis,obligationis, & indiſcretionis. 382 B
Deliberatio requiritur tam ad actũ meritorium,quã uitioſum. 383 C
Conſuetudo,& frequẽtia actus non mutant genus peccati: ita ꝙ peccatum ueniale propter conſuetudinem nõ ſit mortale. 383 D
Iuramẽtum qñq; fertur de certitudine: qñq; de credulitate. 384 E
Nullum periurium indeliberatẽ factum eſt mortale peccatum. 384 F
An habitus,& cõſuetudo aliquid faciãt ad rationem peccati. 383 D
Quale periuriũ ſit mortale deliberatẽ factũ ſcdm ſex modos pręmiſſos per concluſiones plures. 384 F.G.H.I
Iudex nõ debet cõdemnare pp teſtimonia de credulitate:& ꝑ ĩtã occulta nõ ſũt ab hoie iudicãda. 384 H
Ignorantia inuincibilis excuſat in iuramẽto de certitudine. 384 H
Quando iuramẽtum de credulitate eſt peccatum:& quale eſt,ꝙ præſtatur in promotionibus uniuerſitatum ad ordines,uel dignitates. 384 H
Quòd coactio, & iocus non excuſant a mortali iurantem. 386 K
Vtrũ peccet,qui aliũ ad periurium prouocat,quẽ nouit peieraturũ. Similiter quid de audientibus. 386 L.M
Quòd iurãs per idolũ:aut per aliũ modũ illicitum fidem tenetur ſeruare: niſi iuraret contra iuſtitiam. 387 N
Vtrum periurium ſit grauius homicidio duplex opinio. 387 O
Vtrum iuramentum cũ ſit actus latriæ: ſit frequentandum. 387 O

Diſtinctio.xl.& ultima. Queſtio unica.
Vtrũ a ueteri lege diſtet noua per præcepta,ſacramenta,& promiſſa. 389
Quomodo iudei tenebantur ad præcepta moralia,cerimonialia,& iudicialia. 389 A
De grauitate ueteris teſtamenti reſpectu noui,ratione moralium cerimonialium,& iudicialium. 389 A.B
Noua lex excellit ueterem quantum ad adiutoria multipliciter. 389 B
Lex euangelica diſtat a ueteri præceptis,ſacramentis,& promiſsis.Et probatur concluſio quantum ad omnes partes. 390 C
Quomodo uetus teſtamentum dicitur prohibere manum:non animum: cũ tamen prohibeat concupiſcentiam, quæ pertinet ad animum. 391 D
Cur uetus lex dicit lex occidens : euangelium uiuificans. 392 E
Quare lex uetus dicitur lex timoris: & noua amoris. 392 F

Finis regeſti.

COLLECTORIVM TERTII SENTENTIARVM EXIMII VIRI MAGISTRI GABRIELIS BIEL SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATI.

DIVINA miſeratione expeditus utcũq; de quęſtionibus abbreuiatis circa materias ſecundi libri ſententiarũ: in quo magiſter egit de deo, in quantum relucet eius potentia in opere creationis: ſimilibus modis, & ordine: eadem aſpirante gratia procedere propono circa tertium magiſtri librũ, in quo agit de deo, inquantum relucet eius ſapiẽtia, in opere reparationis lapſi hominis. Et quoniã reparatus eſt homo ſuo lapſus peccato per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, dei hominumq́; mediatorem j. Timo. ii. ęterni patris ineffabile uerbum, qui caput eſt Eccleſię, noſq; membra eius. Eph. j. Ideo magiſter in hoc tertió. Primó agit de his, quæ concernunt Chriſtum ſolum, ut eſt caput Eccleſię. Secundó de his, quæ concernũt ſimul caput, & membra ſ. de donis, & uirtutibus. diſt. xxiii. Et circa primum primó agit de myſterio incarnationis. Secundó de myſterio paſsionis diſt. xv. Siquidem paſsione eius redẽpti ſumus: ſecundum illud j. Pet. Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternę traditionis; ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Paſsio autem incarnationem pręſupponit. Agit igitur primó de humanę naturę aſſumptione. ſecundó de collatę naturę perfectione diſt. xiii. Et primó quidem de ipſa incarnatione: ſecundó de conſequente idiomatum cõmunicatione diſt. vi. In his ergo quinq; primis diſt. agit de incarnatione quantum ad quinq;. Primó de perſona aſſumente. diſt. j. Secundó de aſſumptionis modo, & ordine diſt. ii. Tertió de conditione naturæ aſſumptæ diſt. iii. Quartó de aſſumptionis cauſa efficiẽte diſt. iiii. Quintó de incidentium dubiorum ſolutione diſt. v. ¶ Sententiá magiſtri in j. diſt. in ſubiectis tribus concluſionibus. ſummarié continetur. Prima. In tempore plenitudinis: gratię. ſ. & ueritatis, filius eſt miſſus: dum humanæ aſſumptione naturę eſt incarnatus. ¶ Secunda. Licet uterq; pater, & filius incarnari potuit: multiplici tamen congruentia ſolus filius carnem aſſumpſit. ¶ Tertia. Tota trinitas incarnationem eſt operata: ſed duntaxat in uerbi perſona. Harum declarationem proſequitur textus.

QVAESTIO. I.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quæritur. Vtrũ ſolus filius Dei naturã humanã ſibi uniuit in unitatẽ ſuppoſiti? ¶ Et quia beatiſsimę incarnationis uerbi materia, inter cętera theologicalia ſicut eſt gręſ ſummę: ita & difficultatis pręcipuę niſi ca A

Incarnatio uerbi eſt intel-

lectu difficilis. pacitatem intellectus longe excedens: tanquam nihil ſimile habens in natura: unde ad eius intelligentiam aſſurgere poſſimus: propter quod beatiſsimus Ioãnes ſpiritu ſancto in utero repletus, ſe huius myſterij corrigiam ſoluere indignum profeſſus eſt: ut allegat magiſter diſtin.ij. huius tertij. Ideo pſuppoſita ſi dei ſynceriſsima, ac certiſsima ueritate; cum omni humilitate ſacratiſsimum noſtrę reparationis ſacramentum: id eſt ſacrũ myſterium aggrediamur: pulſantes ad oſtium diuinæ ſapientiæ piç affectionis precibus: ſi forte nobis accommodare dignetur panes uitę, & intellectus, quibus tam admirabile myſterium firma fide creditum intelligamus, intelligendo adoremus, adorando amemus, amando eius fructu beatificari mereamur. Præſuppoſita igitur in dicendis ſemper theologica proteſtatione ad queſtionis deciſionem procedentes terminorum declarationes pro primo articulo præmittentur, quibus pro ſecundo articulo concluſiones ſubiungentur: ac pro tertio dubia mouenda

Arti. 1. Not. 1. diſſoluentur. ¶ Quantum ad primum. Quia per uerbi incarnationem, ut infra patebit. L. & diſt. v. ar. ij. & iij. nihil

B

Quid intelligendũ noie incarnationis. aliud intelligimus: niſi aſſumptionem humanę naturæ a uerbo in unitatẽ ſuppoſiti, per quem uerẽ deus dicitur homo: & homo deus: rememorandum eſt ex primo Ockam, & ex abbreuiatis eiuſdem diſt. xxij. & lib. ij. diſt. iij. quid natura: quid ſuppoſitum: & quid ſit perſona. ¶ Natura eſt res aliqua poſitiua habens eſſe reale: non tantum eſſe obie

In quo differũt ſuppoſitũ, perſona, & natura. ctiuum in anima. ¶ Quõd uero ly ſuppoſitum dicit generaliter in ſubſtãtia: hoc perſona ſignificat ſpecialiter in intellectuali natura. ¶ Dicitur autem natura intellectualis, quę eſt intellectus, ut anima, angelus, deus, aut quæ habet intellectum partem ſui eſſentialem; ut homo compoſitus ex materia, & forma ſubſtantiali, quæ eſt intellectus rationalis. Vnde ſuppoſitum ſuperius eſt ad perſonam, tanquam genus ad ſpeciem. ¶ Eſt autem perſona terminus priuatiuus ſupponens pro natura intellectuali, connotans negationem quadruplicis communicabilitatis, ſeu innitentiæ. ſ. qua pars communicatur, ſeu innititur toti: conſtituens conſtituto, forma ſubiecto: ſuſtentificatum ſuſtentificãti. Hoc patet ex diffinitione perſonæ Boe. lib. de duabus naturis contra Neſtorium dicentis. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Per rationalem naturam intelligit naturam intellectualem. i. naturam, quæ uel eſt intellectus purus: uel habet intellectum: ut dictum eſt. Et per indiuiduam ſubſtantiam intelligit naturam incommunicabilẽ: ſiue ut quod, ſiue ut quo. Vt quod: quoniam eſſentia diuina communicatur perſonis diuinis. Sic enim ſecũdum Sco. diſt. præſenti. Natura creata nõ eſt communicabilis. Singulare enim non eſt cõmunicabile, ut quod: niſi ſit illimitatum, ut eſſentia diuina. Dicitur n aliquid communicari alteui, ut quod, ꝙ conſtituit aliquid cũ alio: cum quo eſt idem realiter non formaliter. Vt quod quod nõ eſt idem realiter alicui: ſed eo denominatur aliud. Sic a parte totum: uel a forma inhærente ſubiectum ſortitur aliquam denominationẽ: ut ab anima denominatur totum compoſitũ homo. Ab albedine dicitur ſubiectum albũ. Vel aliquid ab aliquo alio modo adhęrente. Et hoc expreſsius innuit Rich. de ſancto Victorre hic diffiniens perſonã. iiij. de trinit. Perſona eſt intellectualis naturę incõmunicabilis ſubſiſtentia. Perſonę diffinitio. Ex quibus colligitur hęc diffinitio perſonę ſecũdũ Ockã diſt. xxij. primi lib. & q. j. huius tertij & tactũ fuit ſupra diſt. iij. q. j ſecundi. Perſona eſt ſuppoſitum intellectuale. Vel explicando nomen ſuppoſiti, eſt ens cõpletũ: nõ cõſtituens aliquod unũ nec natũ inhęrere: nec ab alio ſuſtentatũ. Per ly ens cõpletũ excludit oẽ ens partiale: ſiue ſit pars integralis, ſiue eſſentialis: differenter tñ quia pars integralis, dũ actu cõponit, nõ eſt ens cõpletũ: ſecus dũ actu non cõponit: nã ſi actu non eſt pars integralis: licet poſsit eſſe pars, eſt ens cõpletũ, ut quod hodie eſt totus ſortes: poteſt eſſe eius pars, quod cras erit ſortes: ſi aliquid ſibi cras

C.

adgeneretur per nutritionem: & tamen hodie eſt ens completum, & perſona: non cras. Pars uero eſſentialis nunquam eſt ens completum: ſiue actu componat, ut forma actu inherens: uel materia actu ſubſtans. Siue actu non cōponat: ut anima ſeparata, uel materia nuda. Vnde materia, aut forma nunquā eſt ens completum ſiue actu cōponat, ſiue aptitudine tantum. Ratio: quia ſemper manet in forma etiam ſeparata inclinatio ad informandum ſubiectum. Non ſic in parte integrali manet inclinatio ad componendum. Eſt ergo ens completum: ens quod non eſt actu pars integralis: nec eſt actu, nec aptitudine pars eſſentialis. Aptitudine .i. inclinatione. Dicitur non conſtituens aliquod unum. per hoc excluditur eſſentia diuina. Similiter & proprietates relatiuæ ut paternitas, filiatio, ſpiratio: etiā conſtitutum ex eſſentia, & ſpiratione actiua, quorum neutrum eſt formaliter perſona: quāuis quodlibet horum ſit ens completum. Dicitur nec natum inhęrere: per hoc excluditur omnis forma tam ſubſtantialis, quā accidentalis: tam coniuncta, quā ſeparata. Dicitur nec ab alio ſuſtentatum: propter naturā humanā in Chriſto. ¶ Ex illo ſequitur primò: ꝙ perſona, & ſimiliter ſuppoſitū quantū ad cōmunicari, ut partem integralē, & ut ſuſtētificatū ſuſtētifica*n*ti ſeu naturæ ſuppoſitāti: negat tm̄ actū cōicādi .i. actualē cōicationē: quātū uero ad cæteros cōicādi modos: negat actū cū aptitudine. Primū patet ꝗ parte integrali aptitudinali, qui eſt perſona, dū actu nō fuerit pars. Similiter de natura petri: aſſūptibili quidē: nō tn̄ aſſumpta, quę ſimiliter eſt perſona. Secundum patet: quia nihil natū cōicari alteri, ut forma: ſiue ut cōſtituens nō componens: licet actu nō cōicet; eſt perſona. Ideo anima ſeparata, uel accidens ſeparatū nō eſt pſona, uel ſuppoſitū. Idē etiā patet de conſtituente, & non cōponente. Quia nō reperitur niſi in diuinis. Ibi aptitudo nō ſeparatur ab actu. Quicquid n. eſt in diuinis, eſt neceſſe eſſe: & ita ſemper eſt. Quicqd ergo pōt eſſe in deo, ſemꝑ eſt

Ens cōpletum quid eſt.

Corollariū. 1.

D

in eo. ¶ Secūdò ſequitur, ꝙ pſona, uel ſuppoſitū nihil addit naturę, q̄ eſt pſona in creaturis. Sed ipſa natura intellectualis hominis, uel angeli oibus alijs circūſcriptis eſt pſona: nā pſona ſupponit ꝓ natura intellectuali: & ꝑter illā nihil aliud importat, niſi negationē quadruplicis cōicabilitatis. Hæc aūt negatio nihil eſt naturę, q̄ eſt pſona: ſed eſt ens rationis puta actus ſincategorematicus interior mētis, quo intellectus intelligēdo naturā ipſam diuidit a communicabilitate, & innitentia ꝑdictis. Sicut cęcus, pauper, tenebroſus, non addunt aliquid ei, q̄ cęcus dicitur pauper, uel obſcurus: ſed ſignificat hūc non habere lumen, diuitias, uel uiſum. ¶ Tertiō ſequitur: ꝙ impropria eſt locutio, qua dicit̄: natura perſonat̄ negatione formaliter. Probatur: quia natura intellectualis cōpleta nō cōicata alteri, ſeipſo omni alio circumſcripto eſt perſona: & ſi non eſſet actu negatio aliqua in mēte: adhuc natura petri eſſet pſona. Sicut nō dicimus, ꝙ aliquis eſt cæcus, pauper, uel tenebroſus negatione, ſed concedi pōt ad hūc ſenſum. Natura pſonat̄ negatione i. natura dicitur, uel nominatur hoc nomine perſona: ſiue de natura prędicatur hoc nomē perſona, quod importat formaliter negationem quadruplicis communicabilitatis. ¶ Secundò notandum de uerbis perſonare, & perſonari: ꝙ aliquid perſonari, ſiue uniri perſonaliter dupliciter intelligi poteſt. Vno modo, ut tantum ualet .i. fieri perſonā. Et perſonare eſt dare alicui eſſe perſonale .i. dare, ut ſit perſona. Et hoc poteſt intelligi cauſaliter, uel formaliter: ſicut caleſieri, & calefacere. Similiter & perſonaliter alicui pſonæ uniri, eſt ipſum fieri unū, ſiue idē cū pſona: hoc eſt ipſum fieri perſonā illam, cui dicitur uniri. Et ſic accipiendo nihil perſonatur formaliter per aliquod extrinſecum: ſed quicqd perſonatur, uel ſeipſo perſonatur, ut pſona creata, uel per aliquod poſitiuum, cui identificatur: ſicut perſona diuina, q̄ pſonatur formaliter per proprietatē relatiuam, quę eſt eadem perſona diuinę realiter: non formaliter. Nec eſt inſtā-

Corol. 2

Corol. 3

Not. 2. E Aliquid dicitur perſonari dupliciter.

eta de natura humana aſſumpta: quia illa non perſonatur, hoc modo accipiendo perſonari a uerbo: quia ſit perſona uerbi nō.n. ſit perſona Chriſti. Siquidē plus repugnat naturæ humanę, ꝙ hæc perſona uerbi, quā ꝙ fiat aſinus. ❡ Alio modo, & magis uſitatè, & communiter accipitur a doc. ut perſonari eſt dependentiam ſuppoſitalē ab aliqua perſona terminari. Et perſonare eſt perſonam aliquam huiuſmodi dependentiā alicuius naturę terminare. Vnde imaginandū, ꝙ omnis natura, ſiue entitas creata: aut in ſeipſa ſubſiſtit ita ꝙ ad nullā aliā ſuppoſitaliter dependet: hoc eſt nulli alij communicatur aliqua quatuor cōmunicabilitatū ſupradictarū. Aut dependet ad aliquod ſuppoſitū per ſe ſubſiſtēs mediatè, uel immediatè. Exemplū primi: ut ſubſtantiæ completę, quę ſunt ſuppoſita ſecūdū prædictā ſuppoſiti deſcriptionem. Exemplum ſecundi: ut ſubſtantiæ partiales, integrales, uel eſſentiales: ut materia, & forma. Exemplum tertij: ut accidentia alteri partium inhęrentia.

Omnis creatura in ſe ſubſiſtit, uel dependet ad per ſe ſubſiſtēs

Vnde patet, ꝙ nulla res poteſt naturaliter eſſe: niſi ſit in ſe ſubſiſtens: aut niſi depēdeat ad per ſe ſubſiſtēs. Et hæc dependentia nō eſt cauſati ad cauſam, nec conſeruati ad conſeruans, nec inhęrētis ad ſubiectum: ſed nominatur a doc. dependentia ſuppoſitalis: ſiue ſuſtentificati, aut ſuſtentati ad ſuſtentificans. Et hoc idem eſt uniri, ſiue aſſumi ad unitatem ſuppoſiti, uel perſonę: non fieri perſonam: ſed ſuſtentari, uel ſuſtentificari (ut quidā dicūt) a perſona, uel eius dependentiā ſuppoſitalem tibi a perſona, quod tantumdem ualet. Eſt .n. unio perſonalis, nō quę facit aſſumptum eſſe perſonā: alioquin natura humana non uniretur hypoſtaticè uerbo: quia nō eſt pſona. quia nō eſt perſona uerbi: quia natura aſſumpta non eſt uerbū.

Vnio hypoſtatica quid eſt.

Sed unio perſonalis, & hypoſtatica eſt unio, qua natura, quæ ſibi dimiſſa eſſet perſona: ſuſtentificatur ab alia perſona, communicans ſibi denominationem concretiuam, quam ſibi dimiſſa proprio ſuppoſito communicaret. Sic natura humana in Chriſto, quæ ſibi dimiſſa eſſet perſona: ſubſiſtit iam non in ſe: ſed in ſuppoſito uerbi. Vnde uerbum dicitur homo. ❡ Corollarium. Accidens propriè loquendo non unitur ſubiecto hypoſtaticè ſecundum hunc modū loquēdi, quamuis ſubſiſtat in ſubiecto: quia ſibi dimiſſum non eſſet ſuppoſitum, uel perſona. Sic de forma ſubſtantiali: licet cum materia conſtituat perſonam: nam ſeparata poſt mortem a corpore anima non eſt perſona.

Corollariū. 1.

❡ Corollarium ſecundum. Licet uerbum quamlibet naturā creatam aſſumere poſſet: non tamen quālibet poteſt ſibi hypoſtaticè, ſeu perſonaliter unire. Patet: quia perſonare ſiue hypoſtaticè unire plus dicit, quàm aſſumere. Connotat enim ultra aſſumere perſonam, ſiue hypoſtaſim in aſſumente, & perſonalitatem in aſſumpto: ita ꝙ aſſumptum poſsit eſſe in ſe ſuppoſitū, uel perſona. Si tamen perſonari, ſeu perſonaliter aſſumi nihil aliud dicit, quàm ſuſtentari, uel ſuſtentificari a perſona: tunc quicquid aſſumitur a perſona perſonatur: & ſuppoſitaliter unitur. Sic dicit Ockam q. j. tertij ad rationē nonā: ꝙ lapis ſit perſonabilis a pſona diuina, ſicut hō: quia perſonari a pſona diuina, nihil aliud eſt, quàm ſuſtentificari a perſona diuina, quod poteſt indifferenter competere naturæ rationali, & irrationali &c. Hæc diuerſitas ſtat in quid nominis terminorum. Et concordant dicenda inferius in dubio quarto: ſcilicet utrum eſſentia diuina poſsit eſſe primus terminus unionis hypoſtaticæ.

Corol. 2.

F

❡ Quamuis autem quæ dicta ſunt de perſona, ſint ꝓbabilia, & opinioni Scoti, & Ockam conſentanea. Eſt tamen & alia opinio de pſonalitate creaturę, quam recitat Scotus diſtinctio. j. quæſtio. j. huius tertij. quæ tenet: ꝙ quælibet intellectualis creatura ſit perſona formaliter per aliquod poſitiuū ſuperadditum naturæ ſingulari, ab ea realiter diſtinctum: ſiue ſit abſolutum: ſiue reſpectiuum, per cuius poſitionem in natura: natura ipſa dicitur perſona: & per eius corruptionem natura deſinit eſſe perſona. Et ſecundum hanc uiam, ly perſona non eſt nomen priuatiuum,

uatiuum nec cõnotat negationem: ſed eſt pure poſitiuum, ſupponens pro natura intellectuali: connotans talem entitatem (quam perſonalitatem dicũt) ſibi ineſſe: ſicut albus ſupponit pro ſubiecto: connotans ſibi ineſſe albedinem, & calidum caliditatem. ¶ Hanc autem improbare nititur Scotus quatuor rationibus, quibus infert quatuor inconuenientia, quæ ad eam ſequuntur. Primum, ꝙ eſſet aliqua entitas poſitiua in natura humana, quæ non eſſet aſſumptibilis a uerbo. Probatio cõſequentiæ: quia iſta ultima entitas, quã addit perſona, quę poteſt dici perſonalitas: illa non poſſet aſſumi. Si enim eſt perſonalitas, uel perſona, ei repugnat cõmunicabilitas, quadruplex, ſecundum dicta de perſona. Illa ergo perſonalitas in natura humana eſſet incommunicabilis ſimpliciter: ita ꝙ ſibi repugnaret communicari contradictoriẽ. Conſequens falſum: quia quod eſt inaſſumptibile, eſt incurabile: ſecundum Damaſce. Tum quia omnis entitas poſitiua in creaturis eſt eque in potentia obedientiali dei. Secundum, quia tũc natura aſſumpta careret actualiſsima entitate ſua ſcilicet perſonalitate. Tertiũ, ꝙ non poſſet natura aſſumpta dimitti ſine nouæ realitatis productione: quia ſi dimitteretur eſſet perſona: & nõ poteſt eſſe perſona niſi per huiuſmodi realitatem. Quartum, ꝙ natura intellectualis completa eſſe poſſet, & non eſſe perſona: nec ab alia aſſumpta. ¶ Sed illa illata præter tertium concederet opinio: nec reputaret inconuenientia. Non primum: quia illa entitas non eſſet eſſentialis naturę humanę. Ideo licet ipſa nõ ſit aſſumptibilis, non propter hoc natura humana non eſt curabilis. Et licet omnis creata entitas ſit in æquali potẽtia obedientiali dei, quantum ad omnia, quę non implicant contradictionem: non tamen quãtum ad illud, quod implicat. Modo illam entitatem eſſe aſſumptibilem implicat, infert enim eam eſſe communicabilem, & incommunicabilem. Si enim eſt aſſumptibilis, eſt communicabilis: & ſi eſt perſona, eſt incommunicabilis. Sicut naturam aſini fieri, ſeu eſſe naturam humanam implicat: quia infert eam eſſe rationalem, & irrationalem. Et ideo licet natura humana ſit in potentia dei, ut ſit homo abſolute: non tamen natura aſini eſt in potentia dei, ut ſit homo abſolute. Neq; ſecundum eſt inconueniens: quando illud, quo caret non eſt eſſentiale naturæ: quia ſecundum Scotũ poſſet natura aſſumpta carere beatitudine, quæ eſt ultima perfectio naturæ. Tertiũ illatum negaret: quia concederet, ꝙ ſicut natura humana in uerbo conſeruatur, ut non ſit perſona: ita poſſet dimiſſa conſeruari, ut non eſſet perſona: nec ſequitur ad hoc aliquod inconueniens. Poſſet ergo deus naturam aſſumptam dimittere abſq; nouæ entitatis productione: licet ſic dimiſſa non eſſet tunc perſona. Quartum ſimiliter concederet. Cũ enim eſſe perſonam nihil aliud eſt, niſi habere talem entitatem: nihil plus eſt dicere naturam intellectualem non eſſe perſonam, quàm eam non habere talem entitatem: quod non eſt magis impoſsibile, cum fuerit dimiſſa: quã cum fuerit aſſumpta. Et illi tranſitum de contradictorio in contradictorium facilius ſoluunt apparenter: abſq; hoc, ꝙ ponunt unionem diſtinctam ab unitis: quam primi de prima opinione. ¶ Sed illa ſecunda opinio ſaluari nõ poteſt propter duo. Primò: quia per illam perſonalitatem ſaluari non poteſt: ꝙ natura humana plus uniretur uerbo, q̃ patri, aut ſpiritui ſancto: immo quàm angelo, aut cuicũq; creaturæ indiſtanti ab ea niſi poneret noua entitas, quæ ſignificat nomine unionis, quę ſi poneret, fruſtra poneretur illa perſonalitas eſſe ens poſitiuũ: quia ad hoc ponitur: ut nõ ſit opus ponere unionem eſſe quid diſtinctũ ab extremis unitis. Sola enim ablatio perſonalitatis non eſt ratio unionis illi, uel alteri: immo ut dictum eſt: poſſet auferri perſonalitas abſq; unione cuiuſcunq;: ſicut conſeruatur anima intellectiua ſeparata abſq; unione cuicunq; ſubiecto. ¶ Secundò: quia ſaluat tranſitum ſine mutatione. Nam poſito, ꝙ perſona diuina prius tempore producat

naturam humanam ſine perſonalitate: & poſtea aſſumeret, tranſiret de non aſſumente in aſſumentem: & nulla fieret mutatio. Similiter & ſi dimitteret naturá aſſumptam abſq; productione perſonalitatis in natura dimiſſa, iterum fieret tranſitus, & nulla mutatio. Non in perſona diuina certum eſt. Nec in anima humana: quia nihil in ea produceretur de nouo, nec corrumperetur. Ideo dimiſſa illa opinione ſecun-
G da, ſtandum eſt primæ. ¶ Conſequenter notandum circa unionem illam ſupermirabilem: ꝙ difficultas intelligendi, & exprimendi modum eius ex duobus ſurgit. Vnum: quia nulla ſimilis unio inuenitur in natura creata. Ad cognitionem autem diuinorum nō niſi ex creaturis aſcendimus. Quecunq; autē unio in creaturis inuenitur: ibi maior eſt diſſimilitudo, quam ſimilitudo ad illā unionem benedictam. De quo lati⁹ ſcripſi in abbreuiatis primi ſententiarū diſt. xxx. q. iiij. quæ habeo pro repetitis. Secūdū: quia non eſt certum, quid dicat unio illa hypoſtatica, ſiue perſonalis, qua natura humana aſſumitur, ſeu unitur uerbo. An ſcilicet dicat aliquid diſtinctum ab extremis unitis, quo formaliter fiat illa unio: an nihil diſtinctum. ¶ Vnde eſt una opinio Gregorij de Ari. quam ponit diſt. n. xxviij q. ij. in ſolutione. xvij. obiectionis, & ſequentibus: ꝙ unio naturæ humanæ ad uerbum non dicit aliquam entitatem diſtinctam a natura humana, & a uerbo: ſed tantum naturā humanā, & uerbum, non qualitercūq; ſed unita. Que unio non fit aliquo medio, quod liget ea. Quomodo autem hæc unio fiat, dicit omni uiatori naturaliter eſſe incomprehenſibile. Adducit etiam contra ſe rationes Scoti, & Ockam, & alias multas, quas ſoluere nititur, & omnes relationes reales negare, inter quas illa uidetur fortiſsima. Impoſsibile eſt contradictoria ſucceſsiué uerificari de eodem: niſi propter motum localem alicuius: uel tranſitionem temporis, uel propter productionem, aut deſtructionem alicuius entitatis. Sed uerbum poteſt dimittere naturam humanā ſtāte tamen manente, & non mutata localiter. Nec tranſitio temporis erit in cauſa: licet ſucceſsio nō ſit abſq; temporis tranſitione. Quia quandocunq; tranſit tempus, poſſet non dimittere. Ideo tranſitio temporis licet ſit in actu, non tamē propter eā fit dimiſsio, aut ſoluitū unio. Ergo oportet aliquid uel corrumpi, uel de nouo produci. Conſequentia nota. Minor, probata eſt. Maior oſtenditur. Tum: quia non eſt dabilis ratio, quare non ſimul uerificarentur contradictoria de eodem, ſicut poſſunt uerificari de eodem ſucceſsiué. Si enim poſſunt ſucceſsiué uerificari ſine quacunq; mutatione rei, loci, uel temporis: quare nō ſimul. Tum: quia propter hoc dicunt ſancti, ꝙ impoſsibile eſt, ꝙ deus fiat de nouo ānihilans, poſtquam fuit non ānihilans; niſi creatura haberet non eſſe poſt eſſe. Similiter nō poſſet eſſe creans, poſt quam fuit non creās: niſi creatura aliqua de nouo haberet eſſe poſt non eſſe; Item quando denominans non dicit, aliquid ultra denominabilia: ipſis denominatis non mutatis, nec ſecūdum formam, nec ſecundum locum: ſi ſemel denominat ſemper denominat. Exemplum de ſimilitudine reſpectu duorum alborū. Sed natura aſſumpta a uerbo ſi poteſt dimitti ſine aliqua mutatione ſecundum formam, uel locum natura dimiſsa adhuc eſſet unita: quod eſt falſum. addito, ꝙ lapſus temporis non eſſet in cauſa. Ad illa reſpondit Grego. negando maiorem, & minorem rationis primæ. Vnde quo ad maiorem dat inſtantiam in diſtinctio. xiiij. primi ſui ſcripti. Primó: quia ſpiritusſanctus poteſt alicui dari abſq; quocunq; dono creato modo certo ſpeciali: ut probat magiſter diſtin. xiiij. primi. Poſtquam eum talis non habuit tali modo, ſine mutatione locali: uel ad formam, ubi etiam lapſus temporis non eſt in cauſa: ergo ibi fit tranſitus ſine mutatione. Certum enim eſt: ꝙ ſpiritusſanctus non mutatur, nec homo accipiens mutatur. Nihil enim in eo nouum producitur: nec localiter mutatur, & lapſus temporis non eſt in cauſa.

¶ Item poteſt aliquis fieri nõ albus de
albo abſq; mutatione. Poſito, ꝙ poſt-
quam albedo inhæſit ſubiecto: conſer-
uetur in eodem ſubiecto ſine inhæſio-
ne. Si dicis: fit mutatio inheſionis
deſtructiua. Contra: etiam ſi ponatur
inheſio accidens ſuperadditum: poteſt
inheſio cõſeruari abſq; hoc, ꝙ ipſa inhe
reat: & ſic fit tranſitus abſq; mutatio-
ne. ¶ Si dicis, ꝙ mutatur inhæſio, qua
prima inheſio inheret: tũc ſimul arguo
de ſecunda inheſione, & de tertia: &
erit proceſſus in infinitum. Aut opor-
tet deuenire ad inheſionem, quæ ſeip-
ſa inhæret. & ibi habet argumentum lo
cum. Illa enim poteſt conſeruari abſq;
hoc, ꝙ inhæreat: & ibi fit tranſitus ſine
mutatione. ¶ Item poteſt deus lumen
partialiter conſeruatum a candela in
medio non mutata candela, nec locali
ter, nec quomodocunq; ſolus conſerua
re. Quo caſu, lumen primò cõſeruatur
a candela partialiter: & poſtea non cõ-
ſeruatur partialiter a candela. Et tamẽ
nulla mutatio fit in lumine, ſeu in can-
dela. ¶ Si dicis, ꝙ conſeruatio, qua con
ſeruatur a candela corrumpitur. Con-
tra: etiam ſecundum opinantes oppoſi
tum cõſeruatio non eſt aliquid ſuperad
ditum rei conſeruatæ. ¶ Et ſi ponitur
conſeruatio aliquid eſſe diſtinctum a cõ
ſeruato: arguitur de ipſa conſeruatio-
ne, quę poteſt conſeruari a prima can-
dela: & a deo ſimul: poſtea a ſolo deo.
¶ Et ſtat argumentum ut prius de inhæ-
ſione. ¶ Ex illis concludit, ꝙ poſſibile
eſt tranſire de contradictorio in cõtra-
dictorium; ſeu contradictionem ſucceſ
ſiuè uerificari abſq; motu locali: & po-
ſitione nouę rei, uel deſtructione præ-
exiſtentis, cuius uerificatione lapſus tẽ
poris non ſit in cauſa: quãuis ſine lapſu
tẽporis actuali, uel poſſibili id contingi
non poſſit. hæc de maiore. Minorem
etiam negat. Vnde dicit. In tali dimiſ-
ſione aliquid definit eſſe. ſ. chriſtus. Nã
dimiſſa natura humana, uerbum nõ eſt
Chriſtus. De hoc ſatis dictum eſt in
H abbreuiatis loco ſupra allegato. ¶ Sed
primò Greg. licet facilè euaderet mul-
tas difficultates: & conformis eſſet di-
ctis multorum modernorum: tamen ma
ior illa, quam negat, uidetur ueriſſima:
& ſtant probationes eius: neq; ſolutæ
ſunt, neq; uidetur intelligibile: ꝙ con-
tradictoria ſucceſſiuè uerificantur de
eodem, nulla mutatione ad formam, lo
cum, uel tempus facta in rebus per cõ-
tradictoria ſignificatis. Si enim nunc
uerum eſt, Ioannes eſt albus: quomodo
nulla mutatione facta: ſed rebus con-
ſequentibus ſe eodem modo poteſt eſ-
ſe falſa: & contradictoria uera. Nam
ubicunq; manet correſpondentia rei
ad intellectum, manet eadem ueritas
propoſitionis. manet autem correſpõ-
dentia ſignificatione propoſitionis nõ
mutata: nec mutatis rebus ipſis: manet
igitur eadem ueritas. ¶ Similiter non
maneret modus probandi diſtinctio-
nem quorumcunq;, per ſucceſſiuam
uerificationem contradictoriarum de
eodem. Quomodo enim probaretur al-
bedinem diſtingui a ſubiecto: aut ſcien
tiam, aut uirtutem, aut charitatem. Si
enim arguitur. A nunc eſt album, & ma
nens immotum localiter eſt non albũ:
ſeu non erit album: ergo aliquo di-
ſtincto, quòd producitur, uel corrum-
pitur, eſt album. Negatur conſequen-
tia: & dicitur, ꝙ poteſt fieri tranſitus
ſine mutatione. Inſtantię enim ſuę nõ
ſunt contra maiorem. Non prima de
datione ſpiritusſancti: quia in caſu poſi
to lapſus temporis eſt in cauſa. Nam ſi
ſpiritusſanctus pro certo tempore da-
tur, & pro certo tempore non: ſine om
ni mutatione eius, cui datur, ut arguit
argumentum: ideo fit uerificatio illo-
rum contradictoriorum: quia uoluntas
diuina uult pro certo tempore ſpiritũ-
ſanctum eſſe datum illi: ſeu eſſe ſub qua
ſi dominio illius, & pro alio tempore
uult eundem ſpiritumſanctum non eſſe
illius, non mutabili: ſed immutabili, &
æterna uoluntate. Sic deus per ſuam
potentiam abſolutam poſſet Petrũ pro
a tempore eſſe gratum, & acceptum ad
uitã, & eundem ſine aliqua mutatione
pro b tẽpore non eſſe gratum, ſeu acce
ptum. Quo caſu Petrus pro a tempore
eſt acceptus: ꝓ b nõ eſt acceptus: nulla

mutatione facta in diuina uoluntate, neq; in Petro: ſed temporis ſucceſsio eſt in cauſa, de quo infra diſtinct. xiiij. quarti libri quæſt. j. G. Nam ſtante uoluntate diuina, non poteſt tempus b, ſuccedere a, quin fiat tranſitus. Sicut ſi dominus uelit libram auri ualere lxxx. florenos uſq; ad Ianuarium: deinceps ualere. xc. fit tranſitus propter ſolum lapſum temporis. Sic ſi uelit deus hominem pro certo tempore exiſtentem in a loco eſſe dignum uita æterna, & exiſtente in eodem pro alio tempore eſſe dignum morte, maneat Petrus in eodem loco pro utroq; tempore. Primò eſt dignus uita. Secundò non: ſed dignus morte, propter ſolum tranſitum temporis, quod terminat diuina uoluntas. ¶ Secunda inſtantia de inheſione albedinis ſoluta eſt in abbreuiatis primi, loco allegato. Nam accidens inhærere ſubiecto nihil aliud eſt, quàm accidens eſſe in ſubiecto per intimam præſentiam. Et accidens inhærere ſubiecto, addit dependentiam ad ſubiectum: & illa dependentia ſeparari non poteſt ab accidente: quia non diſtingui tur ab accidente. Nihil enim aliud eſt, niſi talis natura, quæ non poteſt naturaliter ſeparari ab accidente. Implicat ergo accidens eſſe accidens: ſuppoſito ꝙ ſit intimè præſens ſubiecto: & ſic accidens: & ꝙ non inhæreat: ex quid nominis inhærere. ¶ Tertia de conſeruatione dicitur: ꝙ cum conſeruari nihil aliud eſt, quàm dependere in eſſe ab alio. Si deus uult lumen pro certo tempore dependere a ſe, & ſimul a candela: ut ſcilicet illo tempore non eſſet, niſi eſſet candela. Et alio tempore uult lumen a ſe ſolo dependere: id eſt manere etiam ſi candela deſtrueretur. Tunc reſpondetur ita ad primam inſtantiam: ꝙ lumen primò dependet a candela: poſt non dependet a candela, cuius cauſa eſt lapſus temporis poſt tempus, pro quibus eadem diuina uoluntas uoluit lumen nō eodem modo dependere: quæ tamen ſucceſsio nihil mutat in lumine: ſed ſolum tempus, ſuper quod tranſit uoluntas dei. Vide de hoc Ockam in centilogio concluſione. xij. in reſpon. ad quintam rationem, ubi loquitur de contradictorijs futurorum contingentium: & ſatis bene. ¶ Ideo dimiſſa illa opinione tanquam inſufficienti: eſt alia opinio Scoti, Ockam, & aliorum doctorum communiter: ꝙ unio naturæ humanę ad uerbum, importat aliquam entitatem poſitiuam diſtinctam a natura humana, & a uerbo naturæ humanæ ſuperadditam. I
Sed utrum ipſa entitas ſit res abſoluta, an purè relatiua: adhuc eſt duplex opinio. Scotus tenet ſimiliter Ockam in iij quæſt. j. & in j. diſtinct. xxx. q. iiij. ꝙ unio non ſit quid abſolutum. Sed eſt reſpectus realiter differens ab extremis, qui fundatur in natura humana: id eſt inhæret naturę humanæ, non diuinæ. Non quaſi uinculum ligans naturam humanam cum diuina, uel econuerſo: ſed eſt illud, quo extrema: id eſt natura humana, & uerbum formaliter: & denominatiuè dicuntur unita. Sicut enim aliquid formaliter denominatur album ab albedine: ita aliquid dicitur unitum alteri ab unione. ¶ Quia unio ſit entitas poſitiua: patet arguendo cōtra opinionem Gregorij: ut ſupra patuit: & in abbreuiatis primi: ubi ſupra latius continetur. Et ex alio probat Ockam: quia omnis denominatio nō importans aliquid ultra denominata, ſiue exiſtentiam eorundem: ſi conuenit alicui reſpectu unius indiuidui: conueniet ei reſpectu cuiuſlibet indiuidui eiuſdem rationis: niſi aliquid conueniat uni indiuiduo, & non alteri: propter quod competit ſibi illa denominatio reſpectu unius, & non alterius. Exemplum, ſicut ſimilitudo duorum alborum nihil dicit ultra duo alba: ideo qua ratione duo alba ſunt ſimilia, eadem ratione omnia alba. ¶ Dicitur niſi aliquid conueniat &c. quia paternitas in creaturis nihil dicit additum extremis denominatis patre, ſcilicet & filio: & tamē aliquis eſt pater reſpectu unius hominis, & non cuiuſlibet alterius: quia aliqua actio conuenit ſibi reſpectu

unius indiuidui, ratione cuius dicitur
pater, quæ non conuenit reſpectu al-
terius. In propoſito autem unio, ſi ni-
hil dicit diſtinctum ab unitis, nec ali-
qua actio, aut proprietas conuenit ſibi
reſpectu unius naturæ, quæ non conue
nit reſpectu naturæ alterius hominis: er
go æqualiter una natura eſt ſibi unita
ſicut alia: hoc autem falſum eſt, & con-
tra fidem. Quód uerò nulla actio, uel
proprietas conuenit uerbo reſpectu
unius, quin ęqualiter etiam reſpectu al
terius naturæ non aſſumptæ, patet:
quia ſicut naturam aſſumptam pro-
duxit de uirginę, & inſtantaneè orga-
nizauit, & gratia repleuit: hoc po-
tuit facere, & alteri naturæ, quam
1 non aſſumpſit. ¶ Quia non ſit enti-
tas abſoluta: Ockam in iij. quæſt. j.
Tum, quia tunc Chriſtus non eſſet no-
bis ſimilis quantum ad naturam hu-
manam: quia aliquod abſolutum ha-
beret humanitas Chriſti, quod nullus
2 cęterorum hominum haberet. ¶ Tum:
quia tunc aut illud abſolutum eſſet in
genere ſubſtantię, aut accidentis. Non
ſubſtantię: quia tunc in Chriſto eſſet
aliquod ſubſtantiale, creatum, quod
non eſset in alio homine. Et ita ſub-
ſtantialiter diſtingueretur a cæteris:
& non haberet naturam humanam
eiuſdem ſpeciei. Nec eſset accidens:
quia in nullo genere accidentis. Non
quantitatis manifeſtum eſt. Nec quali
tatis: quia maximè eſſet qualitas primæ
ſpeciei: puta habitus gratię charitatis,
uel luminis, aut huiuſmodi. Sed quic-
quid horum conuenire poſſet aſſumptę
3 animę Chriſti, poſſet eidem conuenire
per dei potentiam non aſſumptę. ¶ Item
quod naturaliter eſt per ſe ſubſiſtens,
non poteſt fieri dependens ad aliud
per accidens abſolutum: ſed talis eſt
4 natura aſsumpta. igitur. ¶ Item de-
us poteſt deponere naturam aſſum-
ptam non corrumpendo quodcunque
abſolutum in natura: quia hoc nul-
lam includit contradictionem: ſed nō
poteſt dimittere naturam niſi deſtruen
5 do unionem. Ergo unio non eſt quid
abſolutum. ¶ Item arguit Scotus.

quęſtio. j. Quodcunq; abſoluto intelle-
cto in altero extremo non intelligitur
perfecta ratio unionis: quia unio non
intelligitur ad ſe. Siue ergo concomi- 6
tetur abſolutum in uno extremo ſiue
in duobus: cum non ſit nihil: ſaltem di-
cit relationem. Et poſſet confirmari:
quia unio non eſt res ad ſe: ſed res ad
aliud: igitur non eſt res abſoluta. Tenet
conſequentia: quia omnis res abſolu-
ta eſt res ad ſe. Antecedens probatur:
quia unio non poteſt eſſe niſi in ordi-
ne ad unita. Sicut enim unita non poſ-
ſunt eſſe unita ſine unione, ſic unio nō
poteſt eſſe ſine unitis. Alioquin unio
eſſet, & nullius eſſet unio, quod non eſt
intelligibile. ſicut non eſt intelligibile,
quod aliquis eſſet pater, aut nulli eſ-
ſet ſimilis. ¶ Item unio non poteſt in- 7
telligi ad ſe: ergo nec eſſe ad ſe. Tenet
conſequentia: quia quocunque modo
poteſt res eſſe, eo modo poteſt intelli-
gi. Et modo quo non poteſt intelligi;
etiam non poteſt eſſe. Et antecedens
patet: quia conceptus unionis eſt re-
latiuus: ergo ipſius eſſe, id eſt ſignifica-
re eſt ad aliud ſe habere per philoſophū
in prædica. ¶ Quia autem illa relatio
fundatur in natura humana patet: quia
non fundatur in diuina, quæ non eſt ca
pax alicuius accidentis: & per conſe-
quens fundatur in natura humana: quia
fundatur, & inhæret alteri extremo.
¶ Item ſola natura humana eſt imper-
fecta, & potētialis: ergo ſola capax talis
aduenientiæ relationis. ¶ Ex prædi-
ctis poſſunt aliqua corollaria elici, qui-
bus aliquantum intelligi poteſt, quę,
& qualis ſit hęc relatio ſecundum hanc
opinionem. ¶ Primum. Vnio eſt rela- K
tio realis in altero extremo, ſcilicet Corol-
in natura humana. Patet: quia res lariū. 1.
aliqua poſitiua realiter inhærens na-
turæ humanæ diſtincta ab eadem, per
quam natura humana realiter dicitur
aſſumpta: & uerbum realiter incarna-
tum circumſcripta quacunq; collatio-
ne intellectus: quia non per intellectus
conſiderationem; ſed per realem aſ-
ſumptionem uerbum eſt caro factum.
¶ Secundum corollarium. Relatio il-

la non eſt mutata, ſeu communis realiter: licet ſit communis ſecundum denominationem: ſed eſt diſquiparantiæ. Patet: quia unioni naturæ humanę inhærenti nulla correſpondet relatio realis in uerbo. Nam uerbo immutabili per ſui incarnationem nihil noui aduenit: cum non ſit potentiale. ſic enim eſſet imperfectum. tamen per relationē unionis, quæ eſt in natura humana, etiā uerbum uerè, & realiter dicitur naturæ humanæ unitum: & ſic poteſt dici æquiparantiæ: quia communicat idem nomen ſecundum eandem denominationem, ſcilicet eſſe unitum utriq; extremo. Et ſecundum hoc non eſt idem relatio mutua, & relatio æquiparantiæ. Vnde relatio communis uidetur eſſe ſecundum Sco. diſt. præſenti. q. j. quæ eſt eiuſdem rationis in utroq;: & ubi eſt habitudo eiuſdem rationis in utroq;, ut eſt ſimilitudo. Si uero uocatur relatio æquiparantiæ, cui correſpondet relatio eiuſdē ratiōis in altero extremo, ſiue in termino: ut uidetur loqui Scotus: ſic unio illa non eſt relatio ęquiparantiæ: quia nulla relatio realis correſponderet ſibi in termino, ſcilicet in uerbo: eſt ergo

Coro. 3 diſquiparantiæ. ¶ Tertium corollarium. Vnio illa relatio extrinſeca. Patet: qa nō neceſſariò cōſequitur extrema. Poſſunt enim extrema exiſtere: uerbum ſcilicet, & natura humana abſq; unione. Poteſt etiam aduenire extremis prius

Coro. 4 in eſſe poſitis. ¶ Quartum corollarium. Vnio illa eſt relatio ordinis, & cuiuſdā dependentiæ naturæ humanæ ad uerbum. Patet: quia omnis relatio non mutua eſt cuiuſdam ordinis unius ad alterum, ad quod refertur dependens. Qđ probatur: quia omnis unio, qua uniuntur aliqua realiter diſtincta, uel eſt informationis, uel aggregationis, uel ordinis: ita ꝙ unum relatorum, aut informat aliud, aut aggregatur alteri, aut ordinatur, & dependet ad alterum. Hæc unio non eſt informationis: quia uerbū nec informat naturam humanam, nec informatur ab ea. Vtrumq; enim dicit imperfectionem, quæ repugnat uerbo. Nec tantum per aggregationem: quia talem unionem habet uerbum, ſicut & quælibet entitas reſpectu cuiuslibet rei ab ea realiter, & eſſentialiter diſtinctæ. Talem etiam aggregationem habet pater, & etiā ſpiritusſanctus ad naturam a filio aſſumptam, quorum tamen neuter eſt humanitati hypoſtaticę unitus: reſtat ergo tertia unio ordinis. Ordo autem eſt prioris ad poſterius, & poſterioris ad prius. Vbi autem eſt poſterius, & prius: poſterius aliquo modo dependet ad prius. Verbum uero non habet ordinem poſterioris ad naturam aſſumptā: ſed econuerſo: ergo natura aſſumpta aliquo modo dependet ad uerbum aſſumens. ¶ Quintū corollarium. dependē- Coro. 5

tia illa naturæ humanæ ad uerbum non eſt cauſati ad cauſam, nec cauſæ ſecundæ ad cauſam primam, nec cauſati poſterius ad cauſatum prius. Prima duo patent: quia ſic dependet natura aſſumpta: etiam ad patrem, & ſpiritumſanctū: immo ad totam trinitatem. Nam ſecūdum dionyſiū in de diuinis nominibus. Totius deitatis ſunt omnia cauſalia. Et Augu. v. de trinitat. Ad creaturam pater, & filius, & ſpiritusſanctus, ſunt unū principium. Et Io. v. ait ſaluator. Quæcunq; ille, ſcilicet pater fecerit: hæc & filius ſimiliter facit: & eadem ratione tota trinitas. Hac autem unione natura humana ad ſolum filium ordinatur: quia non pater, non ſpiritusſanctus, ſed ſolus filius eſt incarnatus: ut patebit. Tertium eſt manifeſtum: quia uerbum non eſt cauſatum. ¶ Sextum corollariū. Coro. 6

Vnio illa dicit dependentiam naturæ humanæ ad uerbum, ut naturæ nō ſubſiſtentis in proprio ſuppoſito: ſed dependentis ad ſuppoſitum alienum, ſcilicet ſuppoſitum uerbi: & ita ut naturæ communicabilis, ut quo ſuppoſito uerbi incommunicabili, qua uerbum ipſum uerè dicitur, & eſt homo. Sicut albedo cōmunicatur ſuppoſito albo: & generaliter forma materiæ ſiue compoſito: licet non per omnia eodem modo. Illud corollarium patet per abnegationem aliorum modorum dependentię. Et qa talis eſt unio, quæ facit uerbum hominem, ſed nihil eſt homo niſi ſuppoſitum

ſubſiſtens in natura humana. Subſiſtere autem in natura humana, ſibi communicata eſt ſuſtentare eam, & terminare eius depẽdentiã ſuppoſitalẽ, igitur &c.

Coro 7 ¶ Septimum corollarium. Vnio illa inter ceteras uniones creaturarum, magis aſsimilatur unioni formę ſuæ accidentis ad ſubiectum ſuum. Ita habet Ockam q. ix tertij ante dubia: licet maior ſit diſsimilitudo, quàm ſimilitudo.

I. ¶ Pro cuius declaratione aduertendũ, ſecundum Scotum. quæſt. j q formæ ad ſubiectum duplicem conſiderare poſſumus habitudinem. Vna eſt informantis ad informatum: & illa neceſſariò includit imperfectionem in ſubiecto: quia importat quandam potentialitatem, qua ſubiectum eſt in potẽtia ad ulteriorem perfectionem, quam recipit a forma inhærente. Alia eſt ut poſterioris naturaliter ad prius, a quo dependet: non tanquam ad cauſam: ſed ut ad terminans eius actualem exiſtentiam: non in ſe ipſa, ſed in alio ſubſiſtente. Quod terminare dicitur ſuſtentificare ſecundũ imaginationem ſupra in ſecundo notabili poſitam: & illa nullam imperfectionem ponit neceſſariò in terminante ſeu ſuſtentificante: ſed dumtaxat prioritatem naturalem reſpectu ſuſtentificati; & ſi illæ duæ ſeparari poſſent, huic ſecundæ ſimillima eſſet dependentia naturæ humanę ad ſuppoſitum uerbi.

Multiplex unio. ¶ Item licet multiplex ſit unio ut in abbreuiatis diſtinct. xxxiiij. quæſt. iiij. primi patuit. ut exempli cauſa, partis ad totum continuum.

Coro. 8 Contiguat ad contiguum; ut in inſertione ramuſculi ad truncum, locati ad locum, miſcibilis ad mixtum, illabẽtis ad illapſum &c. tamen ex nulla harum unionum contingit proprietates unitorum concretiuè ſibi communicari. Sicut non dicitur partiale integrum: nec contiguatum contiguum, nec oliua pomus: ſi ramus oliuę inſeritur trunco pomi, nec locatum locans. Et ſi propter mixtionem terreum dici poſſet aereũ, aut aqueum, tamen in illa unione miſcibilia non manẽt: non enim manent elementa in mixto formaliter, & ſubſtãtialiter: ſed tantum uirtualiter ſecundum ſuas qualitates: nec illapſum illabens: Sed in unione formæ, & accidentis cum ſubiecto, communicant ſibi ſuas cõcretiuas denominationes. Vnde propter unionem albedinis cum ſubiecto ſubiectum dicitur albũ; & quicquid dicitur de ſubiecto, dicitur de albo: & econuerſo manente ſubiecto, & forma inconfuſè in ſuis naturis. Simile eſt in hac unione ſuppoſitali, & perſonali, in qua manent inconfuſè natura uerbi, & natura humana: & tamen communicãt ſibi ſua idiomata: ut ille homo dicitur deus, creator, omnipotens &c. & deus dicitur homo, paſſus, mortuus &c.

Diffinitio incarnationis. ¶ Ex his poteſt elici diffinitio incarnationis. Incarnatio eſt dependentia naturæ humanæ ad perſonam alterius naturæ: ut ad terminantem eius dependentiam ipſam ſuſtentificando. Vel ſic, & breuius. Eſt humanæ naturæ ſuſtentificatio a perſona extrinſeca alterius naturæ. Et incarnari eſt terminare dependentiam ſuppoſitalem naturæ aſſumptę. Ex quo ſequitur, q incarnatio eſt unio naturæ humanę ad perſonam Chriſti: ita ut hæc perſona Chriſti: ut ſupradictum eſt. ¶ Secundò ſequitur, q incarnari non eſt pati: ſed terminare dependentiam naturæ aſſumptæ: & de hoc infra diſtin. v. ar. ij. Neq; incarnari correſpondet huic actiuo incarnare, tanquam paſsio actioni: ſed huic actiuo incarnare correſpondet tanquam paſsiuum aſſumi. Actio enim incarnandi quatenus tranſit in obiectũ, tranſit in naturam humanam, tanquam in paſſum: non in uerbum. Non enim uerbum: ſed natura aſſumpta patitur, & eſt in potentia obedientiali. Incarnari igitur, & incarnare: licet ſecundum uocem habeant ſe ut actiuum, & paſsiuum, non tamen ſecundum ſignificationem, ut patuit.

M ¶ Alia eſt opinio, quæ ſimpliciter negat relationem in creaturis: ita q nulla eſt entitas relatiua, q non ſit abſoluta, ſed quicquid habet eſſe reale, & poſitiuũ, ẽ res abſoluta ſ. ſe, & ad ſe cõſiderabilis, & abſolutè, & diſtincta ab omni alio. De quo latius uide i primo Ockã. & in abbreuiatis diſt. xxx. q. iij. Secundũ hãc opinionẽ poſſet dici, q in natu

ra humana aſſumpta a uerbo: ponenda eſt entitas abſoluta a deo in ipſa creata, qua formaliter ſit unio. Quod ſic poteſt intelligi: ꝙ illud, quo formaliter ſit unio, eſt quędam qualitas, ſeu perfectio, aut habitus infuſus, uel infuſa naturę aſſumptę. Quę licet a tota trinitate cauſatur in natura humana, tamen per illā haberſe natura aſſumpta ſpeciali quadā habitudine ad uerbum, per quā dicitur uniri uerbo, & non patri, aut ſpiritui ſancto eodem modo, quo relatione (ſi ponitur) ſolum unitur uerbo. Et ſicut albedo in ſorte a quocunq; cauſetur, eſt a qua ſortes formaliter dicitur ſimilis platoni albo: ſine noua productione cuiuſcunq; reſpectus. Ita per illud donum ſiue habitū humana natura unitur uerbo ſoli, & non patri, aut ſpiritui ſancto ſine quacunq; alia realitate. Vnde ſicut tota trinitas per infuſum charitatis habitum ſpeciali modo inhabitat, & unitur animæ propter quem habitum, qui eſt qualitas abſoluta, anima refertur ſpeciali modo ſcilicet ut gratificata, uel inhabitata ad deum gratificantem, & inhabitantem. Nec tamē propter hoc oportet ponere hanc unionem eſſe reſpectum realem, diſtinctum a charitate, & extremis relatis: ſed eo ipſo, quo habitus ille eſt in anima: dicitˀ anima deo chara, & grata omni alio circūſcripto. Ita dici poſſet in propoſito, ꝙ eo ipſo, ꝙ hoc donum eſt in natura humana aſſumpta: ipſa natura ſpecialiter dependet ad perſonam filij tali dependentia, propter quam concreta aſſumptæ naturæ, & uerbi aſſumentis de ſe inuicem p̄dicantur. Quę dependentia habitudo ſiue ſpecialis unio licet relatiuè exprimatur, tamen omnia illa relatiua non dicūt realitatem aliquā ab extremis relatis, & dono illo creato, & infuſo diſtinctam: ſicut dicitur de alijs relatiuis ſimile, æquale, duplum &c. ¶ Vnde unio

Vnio p̄ſonalis quatuor importat.

illa perſonalis quatuor importat: ſcilicet naturam humanam: & perſonā uerbi: intimam eorum præſentiam: & donū ſpeciale infuſum naturæ humanę, ipſam eleuans, & perficiens, p̄ quod innititur uerbo, & ſuſtentificāti; quæ omnia sūt abſoluta. Sicut dilectio, qua diligens refertur ad dilectum dicit quatuor: ſcilicet diligentem, & dilectum, obiectiuam dilecti pręſentiam, & actum dilectionis, qui eſt qualitas, qua diligēs formaliter affectuosè adheret dilecto: & pter hęc nullam rem relatiuam. Et per hoc omnia hæc opinio loquitur de hoc dono abſoluto. ſicut alia de relatione. Non enim illa opinio differt a priori: niſi ꝙ realitatem illam, qua formaliter natura humana unitur uerbo. dicit eſſe rem abſolutam, quam alia dicit relatiuam. Hoc itaq; donum hæc opinio nominat gratiam unionis. Gratiam: quia gratioſa dei uoluntate gratis naturæ ſuperadditam. Vnionis: quia ea formaliter ſit unio. Et ille modus loquendi ſatis cōcordat auctoritates ſanctorum de gratia unionis loquentium: & Alexan. de Hal. & Henrici Ganden. & aliorum multorum doctorum: ut allegatum eſt latius diſtin. xxx. primi quæſt. iiij. & quæ ibi dicta ſunt, magis declarant propoſitum. Et poſſet hæc opinio pluribus muniri rationibus improbantibus priorem opinionem, quas ibi uidere poteris in abbreuiatis. ¶ Quintò notandum, ꝙ ad terminandum dependentiam ſuppoſitalem requiritur independentia talis, hoc eſt ſuppoſitalis. Nam quod in ſe nō eſt terminatum, ſed dependet ad aliud, quomodo poteſt terminare dependentiam alterius; ideo nihil poteſt terminare dependentiam ſuppoſitalem primò .i. per ſe, & nō per aliud ſibi extrinſecū, ſiue non eſſentiale: niſi quod eſt independens ſuppoſitaliter: hoc eſt niſi incommunicabile, quale eſt ſuppoſitum. Ratio uero terminandi eſt ratio ſuppoſitalis, id eſt incōmunicabilitas, quæ dat eſſe ſuppoſitale. Et quoniam illa in perſonis diuinis eſt proprietas perſonalis, quæ communiter ponitur relatiua: ideo illa erit ratio terminandi dependentiā ſuppoſitalem naturæ humanæ: & non eſſentia. Tum quia ipſa eſſentia non eſt formaliter perſona: quia non eſt incommunicabilis. tum quia tunc æquè terminaretur illa dependentia ad patrem, & ſpiritum ſanctum, ſicut ad filiū: quia eſ-

Not. 5.

N

ſentia

ſentia ęquè eſt in patre, & ſpirituſancto, ſicut in filio. Sed in quocunq; eſt ratio terminãdi, ipſum terminat: ſicut in quocunq; eſt ratio agendi: ipſum agit. propter quod, quia ratio agendi, producendi, creandi &c. eſt eſſentia: ideo agere, creare ęquè cõuenit omnibus tribus perſonis Ita uidetur ſentire Sco. q V. ar. ij. huius diſtin. Ex quo ſequitur, ꝙ humana natura nõ unitur primò eſſentię. Patet: quia illi unitur primò, quod primò terminat: ſed eſſentia nõ primò terminat: ergo. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ natura humana primò unitur ſuppoſito uerbi: hoc enim primò terminat: quia tota perſona uerbi eſt formaliter ſuppoſitum. Ratio autem terminãdi eſt proprietas perſonalis, per quam incommunicabilitas conuenit perſonæ. ¶ Sed di. Illud eſt ratio formalis terminandi dependentiã in ſuppoſitalem, quod eſt ratio ſubſiſtendi: quia nihil primò terminat dependentiam, niſi quod eſt independens, cuiuſmodi eſt ratio formalis ſubſiſtendi: ſed perſona diuina ſubſiſtit ratione eſſentiæ: Eſſentia enim eſt ratio formalis ſubſiſtendi ipſi perſonæ; ergo erit ratio formalis terminandi

Not. 5. N

iſtam dependentiam, & ita iſtam unionem. Propter hanc rationem quidam opinati ſunt, ꝙ ad hoc, ꝙ natura humana uniatur perſonæ uerbi, præexigitur unio naturæ, ad eſſentiam diuinam. Vnde ponunt duas uniones. Primam naturę humanæ ad eſſentiam. Secundam ad perſonam. Sed illa opinio ſtare non poteſt: quia ſequitur, ꝙ natura humana eſſet etiam unita patri, & ſpirituiſancto: ſic ꝙ pater eſſet incarnatus, & ſpirituſſanctus, ſicut & filius. Conſequens hæreticum. Probatur conſequentia: quia quicquid conuenit primò eſſentię diuinę & non repugnat alicui perſonæ diuinæ, competit omnibus perſonis: ſed terminare unionem prædictam, ſiue dependentiam (quod idem eſt) non repugnat alicui perſonæ diuinę. Et ſi primò conuenit eſſentiæ conueniet cuilibet perſonæ: & per conſequens quælibet perſona erit unita: quod eſt falſum. Nec impedit, ꝙ natura humana ſpeciali unione unitur uerbo, quia quando ſunt diſtinctę uniones realiter, una poteſt eſſe ſine alia: & ſecunda ſufficeret: ergo prima ſuperfluit, quæ eſt ad eſſentiam. ¶ Pręterea non minus conueniunt tales denominationes patri, & ſpirituiſancto, quæ conueniunt eis per unionem naturæ humanæ ad eſſentiam propter unionem eiuſdem naturæ ad proprietatem filij, quàm ſi non eſſet unio ad filium: ſed ſi ſola eſſet unio naturę humanæ ad eſſentiam, & non ad proprietatem filij: tunc tales denominationes conuenirent omnibus perſonis: ergo nũc cõueniunt omnibus perſonis: quia ſecunda unio non tollit primam. ¶ Et confirmatur: quia ita eſſentialis, & intrinſeca eſt patri eſſentia ſicut proprietas perſonalis: ergo qua ratione patri diceretur unita propter unionẽ naturę ad proprietatem, eadem ratione natura diceretur unita patri propter unionem eius ad eſſentiam. ¶ Dicendum ergo, ꝙ natura humana non primò unitur eſſentię: ſed primò unitur perſonę ratione proprietatis perſonalis. ¶ Ad rationem dicitur, ꝙ uis eſt in uerbo ſubſiſtendi. Nam ſi ualet ſubſiſtendi: id eſt exiſtendi, ſic falſum aſſumitur: ꝙ ratio terminandi dependentiam ſuppoſitalem eſt ratio ſubſiſtendi. Et ad probationem dicitur, ꝙ illud primò terminat, quod eſt independens: id eſt incommunicabile. Talis autem independentiæ: id eſt incommunicabilitatis ratio formalis non eſt eſſentia: cum ipſa ſit formaliter communicabilis. Si uero ly ſubſiſtendi ualet, id eſt exiſtendi ſuppoſitaliter: tũc aſſumptum uerum eſt. Sed quod ſubſumitur: ſcilicet, ꝙ diuina perſona ſubſiſtit ratione eſſentiæ: falſum eſt. Non .n. perſonæ diuinæ cõuenit eſſe ſuppoſitale ratione eſſentiæ: ſed ratione ꝓprietatis relatiuę. Verum quia ad eſſe perſonale utrumq; ue requiritur: exiſtentia, & incommunicabilitas, quorum unum conuenit perſonæ diuinæ ratione eſſentiæ, aliud ratione proprietatis ualde rationabiliter dici poteſt: ut uide-

tur ſecūdum Ockam.q.j.tertij.ꝙ ratio
terminandi unionem naturæ humanę
ſit tota perſona uerbi, nec eſſentia per
ſe,nec proprietas per ſe:ſed totum cō-
ſtitutum. Et probatur idem ex alio:
nam ad terminandum dependentiam
ſuppoſitalem, requiritur incommuni-
cabilitas: ut quod, & quo. Proprietas
autem relatiua,licet ſit incommunica-
bilis, ut quod, eſt tamen communica-
bilis,ut quo. Sic enim communicatur
perſonę:ideo non poteſt eſſe ratio ter-
minandi dependentiam ſuppoſitalem:
licet ſit ratio realis diſtinctionis perſo-
narum,ſicut forma: licet ſit ratio diſtin
ctionis ipſi compoſito ab alio compoſi-
to, ſaltem ſpeciuocè: non tamen eſt
ratio toti,ut ſit ſuppoſitum: cum ipſa
non ſit incommunicabilis: ſed totum
eſt ſibi ratio ſuppoſitalis, quia incom-
Arti. 2. municabilitatis. ¶ Quantum ad ſecundū
Cōcl. 1. articulum eſt concluſio prima de poſsi-
O bili. Naturam humanam ſuppoſitaliter
diuinæ uniri perſonæ ſimpliciter eſt poſ
ſibile.Probatur:quia quod nullam inclu
dit repugnantiam,eſt ſimpliciter poſsi-
bile:ſed naturam humanam diuinę uni-
ri perſonæ eſt huiuſmodi:ergo. Conſe-
quentia nota cum maiore. Minor pro-
batur:quia nulla eſt ibi repugnātia: ne-
que ex parte naturæ humanæ depen-
dentis, neque naturę diuinæ depen-
dentiam ſuppoſitalem terminantis: er-
go. Conſequentia nota, quia aliunde
nulla poteſt aſsignari repugnantia. An-
tecedens patet pro prima parte:quia cū
natura humana ſit finitæ perfectionis,
non repugnat ſibi ſuppoſitaliter depen
dere ad ſuppoſitum extrinſecum perfe
ctius:ſic enim uidemus accidens depen
dere ad ſuppoſitum ſui ſubiecti: & par-
tes tam integrales,quàm eſſentiales ad
totum.Nec impedit,ꝙ natura humana
ſibi derelicta non depēderet ad aliud:
ſed in ſeipſa ſubſiſteret:quia ipſa eſt in ꝑ-
fecta obedientia dei:ideo ſicut facit ac
cidens dependere ad ſubiectū, & ſubſtā
tiam ſimplicem ad totum compoſitum:
ita etiam poteſt facere, ꝙ totum com-
poſitum dependeat ad ſuppoſitum per-
fectius extrinſecum ſimpliciter incom-
municabile.Tenet conſequentia,quia ſe
cundum non includit contradictionem
magis,quàm primum.Neq; ē repugnan
tia ex parte diuinæ perſonæ terminan-
tis huiuſmodi dependentiam:quia ter-
minare huiuſmodi dependentiam, nul-
lam dicit imperfectionē:quia nec limita
tionem,nec potentialitatem, nec com
poſitionem in termino: ſed ſolam in-
communicabilitatem. Non limitatio-
nem:ſicut nec terminare dependentiā
cauſalem effectus.Non enim requiritur
in termino, niſi ꝙ ſit independens tali
dependētia. Neq; dicit potentialitatē,
aut compoſitionem in termino. quia
potentialitas,& compoſitio eſt reſpectu
actus informantis: ſed hæc dependētia
non eſt habitudo formæ ad ſubiectum:
ut dictum eſt. Nec addit aliquod reale
inhærens termino:ergo nec compoſi-
tionem dicit,nec potentialitatem, ſi-
cut nec creatio,nec conſeruatio. ¶ Se- Cōcl. 2.
cunda concluſio. Naturam humanam
poſsibile eſt ſuppoſitaliter uniri uni di-
uinæ perſonæ, & non alteri. Probatur
concluſio:quia ex quo incommunica-
bilitas in termino eſt ratio huius unio-
nis,& dependentiæ:ubi eſt propria in-
communicabilitas,ibi eſt propria unio:
ſed ubi eſt propria unio, ibi poteſt ipſa
ſeparari a quolibet realiter diſtincto: ita
ꝙ unio ſit ad illud præciſè,& ad nullum
aliud realiter ab eo diſtinctum.Illa om-
nia ſatis patent ex declaratis: ſed perſo
na quælibet in diuinis habet ſpecialem,
ſeu propriam incommunicabilitatē,ut
quod: ſcilicet relatiuam proprietatem,
per quam realiter diſtinguitur a quali-
bet alia perſona diuina ergo ad illā po-
teſt eſſe propria unio,ita ꝙ non ad aliā.
¶ Tertia concluſio.Sicut natura huma- Cōcl. 3.
na unitur uerbo,ita uniri poteſt cuili-
bet diuino ſuppoſito, hoc eſt patri, uel
ſpiritui ſancto.Probatur, quia nō eſt ma
ior impoſsibilitas reſpectu unius ſuppo-
ſiti diuini,quàm alterius: & quæcunq;
ratio probat poſsibilitatem huiuſmodi
unionis reſpectu unius perſonæ: pari-
formiter probat reſpectu alterius, ut pa
tet eas diligenter intuenti. ¶ Quarta Cōcl. 4.
concluſio. De facto naturam humanam

perſonaliter uniti uerbo actualiter, articulus eſt fidei, indemõſtrabilis naturaliter. Prima pars patet: qa articulus fidei ẽ: uerbum factum eſſe carnẽ, ideſt hominem: ut patet Ioan. j. & ad Gal. iiij. nec non in ſymbolis fidei. Hoc autem intelligi non poteſt ſine unione humanæ naturæ cum uerbo. Et non eſt ibi unio eſſentialis, per quam natura humana fiat uerbum, uel natura diuina, quia nulla ẽ ibi naturarum confuſio: neq; alia aliqua unio informatione, uel compoſitione. Secunda pars probatur: quia uerbum eſſe hominem non poteſt euidenter probari ex principijs per ſe notis: neque notis per experientiam: igitur. Cõſequentia nota: & antecedẽs ſatis manifeſtum eſt. Si enim poſſet euidenter ex principijs deduci: tũc ſequeretur, ꝙ ad aſſentiendum illi articulo poſſet euidenti ratione cogi quicũq; intellectus humanus cuiuſcunq; ſectę tam iudęus, quã gentilis. Conſequens falſum: ergo &c.

Cõcl. 5. ¶ Quinta concluſio. Natura humana neq; patri, neq; ſpirituiſancto hypoſtaticè unitur: ſed tantum uerbo. Probatur quia non pater, nec ſpiritusſanctus; ſed tantum filius eſt homo factus: ut ſufficienter probat magiſter in textu per plures diſtinctiones.

Arti. 3. ¶ Quantum ad tertium articulum

Dub. 1. dubitatur primò contra concluſionem primam. Nam uidetur ſimpliciter impoſsibile creaturã uniri perſonæ diuinæ. Tum quia oportet unibilia adinuicem eſſe proportionata: ſed finiti ad infinitũ nulla eſt ꝓportio. Omnis creatura eſt finita: perſonæ diuinæ ſunt infinitæ: ergo. Tum quia, quæ minus diſtant (puta contraria) uniri nõ poſſunt: ergo nec quæ magis diſtant. Tum quia quæ uniuntur fiunt unũ: ſed impoſsibile eſt creaturam fieri unum cũ creatore: quia ſic creatura fieret creator. Tum quia uniri eſt pati: ſed perſona diuina non poteſt pati: & per conſequens nulli poteſt uniri. ¶ Dubiũ mouet rationes communes contra concluſionem, ad quas reſpondetur, ꝙ finitum poteſt uniri infinito.

Ad. 1. ¶ Ad primam improbationem dicitur, ꝙ unibilia eſſe ꝓportionata poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quantum ad gradum perfectionis: ita ꝙ unum perfectionaliter diſtet ab alio ſecundum certum gradũ ꝓportionis: ut ſit duplo, uel triplo perfectius alio: aut aliqua alia certa ſpecie ꝓportionis, & illo modo finiti ad infinitum nulla eſſe poteſt proportio. Alio modo poteſt intelligi aliqua eſſe proportionata quantum ad aliquam habitudinem, qua unum poteſt depẽdere ad aliud, uel aliquid recipere ab alio: aut agere in aliud, & huiuſmodi, & hoc modo infinitè diſtantia perfectionaliter benè ſunt adinuicem proportionata.

Ad. 2. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ diſtantia, uel indiſtantia perfectionalis nihil facit ad unionem: immo frequenter quantò aliqua plus diſtant, tantò magis ſunt unibilia: ſicut inter ſubſtantias maximè diſtant materia, & forma: & ſunt magis unibilia. Item plus diſtat accidens a ſubſtantia, quàm ab accidente: & tamen unitur ſubſtantiæ, & non accidenti: ut uirtus animę & non alteri accidenti. De contrarijs uero dicitur, ꝙ ipſa uniri nõ poſſunt non eſt ratione diſtantiæ. Minus enim diſtant contraria inter ſe, quã qualitates non contrariæ: cum contraria ſint eiuſdem generis. Sed non contraria quandoq; differunt genere ſubalterno: & ideo uniri non poſſunt: quia formaliter adinuicem repugnant. Item licet natura diuina, & humana ſint magis diuerſa, quàm contraria: non tamẽ magis repugnantia. Exemplificat Sco. de ſuperficie, & albedine, quæ ſunt magis diuerſa, quàm album, & nigrum, & tamen ſuperficies poteſt eſſe alba &c.

Ad. 3. ¶ Ad tertium dictum eſt, ꝙ naturam uniri alteri ſuppoſitaliter non eſt hanc fieri illam: ſed hanc dependere ad illã: immo impoſsibile eſt quæcunq; diſtincta realiter ſic uniri, ut unum fiat aliud. Sic enim nec forma unitur materiæ: nec accidens ſubiecto: nec pars toti &c. ut notum eſt. Sed ſic intelliguntur diſtincta uniri: ꝙ ex eis aliquod unum conſtituitur per ſe, uel per accidens: & illo modo etiam ex uerbo, & natura humana conſtituitur unum non per ſe, ſed quaſi per accidens: ſicut ex accidente,

& ſubiecto conſtituitur unū: licet enim natura humana non ſit accidens uerbi, tamē accidentaliter, id eſt contingēter
Ad. 4. unitur uerbo. ¶ Ad quartum reſponſum
Dub. 2. eſt ſupra. I. ꝙ uniri non dicit paſsionē:
Q ſed aſſumi dicit paſsionem. ¶ Secundò dubitatur contra ſecundam concluſionem. Natura humana non poteſt dependere ſuppoſitaliter ad unam perſonam: quin ſuppoſitaliter dependeat ad quamlibet aliam: igitur. Antecedens probatur: quia non poteſt cauſaliter dependere ad unam perſonam, & non ad aliam: ergo nec ſuppoſitaliter. Tenet conſequētia: quia nulla eſt ratio diuerſitatis: nam ſicut realis diſtinctio perſonarum ſufficit ad hoc, ꝙ una perſona terminet dependentiam ſuppoſitalem ſine alia: ita etiam ſufficit ad terminandum dependentiam cauſalem. ¶ Si dicis, ꝙ dependētia cauſalis primò eſt ad eſſentiā, quæ eſt eadem in tribus, ſed dependentia perſonalis eſt primò ad perſonam. Huius quæritur ratio, cur cauſalis dependentia non poſsit eſſe primò ad perſonam: cum quælibet perſona ſit perfecta ſimpliciter, & ab alia realiter diſtincta. ¶ Reſpondetur ad hæc euadendo, negando conſequentiam. Et ratio, quam quærit argumentum eſt illa: quia dependentia cauſalis requirit perfectionem in termino: quia cauſa uirtualiter continet effectum, & eius perfectionem emi-
Quid nenter præſertim cauſa prima: omnis
ſit perfe autem perfectio in diuinis eſt eſſentia-
ctio. lis, & æquè in tribus: alioquin non omnes perſonæ diuinæ eſſent ſimpliciter perfectæ: cum uni deficeret perfectio aliqua, quæ eſſet in alia, & per conſequens æquè conuenit tribus terminare dependentiam cauſalem: cum ratio terminandi illam dependentiam eſt perfectio, quæ una eſt in tribus. Dependentia autem ſuppoſitalis non requirit perfectionem in termino: nihil enim requirit in termino: niſi ꝙ ſit independens ſuppoſitaliter, id eſt incommunicabilis: hoc autem non dicit perfectionē: quia non conuenit eſſentiæ, quæ eſt communicabilis: & per conſequens eſſentia nō eſſet ſimpliciter perfecta. Item ratio terminandi ultimatè dependentiam ad quam eſt independentia talis: ut dictū eſt arti. j. Et ita ratio terminandi cauſalem dependētiam eſt incauſabilitas: ſed una eſt incauſabilitas in tribus: ſicut una infinitas: & una ſumma perfectio: & per conſequens una ratio terminandi cauſalem dependentiam: ſed non eſt una perſonalitas in tribus: cum perſonalitas patris realiter diſtinguitur a perſonalitate filij: ſicut perſona patris a perſona filij: & ideo una perſona poteſt terminare dependentiam perſonalem naturæ humanæ ſine alia. Sed illa reſpōſio uidetur eſſe euaſio tantum uerbis: nam ꝙ omnis perfectio ſimpliciter in diuinis ſit eſſentialis formaliter, dubiū habet: nam ſi perfectio ſimpliciter dicitur, quod in quolibet melius eſt ipſum quàm non ipſum: hoc eſt quod conuenit cuilibet ſimpliciter perfecto: tunc uerum eſt, ꝙ omnis perfectio ſimpliciter in diuinis eſt eſſentialis, id eſt conuenit tribus: & ſic relatio in diuinis non eſt ſimpliciter perfecta: immo nec eſſe patrem: quia non conuenit filio: & ſic diceretur, quod ratio terminandi cauſalem dependentiam non requirit perfectionem ſimpliciter in termino: ſed talem, quæ eminenter continet perfectionem actus cauſalis, & illa eſt alia in perſonis, ſicut eſt alia relatio. Omnis enim relatio in diuinis eſt pſectior omni creatura: & continet eminenter perfectionem cuiuslibet creaturæ. Et ita quælibet ſine alia poſſet terminare huiuſmodi dependentiam cauſalem. Sic etiam diceretur: quamuis eſſet una incauſabilitas omnium perſonarum, ſcilicet eſſētia incauſabilis: tamen etiam quælibet perſona habet propriā incauſabilitatē, ſicut propriam relationem: quia ita relatio in diuinis eſt incauſabilis, ſicut eſſentia, rōne cuius una poſſet terminare cauſalitatem creaturæ ſine alia. Si uero perfectio ſimpliciter dicitur illud, cui repugnat omnis imperfectio: ſic quicquid eſt in diuinis, eſt ſimpliciter perfectum tam eſſentia, quàm relatio: quia etiam relationi diuinæ repugnat omnis imperfectio: ut ſupra in j. diſtin. v. j. q. j.

quæſt. iij. Et ſic licet omnium perſonarum ſit una perfectio eſſentialis. ſunt tamen etiam diſtinctę perfectiones notionales, ſicut diſtinctæ relationes, quarum quęlibet ſufficit ad terminandum dependentiam cauſalem. Et ideo dicitur finaliter, ꝙ ratio, quare una perſona poteſt terminare dependentiam ſuppoſitalem creaturæ ſine alia, & non cauſalem: eſt natura rei ſcilicet ſummi dei, quæ nobis innoteſcit per ſcripturas, & fidem catholicam, quæ teſtatur unum, & negat aliud. Teſtatur, ꝙ pater, & filius, & ſpiritusſanctus ſunt unū principiū, unus creator, unus factor, in quo, a quo, & ꝑ quē ſunt oīa: & eadē negat patrem incarnatum, ſimiliter & ſpiritumſanctum: & aſtruit ſolū filium aſſumpſiſſe naturam humanam: unde propter perfectam identitatem perſonarum cum eſſentia, quicquid uni attribuitur: ſimiliter omnibus attribuitur: niſi fides oppoſitū habeat, & ſcriptura

Dub. 3. Vtrum tres pſonæ poſſint eandē naturā aſſumere ſimul & ſemel.

¶ Tertiò dubitatē circa concluſionem tertiam. An tres perſonæ poſſunt eandem naturam aſſumere ſimul: an tantum ſucceſsiuè. De hoc dubio aliter ſentit Sco. q. ij. aliter Ockā. Scotus tenet, ꝙ eandem naturam non poteſt aſſumi ſimul a pluribus ſuppoſitis tanquam primis terminis eius dependētiam terminantibus. Secus ſi eſſentia diuina, tanquam primus terminus aſſumeret naturam humanam, ex conſequenti illa uniretur omnibus perſonis: an tamē eſſentia poſsit eſſe primus terminus huius unionis, poſtea uidebitur in dubio ſequenti. Motiuum ſuum eſt: quia in omni dependentia eſſentiali non poteſt idem dependere ad plures terminos: ſed tantum dependere poteſt ad unum terminum formaliter eius dependentiam terminantem. Quod declarat in dependentia cauſali. quia impoſsibile eſt idem cauſatum habere plures cauſas totales in eodem genere cauſandi. Si enim effectus c, habeat pro cauſa totali a, & b, cauſas quamlibet pro tali efficientia, ſufficienter efficit c, omnibus alijs circumſcriptis: alias non eſſet totalis, ergo c, eſſet b, non exiſtente: & ita c, non dependeret a b. ſic ſimiliter de b, arguitur reſpectu a: & ita c, ab utroq; dependeret; cum quodlibet eſſet eius cauſa, & a neutro dependeret quia poſſet eſſe ſine quolibet eorum ſingillatim, quod implicat. Sed in dependentia ſuppoſitali, natura eſſentialiter dependet ad ſuppoſitum: ergo non poteſt dependere ad plures terminos totales. Maior probata eſt. Minor patet, ſicut maior, quia ſi ſufficienter dependet ad unum terminū totalem, dependet ad illum quocunq; alio circumſcripto. Arguatur ut prius. Adducit Anſelmum de incarnatione uerbi cap. vij. Et idē. ij. lib. Cur deus homo. Plures perſonę omnino eundē hominem aſſumere nequeunt. Sed Ockā. q. j. tertii ſui. & iiii. quodlib. q. xii. tenet partem affirmatiuam, ſecundum quā reſpondetur, ꝙ eadem natura numero poteſt ſuppoſitari a pluribus perſonis: & a qualibet tanquam termino ſufficienti. Declaratur illud ex eiſdē, ex quibus Io. nititur probare oppoſitum nam idē effectus poteſt dependere a duobus efficientibus: & a duobus finibus: & a quolibet ſufficienter. Patet, quia idem calor pōt produci ab igne, & ſole. Poſito ꝙ ignis applicetur calefactibili in tali diſtantia, in qua tantum calorem producere poſſit: quantū ſol, & non ultra. Si enim calefactibile ſic applicatur ſimul, & ſemel ſoli, & igni tunc in hoc caſu calor productus, producitur a ſole, & etiam ab igne, & a quolibet ſufficienter: quia quolibet poſito producetur, alio circumſcripto. Sic eadem forma poteſt inhęrere pluribus ſubiectis per diuinam potentiam, & ſufficienter a quolibet dependere: immo de facto anima intellectiua inhęret pluribus membris eiuſdem corporis, & cuilibet mēbro alio circūſcripto. Itē q libet effectus ſufficienter depēdet a cauſa prima: & cū hoc eſſentialiter a cauſa ſecunda: & ibi habet locum argumentū Sco. quod facit contra prædicta. Si effectus ſufficienter dependet a cauſa prima: ergo nullo modo eſſentialiter depēdet a cauſa ſecunda. nec totaliter, nec partialiter. Conſequentia tenet: quia ſequitur, ꝙ eſſentialiter dependeret a

cauſa, qua non exiſtente nihilominus
eſſe; quod ipſe reputat implicare. Et ue
S rè implicaret, ſi dependere eſſentialiter
eſſet, ſic dependere ab aliquo, ꝙ ſine il-
lo eſſe non poſſet. Vnde pro ſolutione
rationis Io. Notandum per Ockã q. j.
primi quodli. ꝙ cauſa totalis dupliciter
accipitur. Vno modo cauſa totalis eſt,
quo poſito omni alio circumſcripto po
teſt effectus ſufficienter produci: & il-
lo modo cauſa totalis dicitur cauſa ſuf
ficiens. Sic etiam notificat in iii. q. j.
Secũdo, cauſa totalis eſt illud, quod po-
teſt aliquem effectum ſufficienter pro-
ducere, & ſine eo nõ poteſt produci ta-
lis effectus: & ſic idem eſt cauſa totalis,
& præciſa. Accipiendo terminũ totalis
ſecundo modo, ut idem eſt cum cauſa
præciſa: ſic eſt manifeſta contradictio,
ꝙ unus effectus habeat duas cauſas to-
tales. Sed primo modo idem effectus
numero poteſt habere duas cauſas tota
les ſimul. Poteſt enim idem effectus be-
nè dependere ad plures terminos ſuf-
ficientes: ut in exemplis adductis. Ve-
rum cum idem effectus ſic habet diſtin-
ctas cauſas totales: primo modo non
dependet eſſentialiter ab altera: quia
poſſet ſufficienter produci illo non
exiſtente ſecundum Ockam ubi ſup.
Secundum hoc poſſet dici, ꝙ differen-
tia eſt inter cauſam totalem, & cauſam
ſufficientem: nam cauſa totalis eſt cau-
ſa præciſa, quæ excludit ſimpliciter om
nem aliam cauſam concauſantem: ſic
cauſa totalis eſt cauſa, cũ qua nulla alia
cauſat. Cauſa ſufficiens eſt, qua poſita
ponitur effectus alia circumſcripta: hoc
eſt quę cauſare ſufficit, ſi alia non con-
curreret. Et illa benè admittit aliã cau-
ſam concauſantem: licet non requirat.
Accipitur tamen aliquando cauſa tota-
lis pro ſufficienti: tunc dicitur, ꝙ idem
non poteſt dependere ad plures termi-
nos totales in eodem genere dependẽ
tiæ. Poteſt tamen benè dependere ad
plures terminos ſufficientes: ut in exem
plis adductis. ¶ Per hoc ad rationẽ Ioã
nis: in omni dependentia eſſentiali, po
teſt diſtingui de ly eſſentiali: quia ſi de-
pendere eſſentialiter eſt dependere ad

Differũt cã totalis, cã ſuffi ciens.

aliquid, quo deſtructo non depende-
ret: hoc modo effectus dependet eſ-
ſentialiter cauſa ſecunda efficienter:
quia quilibet poteſt dependere ad cau
ſam primam, deſtructa cauſa ſecunda.
Sic ergo capiendo dependentiã eſſen
tialem, maior eſt falſa: quia poteſt
idem effectus dependere ad plures ter-
minos, ſiue cauſa eſſentialiter partiales:
licet non totales. Sicut actus uolũtatis
naturaliter loquendo dependet eſſen-
tialiter a uoluntate, & actu intellectus.
Et ad probationẽ dicitur, ꝙ procedit de
cauſa totali, de qua maior eſt uera: &
tunc ad minorem dicitur, ꝙ in caſu no-
ſtro ſi tres perſonæ aſſumerent eãdẽ na
turam: natura aſſumpta nõ dependeret
ad unã perſonã: neq; eſſentialiter, neq;
totaliter: ſed ſic dependeret ad omnes
tres perſonas ſimul. ſicut in caſu calor
dependeret ſimul ab igne, & ſole tan-
quã a cauſa totali, & a neutra ſeorſum:
licet a quolibet duorũ depẽderet tãquã
a cauſa ſufficienti, etſi partiali. Si uero
dependeret eſſentialiter, dicitur illud,
quod ab aliquo depẽderet etiã alijs cir
cũſcriptis: iterum maior ſua eſt falſa: ut
oſtenſum eſt. Ideo mirũ nõ eſt, ſi falſum
concluditur. ¶ Sed di. aliquis. Illud non
ſuppoſitat totaliter, quo circumſcripto
nihilominus ſuppoſitat illa natura. Vel
poſito, ꝙ duæ perſonæ non ſuppoſita-
rent naturã aſſumptã, uel aſſumendam:
una ſuppoſitaret, ſed nõ totaliter: ergo
&c. Reſpondetur ſecũdũ Ockam ubi ſu
pra. iiij. quodlibet. q. xij. ſuppoſitare to
taliter dupliciter accipitur. Vno modo
quia pręciſè ſuppoſitat, & ſic aſſumptũ
eſt uerum: quia illud nõ ſuppoſitat præ
ciſè, quo circumſcripto nihilominus na
tura ſuppoſitatur. Alio modo, ut idẽ eſt
ſuppoſitare totaliter, & ſufficienter, &
ſic aſſumptum non eſt uerum: quia filius
ſufficienter ſuppoſitat: & tñ circumſcri
pto filio pater põt ſuppoſitare naturam.
Verũ ꝙ in caſu natura humana ſic a tri
bus aſſumpta non uniretur una unione
tribus, ſed cuilibet perſonę ſpeciali unio
ne: ut infra. q. ij. dub. j. latius tãgetur. Et
ita eſſentialiter ibi tres incarnationes,
licet una caro tantum. i. una humanitas

tantum aſſumpta:ut uult Petrus de can
dia. ¶ Ad auctoritatem Anſel. dicitur, ꝙ
uult. Nequeunt. i. nõ congruit: quia ſuf
ficit unius perſonę incarnatio pro om
niũ criminũ expiatione. Vel nequeunt
ſic, ꝙ eſſet unus homo, ſeu una unione,
ſiue ſecundũ eãdem perſonalitatem: ut
ait Tho. de argen. q ij. ar. iij. ubi reſpon
det ad rationes Scoti. Concordat Oy-
ta. Vnde in caſu pater, filius, & ſpirituſ-
ſanctus: licet quilibet eſſet homo: non
tamen eſſent unus homo: ſed tres homi
nes: & quilibet eſſet filius uirginis, non
tamẽ unus filius uirginis: ſed tres filij
uirginis, quos tñ una uirgo cõceptio-
ne, & uno partu genuiſſet. Nec ꝓpter
hoc pater eſſet uerbũ, aut ſpirituſſan-
ctus: ſicut ſi eadem albedo informaret
tres homines Petrũ, Ioannẽ, & Paulũ:
eſſẽt quidẽ albi eadẽ albedine: nõ tamẽ
eſſent unũ albũ, ſed tria alba: nec pro-
pter hoc Petrus albus eſſet Ioãnes al-
bus, aut Paulus: nec ecõuerſo. Et ſi quę
ritur. In caſu humanitas aſſumpta eſt ad
unitatẽ perſonæ, cuius perſonę; patris,
an filij, an ſpiritusſãcti. Reſpondent qui
dã; ꝙ ad unitatẽ pſonæ cõfuſẽ tñ: uel
ad unitatem triũ pſonarũ, & nõ unius:
ſed nõ oportet ad hęc cõfugere. Sed dr̃,
ꝙ ad unitatẽ cuiuslibet pſonæ, puta ad
unitatẽ pſonæ pr̃is, ſimiliter filij, ſimili
ter ſpirituſſancti. Nec ſeqtur ad unitatẽ
perſonæ patris: ergo nõ filij. Vnde ſi ad
uniõnẽ patris aſſumpta eſſet: quia illa aſ
ſumptione pater eſſet homo: ſic ad per-
ſonã filij: quia illa eadẽ natura alia qui
dem aſſumptione unita eſſet filio, qua
filius eſſet homo nõ idẽ homo, q pater,
ſed alius homo: qa alia pſona: & hõ eſt
nomẽ ſuppoſiti. Licet non eſſet hõ alia
Dub. 4. natura q̃ pater: alia in ablatiuo caſu. ¶ Vl
T timò dubitatur utrũ eſſenti a diuina poſ
ſit eſſe primus terminus huius unionis.
hoc eſt q̃ſitu. Vtrũ eſſentia diuina poſ-
ſit ſibi unire ſuppoſitaliter naturam hu
Not. 1. manã. ¶ Pro ſolutione breuiter notan-
dũ, ꝙ per primũ terminũ unionis, intel-
ligitur terminus, cui aliquid uniretur
etiam omnibus alijs ab eo formaliter
diſtinctis per imaginationem circũſcri-
ptis, & nulli eorum circũſcripto, & illud
ſemp eſt ratio formalis unionis, aut eã
formaliter includit. ¶ Secundò notandũ Not. 2.
poſt prędicta, ꝙ nõ eſt idem uniri alicui,
& ſuppoſitari ab aliquo. Differunt enim Differũt
ſicut ſuperius, & inferius: nã uniri ſup- uniri ali
poſitaliter, ſiue ſuppoſitari nihil aliud cui, &
eſt, quã dependentiã ſuppoſitalem ter- ſuppoſi-
minari ad ſuppoſitum extrinſecũ. Vnde tari ab
patet, ꝙ nihil poteſt terminare depen- aliquo.
tiam ſupppoſitalem niſi ſuppoſitum.
De hoc inf. diſt. v. art. j. & ij. Per hoc
reſpõdetur ad dubium: ꝙ licet eſſentia
diuina poſsit eſſe terminus primus ali-
cuius unionis naturæ humanæ ad ip-
ſum: nõ tamen poteſt eſſe terminus pri
mus unionis ſuppoſitalis. Primũ patet:
quia eſſentia diuina poteſt primò termi
nare unionem naturæ gratuitæ: & for-
te aliã, cui nomen nõ eſt impoſitum. Pa
tet: quia illã terminare poſſet eſſentia:
etiam ſi ad imaginationem nõ eſſet per
ſona. Secundum patet: quia eſſentia nõ
eſt formaliter perſona: cũ non ſit incõ-
municabilis: & ideo nõ põt aliquid ter-
minare ſuppoſitaliter. Et hæc reſponſio
eſt de mente Sco. & Ockam. Dicit. n.
Sco. q. j. diſt v. lib. iij. Si de ratione aſſu-
mentis eſt, ꝙ habeat ſubſiſtentiam incõ
municabilem: cũ eſſentia nõ habet de ſe
incommunicabilitatem: nõn poteſt eſſe
aſſumens, ut terminus. Si autem ſufficit
in aſſumente ſingularis exiſtentia, & ꝑ
ſe eſſe: cum hoc conueniat diuinæ na-
turæ: poteſt eſſe terminus aſsũptionis.
¶ Et Ockam q. j. tertij in ſolutione re-
plicę dicit: ꝙ ſi poſsibile eſset, ꝙ ſola di
uina eſsentia, & nulla perſona diuina
terminaret unionem naturæ humanæ:
tunc illa natura aſsumpta non eſset
perſonata, nec perſonalitate propria,
nec aliena. Primum patet de ſe: quia
ſcilicet non eſset per ſe: ſed innitere-
tur alteri, puta eſsentiæ diuinæ. Secun-
dum patet: quia eſsentia non eſt forma
liter perſona: & ideo non poteſt dare
perſonalitatem: nec eã ſuſtẽtare, ut per
ſona. Sed qa impoſsibile eſt, ꝙ eſſentia
terminaret naturã, niſi omnes pſonę aſ
ſumãt eãdem: ideo licet eſſentia primò
terminet unionẽ, tñ pſonę terminãt ſe
cũdo modo. Per hoc uult dicere, ꝙ licet

eſſētia poſſit eſſe terminus primus unionis, qua natura quantum ad exiſtentiā dependeret ad eſſentiam: tamē ſola perſona terminat ſuppoſitalem exiſtentiā. Et quia eſſentia non eſt ſine pſona: prima terminatio non eſt ſine ſecunda. Quicquid etiam conuenit eſſentiæ, ut termino primo reſpectu creaturæ, conuenit omnibus perſonis: quia quęlibet pſona formaliter cōtinet eſſētiā ſicut ſuū cōſtituēs. ¶ Sed nunc reſpondendū eſt ad rationes Scoti, & Ockā pbātiū, ꝙ unio eſt res relatiua & nō ētitas abſoluta, poſitas in tertio notabili articuli primi. ¶ Ad primū dicitur, ꝙ natura humana in Chriſto eſt ſimilis naturæ nr̄æ, quatū ad eſſentialia: quia eiuſdē ſpeciei eſſētialis: ſed nō eſt ſimilis in oībus accidētibus. Nā & unio, ſi ſit relatio: ut illorū tenet opinio: eſt accidēs, & eſt in natura aſſumpta: & nō in natura nr̄a. Similiter in natura aſſumpta fuit, & eſt beatitudo, & ſumma charitas, ſcientia, & dona in ſummo: quę nō ſunt in nr̄a: ſicut & in uno hoīe ſunt accidentia, quę nō ſunt in alio: ſicut alia in iuſto, alia in pctōre. Procederet autē argumentū, ſi aliqua pfectio eſſet in natura humana in Chriſto, q̄ eſſe nō poſſet in hoīe alio. Hoc aūt falſum eſt: cū uerbū quamlibet naturā humanā pōt aſſumere: & eā ſimilibus pfectionibus adornare. ¶ Ad ſecūdū dr̄, ꝙ unio, qua formaliter natura humana unitur uerbo, eſt qualitas abſoluta de prima ſpecie qualitatis: quia diſponit naturā humanā ad melius nō ad meliorem operationē: ſed ad maiorē dignitatē. Et probabiliter diceretur, ꝙ nec eſt charitas, nec lumē glorię: licet nō ſit ſine utroq;: ſi. ſ. ponuntur a charitate, ſeu gratia gratū faciēte diſtinctē, ut qui dā uolūt: quia illę diſponūt ad operationē beatificā, illa uero ad eſſe perſonale. Et licet charitas, & lumen gloriæ, ac beatitudo poſſunt cōuenire illi naturæ non aſſumptæ: tamen iſta qualitas, qua fit unio, nō poteſt eſſe in natura, niſi ſit aſſumpta: quia in ablatiuo ipſa formaliter fit aſſumptio. Sicut implicat albedinem inhærere ſubiecto, & ſubiectum non eſſe album. ¶ Ad tertium negetur aſſumptum. Nam res naturaliter per ſe ſubſiſtens .i. ſubſiſtens per ſe, ſi ſuæ naturæ dimitteretur, poſſet dependere ad aliud per accidens abſolutum. Sicut ſimile, ut tale dependet ad aliud ſimile per accidens abſolutum: ſcilicet qualitatem, puta albedinem, uel ſcientiam: nec oppoſitum probatur. ¶ Ad quartum negetur aſſumptum. Nā deponere naturam aſſumptam manente illa qualitate, qua formaliter eſt unio implicat: quia infert naturam eſſe unitam, & non unitam. Sicut implicat contradictionem aliqua non eſſe ſimilia: & tamen eſſe alba. Non ergo poteſt remoueri ſimilitudo a ſimilibus qualitatibus abſolutis manentibus: ſic in propoſito. ¶ Ad quintum, quæ eſt ratio Scoti: dicitur, ꝙ quocunq; abſoluto intellecto, non intelligitur ratio unionis. Verū eſt, ut quodlibet abſolutum intelligi poteſt non habita ratione relatiua: & ita abſq; ratione unionis. Ex hoc inferri poſſet, ꝙ ratio .i. conceptus correſpōdens nomini unio, non eſt conceptus abſolutus: ſed reſpectiuus: ſed non ſequitur, ꝙ res ſignificata per unionem ſit relatio. ¶ Et cum arguitur: unio importat aliquid, uel nihil: reſpondetur, ꝙ neutrum, ſed importat aliqua ſcilicet unitatem, & qualitatem, qua ſit formaliter unio, quorum quodlibet eſt abſolutum. Et ratio fundatur in falſo fundamento. Imaginatur enim, ꝙ ratio relatiua repræſentat entitatem unam, ſicut ratio qualitatis, quod falſum eſt: ſed reprę-ſentat plura habentia ad ſe aliquam habitudinem, uel habitudines: quæ tamen omnia ſunt abſoluta: ſicut de ſimilitudine, cuius ratio eſt relatiua; & tamen nihil ſignificat, niſi ſubiecta habentia qualitates eiuſdem ſpeciei: & tā ſubiecta, quā qualitates ſunt res abſolutæ. Et per hoc ad confirmationē, unio non eſt res &c. Reſpondetur dupliciter ſecundum duos modos de ſuppoſitione abſtractorum quæſt. iij. prologi. & quæſt. j. lib. ij. poſitos. Nam ſi tenetur, ꝙ unio perſonalis præciſē ſupponit pro illa qualitate, omnia quę

Margin notes: Ad rationes. V — Ad 1. — Ad 2. — Ad 3. — Ad 4. — Ad 5.

aſſumuntur incõfirmatione, falſa ſunt. Nam ſic unio eſt res ad ſe, quæ per potentiã dei eſſe põt ſine unitis. Nec hoc eſt minus intelligibile, quã albedinem eſſe ſine albo. Verum ſi unio connotat unionem ut inherentem naturę unitę: tunc ſi qualitas illa, quę dicitur unio eſſet, ꝑ ſe iã nõ diceretur unio. Sicut albũ: quãuis conſeruari poſſet abſq; albedine: tamẽ ſeparata albedine non eſt albũ. ¶ Si uero unio ſupponit pro omnibus, quæ ſignificat. i. pro unitis, & qualitate uniente: ſic unio non eſt res una, nec ad ſe, nec ad aliud, ſed res plures: & ſic non põt eſſe ſine unitis: quia eſt ipſa unita. Nec tamẽ ideo ſignificat rem aliquã non abſolutam. ¶ Ad ultimum dicitur breuiter, ꝙ quicquid ſignificat unio, ſiue rẽ unam ſubſtractiuę, ſiue plures res, poteſt intelligi ad ſe: id eſt cõceptu, uel conceptibus abſolutis: licet ille conceptus non correſpondet huic uoci unio. Sic pater poteſt intelligi conceptu abſoluto, puta animalis, uel entis: ſed nõ conceptu huius dictionis pater. Ille enim non eſt abſolutus, ſed relatiuus: non quia ſignificet rem aliquam relatiuam: ſed quia ſignificat res plures, unã in ordine ad aliam. Et omnia illa argumenta poſſunt ſimiliter deduci de paternitate, & ſimilitudine. Sicut igitur illi ſoluunt, qui dicunt paternitatem, & ſimilitudinem nihil dicere diſtinctum ab omnibus abſolutis: ita ſoluatur hic.

QVAESTIO. II.

A QVAERITVR ſecundò utrũ uerbum, & quęlibet perſona diuina indifferenter debeat aſſumere naturã quamlibet ſuppoſitaliter. ¶ Circa materiam huius quæſtionis ſunt duæ opin. cõtrariæ, quarum neutra eſt demonſtratiuè improbabilis. Vna eſt Scoti, & Ockam, & communiter modernorum tenentium partem affirmatiuam. Alia opinio eſt Henrici de Gãdauo. xiij quodli. q. ij. ad quã (ut refert Ioannes Picus in apologia ſua q. iiij.) dimiſſa priore opinione in ſenio declinauit, tanquam ad opin. magis probabilem. Videtur etiam aliquibus eſſe opinio Alexandri de Hales par. iij. art. j. mem. j. q. xi. & q. xii. tametſi ibidẽ ſolum de gratia unionis in Chriſto diſputet. Hęc opinio tenet partẽ negatiuã. Volo ambas proſequi ſolum recitatiuè, ſine omni aſſertione, lectoris iudicio relinquens, quæ probabilior ſit iudicanda. Et ſecundum hoc duo erunt articuli in q. quibus addetur tertius de quorũdam dubiorum ſolutione. ¶ Quã- Aſſumi ſuppoſitaliter non eſt fieri ſuppoſitũ.

tum ad primum ſupponendum ex dictis in præcedenti quęſtione, ꝙ aliquid perſonari, ſiue aſſumi ad unitatẽ perſonę, non eſt ipſum fieri perſona: alioquin natura humana nõ perſonaretur a uerbo, nec aſſumeretur ad unitatem perſonæ uerbi: quia natura humana aſſumpta nõ eſt perſona: nec ſimpliciter nec perſona uerbi: ſed perſonari eſt (ut ſupra patuit. q præcedente.) dependentiã ſuppoſitalem ab aliqua perſona terminari: quo ſuppoſito eſt hæc concluſio reſponſalis huius concluſionis. ¶ Omnis entitas poſitiua, ſiue accidens, ſiue ſubſtantia, aſſumi poteſt ſuppoſitaliter a perſona diuina. Iſta concluſio ſic probatur. Concluſio reſpõſalis B

Cuiuſcunq; naturæ dependentia ſuppoſitalis poteſt terminari ad perſonam diuinam, ipſa poteſt ab eo aſſumi: ſed talis eſt omnis entitas poſitiua tam ſubſtantia, quàm accidens: ergo. Conſequentia nota cum maiore. Minor probatur: quia cuiuslibet entitatis poſitiuę dependentiã ſuppoſitalẽ terminari ad perſonã diuinã, nõ dicit imperfectionem in deo, nec repugnantiam in deo, aut creatura: ergo poſſę terminari eius dependentiam talem a diuina perſona, non eſt negandum. Conſequentia nota. Antecedens patet. quia non dicit imperfectionem in termino: licet aſſumptum ſiue dependens ſit res infimę perfectionis: non enim importat maiorem imperfectionem, quàm terminare dependentiam cauſalem, quæ eſt producti ad producens: aut conſeruati ad conſeruans: ſed hæc terminatur ad totã trinitatem: ergo & illa. Nec impedit uilitas, aut indignitas cauſati:

eſt nec diabolus, nec infernus, nec peccati actus poſitiuus eſſe poſsit, deo nõ conſeruante: aut potentialiter, aut eſſentialiter non præſente. ¶ Præterea licet natura rationalis dignior ſit irrationali: tamẽ ita infinitè diſtat dignitate a perfectione diuinę perſonę, ſicut ultima creatura: igitur ſi indignitas creaturæ impediret, nulla creatura eſſet aſſumptibilis: cum omnes æque diſtant puta infinitè a dignitate diuina. ¶ Quòd etiam non dicat repugnantiam aliquam in deo, patet: quia apud deum non eſt impoſsibile omne uerbum .i. omne cõceptibile. Nunc autem ita conceptibile eſt deum aſſumpſiſſe creaturam irrationalem, ſicut intelligibile eſt deum aſſumpſiſſe creaturam rationalem. ¶ Itẽ uerbum eſt independens dependentia ſuppoſitali: ergo poteſt omnem talem dependentiam terminare: hoc enim ſufficit, ut dictum eſt in quęſtione præcedenti. ¶ Quòd etiam non dicat aliquid repugnans creaturæ: quia nulla creatura habet in ſe entitatem poſitiuã repugnantem illi dependentia ſpeciali ad perſonam diuinam, ſiue repugnãtem eius cõmunicabilitati, ut non communicetur ſuppoſito diuino. Nec etiã natura rationalis: cũ illa ſit aſſumpta, nec irrationalis. Nam natura non rationalis non habet perfectiorem rationem ſuppoſiti, quã natura intellectualis: ergo non habet aliquod repugnans, propter quod non poſſet dependere ad uerbum huiuſmodi depẽdentia ſuppoſitali plus, quã natura intellectualis: ſed natura intellectualis non habet repugnans: ergo nec illa. ¶ Item omnis creatura eſt in æquali potẽtia obedientiali dei, nec una plus, quã alia. quia omnia quęcunq; uoluit, fecit in cęlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſsis: ergo ſi unã creaturam aſſumere poteſt uerbum: poteſt quamlibet aſſumere. ¶ Item ſi aliquam non poſſet aſſumere, maximè accidens: quia non poteſt terminare eius inhęſionem. Sed hoc non: quia licet inhęſiuam dependentiam terminare non poſſit: cum illa dicat potentialitatem in termino, & ita imperfectionem: non tamen ideo repugnat uerbo terminare dependentiam ſuppoſitalem, quæ nullã dicit imperfectionem: quia illæ dependentiæ ſunt ab inuicem ſeparabiles. Nõ enim eſt eadem habitudo informare, & depẽdere ad ſuppoſitum: ut dictum eſt. q. precedenti. Et dependere non dicit perfectionem in termino. ¶ Item in triduo mortis Chriſti, caro Chriſti mortua, dependebat hac dependentia ad uerbum: quia fuit hypoſtaticè unita uerbo in ſepulcro: & tamen caro Chriſti eſt natura nõ intellectualis ſimpliciter, & maximè ſeparata anima: ergo cuilibet naturæ non intellectuali poſſet uniri. Conſequentia tenet: quia non eſt maior ratio de una, quàm de alia. Nec refert, ꝙ prius fuit unita animæ rationalis quia alia unione caro unita eſt animæ, & uerbo: etiam alia unione uerbum ſibi uniuit animam, & alia carnem, quæ abinuicem ſunt ſeparabiles. ¶ Item ſicut in triduo uniuit ſibi carnẽ ſine anima, ita facere potuit ab initio: & unionem illam conſeruare in perpetuum: quia quicquid uerbum poteſt ad tempus, poteſt perpetuò. ¶ Corollarium quod ſequitur ad hanc concluſionem.

Coroll.

Illæ ſunt poſsibiles, deus eſt lapis, deus eſt aſinus, deus eſt homo dãnatus: deus eſt diabolus. Patet: quia eadem ratione, qua illa conceditur: deus eſt homo crucifixus, mortuus, ſanctus, beatus: etiam iſtæ ſunt concedendæ per communicationem idiomatum: ut infra dicetur. Vnde eſt regula: quamcunq; denominationem natura aliqua tribueret proprio ſuppoſito præciſè ratione huius dependentiæ ſuppoſitalis: hanc etiam tribuit ſuppoſito aſſumenti. Ex quo ſequitur primò, ꝙ ſi uerbum aſſumeret accidens: propter hoc uerbum non eſſet accidens: nec informans, aut inhærens. Patet: quia has denominationes accidens non dat ſuo ſuppoſito: quia ſubiectum accidentis non eſt accidens: nec inhærens, ſaltem non oportet. Secundò ſequitur, ꝙ ſi deus aſſumeret albedinem modo, non ideo diceretur albus: quia albedo non denominat ſuppoſitum album, niſi inhę-

Et ſi Deus aſſumeret albedi-

Item hō dicere-tur albus. reat. Sic licet aſſumeret actum peccati, non tamen diceretur peccator: quia peccator non importat tantum ſubſiſtētem in actu peccati: ſed importat quandam deformitatem uerbo non conuenientem. Sed contra hoc uidetur: quia omnis actio naturæ aſſumptæ attribuitur aſſumēti: ideo uerbum dicitur ambulaſſe, comediſſe, prædicaſſe, nobis meruiſſe: ſimiliter de paſsionibus: ideo uidetur cōcedere oportere in caſu, uerbū uel deus peccat: & uerbum eſt peccator. Sicut cōcedere oportet ſecundū hanc opinionē, deus eſt dānatus: poſito.n. φ deus aſſumeret naturā humanā ſine gratia, qđ cōcedere oportet. ſi pōt aſſumere lapidem gratię nō capacē: poſſet etiā aſſumere naturā humana peccatricem originali, uel actuali peccato. Similiter natura aſſumpta poſſet de nouo peccare, & eſſe peruerſiſsimus hominū. In omnibus his caſibus cōcedere oportet, deus eſt peccator, deus pōt peccare, deus pōt odire deū, deus pōt eſſe peior Antichriſto, uel diabolo: & multa alia, quæ ſunt piarū auriū offenſiua.

Arti. 2. C ¶ Quantum ad ſecundū articulū recitanda eſt alia opin. prædictæ contraria, quā quidam magni doctores tenēt: ut refert Tho. de argē. diſt. ij. tertij q. j. art. j. hanc opinionem ſolum recitatiuē ponā: ut præmiſi.

Vnio ſuppoſitalis diſtinguitur ab extremis unitis. Itaq; ſupponendum eſt primò ex præcedenti. q. φ unio ſuppoſitalis eſt quædā entitas poſitiua recepta in natura aſſumpta, ſiue ſit relatio ab omnibus abſolutis diſtincta, ſiue qualitas quædam abſoluta, qua formaliter fit huiuſmodi aſſūptio, qua poſita in natura aſſumpta ipſa eſt unita, & ea remota deſinit eſſe unita. Quam entitatē poſitiuam doctores, & ſancti nominā t gratiam unionis. Eſt.n. donum ex ſumma charitate datum, nullis meritis pcedentibus, ſecundum illud Io. iij. Sic .n. deus dilexit mundum: ut filiū ſuū unigenitum daret. Dedit autē per eius incarnationem, ſiue naturæ humanæ aſſumptionem.

Triplex gratia Chriſti. ¶ Pro cuius intellectu aduertendum, φ ſecundum Alex. de Hales parte iij. q. ij. triplex ponitur gratia in Chriſto: ſcilicet gratia ſingularis perſonæ, gratia capitis, gratia unionis. Gratia ſingularis perſonę, eſt gratia gratum faciēs, animam Chriſti perſiciens: qua homo Chriſtus ſecundū naturam aſſumptam excellenter, & ſingulariter placuit deo: ſecundū illud Mat. iij. & xvij. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benē complacui. Per hanc quoq; gratiam opera Chriſti ſecūdū humanitatem meritoria fuerunt, & patri accepta ad noſtrā redēptionē: ut infra dicetur. ¶ Gratia capitis, de qua latius inf. diſt. xiij. eſt, qua tanquā caput eccleſię gratiam influit membris: de qua ad Ephes. j. Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quę eſt corpus ipſius. Et Aug. ad Dardanum. In Chriſto habitat omnis plenitudo gratiæ: ſicut in capite omnes ſenſus. Et Hugo de ſacramentis. Sicut ſpiritus hominis mediante capite deſcendit ad membra uiuificanda: ſic ſpiritus ſanctus per Chriſtum uenit ad chriſtianos. Cuius plenitudo eſt in capite: participatio uero in membris. Verum hoc dictum Hug. Alexand. ubi ſup. q. xij. membro j. art. ij. intelligit de gr̄a capitis, & unionis increata, quę eſt ſpiritus ſāctus, & nō de creata gr̄a. Ponit.n. duplicē gratiā: creatā, & increatā: ut patet ibidē. ¶ Gratia uero unionis creata ſecundū Alex. ubi ſup. q. xij. mēbro. j. ar. i. eſt diſpoſitio, quæ ab increata gr̄a relinquitur, q̄ diſponit ad hāc unionē ex parte humanitatis. Et ſecūdū eūdē non eſt aliud, quā deiformitas, uel diuina aſsimilatio: & forte poſſet illud facilius ſic dici. ¶ Gratia unionis eſt illud, quo natura humana formaliter unitur deo. hoc eſt unio ipſa, ſiue ſit relatio, ſiue qualitas abſoluta, de illa poſſet intelligi dictum beati Aug. Quicquid conuenit filio dei per naturam, cōuenit filio hominis per gratiam. Hinc ait idem Alex. mēb. iiii. q. ii. In Chriſto.n. fuit gr̄a ſingularis ſanctitatis, ſecūdū quā fuit ſanctus hō, ita φ nihil deeſſet ſibi de gratia, quę poſſet haberi ab homine. ¶ Item fuit hō deus: & ideo neceſſaria fuit in eo gr̄a unionis: qa φ ſit hō deus, habet p unionem. ¶ Item ipſe mediator fuit dei, & hominū, & ideo fuit gratia in ipſa ſecūdum quam eſſet caput eccleſiæ: ut eſſet

medium influētiæ gratię in nobis: ſicut caput ad alia membra. Et ſubiungit ibidem, ꝙ hæc gratia multiplicata in Chriſto eſt una ſecundum eſſentiam: non tamen eſt una quantum ad actum, uel operationem: quia alius actus eſt unire humanitatem diuinitati: alius influere gratiam: & eſſe exemplar ad omnes animas ſanctas. Secundum primum attenditur in Chriſto gratia unionis. ſecundum ſecundū gratiā capitis: ſecūdū tertiū gratia ſingularis perſonę: quo non obſtāte pōt dici, ꝙ harū gratiarū ſemper poſterior maior eſt priore, & pręſupponit eā: unde gratia unionis omniū creaturarū gratiarū eſt maxima. pręſupponens in ſubiecto utranq; gratiam ſcilicet gratiam capitis, & gratiā ſingularis ſanctitatis. Et de hoc dicit Alexan. par. iij. q. xij. membro. j. arti. j. Debemus pręterea intelligere gratiam creatam unionis in Chriſto, in tanta perfectione, & cōſummatione, & excellentia: ut non ſolum diſponat ad amorem, & cogitationem dei creatam; & talem qualis cōpetit homini deo: ſed ulterius ad unitatem perſonalem cū deo: ita diſponēdo, ꝙ quicquid cōuenit filio dei per naturā, cōueniat filio hominis per gratiam: ſicut dicit Aug. & hęc gratia unionis creata eſt perfectiſsima aſsimilatio creaturę rationalis ad deū, quę poſsit eſſe, aut intelligi. hęc Alex. De hoc ēt innuit Aug. xiii. de trini. c. xix. & allegat magiſter Cum lego, uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. in uerbo intelligo uerū dei filium, in carne agnoſco uerum hominis filium: & utrūq; ſimul in una perſona dei, & hominis, ineffabili gratię largitate coniunctum. Et infra. In rebus. n. per tempus ortis, illa ſumma gratia eſt, ꝙ homo in unitate perſonę coniunctus eſt deo, in rebus uero ęternis ſumma ueritas recte attribuitur dei uerbo. Et ſecūdū hoc, quod Io. addit. Vidimus gloriā eius gloriā quaſi unigeniti a patre, plenū gratię, & ueritatis. Plenū gratię refertur ad naturam aſſumptam: & ueritatis, ad perſonam aſſumētem. Hac enim gratia creatura eleuatur ſuper ſtatū creaturę: nedū ad perfectiſsimā dei uiſionem,

Gratia unionis eſt perfectiſsima omniū gratiarū creatarum.

& fruitionem, quod omnium beatorum eſt, ſed ad perſonalem cū diuina natura unionē, qua fit, ut ille homo temporaliter natus ex uirgine, ſit uerè, & realiter unigenitus patris, natus ex eius ſubſtantia in ęternitate: qua eleuatione creaturæ maior excellentia in creatura cogitari nō poteſt. ¶ Quibus præmiſsis eſt concluſio prima ſecundum hanc. Nulla natura non gratificabilis eſt a filio dei immediatè aſſumptibilis. Probatur: quia nulla creatura, quæ non eſt capax gratię unionis, eſt immediatè aſſumptibilis a uerbo ad unitatem ſuppoſiti. Et omnis creatura non gratificabilis eſt creatura, quę non eſt capax gratiæ unionis: ergo nulla talis eſt immediatè aſſumptibilis. Conſequentia nota in ſecunda primæ cum maiore. Minor probatur: quia natura, quę propter ſui imperfectionem non eſt capax gratię imperfectioris: nō eſt etiam capax gratiæ perfectioris. Sed gratia gratificans minor eſt gratia unionis, ut dictum eſt in notabili: ergo natura, quæ non eſt capax gratiæ gratum facientis propter ſui imperfectionem, non erit capax gratię unionis, quę eſt in termino perfectionis gratiæ creatę. ¶ Secunda concluſio Gratia unionis inhæret ſoli parti portionis animæ ſuperioris. Probatur, quia nobiliori formæ debetur ſubiectū nobilius: ſed gratia unionis eſt forma accidentalis nobiliſsima nata conuenire animę rationali: ergo erit in nobiliſsima eius parte. ¶ Item gratia gratum faciens eſt in portione ſuperiore: ergo & gratia unionis. Tenet cōſequentia: quia gratia unionis præſupponit gratiā gratificātē in ſubiecto. Antecedens patet: q̄a gratia gratificans eſt in eo ſubiecto, in quo pōt habere ſuam operationē naturalem, quę eſt inclinare in bonū æternū, tāquā in finem ultimū. Solius autem portionis ſuperioris eſt tendere in bonum ſummum, & ęternum tanquam in finem. ¶ Tertia concluſio. Per gratiam unionis inhærentem ſoli animæ tota natura humana, & partes eius, & proprietates uerbo ſunt unitæ. Probatur concluſio: quia totā naturam humanam, & partes eius, animā ſcilicet

Cōcl. 1.

D

Nulla natura nō gratificabilis eſt aſsūptibilis.

Cōcl 2.

Gratia unionis inhæret ſoli parti portionis animæ ſuperioris.

Cōcl. 3

Per gratiā unionis inhęrentem animæ

tota natura humana partes & proprietates unitū tur uerbo.

& corpus cum proprietatibus ſuis aſſum pſit uerbum : ut dicit Dam. & allegat magiſter diſt.i j huius terti j. Totam hominis naturam, & animam, & carnem, & harum proprietates, ſiue accidentia aſſumpſit. Omnia, inquā, quæ in noſtra natura plantauit dei uerbum aſſumpſit: ſcilicet corpus & animam intellectualē: & horum idiomata. Totus. n. totū aſſumpſit me: ut totā mihi ſalutē gratificet, quod enim eſt inaſſumptibile, eſt incurabile. Hæc ille. Et non uniuit ſibi ſine unionis gratia: quæ non inhæret niſi ſoli animæ: ut dicit concluſio ſecunda: ergo. ¶ Item quod unit unum coniunctorum, unit & reliquum: & quicquid terminat dependentiam ſuppoſitalē unius naturæ, terminat etiam dependentiam omnium illi inexiſtētiū, & cōiunctorū, ſicut perſona Petri terminat dependentiam ſuppoſitalem animæ eius, & corporis, & omnium accidentium eis inhærentium: omnia enim illa ſuppoſitaliter dependent ad aliud: ut habitum eſt. q. j. & non niſi ad perſonam Petri. Ita & natura humana, cum dependet ad uerbum per gratiam unionis, quę ſoli animæ inhæret, per eam ad idem dependet, quicquid eſt ei coniunctum. Et eſt ſimile: nā gratia gratificās inhæret ſoli animæ, & tamen hominem totum deo gratificat; nam non ſolum animam: ſed & corpus cum ſuis proprietatibus ipſum perficiētibus acceptum reddit ad uitam ęternam: ſic & gratia unionis, quę ſoli animæ inheret: quia ſola anima eius capax eſt: & tamen animam, & corpus formaliter uerbo unit. ¶ Hæc opinio reſpondet rationibus prioris opinionis. Ad primam.

Ad primam.

E. Reſponſio ad rationem alterius opinionis quō ſ. repugnat potentiæ diuinę aſſumere naturā nō gratificabile.

Ad primam, quæ eſt primę ſuę cōcluſionis probatio: dicitur, q terminati dependentia ſuppoſitalem creaturæ irrationalis repugnat tā deo aſſumēti, quā naturæ aſſumēdæ irrationali. Deo: quia infinitæ potētię dei repugnat q quid eſt indecēs, incōgruū: ſecūdū illud Anſel. Cur deus hō. Minimū incōueniens eſt deo impoſſibile: nā poſſe incōueniens admittere, poſſe peccare, poſſe deficere, poſſe mori, nō eſt poſſe. ſed fragilitatis, & impotētiæ. Omnis autē fragilitas, & impotētia repugnat diuinæ potentiæ infinitę: ſed ſummum uniri perſonaliter naturę non beatificabili eſt inconueniens: quia inconueniens, q eſt ſummum uniri perfectiſsima unione illi naturæ imperfectę, cui propter ſuā imperfectionem nō pōt uniri unione minus perfecta: non autē poteſt uniri naturę nō intellectuali unio ne gratifica, nec beatifica: ergo nec excellentiori, puta perſonali: illa. n. poſt unionem diuinarū perſonarū in eſſentia eſt perfectiſsima: ſed ſecundum beatū Ber. lib. v. de cōſideratione ad Eugeniū papam, & in ali js pluribus locis: tribuit enim nobiliſsimā denominationē cōtrecto creaturę, qua uerè, & realiter deus dicitur. ut apoſtolus Phili j. propter quod ſcilicet fuiſſe obēdientem patri uſq; ad mortem crucis, dedit illi nomen ſuper omne nomen &c. Nomē illud eſt, quod ille obediens homo uſq; ad mortē crucis, uerè dicitur, & eſt deus: hoc autem non conuenit niſi per illam unionem perſonalem naturæ humanæ cū uerbo. Et niſi illa unio eſſet maxima, & opus maximè gratuitæ uoluntatis maioris, quā beatificationis: quomō dicit Augu. q inter omnia opera ex tempore orta, opus incarnationis eſt maximæ gratiæ: & ita maioris, quā opus beatificationis. ¶ Et quid magnū eſſet deū humanari: ſi etiam ſic poſſet creaturæ uiliſsimę uniri. Vel potius quid per hanc unionē tantū exaltaretur rationalis creatura etiā ſuper angelos (quam exaltationem nō ſatis magnificare ſufficiunt omnes ſancti: immo & apoſtolus ad Heb. j. p totū capitulū) ſi etiam cōueniret naturæ tā imperfectæ, quæ nec gratificari: nec beatificari poſſet. Et quō humana natura in Chriſto eſſet exaltata ſuper angelos per eius aſſumptionē: cū illa etiā conueniret creaturæ irrationali, quæ etiā aſſumpta per impoſsibile non æquaretur perfectioni angelicæ, etiā accidentali. Semper enim excelleret angelus ipſa beatitudine, cuius talis natura irrationalis nō eſſet capax. ¶ Repugnat etiā naturæ nō intellectuali: quia ei repugnat gratia unionis, ſine qua impoſsibile eſt eā pſonaliter aſſumi: nā ei repugnat gratia gra-

re natura nō gratificabilē.

Nota.

tificans,& gloria propter ſuam imperfe ctionem,quę tamē gratia,& gloria ſūt minoris perfectionis, quàm gratia unio nis:& per hoc etiam implicat contradi ctionem naturam non gratificabilē aſ ſumi. Nam ſequitur, eſt aſſumptibilis: ergo gratificabilis,& eſt natura non in tellectualis: ergo non gratificabilis:& ſic erit gratificabilis, & non gratifica bilis. Et uocatur hic gratificabile ordi natum ad dei uiſionem, & fruitionē, ꝙ naturæ non intellectuali ſimpliciter re pugnat,eo ꝙ ē talis natura. ¶ Ad ſecūdū

Ad. 2. dicitur, ꝙ propter diſtantiam præciſè naturæ irrationalis a diuina in dignita te non repugnat ei aſſumi: ſed quia ei repugnat gratia gratificans,quam præ ſupponit gratia uniōis in ſuo ſubiecto: licet non ſit æqua diſtantia infinitè di ſtantium a deo: ſicut in magnitudine ſi eſſet infinita tota maior eſſet parte ſua infinita. Nec ualet hæc republica, ſi di citur, quod exceditur, in ea parte ubi exceditur, ibi finitur: quomodo ergo uerum eſt,ꝙ non ſit æqua diſtantia &c. Reſpondetur,ut ſupra tactum fuit in ſe cundo diſt. j. quęſt. iij. ꝙ maius,& minus ſumuntur dupliciter. Vno modo ut ma ius dicitur, ꝙ excedit aliud in certa, & determinata quantitate: & ſic non at tribuitur infinitis: nec unum eſt ma ius alio. Alio modo largius,ut maius di citur, ꝙ continet omnia, quæ conti net aliud,uel ſibi correſpondens: & cū hoc alia,& ſic conceditur unum infini tum eſſe maius alio. & minorē eſſe me dietate totius,quàm totum. Et ſi dici tur:ubi exceditur,ibi finitur: hoc nega ri habet ubi infinitas exceditur; ſic.n. exceſſum non finitur: conceditur uero de exceſſu finitorum,ubi exceſſus inci pit a certa quantitate exceſſi: uide la tius in ſecundo loco præallegato. ¶ Ad

Maius, & minus dupliciter accipitur.

Ad. 3. tertium dicitur quod additur. Non eſt omne uerbum impoſsibile apud deum. dicitur uerum eſt. Omne uerbum non implicans,poſsibile eſt apud deum. Nō enim omne conceptibile eſt deo poſsi bile. Poſſum enim concipere aliquid, quod eſt ſimpliciter impoſsibile,ſiue ꝙ implicat: ſicut multis imponitur opi nio,quæ implicat: ſed omne uerbū ſim plex,quod ſcilicet ſimplici cognitione concipitur,poſsibile eſt deo ꝓpter ꝙ non dixit: omnia uerba: ſed non eſt im poſsibile omne uerbum. ¶ Ad quartum

F exponit non eſt impoſsibile apud Deum omne uerbum

dicitur, ꝙ independentia ſuppoſitalis requiritur ad terminandum ſuppoſitalē dependentiam; ſed non ſufficit: quia cū hoc requiritur in aſſumptibili a uerbo, ꝙ ſit gratificabile, & beatificabile, aut pars eius, uel proprietas. ¶ Ad quintum **Ad. 4.**

dicitur, ꝙ nō repugnat perſonari a uer bo naturæ non beatificabili; propter aliquod ſibi repugnans ſuper additum; ſed repugnat ſibi: quia eſt talis natura, quę non eſt capax gratiæ, quam aſſūm ptio perſonalis ad uerbum præſupponit. Has duas rationes expreſſè in effectu tā git Henricus Ganden. reſpondēdo opi nioni oppoſitę: quam tamen olim te nuit: ut refert Io. Picus in ſua apolog. quæſt. iiij. unde de corpore Chriſti in triduo dicit. Naturam hanc aſſumpſit inquantum ad animam ordinabatur, in telligibilem, ratione cuius ordinatio nis etiam ipſum corpus poteſt dici intel lectuale, miniſterialiter. ſ. & diſpoſiti uè. Hec Henricus. Extēdit Picus dicēs. Cum dicitur nō poſſe aſſumi a deo niſi natura intellectualis: intelligitur, ꝙ prę ter illam nihil ſit, poteſt aſſumi, ꝙ ſit pri mò aſſumptum, & totum ac adęquatū aſſumptibile. Sic corpus in triduo non fuit aſſumptum primò: ſed ut pars natu ræ rationalis primò,& immediatè aſſū ptę. Ecce claram conſonantiam cum il lo,quod habetur in ſolutione quartæ ra tionis in fine: ſcilicet, ꝙ ſit gratificabile aut pars eius: uel proprietas,& ante hoc dicit Henricus: quāuis omnis ratio ſup poſitandi pleniſsimè reperiatur in deo: hæc tamen non eſt cauſa ſufficiens: ſed concauſa: ſed ultra hoc in aſſumēdo re quiritur ratio imaginis: & finaliter apti tudo ſupernaturalis eleuationis ad bea tificam operationem, quæ non conue nit naturę irrationali. Rationabile.n. uidetur, ꝙ creatura, quæ non poteſt ele uari ad actum, ſecundum non poſsit etiā eleuari ad actum primum. Ecce effectū rationis quintę: ubi pro cauſa ponitur **Ad. 5.**

non defectus omnipotentiæ dei:ſed diuinæ naturæ excellentia, & irrationalis naturæ difformis deficientia. Hæc ibi in Io. Pici mirandulç apologia. q. iiij. ¶ Ad ſextum negetur conſequentia: quia licet omnis creatura ſit in ęquali potentia obedientiali &c. tamen ex carne, & anima rationali deus facit hominem, & non aſinum. Sūt ergo omnia in æquali potentia dei: ubi nulla eſt repugnantia, & implicatio ſicut in propoſito. ¶ Ad ſeptimum dicitur: ꝙ non poteſt aſſumere accidens ſeparatum a ſubſtantia aſſumptibili. Non quia accidens præciſè: ſed quia tale non eſt capax gratiæ: nec pars aut accidēs eius, quod eſt capax gratię.

Ad. 7.

Ad. 8. ¶ Ad octauum dicitur: concedendo, ꝙ caro Christi in ſepulchro eſt unita perſonaliter uerbo: ut infra dicetur diſtin. xxij. & patet ex dictis. quæſt. j. E. Non tamen per unionem ſibi inhærentem: ſed per gratiam unionis inhęrentē animæ Christi. Eo enim, ꝙ anima Christi ſeparata eſt unita ſuppoſitaliter uerbo: etiā caro in ſepulchro perſonaliter fuit unita uerbo. Nam caro Christi mortua in ſepulchro: quia nō fuit alia forma ſubſtantiali ſpeciſica informata: adhuc dependebat immediatè ad animam inclinatione naturalis appetitus, quo materia inclinatur ad formam; & mediante anima ad ſuppoſitum diuinum, cui anima fuit unita non minus, quàm ſi fuiſſet animæ coniuncta. Verum ſi gratia unionis tolleretur ab anima, non tantum anima: ſed etiam corpus in ſepulcro fuiſſet derelictum. Et ne illud uideatur quaſi cōfictum, placet adducere uerba Alexan. parte. iij. quæſt. xj. membro. j. unde ait. In triduo mortis uniebatur diuinitas corpori mediante anima: quāuis etiam eſſet ſeparata a corpore. Nam anima, ex quo unitur corpori, relinquit in corpore diſpoſitionem, quæ remanet in corpore, ſeparata anima ab ipſa. Et illa diſpoſitio eſt ipſius aię, ſicut effectus quidam. Et propter hoc quicquid fit ꝑ illam diſpoſitionem, uel mediante illa, fit mediante anima: quia mediante effectu animę tanquam ſuę cauſæ proximū. & per longum declarat in fine ſubdens. In corpore Ieſu Chriſti manet diſpoſitio ad diuinam unionem ſeparata anima, per quam diſpoſitionē manet unio corporis ad deitatem: quia quælibet materia ſortitur proprietatem a diſpoſitione ſuæ formæ. Et ita anima Chriſti ſeparata a corpore, illud, quod ex anima erat in corpore, ſcilicet impreſſio ſuit medium, uel diſpoſitio unionis corporis ad diuinitatem. Quod ſic intelligendum puto: ꝙ propter illā impreſſionē, uel diſpoſitionem in corpore derelictā, ipſum dependebat ad animam tanquam ad formam, ad quam naturaliter inclinabatur; & per eam ad ſuppoſitum animæ, quod eſt uerbū. Non ꝙ illa impreſſio fuerit gratia unionis: nec per illam immediatè unitum fuerit uerbo: ſed ꝙ per illam immediatè dependebat ad animam: licet ſeparatam, & mediante anima per gratiam unionis animæ mediatè ad uerbum. Et cum conſequenter arguitur: non refert, ꝙ prius unita fuit animæ rationali, negetur: & ſimiliter negetur, ꝙ uerbum alia unione uniuerit ſibi animam, & alia carnem: ſed eadem gratia unionis uniuit ſibi animā, & carnem, & totam naturam humanam. Nā ſicut una gratia exiſtente in anima beati Petri in cęlo, acceptat pulueres ſuos ſiue corporis remunerandi ad gloriam, quæ eſt quædam unio gratuita: & niſi gratia animam Petri informet, non acceptarentur eius reliquiæ ad gloriam. Totus denique dicitur ſanctus, & beatus ſecundum corpus, & animam: licet diuerſimodè. Ita in propoſito propter gratiam unionis in anima Chriſti corpus ſeparatum fuit hypoſtaticè uerbo unitum. ¶ Ad nonum negetur: ꝙ in triduo uniuit corpus ſine anima: licet ſine anima informante corpus. Conſequenter dicitur: ꝙ corpus nunquam informatum anima non poſſet uerbum aſſumere ſicut nec lapidem: ſed iam unitum ꝑ animam, poteſt ſic unitum conſeruari ſeparata anima a corpore; ſed non a uerbo. Nam eo ipſo, ꝙ anima ſepararetur, ſuppoſitaliter a uerbo per unionis ablationem, etiam corpus ſepararetur. Poſſet ergo perpetuò conſeruare unionem Ad. 9.

corporis manente unione animæ etiam ſeparatæ. Non autem illa ſublata: ſicut perpetuò poteſt conſeruare ignem calefacientem manente calore in igne: ſed non ablato calore. ¶ Qui uult tenere opinionem primam, poteſt reſpondere ad rationē ſecundæ opinionis, quæ in hoc fundatur: una ꝙ gratia unionis eſt ſumma, & præſupponit gratiam gratum facientem &c. Ad hanc dicitur: ꝙ gratia unionis dupliciter conſideratur. Vno modo, ut de facto coniuncta gratiæ gratum facienti, & beatificè. & ſic loquuntur de ea ſancti, cum dicunt eam eſſe ſummam gratiam: quod uerum eſt prout includit alias gratias. Alio modo conſideratur, ut ſeparata ab alijs de poſſibili. Sic ergo cōſiderata cum præciſione, ſeu ſeparatione a gratia beatifica, non eſt perfectiſsima: quia unio hypoſtatica, ut dicit Scotus eſt ſecundum rationem notionalē. Beatifica uero unio ſeu gratia eſt ſecundum rationem eſſentialem. Vnde perfectius eſt eſſe beatum ſimpliciter, & non unitum: quam eſſe unitum hypoſtaticè. & non beatum, cui uidetur conſonare illud beati Auguſtini de ſācta uiduitate. Beatior fuit uirgo Maria concipiendo filium dei mente, quā corpore. Prima conceptio eſt per gratiam gratificantem; ſecunda per gratiā unionis. Licet illa auctoritas beati Auguſtini non uidetur ſatis ad propoſitū: quia non loquitur de natura unita: ſcilicet humanitate Chriſti. Huius enim gratiam beatificam non præfert gratiæ unionis: ſed loquitur de matre domini, quæ non eſt hypoſtaticè unita uerbo: ſed dūtaxat materiā corpulentā miniſtrauit. Et in illa magis fuit gratia uniri deo: quā ſolā materiā uniēdā uerbo miniſtrare: qa illā miniſtrare quecunq; materialis creatura potuit. Potuit enim eā aſſumere undecunq; uoluit, ſicut primū hominem de terra plaſmauit. Eſt enim materia in omnibus eiuſdem rationis. ¶ Vel dicitur: ꝙ unio illa eſt ſumma gratia: id eſt ex condeſcentia ſummæ gratuitę uoluntatis dei. Vel dicitur, ꝙ neutra gratiarum eſt maior altera: quia ſūt alterius generis, & neutra neceſſario an eludit aliam. ¶ Ad aliud, ꝙ concedenda ſecundum illam opinionem ſint piarum aurium offenſiua. Diceretur, ꝙ illa conceſſa non offendunt aures pias intelligentes, & diſcretas: ſed poſſunt offendere aures indoctas, & rudes, quę ꝓpriè non ſunt aures pię: cum pietas, quę theoſebia dicitur, cognitionem præſupponat, & fidem. Sic etiam aures multorum infidelium iudeorum, & gentium offendit dicere: ꝙ deus factus ſit mortalis, feminæ filius, crucifixus, mortuus, ſepultus &c. quæ nihilominus uera ſūt, & ab omnibus fidelibus concedenda. ¶ Ad aliud cum quæritur. Quid magni eſſet aſſumere hominem, ſi quamlibet naturam etiam irrationalem poteſt ęquè aſſumere. Dicerent, ꝙ ſimpliciter aſſumere creaturam ſine eius gratificatione, non eſſet ualde magnum ſaltem ſuper cetera opera eius, ſicut & conſeruare creaturam, uel producere creaturā. Sed aſſumere creaturam rationalem talimodo, cum plenitudine gratiarum, & chariſmatū: ſed ꝙ ab ea in cęteras fluit; & ex cauſa omnis gratiæ gratificantis creaturę humanæ conceſſæ: ſic magnū eſt, & maximum: quia ſic ab hac aſſumptione dependet ſalus cæterorum. Hæc de articulo ſecundo. ¶ Quantum ad tertium dubitatur primo. Vtrum uerbum ſit unitū naturæ humanæ aſſumptæ una unione, aut pluribus. Reſpondetur aliter ſecundum opi. duas præmiſſas: nam ſecūdum opi. ſecundam tenentem, ſolam naturam gratificabilē eſſe ſuppoſitabilem a uerbo, & ꝙ unio eſt res abſoluta, non entitas relatiua: qa formaliter fit unio. dicendum, ꝙ ibi eſt dumtaxat una unio formalis, quę ineſt animæ tantum ſubiectiuè ratione cuius anima primò, & per ſe unitur uerbo & corpus mediante anima: ut ſupra declaratum fuit. ¶ Sed ſecundum opinionē primā poteſt dici: ꝙ tot ſunt uniones realiter diſtinctę, quot ſunt unita realiter diſtincta: ita ꝙ alia unione unita eſt caro: alia anima. Ideo poſſet manere unio unius, ſoluta unione alterius: ſicut enim unio numeratur ſecūdum unionem terminorum, ut dictū eſt q. præcedenti: ita etiam nu-

Arti. 3. Dub. 1.

neratur ſecūdum numerum unitorum; ergo ubi ſunt plura unita: plures ſunt
Dub. 2. uniones: & tot uniones, quot unita. ¶ Secundò dubitatur: utrum perſona di
An pſona diui-na poſſit aſſumere perſonam creatam.
uina poſſit aſſumere perſonam ereatam: & uidetur ꝙ ſic; quia quæcūq; ſunt idem, quicquid conuenit uni, conuenit & alteri: ſed natura, & ſuppoſitum ſunt idē preciſè: & natura creata poteſt aſſumi: ergo & perſona. ¶ Similiter quando aliqua omnino ſupponunt pro eodē: impoſsibile eſt, ꝙ eſſe aſſumptum uerificetur de uno, & non de alio: ſed natura, & ſuppoſitum ſupponunt pro eodem: ergo ſi natura eſt aſſumpta: etiam perſona eſt aſſumpta. ergo impoſsibile eſt, ꝙ hęc ſit uera. Hec natura eſt aſſumpta: niſi etiā illa ſit uera: hic hō eſt aſſumptus. ¶ Prętera etiā omnino eodem modo cōuenit naturæ humanę: ꝙ ſit ſingularis; & ꝙ ſit ſuppoſitum: quia poſita ſola natura; uerum eſt dicere, ꝙ ſit ſingularis: ſimiliter ꝙ ſit ſuppoſitum. ergo ſicut contradictio eſt, ꝙ ſit natura & ꝙ non ſit ſingularis. Ita & contradictio eſt, ꝙ ſit, & non ſit ſuppoſitū: ergo ſi natura aſſumitur, etiam ſuppoſitū aſſumitur. Item aut natura humana eſt in potentia neutra ad dependendum, & non dependendum ad perſonam extrinſecam: aut nō: ſed plus determinatur ad non dependendū, quā ad dependendū. Nullum horū dici pōt: ergo natura non pōt aſſumi non plus, quàm ſuppoſitum. Cōſequentia nota: & aſſumptum probatur: quia non in potentia neutra: quia tunc nō plus per naturam eonueniret ſibi non dependere, quàm dependere: quod falſum eſt: quia natura humana ſi ſibi derelinqueret, nō dependeret. Nec ſecūdū: quia ſi plus determinatur naturaliter ad nō dependendū, quàm dependendū: tunc dependet a uerbo uiolēter. quod falſum eſt. quia ſic per hanc dependētiam imperficeretur. Ad illa reſpondet Guiliel. Ockam iiij. quodlib q. xj. ꝙ ſuppoſitum humanū poteſt aſſumi a uerbo: ſicut album poteſt eſſe nigrum. Et tamen hæc eſt impoſsibilis: album eſt nigrum: hęc tamen eſt poſsibilis: hoc eſt nigrum demonſtrando album. Sic & illa eſt poſsibilis: hoc eſt aſſumptum: demonſtrando naturam fortis, quæ eſt ſuppoſitū: & ideo illa ſuppoſitum poteſt aſſumi: ſic debet poni in eſſe: hoc aſſumitur demonſtrando ſuppoſitū. Nihil enim aliud importat illa, ſuppoſitum poteſt aſſumi: niſi ꝙ ens, quod nunc eſt ſuppoſitum, poteſt aliquando aſſumi: ſed quando aſſumitur, deſinit eſſe ſuppoſitum. ¶ Ad rationes, quę ſunt tantum uerbales. Ad primā dicitur, cum arguitur. Quęcunq; ſunt idem &c. ꝙ implicat falſum ſaltē in creaturis: quia ubi eſt idētitas, ibi non eſt pluralitas: nec eſt ibi unū, & alterum. Sed ſi ita argueretur. Natura eſt ſuppoſitū: ergo ſi natura aſſumitur, ſuppoſitū aſſumitur: negetur conſequentia: quia antecedens eſt particularis: & aſſumi non conuenit ſubiecto. i. natura pro illo ſuppoſito, pro quo ſibi conuenit prædicatum. Et eſt ſimile argumentū, ſi argueretur. Animal eſt homo: ergo ſi animal eſt aſinus: hō eſt aſinus. Quis. n. natura, & ſuppoſitū ſunt idē: nō tū uniuerſaliter omnis natura eſt idem ſuppoſito: & quicquid conuenit naturę, quæ eſt ſuppoſitum, cōuenit etiā ſuppoſito. Aſſumi autē nō conuenit naturæ, quę eſt ſuppoſitū. Sed poſſe aſſumi hoc conuenit tam naturę, quā ſuppoſito: ſaltem per prędicationem: ſed non aſſumi. ¶ Ad illud, quod additur. Similiter quando aliqua ſupponunt pro eodē &c. Dicitur, ꝙ uerū eſt, ſi ſupponunt, pro eodē cōuertibiliter. Nunc autē natura, & ſuppoſitum non ſupponunt conuertibiliter pro eodem. Nam natura ſuperius eſt ad ſuppoſitum. Et eum infertur. Impoſsibile eſt, ꝙ hæc ſit uera: hæc natura eſt aſſumpta: niſi illa ſit uera: hic homo eſt aſſumptus: conceditur, ſi idem in utraq; demonſtratur: quia ſi demonſtratur natura, quę eſt homo, tunc illa nō eſt uera: hęc natura eſt aſſumpta, quia ſi eſſet aſſumpta: iā non eſſet hō: quia homo eſt nomen ſuppoſiti. ¶ Ad ſecundū omnino eodē modo conuenit naturæ &c. Diſtinguēdū eſt de hac determinatione eodē modo: quia uel dicit modū realem, uel modū rationis: ut primo modo ſit ſenſus. Eodem modo. i. per idem reale ſuper additū: & ſic nec ſingularitas, nec ſup-

poſitalitas conuenit rei per aliquod ſu-
peradditum: quia natura ſeipſa eſt ſingu
laris, & ſuppoſitum: & ſic poſſet conce-
di eodem modo: quia per nihil ſuperad
ditum. Nec ex hoc ſequitur: ꝙ ſicut cō
tradictio eſt rem eſſe, & non eſſe ſingu
larem: ita etiam contradictio eſt rem eſ
ſe, & non eſſe ſuppoſitum: quia contra-
dictio non eſt rerum, ſed ſuppoſitionū.
Si uero dicit modum rationis: eodem
modo ideſt eadem ratione: ſic negetur
aſſumptum. Alia eſt enim ratio ſingula-
ris, alia ſuppoſiti, propter quas rationes
differentias nominibus correſponden-
tes unum includit contradictionem, &
Dub. 3. non aliud. ¶ Ad tertiū dicitur poſt O-
K ckam. iiij. quodlibe. quæſt. xj. ꝙ eſſe in
Eſſe in potentia neutra dupliciter intelligitur.
potētia Vno modo, quando non plus inclina-
neutra tur ex natura ſua actiuè ad unum, quam
duplici ad aliud: & ſic natura aſſumpta; & quæ-
ter in- cunq; alia, eſt in potentia neutra ad de
telligi- pendendum ad ſuppoſitum extrinſecū,
tur. uel ad non dependendum: quia neutrū
ſibi conuenit ex natura ſua actiuè. Alio
modo dicitur eſſe in potentia neutra:
quia ſi derelinqueretur potētiæ ſuæ nō
plus prædicaretur de eo unū, quā aliud:
& ſic natura aſſumpta non eſt in poten
tia neutra: quia ſi derelinqueretur ſuæ
naturæ: tunc non dependeret ad ſuppo
ſitum extrinſecum: & in hoc ſenſu pro-
cedit argumentum. Sic ergo admiſſo, ꝙ
natura aſſūpta nō eſt in potētia neutra.
Negetur, ꝙ infertur, ꝙ tunc depēderet
a uerbo uiolenter: quia non inclinatur
per naturam ſuā effectiuè ad oppoſitū:
ſcilicet ad propriam perſonalitatem. Ita
ꝙ dimiſſum ſuæ naturæ effectiuè faceret
ſe non dependere; ſicut graue uiolen-
ter detinetur ſurſum: quia dimiſſum ſuę
naturæ cauſat motum deorſum: & talis
inclinatio effectiua non eſt aliquod po
ſitiuum. Perſonalis autem propria nihil
addit ſuper naturam rei: ſed connotat
tantum negationem dependentiæ. Ad
negationem autem nihil effectiua in-
clinatur: & ideo natura non plus incli-
natur ad propriam perſonalitatem, quā
affirmatio inclinatur ad negationem:
ut dicit Ockam. quæſt. j. huius tertij.

¶ Quartò dubitatur. Vtrum ſuppoſitum Dub. 4.
diuinum poſsit ſimul plures naturas nu L.
mero, & ſpecie differentes ſuppoſitare:
& uidetur, ꝙ non: q2 tūc cōtraria prædi
carentur de eodem. Similiter & diſpara
ta. Conſequens falſum. Probatur con-
ſequentia: quia ſi aſſumat uerbum natu
ram Ioannis albi: & naturam Petri Ae-
thiopis nigri: tunc album eſſet nigrum:
& Ioannes eſſet Petrus. Album autem,
& nigrum ſunt contraria: Ioannes, &
Petrus diſparata. Probatur conſequen-
tia: quia in caſu, uerbum eſt albū, & uer-
bum eſt nigrū. Similiter eſt Ioannes, &
eſt Petrus: ergo albū ē nigrū, & Ioānes
eſt Petrus: expoſitoriè in tertia figura.
Item in caſu nec eſſent plures homines,
nec unus homo. Non plures homines:
quia non plures perſonę. Sola enim eſt
una pſona ſcilicet uerbi. Nec unus ho-
mo: quia plures naturæ humanæ reali-
ter diſtinctę non conſtituunt unum ho
minem. Item unus homo habet unā fi-
guram: eſt etiā in uno loco: ſed in caſu;
homo ille haberet diſtinctas figuras: q2
qua ratione haberet figuram Ioannis,
eadem ratione haberet figuram Petri.
Similiter eſſet in diſtinctis locis, Petri
ſcilicet & Ioannis: & ita non unus ho-
mo. Item quæritur quam figuram habe
ret homo ille. Et an ſemper eſſent ſimul
Petrus, & Ioānes: an in diſtinctis locis:
an eſſent ſimul penetratiuè: an eſsēt ſi-
bi iuxta poſiti. ¶ In oppoſitū arguitur,
quia non eſt maior ratio, quare aſſume-
re poſsit unam plus, quàm aliā: ergo uel
ambas, uel nullam. Reſpondetur poſt
Sco. quæſt. iij. ꝙ ſuppoſitum diuinū pōt
aſſumere plures naturas ſuppoſitaliter
ſimul: immo oēs aſſumptibiles. Proba-
tur, quia non eſt repugnantia ex parte
naturarum: cum uniones illæ ſiue depen
dentiæ ad inuicem non repugnent: ut
patet in ſimili in dependentijs effecti-
uis & finalibus. Omnes enim tales ſimul
terminat trinitas. Nec eſt repugnantia
ex parte ſuppoſiti diuini: quia per hoc
ꝙ terminat ſuppoſitalem dependentiā
unius naturæ: non euacuatur eius termi
natiuitas; ſicut nec in creatura. Nam ea-
dem anima terminat dependentiam plu

rium ſcientiarum, uirtutum, habituum, & actuũ: & generaliter ſubiectum plurium formarum. Item tota trinitas terminat omnes relationes reales creaturarum ad ipſam, quia eſt cauſa, & finis omnium: & ſecundum ponentes relationes una albedo terminare poteſt infinitas ſimilitudines, ſi eſſent infinita alba. Non enim oportet ad multiplicationem fundamenti, & relationem multiplicare terminos. Nec ad multiplicationem formarum, multiplicare ſuppoſita: ſiue inhæſionis, ſiue denominationis.

Ad. 1. ¶ Ad rationes ante oppoſitum. Ad primam conceditur, ꝙ concreta, contraria, & diſparata de eodem, & de ſe inuicem prædicantur: ut deducit argumentum. Et ſimiliter ſi uerbum etiam aſſumeret angeli naturam, uera eſſet illa: homo eſt angelus. Verum in abſtractis non contingit: quia in caſibus poſitis humanitas Ioannis, non eſt humanitas Petri: & humanitas non eſt natura angeli, ſiue angeleitas: quamuis enim cõtraria repugnent reſpectu agentis naturalis: non tamen reſpectu agentis ſupernaturalis. Nec contraria inferunt contrarietatem in terminis materialiter contrarijs, ſed benè propoſitiones contrariæ, uel termini formaliter contrarij: ut omnis, nullus. Verum repugnãtia realiter contrariorum eſt reſpectu eiuſdem ſubiecti: ita ꝙ naturaliter non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto: in caſu autem noſtro non ſunt in eodem ſubiecto. Non enim albedo eſt in natura Petri: nec nigredo in natura Ioannis: licet Ioannes, & Petrus in caſu ſunt idẽ ſuppoſitũ.

Ad. 2. ¶ Ad ſecundum dicitur: ꝙ in caſu Ioannes, & Petrus ſunt unus homo. & non plures homines: quia ſunt una perſona, ſcilicet perſona uerbi. Nomina enim concreta non pluriſicantur niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum. Quamuis enim in Ioanne ſunt multæ ſcientiæ: non tamen dicitur plures ſciẽtes. Sunt ergo unus homo, ideſt una ꝑſona ſubſiſtens in natura humana

Ad. 3. ¶ Ad tertium, quod arguit de figura illius unius hominis. Dicitur, ꝙ homo ille haberet plures figuras, omniũ ſcilicet naturarum aſſumptarum. Eſt etiam in pluribus locis ſecundũ naturas aſſumptas: licet ſecundum naturam propriam, & diuinam ſit ubiq;. Vnde ſi plures naturæ humanæ aſſumantur a uerbo non oportet, ꝙ illæ naturæ aſſumptæ ſint in eodem loco: licet ſint indiſtantia a uerbo. Non enim oportet aſſumptum eſſe in quolibet loco, in quo eſt uerbum ſicut nunc humana natura nõ eſt ubiq;, quamuis uerbum ſit ubiq;. Poteſt ergo aſſumere naturam Ioannis: Ioanne exiſtente Romæ: & naturam Petri exiſtentis Pariſijs: & quælibet natura ſeruat ſuam formam: nec confunduntur figuræ, ſicut nec ipſæ naturæ aſſumptę. Verum in caſu concedendum eſt, ꝙ Ioannes eſt Pariſijs, & Petrus Romæ: ſimiliter Ioannes habet figurã Petri: & Petrus habet figuram Ioannis: quia idem ſunt in caſu Petrus, & Ioannes: licet naturæ ſint diuerſæ. Similiter ubicunque eſſet Petrus, ibi eſſet Ioannes: & alicubi eſſet Ioannes, ubi non eſſet natura Ioannis. Vbique enim eſſet Ioannes, & Petrus, ſicut ubiq; eſt uerbum. Nam unum eſt Ioãnes, & Petrus, & uerbum: ſed non eſt ubiq; natura Ioannis, aut Petri ſicut ubiq; eſt Chriſtus homo: ſed nõ ubiq; eſt humanitas Chriſti. Poſſent tamen naturæ illæ aſſumptæ eſſe ſimul penetratiuè, & habere unam figuram, quam uellet eas habere uerbum: ſed hoc non oportet ratione aſſumptionis: & ſic ſatis patent illa & ſimilia: ſi ꝓpoſitiones reſoluantur. Nã ualent: ſuppoſitum ſuſtentans naturam Petri, ſuſtentat etiam naturam Ioãnis, & aſini, & lapidis ſecundum opinionem præmiſſam. Licet natura humana Ioannis non eſſet natura humana Petri, nec aſineitas &c. Quòd ſi admittitur opinio. ꝙ uerbum poteſt omnem naturam ſuppoſitare: forte concedere oportet: ꝙ idẽ indiuiduum poteſt contineri ſub diuerſis ſpeciebus ſpecialiſsimis ſubſtantiæ, & accidentis. Sic enim conceditur, uerbum eſt homo, uerbum eſt lapis, uerbũ eſt album, eſt dulce, lõgum ideſt eſt ſuppoſitum ſuſtentans humanitatem, naturam lapidis, albedinem, dulcedinem,

longitudinem citra inhæſionem. Sic ait Oyta in ſuo tertio. Poſsibile foret aliquem eſſe hominem, angelum, leonem, capram &c. abſq; deſitione, uel uariatione facta in natura alicuius indiuidui, uel ſpeciei. Patet, ſi deus ſimul aſſumeret illas naturas &c. Sic ſecundum eundem, impoſsibile foret tãtum unum eſſe hominem abſq; hoc, ꝙ aliquis homo qui nunc eſt, eſſe deſinat, uel deſtruatur. Et iterum tot eſſe homines, quot nunc ſunt abſq; hoc, ꝙ aliquis homo de nouo eſſe incipiat, uel producatur. Patet ſi una perſona diuina omnes naturas humanas omnium hominum aſſumeret hypoſtaticè: & poſtea iterum dimitteret &c.

Dub. 5. M Vtrum ſuppoſitũ creatum poſſit aſſumere aliã naturam creatã. &c.

¶ Quintò dubitatur. Vtrum ſuppoſitum creatũ poſsit aſſumere aliã naturam creatam; & terminare eius dependentiam ſuppoſitalem. ¶ De hoc dubio ſunt opiniones cõtrariæ Sco queſt. iiij. & Ockam. quæſt. j. tertij: tenent partem affirmatiuam. Præmittentes, quod cum quæritur. Vtrum ſuppoſitum creatum poſſet ſuſtentare aliã naturã creatam hypoſtaticè. Suſtentare naturam poteſt accipi effectiuè, uel terminatiuè ſiue formaliter. Primo modo tota trinitas ſuſtentat naturam humanã in Chriſto, id eſt facit eam ſuſtentificatam. Secundo modo ſolum uerbum ſuſtentat unionem naturæ creatæ ad ipſum. Primo modo non eſt poſsibile ſuppoſitum creatum ſuſtentare aliam naturam a ſua effectiuè. Patet: quia ad talem unionem natura non eſt in potentia naturali; ſed eſt ſolum in potentia obedientiali. Sicuti tactũ fuit in dubio ſecundo, ꝙ natura aſſumpta eſt in potentia neutra ad dependendum, uel non dependendum ſuppoſitaliter ad ſupppoſitum extri. ſecum eo, ꝙ hoc non conuenit ſibi per naturam ſuam actiuè: ſicut graue ſua grauitate effectiuè & naturaliter inclinatur deorſum. Et ergo ad talem unionẽ natura nõ eſt in potẽtia niſi obedientiali: alioquin in ꝓprio ſuppoſito ſubſiſteret uiolenter, ſi eſſet in potentia aptitudinali ad ſuppoſitari ab extrinſeco: ſicut lapis uiolenter eſt ſurſum: quia eſt in potentia aptitudinali ad eſſe deorsũ: Potentia autem obedientialis eſt ſolũ reſpectu primi efficientis: & non reſpicit aliam potentiam actiuam. ¶ Secũdò modo, creatura poteſt terminare depẽdentiam ſuppoſitalem alterius creaturæ: quia nulla reperitur ratio impoſsibilitatis: deo tamen efficiente illam depẽdentiam in natura ſic unita, & ſuſtentata. Notanter dicitur. Deo efficiente illam dependentiam: & non agente creatura. Per hoc etiam tollitur replica, quę fieri poſſet: quæ ſunt unibilia, unum eſt in potentia ad aliud. ſed creatura non eſt in potentia obedientiali ad aliã creaturam, ut patuit: nec naturali, quia hæc unio eſt impoſsibilis. Solutio: creaturã eſſe in potentia obedientiali ad unionẽ hypoſtaticam cum alia dupliciter intelligitur. Vno modo in potentia obediẽtiali reducibili ad actum uirtute creaturę cui unitur: & ſic falſus eſt intellectus. Alio modo uirtute agentis infiniti. ſcilicet dei: & ſic uerus eſt intellectus: ꝙ quę ſunt unibilia, unum eſt in potentia ad aliud: & ſic potentia obedientialis eſt ſolum reſpectu primi efficientis. Sed ꝙ non ſit ratio impoſsibilitatis: deo tamẽ auctore clarè habet Ockam. quæſt. j. tertij cum inquit. Credo, ꝙ illud, quod eſt ſimpliciter dependens poteſt terminare dependentiam alterius naturę. Poteſt etiam deus facere, ꝙ una natura creata dependeat ad aliam: tanquam ad naturam ſuſtentificantem. Et probatur, non enim eſt impoſsibilitas ex parte dei agentis, cui omnia ſubijciuntur. Vnde poteſt creare huiuſmodi unionẽ in natura creata ad aliã creaturam: nec ex parte creaturæ aſſumentis: quia talis aſſumptio non ponit creaturam extra ſtatum creaturę. Non enim requirit in aſſumente perfectionem infinitam: cũ perſona diuina terminat huiuſmodi dependentiam ratione proprietatis relatiuæ, quæ non dicit perfectionem ſimpliciter ſecundum illum doctorem. Itẽ uidetur, ꝙ terminare dependentiã cauſalem, ſit maioris perfectionis: quod tamen conuenit uni creaturæ reſpectu alterius. Nec eſt impoſsibilitas ex parte naturæ aſſumendæ: quia tali non repugnat

gnat

gnat deſuppoſitari alias non poſſet uniri uerbo. Igitur deſuppoſitata poteſt dependere ad aliam creaturam: dum in ea deus huiuſmodi dependentiā, ſeu unionem producat.

N

¶ Alia opinio aliquorū, quā etiam recitat Scotus q. iiij. huius diſt. dicentium, ꝙ natura creata nō poteſt ſuſtentare ſuppoſitaliter aliā naturam creatam in ſe ſuppoſitabilem.

Quid requirit ad depē dētiam ſuppoſitalē poſſe terminari; uſq; ad finem.

Ratio illorum eſt: quia ſuppoſitū potens aliā naturam ſuſtentare neceſſarió includit totam perfectionē naturæ aſſumendæ: hoc autem nō facit niſi ſuppoſitū illimitatū, & infinitū: quia licet unū finitū ſit eminentius alio: nō tamen unū cōtinet totā perfectionem alterius; quia entia ordinata eſſentialiter cū uidentur diſtingui per negationē, qua inferius deficit a ſuperiori. Hāc ſoluit Sco. per hoc, ꝙ uerbū nō eſt infinitum ſecūdū rationē perſonalitatis: & tñ ſecundū illū terminat ſuppoſitalitatē naturæ humanæ. Sed hęc Sco. ſolutio facile excluditur, dicendo ut q. j. iuxta finem, ꝙ ratio formalis terminandi dependentiā perſonalē nō eſt precisè eſſentia: nec proprietas relatiua: ſed tota perſona, quę eſt formaliter infinita: ut habitū eſt q. j. N. & habet Ockā q. i. tertii. Item qui ſunt de illa opinione per Scotū recitatā ubi ſup. ſic arguunt ꝓ cōfirmatione. Solus deus pōt illabi creaturæ illapſu generali: ergo etiam ſolus poteſt illabi illo illapſu ſpeciali. Tenet conſequentia: quia illa unio ſpecialis poſt illam unionem perſonarum in eſſentia eſt maxima ſecūdū Bernard. lib. v. ad Eugenium: ergo ſi creaturę non cōuenit minor unio: nec cōueniet maior. Illa ratio ſolueretur ſicut præcedens: ſi uerū eſſet, ꝙ terminare ſecundū ſuppoſitalē dependentiā nō diceret perfectionē in termino: alioqn nō cōueniret uni ꝑſonę ſine alia. Illapſus deniq; generalis includit primitatē efficiētis cauſæ in illabente: uel ꝑmitatē cauſæ exemplaris, aut finalis; uel etiam ſummam ſimplicitatem, quæ ſunt perfectiones ſimpliciter: ideo ſoli deo conueniunt: & ſic ratio illa non concludit. Nec ualet illa ratio, cui nō poteſt communicari minus, nec poteſt communicari maius. Diceretur enim: ꝙ illa non eſt uera, niſi quando maius, & minus ſunt eiuſdem rationis: non diuerſarū rationū: uel quādo minus includitur ſub maiore. Volare. n. minus eſt, quā intelligere: & tamē nō cōuenit homini, q pōt intelligere. Preterea beatus Bernar. in illa unione perſonali includit unionem beatificam, & hypoſtaticam &c cū illapſu generali: & ſic eſt perfectior ſolo illapſu: ſed ſic non eſt ad propoſitum. ¶ Sed arguunt illi fortius. Suppoſitum terminans illam dependentiam oportet eſſe indepēdens, & incōmunicabile cōtradictorie: ita ꝙ ipſum dependere includat contradictionē: ꝙ ſolū cōuenit ſuppoſito diuino. Nā ſi creatura ſuppoſitás poteſt dependere ad aliud ſuppoſitum: quomodo poteſt ultimatè terminare talem dependentiā alterius. Nā propter hoc: etſi creatura poteſt terminare dependentiam cauſalem cauſæ efficientis, uel finalis alterius non tamen ultimatè: ſic enim ſolum terminat cauſa prima, & finis ultimus. Vnde nulla creatura ſufficienter depēdet cauſaliter ad aliam: donec per illam terminetur ad cauſam primam ſimpliciter independentem. Cum ergo natura in ſe ſuppoſitabilis non dependet ad ſuppoſitum mediante alio ſuppoſito: oportet, ꝙ immediatè dependeat ad ſuppoſitum ſimpliciter independens: qđ eſt tantū ſuppoſitum diuinum. Et ſi diceretur, ꝙ ſubiectum terminat dependentiam formæ: & tamen ipſum non eſt ſimpliciter independens: quia ſubiici, poteſt eſſe ſubiectum. Opponerent illi, ꝙ nihil ultimatè terminat dependentiā formę ſubiectalem: niſi ſubiectum non potens inhærere alii ſubiecto: quod eſt uel totum compoſitum, uel materia prima. Vnde omnis dependentia ſubiectalis in generabilibus, & corruptibilibus terminatur finaliter per materiam primam, mediatè, uel immediatè: quia eſt independens ſimpliciter tali dependentia ſubiectali. In propoſito autem: ſi natura aſſumitur a ſuppoſito extrinſeco creato: dependentia eius ibi ultimatè terminatur: nec per illud ſuppoſitum

ultra tendit ad ſuppoſitum ſimpliciter independens diuinum. Et ideo oportet illud terminans eſſe ſimpliciter independens tali dependentia ſuppoſitali; quod ſoli ſuppoſito diuino conuenit, qđ ſimpliciter independens eſt: eo ꝙ nō poteſt ad aliud ſuppoſitaliter dependere. Illa ſecunda opinio benè concordat ſecūdæ opinioni de principali quæſito huius quæſtionis. Et prima concordat primæ: & poſſunt hic oĩa dubia ſuperius mota de uerbo reſpectu naturæ aſſumptę innouari de ſuppoſito creato ſuſtentante, & natura ſuſtentata ſecundum opinionem ſic dicētium: ſcilicet an unum ſuppoſitum poteſt ſuſtentare plures naturas: an plura ſuppoſita unam naturam poſsint ſuppoſitare: & an eadem ſimul a ſuppoſito creato, & increato poſsit ſuppoſitari. Item: an illa ſit concedenda: angelus eſt leo, lapis, arbor &c. Item: utrum imperfectior natura poteſt ſuppoſitare perfectiorē, ut aſinus hominem: homo angelum: in qua deniq; ſpecie talis aſinus appareret, an rudiret &c. Quorum ſolutio poteſt formari hoc caſu poſito ſecundum præmiſſa de naturæ humanæ a uerbo ſuppoſitatione. Et tantum de illa quæſtione.

DISTINCTIO. II.

IN hac diſtinctione ſecunda: poſtquam magiſter egit de incarnatione quantum ad perſonā aſſumentem, agit de eadem quantum ad aſſumptionis modum, & ordinem: & circa hoc ponit ſententialiter concluſiones tres. ¶ Prima. Omnia, quæ plantauit uerbum in noſtra humana natura, uerè aſſumpſit. corpus ſcilicet, & animam, & eorum idiomata. ¶ Secunda. Verbum, quæ ſunt hominis: non æquè immediatè aſſumpſit: ſed carnem per animam, animam per ſpiritum ſibi uniuit. ¶ Tertia. Nullo ſucceſsionis ordine; ſed ſimul tempore caro cōcepta, anima infuſa, ac diuinitati ſuppoſitaliter eſt unita. Harum proſecutio patet ex litera.

QVAESTIO VNICA.

A — Vtrum uerbū ſimul tēpore aſſumpſit humanā naturā.

CIRCA hanc diſtinctionem quæritur. Vtrum uerbū ſimul tempore aſſumpſit humanam naturam: & quamlibet eius partem immediatè. ¶ Quæſtio duo quærit. Primum: Vtrum uerbum aſſumpſit humanam naturā, & eius partes: corpus ſcilicet, & animam ſimul tēpore: ita ꝙ non prius animam; & poſterius corpus, ſeu carnē: an ordine quodam. Secundum: Vtrum immediatè quamlibet partē aſſumpſerit: an unam mediante alia. Et ſecundum hoc erunt duo articuli. Vnus de ordine temporis. Alius de ordine mediationis, quibus additur tertius de occurrentibus dubijs.

Arti. 1. Not. 1.

¶ Quantum ad primum aduertendum, ꝙ in incarnatione uerbi tria conſiderantur .ſ. corporis formatio: formati corporis animatio: & animati corporis aſſumptio, ſiue unio eius cum uerbo. In formatione corporis duplex concurrit motus: ſeu mutatio .ſ. localis, & alterationis. Localis, qua materia corporis transfertur ad locum generationi deputatum: puta fęminę matricem: etiam materiæ condenſatio in matrice non fit ſine locali mutatione. Partes namq; rei condenſatæ poſtea occupant minorem locum, quàm prius: & per ſui approximationem locū priorem mutant. Secundò concurrit motus alterationis, qua materia in loco debito alteratur, & diſponitur ad ſuſceptionem formæ ſpeciuocæ. Fit autem illa diſpoſitio per multas alterationes ad diuerſas formas accidentales: & forte generationes ad diuerſas formas ſubſtātiales: donec ultimatè diſponatur materia ad receptionem formæ ſpeciuocę, quę eius uocatur organizatio. Similiter ſi in eodē cōpoſito ponūtur plures formę ſubſtātiales: tūc generationē ſeu introductionem ultimæ formæ ſubſtantialis ſpeciuocę præcedunt multæ gene

In incarnatione attenditur corporis formatio, animatio aſſumptio.

rationes ſubſtantiales, ſecundum ꝙ dicitur: ꝙ anima prius uiuit uita uegetatiua: poſtea ſenſitiua. Veruntamen poſita ultimata diſpoſitione ad formā ſpeciuocam, ſimul tēpore inducitur forma ſpeciuocea: quia poſitis cauſis ſufficientibus ponitur effectus. Poſita autem ultimata diſpoſitione ad formam aliquam naturalem, poſitæ ſunt cauſę ſufficientes: qa ſi aliquid ultra requireretur: iam illa nō eſſet ultimata diſpoſitio: & per conſequēs illa poſita, ſtatim ponitur effectus. ¶ In animatione producitur ipſa anima in materia diſpoſita: & ipſa productiuè unitur materię, quæ unio eſt ipſa animatio.

Incarnatio quid eſt.

Nam ſi per diuinam potentiam, forma ſpeciuoca prius tempore produceretur in materia, & poſt uniretur: in hoc caſu ante unionem non eſſet animatio. Vnio autē animati corporis cū uerbo, eſt realiter, & formaliter ipſa incarnatio. Vnio dico ſuppoſitalis, de qua diſtinctione præcedente dictum eſt.

Not. 2.
B

¶ Secundó notandum: ꝙ inter dictas mutationes duplex ordo poteſt cōſiderari. Ordo naturę, & ordo temporis.

Duplex ordo tēporis, & naturæ.

¶ Ordo naturæ eſt, quo poſterius non poteſt eſſe ſine priore: ſed econuerſo prius eſſe ſine poſteriori: ſiue ubi unum depēdet ab altero, & non econuerſo. Depēdens in hoc ordine eſt poſterius: & illud a quo dependet eſt prius: licet ſint ſimul duratione. Sic ſol eſt prior radio ſuo, licet tēpore ſint coæui: quia radius dependet a ſole, & non ſol a radio: & iſta prioritas, ſeu ordo naturæ uniuerſaliter eſt inter cauſam, & effectum. Ordo temporis eſt, quo unum duratione pręcedit aliud: ita ꝙ unū prius incipit eſſe in tempore, quo aliud nondum incipit: ſicut inter patrem, & filium in creaturis.

Cōcl. 1.
C

¶ Iſtis præmiſsis eſt concluſio prima ad hunc articulum. Inter corporis formam, animationem, & animati aſſumptionem, fuit ordo naturæ in uerbi dei incarnatione. Patet: quia animatio præſupponit corporis formationem: & perſonalis aſſumptio animationem: ergo. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia non pōt corpus animari, niſi ipſum ſit in rerum natura. Poteſt autem eſſe abſq; anima: ſic poteſt animata caro eſſe abſq; aſſumptione: non autem poteſt aſſumi, niſi ſit in eſſe naturæ. Præcedit ergo ordine naturę formatio corporis animationem: & animatio aſſumptionem.

Cōcl. 2.

¶ Secunda concluſio. Corporis Chriſti cōceptio, animatio, & aſſumptio in uirgine perfecta eſt: non temporaliter: ſed inſtātaneè .i. tota ſimul. Probatur: quia priuſquam uirgo cōſenſum expræſsit dicens. Ecce ancilla domini &c. non uidetur fuiſſet operatio aliqua ſpecialis ad incarnationem: ſed in ultimo inſtanti uerborum corporis formatio, animatio, & aſſumptio ſimul completa eſt. Quod probatur: quia non præceſsit animatio incarnationem: & eadē ratione præceſsit corporis organizatio animationē: ergo facta ſunt hęc ſimul. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia ſi corpus animatum aliquo tēpore præceſsiſſet eius aſſumptionem: in illo priori fuiſſet in ſe ſubſiſtens: & per cōſequens fuiſſet pſona ante eius aſſumptionem.

Inter corporis formationē, animationē, & aſſumptionē fuit ordo naturæ, & non tēporis.

Cōſequens falſum: quia tunc beata uirgo non fuiſſet uera mater dei: non.n. genuiſſet deū: ſed iſtum hominē purū, cuius natura prius fuiſſet perſona in ſeipſa, quàm deo unitus. Conſequens eſt error Neſtorij negantis uirginē eſſe matrem dei. Contra quem Damaſce. determinat uirginem nunquam fuiſſe matrē alicuius hoīs: ſed fuiſſe matrē ſemper uerā dei. Et patet cōſequentia: qa terminata fuiſſet tota rō maternitatis Mariæ in pductione illius naturę, quæ ſi fuiſſet ante aſſumptionem, fuiſſet purus hō: & ita mater fuiſſet puri hoīs. Idē probatur auctoritate beati Aug. in de fide ad Pet. c. xv. Firmiſsimè tene, & nullatenus dubites nō carnem Chriſti ſine diuinitate conceptam in utero uirginis, priuſquam ſuſciperetur a uerbo. Sed ipſum uerbum deum ſuæ carnis acceptione cōceptum: ipſamq; carnem uerbi incarnatione conceptam. & eſt in textu. c. ulti. Ad idē Dam. li. iij. c. ij. Simul fuit caro, ſimul uerbi dei caro, ſimul animati caro.

Arti. 2.
D

¶ Quātū ad ſecūdū articulū primò notādū, ꝙ p mediū aſſumptionis hic nō intelligit unio ipſa, ſiue ſit relatio, ſiue quali

tas abſoluta, quæ formaliter extrema
dicuntur uniri, ꝙ .n. iſta requiratur pro
Qui batũ eſt diſt. j. q. j. Sed agitur hic de me
ſit alicui dio ipſius unionis. i. de aliquo diſtincto
uniri me ab unione, & extremis, reqſito ad hoc,
diatè qd ꝙ ſit unio. Unde illud dicitur uniri im-
imme- mediatè, quod unitur omni alio ab ipſa
diatè. unione, & termino circumſcripto. Me-
diatè uero uniri dicitur: qđ ad ſui unio-
nem exigit aliquid aliud ab unione, &
termino diſtinctum ad hoc, ut uniatur.
Duplex ¶ Secundò aduertendũ: ꝙ duplex poteſt
mediũ. intelligi mediũ. ſ. intrinſecũ, & extrinſe
cũ. Mediũ intrinſecũ eſt aliqd, quod eſt
pars naturæ aſſumptæ: & ſic ponere me
diũ in incarnatione, nihil aliud eſt, quã
ponere, ꝙ una pars naturę aſſumptæ aſ-
ſumeretur mediante alia, puta caro me
diante animã. Mediũ extrinſecũ eſt di-
ſpoſitio aliqua requiſita ad unionẽ di-
ſtinctã a natura aſſumenda, & ab aſſumẽ
te: ut in propoſito eſſet donũ aliquod,
uel habitus præparans naturã, ut aſſumi
poſsit. Et utrumq; mediũ diſtinguitur:
quia eſt medium neceſsitatis, ſine quo
Mediũ omnino unio fieri non poſſet. Et eſt
cõgrui- medium congruitatis, ſine quo ſimplici
tatis, & ter fieri poſſet unio: attamen decet, ut
neceſsi- ſine eo nõ fiat. Sicut in ſimili dicit apo
tatis: qđ ſtolus j. Cor. vi. Omnia mihi licent; ſed
& quo. non omnia expediunt. Sic in j. lib. dictũ
eſt: ꝙ gratia eſt mediũ congruitatis ac-
ceptationis ad uitam, non neceſsitatis.
Hic autem loquimur de medio neceſsi-
tatis: quia de medio congruitatis non
habet dubium. Item diſtinguitur inter
medium quod, & medium quo. Me-
dium quod, eſt illud, cui prius unitur, &
per illud alteri: ſicut anima eſt medium
acceptationis corporis ad uitam. Non
enim acceptaretur corpus ad uitam
æternam, niſi anima eſſet accepta. Me-
diũ quo, eſt diſpoſitio aliqua præparans
ad aliquid, etiã ſi ſibi illud nõ cõueniat:
ſic lumẽ gloriæ eſt mediũ uidẽdi deũ, &
eo fruendi: licet lumen deum non ui-
E deat, aut eo fruatur. ¶ Conſequenter
notandum: ꝙ ſecundum duas oppoſitas
opi. pcedenti diſt. j. q. ii. recitatas: aliter
& aliter reſpondendum erit ad illũ arti
culum. Unde ſecundum primam opi. te

nentem, ꝙ diuinum ſuppoſitum poteſt
aſſumere omnem naturam poſitiuã: re-
ſpondetur per has cõcluſiones. ¶ Prima. Cõcl. 1.
In aſſumptione naturę humanæ facta p
uerbum, nõ eſt ponendũ medium intrin
ſecum: Probatur; quia uerbum immedia
tè aſſumpſit quamlibet partem naturæ
humanæ: corpus. ſ. & animam, & neutrũ
per aliam: ergo. Conſequentia nota ex
ex quid nominis medij intrinſeci. Ante
cedens probatur. quia quamlibet partẽ
aſſumere poteſt ſine alia. ergo nulla eſt
mediũ aſſumendi aliã: quia ſublato me
dio tollitur unio. Antecedẽs manifeſtum
eſt de anima ſeparata a corpore in ſepul
cro. ¶ Item ita immediatè poteſt aſſu-
mere naturam nõ uitalem ſicut ratio-
nalem ſecundum illam opinionẽ: ergo
quamlibet poteſt immediatè aſſumere.
¶ Secunda concluſio. Nullum medium Cõcl. 2
extrinſecum reſpectu cuiuſcunq; natu-
rę requirit uerbum in eius ſuppoſitali aſ
ſumptione. Patet: quia uerbum quamli-
bet naturã põt immediatè aſſumere. er-
go &c. Antecedens patet: quia ſi requi-
reret mediũ maximè gratiã naturã aſſu
mendam diſponentem: ſed hoc non: quia
aſſumere põt naturam gratiæ non capa
cem: utputa naturam inſenſibilẽ, & per
conſequens non requirit gratiam. Et ſi
poteſt aſſumere naturã minus perfectã
ſine gratia: multo magis poteſt aſſume-
re naturã perfectiorẽ ſine gratia. Con
ſequentia tenet per locũ a minore. Si po
teſt illud, quod minus uidetur, magis põt
illud, quod magis uidetur: & per idẽ pa-
tet: ꝙ nec requirit mediũ quo: nec me
diũ quod. ¶ Sed ſecũdum opinionẽ op- F
poſitam tenentem, ꝙ uerbum non po-
teſt aſſumere niſi naturã gratificabilẽ
cũ ſibi cõiunctis. Ponuntur cõcluſiones
oppoſitę prioribus. ¶ Prima. Verbũ nõ aſ Cõcl. 1.
ſumpſit carnẽ immediatè: ſed mediante
natura rõnabilis animę. Probatur, qa nul
lã naturã immediatè aſsũpſit uerbũ, ni
ſi eã, q̃ in ſe recipit unionẽ. Illã aũt reci
pit ſola anima itellectiua: qa in ipſa tñ
eſſe poteſt unio tanquam in ſubiecto: er
go ſola animę immediatè eſt aſſumpta.
Conſequentia nota. Maior patet: quia
qñ aliqua denominatio cõuenit pluribus
p er

per unam eandemq; rationem; formalē, illis immediatē conuenit, quibus ineſt ratio illa formalis: cęteris uero mediatē propter aliquam coniunctionem, uel habitudinem ad illud, cui ineſt talis ratio: ſicut beatificari conuenit immediatē tātū animæ hominis, cui ſoli ineſt actus beatificus, corpori autem mediante anima. Minor patet ex deductis in illa opi. Illa concluſio etiam eſt de mente magiſtri: ut dictum eſt in textualibus concluſionibus. Et per hoc patet, ꝙ anima eſt medium intrinſecum aſſumptionis humanæ naturæ, quia immediatē aſſumitur anima: & mediante anima tota natura, cuius anima eſt pars. Patet etiam, ꝙ anima eſt mediū, quod, aſſumptionis corporis: quia eo aſſumitur corpus, ſ. ucaro: quia anima aſſumitur, cu-

Cōcl. 2. ius ſubiectum eſt caro. ¶ Secunda concluſio. Nō poteſt fieri hypoſtatica unio ſine gratia gratificāte, uelut extrinſeco medio. Patet ſecūdum opinionem illā. Vnio hypoſtatica neceſſariō pręſupponit gratiā gratificantem: & non tāquā illud, quo formaliter fit unio: alioquin omnis habens gratiam gratum facientē eſſet unitus uerbo hypoſtaticē: quod manifeſtē falſum eſt: ergo requiritur tāquam diſponens unibile, cuius non eſt pars: ergo tāquam medium extrinſecū. ¶ Cōcluſio communis utriq; opinioni: In unione hypoſtatica animæ, & corporis conuenienter ponitur mediū cōgruitatis. In unione animę medium extrinſecū, ſcilicet gratia. In unione totius naturæ, & corporis medium intrinſecū ſcilicet anima. Patet illa cōcluſio: quia congruū eſt, ut corpus nō aſſumatur ſine anima: nec anima ſine gratificāte gratia. Ratio congruitatis maximē ſumi pōt a fine. Nā aſſumptio illa facta eſt ꝓpter reparationē humani generis: non pōt autē corpus reparari ad beatitudinē anima nō reparata. Sicut nō pōt corpus beatificari anima nō beatificata: cum ex beatitudine animæ fluit beatitudo corporis. ſed nec anima beatificari pōt ſine gratia, ꝑ quam acceptatur ad gloriā. Poteſt etiā ſumi ratio cōgruitatis ex dignitate aſſumentis: quia indignū eſt, ut uult magiſter: ꝙ excellentiſsimus, & ſummus ſpiritus uniatur illa ſingulariſsima unione cum re imperfecta: niſi mediante digniore participante ſecum in imaginabili ſimilitudine: ſed nec dignū eſt deformatā imaginem aſſumere, niſi ſit prius reformata. Idcirco cōgruū eſt, ut corpus aſſumatur mediante anima, quæ tenet imaginem dei; & anima mediante gratia deformitatis expulſiua. Hæc dicta dependet ex. ij. q. diſt. j. & tantum de articulo ſecundo.

Arti. 3. Dub. 1. G

¶ Quantum ad articulum tertium, eſt primum dubium: utrum uerbum aſſumpſit naturam ſingularem propria ſingularitate: & uidetur, ꝙ nō.

Quōd uerbū aſſumpſit naturā ſingularē ꝓpria ſingularitate.

Natura aſſumpta non eſt ſuppoſitum propria ſuppoſitalitate: ergo nec ſingularis ꝓpria ſingularitate. Tenet cōſequentia: quia natura ſibi derelicta, eadē eſt ſingularis, & ſuppoſitū: ergo etiā aſſumpta. Antecedens patet: quia ſeipſa eſt ſingularis, & ſeipſa eſt ſuppoſitum. ¶ In oppoſitum: quia natura aſſumpta prius eſt natura ſingularis, quam aſſumpta: ſed non prius eſt ſuppoſitum: quia alias ſicut aſſumitur exiſtens ſingularis: ita aſſumeretur exiſtens ſuppoſitum. conſequens falſum. Reſpondetur, ꝙ uerbū aſſumpſit naturam humanam ſingularem nō extrinſeca: ſed intrinſeca, & propria ſingularitate indiuiduam. Primum ſcilicet, ꝙ ſingularem aſſumpſit: patet per Dam. Verbum aſſumpſit naturā in athamo. i. ſingularem. Et allegat magiſter in litera: ubi oſtendit, ꝙ nomine naturę, quam Chriſtus aſſumpſit, non intelligitur natura communis ſpeciuoca: ſed natura ſingularis, quæ eſt hæc caro, & hęc anima. Secundum patet ſcilicet, ꝙ natura aſſumpta eſt ſingularis propria ſingularitate: quia omne exiſtens eo ipſo: qđ eſt, eſt ſingulare: nec eſſe ſingulare ſibi conuenit per quantitatem, aut materiam ſiue circumſtantiam indiuiduantem quamcunq; extrinſecam: quia omnibus ab eſſentia rei diſtinctis ſublatis, manēte ſola eſſentia, ipſa eſt ſingularis, & a quolibet alio diſtincta: & ideo ſicut quælibet res eſt ens propria ſua eſſentia: ita quęlibet eſt ſingularis ſua propria eſſentia. Et de hoc latē tractat

Ockani in j.diſtin.ij.q.vj.ideo nunc re
ſcinditur: & per hoc ad rationē dicitur
negando conſequentiam : non eſt ſup-
poſitum propria ſuppoſitalitate : ergo
nec ſingularis propria ſingularitate,&c.
quia natura aſſumpta non eſt ſuppoſitū,
nec propria, nec extrinſeca ſuppoſita-
litate. Nihil enim eſt ſuppoſitum niſi
uerbum. Natura autem aſſumpta nō eſt
uerbum:ipſa autem natura aſſumpta eſt
ſingularis. Et cum probatur:natura ſibi
derelicta eodem eſt ſingularis, & ſuppo
ſitū. Si eodem refertur ad rem ipſam ue
rum eſt:quia ſeipſa eſt ſingularis,& ſup-
poſitum:quia per nihil ſuperadditum. Si
autem eodē refertur ad rationem:non
eodem eſt ſingulare, & ſuppoſitū: quia
alia ratio correſpondet ad ly ſingulare:
& alia ad ly ſuppoſitū : propter quod na
tura aſſumpta manet ſingularis, & non
manet ſuppoſitum:quia dum aſſumitur,
non uerificatur de eo ratio ſuppoſiti:
ut patuit q. j.diſt. j.B. C.& ideo non ſe
quitur:eodem eſt ſingularis, & ſuppoſi-
tum derelicta:ergo & aſſumpta: quia aſ
ſumpta non eſt ſuppoſitum:nec ſibi de-
relicta eadem ratione eſt ſingularis, &

Dub. 2.

H

Rationes cōgruitatis incarnationis ex parte reparatoris reparabilis, & reparationis.

ſuppoſitum. ¶ Secundò dubitatur de
congruitate dominicæ incarnationis:
quādoq; de eius neceſſitate agetur in-
fra:cū dicetur de paſſione domini. Hu-
jus cōgruitatis doc. ſancti plures ponūt
rationes,quæ tamen poſſunt ad tres ge
nerales reduci, uel ad quatuor. Sanctus
namq; Bonauēt. in ſuo breuiloquio lib.
iiii.c.ii.reducit ad tres,quarum quędam
ſe tenēt ex parte reparationis, quędam
ex parte reparabilis, quędā ex parte re-
parationis. In tertio ſcripto diſt. j. q.v.
reducit ad quatuor quæ ſumuntur ex di
uinarum perfectionum potentiæ,ſapien
tiæ,bonitatis manifeſtatione, ex excel
lenti operatione, conſummatione, ex
abundanti pręcii ſolutione,ex effluen-
ti hominis glorificatione. Non multū
difformiter procedit beatus Thom. iii.
par.q. j.artic.ii.& in tertio ſcripto: quæ
ibi poſſunt latius uideri. ¶ Cōgruū ergo
fuit chriſtum incarnari:primò ex parte
reparationis,quē decētiſsimū ē eſſe deū
ſummū:ut ſicut oīa creauerat p uerbum
increatū:ita oīa recrearet per uerbū hu
manatū,in quo eminēter oſtendit diui-
na potentia,in cōiunctione extremorū
maximè diſtantiū in unā perſonā. Sapiē
tia in perfectione totius uniuerſi per
coniunctionem primi,& ultimi uerbi: ſ.
dei , quod eſt omnium principium , &
humanæ naturæ,quę fuit ultima creatu
rarū erectionis tēpore:ut puta poſt alias
naturas die ſexta productæ: & dignita-
te propter peccatū,quod inciderat,quo
ſe indigniſsimā fecerat. Item, & in hoc
oſtenditur ſapientia,quæ in opere repa
rationis per uerbi incarnationem ita
eminebat:miſericordiæ:ut in nullo ce-
deret immobilis iuſtitia. Beneuolentia
in eo,quo ad ſalutem hominū ſerui for-
mā acciperet,quo nihil clemētius,nihil
amicabilius , nihil benignius cogitari
poſsit. ¶ Secundò ex parte reparabilis
hois aſsignātur cōgruentiæ; quia cū hō
p pctūm ſe auertit a Deo potentiſsimo,
ſapientiſsimo, & benigniſsimo: incidit
in infirmitatē,ignorantiā,& malignita
tē, factus ex ſpirituali: carnalis,aīalis, &
ſenſualis:& per hoc ineptus ad deū (qui
ſpiritus eſt) cognoſcendū,diligendū,&
imitandum. Cōgruētiſsimè igitur deus
factus eſt caro uiſibilis,& ſenſu cogno-
ſcibilis:ut ſic noſci poſsit,amari & imi-
tari: quo certificata eſt fides, ſpes ere-
cta, & charitas inflammata. De primo
Aug. ii. de ciui.dei .Vt homo fidentius
ambularet ad ueritatem,ipſa ueritas dei
filius homine aſſumpto conſtituit, atq;
fundauit fidem. De ſecundo Aug. xiii.
de trinit. Nihil tam neceſſarium fuit ad
erigendum ſpem noſtram,quā ut dei fi-
lius noſtrum dignatus eſt inire conſor-
tium. Quomodo .n. nobis negaret ſua
diuina,q pro nobis dignatus eſt noſtra
aſſumere infirma: qūo non daret nobis
uitam ſuam,qui ſubire dignatus eſt mor
tem noſtrā? Hinc iterum ait Aug. in ſer
mo. Factus eſt homo: ut hō fieret deus.
De tertio Aug. de catachizandis rudi-
bus. Quæ maior eſt cauſa aduentus do
mini:niſi ut oſtenderet deus ſuam di-
lectionem in nobis. Et ſequitur. Si
amare pigeat, ſaltem redamare non
pigeat. Et quantum ad imitationem

Aug. in ſer. de natiuitate, ait, Homo ſequēdus nō erat, qui uideri poterat: deus ſequendus erat, qui uideri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & qui uideretur ab homine, & quomodo homo ſequeretur. deus factus eſt homo. ¶ Tertiò ex parte reparationis ſimiliter aſsignantur congruentię: quia talem congruebat eſſe reparationem, qua reparandus homo recuperaret mentis innocentiā, dei amicitiam, & ſuam excellētiam. Innocētiam mentis recuperare non poterat, niſi dimiſſa culpa, quā dimittere diuinam iuſtitiam, non decuit: niſi per cōdignam ſatisfactionem, quā quia exhiberi non poterat, niſi deus pro toto humano genere, nec debuit niſi hō, qui peccauerat in Adā: ideo congruentiſsimè ſatisfit per deū hominē de genere Adæ natū. Amicitiā quoq; homo recuperare nō poterat, niſi per mediatorem, qui manum poſſet ponere in utroq;: & utriq; parti conformis, & amicus eſſe. Et ideo congruebat, ut eſſet deus, & homo: quatenus ſicut ſimilis eſſet deo per diuinitatem, ſic ſimilis eſſet homini per humanitatē. Sed nec excellētiā recuperare poterat, niſi reparator eſſet deus: quia ſi fuerit mera creatura, tunc hō eſſet debitor ſalutis ſuæ ipſi creaturæ, ſicut debitor eſt ſuo creatori. Cōſtitueretur ergo ſeruus creaturæ, qui ante lapſum tantum fuit ſeruus dei. Per hunc autem reparationis modum, nedum dignitatem amiſſam recuperauit: ſed ad maiorē dignitatem fuit ſubuectus, quam perdidit hic in uia: & ad excellentiorē, atq; eſſuſiorē beatitudinē in patria. In uia quidē: quoniam excellentiſsimum locū in creatura aſſecutus eſt: eo q ſummus omniū deus nō angelū, uel creaturā aliquā aliā apprehendit: ſed hō factus eſt. De quo beatus Leo in ſer. de natiuitate dñi. Agnoſce (inquit) o chriſtiane dignitatē tuā; & diuinæ conſors factus naturæ, noli in ueterē uilitatem degeneri conuerſatione redire. In patria: ut effluens eſſet hominis gloria; dum intrans, & exiens paſcua inueniret. Intus ſecundum partē rationalem in deitate foris ſecūdū ſenſualitatem, in Chriſti humanitate: & ſicut diuina eſſentia eſſet obiectum iucundiſsimum intellectui faciliter uidenti, & uolūtari, perfectæ fruēti: ſic Chriſti humanitas eſſet obiectum delicioſiſsimum ſenſui ipſam corporalibus ſenſibus appræhendenti. Vnde Io. x. ait dominus. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur: & paſcua inueniet. Quia igitur excellentia hominis recuperari non potuit; niſi per reparatorem excellētiſsimum, nec amicitia reformari poterat, niſi per mediatorem amicabiliſsimum; nec innocentia, niſi per ſatisfactorem ſufficientiſsimum. Et excellentiſsimus reparator nō eſt, niſi ſit deus: amicabiliſsimus mediator non eſt niſi ſit homo; ſufficientiſsimus ſatisfactor non eſt, niſi ſit deus pariter, & homo: congruiſsima fuit noſtræ reparationi incarnatio uerbi: ut ſicut genus humanum in eſſe exierat per uerbum increatum, & in culpam ceciderat deſerendo uerbum inſpiratum: ſic a culpa reſurgeret per uerbum incarnatum: ut dicit ſanctus Bonauen. ubi ſupra par. iiij. c. j. ¶ Sunt & alię rationes, & utilitates, quas humanus ſenſus non compræhendit: & in ſuis opuſculis ſparſim ſancti conſcripſerunt. Sed hæc ſufficiant.

¶ Tertiò, dubitatur utrum ſi hō non peccaſſet: nihilominus deus incarnatus fuiſſet. Reſpondet ſanctus Tho. diſt. j. tertij. q. j. q huius quæſtionis ueritatem ſolus iſte ſcire pōt, qui natus, & oblatus eſt, quia uoluit. Vnde ſatis eſt dubia hæc quęſtio: & contraria circa eam ſenſerunt patres: nam quia multæ congruentiæ ex ſuperius allegatis: ita reſpiciunt fructum incarnationis, & locū habent, ſi homo nō peccaſſet: ſicut nunc poſt hominis peccatum ſunt, qui tenent, q ſi homo non peccaſſet, adhuc uerbum incarnatū fuiſſet: quā opinionē tenet Alexan. de Hal. par. iij. q. ij. ar. j. membro. xiij. Similiter tenet Sco. diſt. vij. q. iij. in primo dub. & diſtin. xix. q. unica uidetur quoq; idem innuere diſtinctio. xxxij. ſui tertij. ¶ Motiuum. Alex. eſt illud beati Bern. ſuper illud Ionę. j. Propter me orta eſt tēpeſtas, q exponēs illud de filio dei dicit. Lucifer præuidit rationalem creaturam,

Dub. 3. I Vtrum ſi hō nō peccaſſet, Deꝰ incarnatus non fuiſſet.

aſſumendam in unitatem perſonæ filij dei.uidit,& inuidit. Vnde inuidia fuit cauſa caſus diaboli: & mouens ipſum ad tentandũ hominem,cuius fœlicitati inuidebat: ut per peccatum demereretur humana natura aſſumptionem, & unibilitatem ad deũ. Ex quo patet,ꝙ Lucifer intellexit unionem humanæ naturæ ad deum non exiſtente lapſu humanæ naturę:& ipſum lapſum intellexit,ut impedimẽtum unionis, propter quod,procurauit lapſum. Et hoc ergo relinquitur,ait Alex.ꝙ circumſcripto lapſu,adhuc eſt ponere conuenientiam incarnationis.¶ Prętereà ad hoc idem eſt, quod dicit beatus Aug. in lib. de anima & ſpũ. Propterea deus factus eſt homo: ut totum hominem in ſe beatificaret:ut ſiue homo ingrederetur intus per intellectum,ſiue egrederetur extra per ſenſum in creatore ſuo paſcua inueniret:paſcua intus in cognitione diuinitatis paſcua foris in carne ſaluatoris.Hęc autem rõ etiam circumſcripto lapſu hominis.hæc Alex. ¶ Itẽ multiplex perfectio humano generi ad uerbi humanationem collata eſt,etiam circumſcripto lapſu.Facit enim ad completionem mundi producendi hominem: quia eſt homo productus ſine uiro, & muliere, ut Adã.& eſt homo productus ſimul de uiro, & muliere:ut Abel,& cęteri homines communiter, eſt homo productus de uiro, & ſine muliere,ſicut Eua.Debuit ergo produci homo de fœmina ſine uiro: & factum eſt in incarnatione. Verum parum hoc arguit:quia hic quartus modus fieri potuit etiam homine non aſſumpto.Facit etiã ad perfectionem quantum ad illud, quod reſpicit gratiam: quia per incarnationem Chriſtus factus eſt caput totius eccleſiæ, cui membra uniti habent per gratiam ex capitis plenitudine fluentẽ. Facit ad perfectionem hominis quantum ad gloriam:ut ſupra allegatum eſt de duplici paſcua. ¶ Completa eſt nobiliſsima hominis perfectio,quam conſequitur ex perſonali unione humanę naturæ cum uerbo.¶ Item humana natura nõ eſt facta capacior ꝑ pctm̃ ergo ante pctm̃ fuit capax gratię unionis, q̃ eſt maxima gratia: ergo capacitas illa fuiſset reducta ad actũ, etiã ſi homo nõ peccaſſet:quia deus ſuũ opus principale non reliquiſſet imperfectũ,cuius opera ſunt perfecta Deut.xxxij.¶ Scotus addit aliam rationem magis prægnantem ſecundum eum. Ait .n. diſt.vij.q.iii. dubio j.lib. ii. Voluntas ordinatè uolens per prius uidetur uelle hoc,quod eſt fini propinquius. Et ita ſicut prius uult alicui gloriã,quã gratiã: ita etiã inter prędeſtinatos,qbus uult gloriã ordinatè,prius uidetur gloriã uelle illi, quem uult eſſe proximũ fini: & ita uult prius gloriam animæ Chriſti, quã alteri animæ uelit gloriam: & prius cuilibet alteri uult gloriã,& gratiã,quã præuideat aliquẽ oppoſita horum habiturum: ergo prius uult animæ Chriſti gloriam, quàm præuideat Adam caſurum: ergo ſi Adam non cecidiſſet, adhuc anima Chriſti gloriam ſuã conſecuta fuiſſet: & ita uerbum incarnatum fuiſset: quia Chriſtus ſecundum hominem prius prædeſtinatus fuit ad gloriam,quàm præuiderẽ hois lapſus. Vnde idẽ doctor diſt. xix. & xxxii.tertij ponit hũc ordinẽ in ꝓuiſione diuina. Primò deus intellexit ſe ſub rõne ſummi boni.In ſecũdo intellexit oẽs creaturas.In tertio prędeſtinauit aliquas ad gloriã,& gratiam:& circa aliquas habuit actũ negatiuũ non prędeſtinando. In quarto præuidit illos, & iſtos caſuros in Adam. In quinto præordinauit,& præuidit remedium, quo redimerentur per paſsionem filii ſui.Ita ꝙ Chriſtus in carne, ſicut electi omnes prius præuiſus, & prædeſtinatus eſt ad gratiã, & gloriã, quàm præuideretur caſus hominũ:& etiam paſsio chriſti,ut medicina contra lapſum: ſicut & medicus prius uult hominis ſanitatem, quàm ordinet medicinam ad ſanãdum eum. Hæc ille. Vide infra latius hanc imaginationem diſt.xix. huius collectorii in ꝓpoſitione iiii.& diſt. xxxii. in notabili tertio,una cũ eius impugnatione, & intellectu uero,quem ipſemet Sco. uidetur uelle diſt. xxxii. ubi eandem recitat ſpeculationem. ¶ Beatus Thom. in iii. parte q. j. art. iii. & in tertio ſcripto

diſt.j.licet ambas opiniones tangat:ma
gis tamẽ declinat ad oppoſitũ prioris,ſ.
ſi homo non peccaſſet,deus incarnatus
non fuiſſet. Cuius motiuum eſt : quia
ea,quę ex ſola dei uolũtate proueniũt,
ſupra omne debitum creaturæ nobis in
noteſcere non poſſunt:niſi quatenus in
ſacra,ſcriptura traduntur,per quam uo
luntas diuina nobis innoteſcit.Vnde cũ
in ſacra ſcriptura ubiq; incarnationis
ratio ex primi hominis peccato aſsigna
tur,conuenientius dicitur incarnatio-
nis opus ordinatum eſſe a deo in reme-
dium peccati: ita ꝙ peccato non exiſtẽ
te,incarnatio non fuiſſet: quamuis po-
tentia dei ad hoc non limitatur: potuiſ
ſet.n.peccato non exiſtente incarnari.
Hæc ille parte iij. Ergo uidetur, ſi pec-
catũ non fuiſſet, uerbum incarnatũ nõ
fuiſſet. Nam Mat.xviij. Venit filius ho
minis ſaluare,quod perierat. Super quo
Aug. in de uerbis apoſtolis dicit. Si ho
mo non peccaſſet, filius hominis non
ueniſſet. Et loquitur ſicut dominus de
aduentu in carnem. Item j.ad Tim.j.
Chriſtus Ieſus uenit in hunc mundum
peccatores ſaluos facere.ubi gloſ. Aug.
Tolle uulnera , tolle morbos , & nulla
eſt cauſa medicinæ. Nullã aliam ob cau
ſam uenit,niſi peccatores ſaluos facere.
Similiter Ioann.iii. Sic deus dilexit mũ
dum,ut filiũ ſuum daret , ut omnis,qui
credit in eum,non pereat. Cui gloſ.in-
terli. Verè ſalus per filium dei. Non n.
alia cauſa uenit,n.ſi ut ſaluet. Item ad
Gal.iiii. Cum uenit plenitudo tempo-
ris,miſit deus filium ſuum. ſequitur.ut
eos , qui ſub lege erant, redimeret. In
omnibus illis nulla alia cauſa incarna-
tionis allegatur:niſi redẽptio lapſi ho-
minis:ideo ſi homo lapſus non fuiſſet,
redemptione non eguiſſet,& per conſe
quens nec redemptor ueniſſet:quia ceſ
ſante cauſa ceſſat effectus. Item in be-
nedictione paſcalis cerei dicitur. Nihil
n. naſci profuit, niſi redimi profuiſſet.
¶ Sanctus Bonauent. in iii. diſt.j. dicit,
ꝙ prima opinio magis imitatur iudiciũ
rationis. Secunda magis conſonat ſa-
cræ ſcripturę & ſanctorum auctoritati-
bus,& pietati fidei. Quia ubi de filij
dei deſcenſu fit mentio in utroq; te-
ſtamento,aſsignatur ratio liberationis
humani generis. ¶ Verum uolens tene
re primam opinionem, diceret ad om-
nes auctoritates ſcripturæ,& ſanctorũ:
ꝙ intelliguntur de aduentu in carnem
paſsibilem. Sic enim non ueniſſet niſi
ad redimendum hominem lapſum. Vel
loquuntur de facto .ſ. uel præſuppoſito
hominis lapſu. Vel dicitur,ꝙ magna,&
præcipua cauſa aduentus filij dei in car
nem fuit redemptio hominis:cum illa
tamen fuerunt multæ aliæ cauſæ, quas
ſcriptura non negat. ¶ Sic uolens te-
nere ſecundam opinionem: reſpondet
ad motiua primæ opinionis. ¶ Ad pri- Ad 1.
mum de auctoritate beati Bernar.ſuper
Ioan.dicitur,ꝙ ſi diabolus intellexit fu
turam tunc uerbi incarnationem , non
oportuit eum intelligere eius cauſam,
ſcilicet redemptionem hominis:ſicut &
Adam ponitur cognouiſſe incarnatio-
nis myſterium, cum dixit . Hoc nunc
os ex oſsibus meis : & caro de carne
mea. Quod apoſtolus dicit etiam ma-
gnum ſacramentum in Chriſto,& eccle
ſia:ad Eph.v. Et tamẽ caſus ſui præſcius
non fuit. ¶ Ad ſecundum dicitur:ꝙ to- Ad 2.
tius hominis beatitudo eſſentialis eſt
ex ipſa diuinitate,in quam obiectiuè tã
tũ fertur ratio beatifica. Ex beatitudi-
ne autem partis intellectiuę redundat
beatitudo in uires inferiores &c. Beati
tudo autem, quæ habetur ex humanita
te chriſti,eſt accidentalis: ſicut & gau-
dium de uictoria paſsionis Chriſti. Et
tamen conſtat ſecundum omnes, ꝙ ſi
homo nõ peccaſſet,Chriſtus paſſus nõ
fuiſſet. Nec propter hoc homo minus
beatus eſt , ſi caret aliquo accidentali
gaudio ſibi poſsibili:ſic enim nullus eſ-
ſet perfectè beatus: quia caret gaudio,
quod habuiſſet ex ſalute damnatorum,
ſi fuiſſent ſaluati. Ad beatum Aug. dici
tur:ꝙ loquitur de cauſa partiali concur
rente cum principali, quæ eſt redẽptio
hominis. ¶ Ad tertiam,& alias rationes Ad 3.
dicitur,ꝙ ad ꝑfectionẽ operũ dei nõ re
quiritur,ꝙ habeãt omnẽ perfectionem
accidentalẽ eis poſsibilẽ.alioquin deus
nõ ꝓduceret hoĩem niſi beatiſsimũ;ſed

ſufficit, ꝙ habeat perfectionẽ eſſentialẽ, & naturaliter ſibi poſsibilẽ. Opus aũt incarnationis excedit limites naturæ: & non oportet om̃ẽ capacitatẽ naturæ creatæ reſpectu potentiæ obedientialis deducere ad effectũ: alioquin nõ produceret res niſi in termino perfectionis ſibi ſecundũ potẽtiã abſolutã poſsibilẽ: ꝙ eſt manifeſtẽ falſum. ¶ Ad rationẽ Scoti dicitur, ꝙ illa prioritas, & ſigna ſunt ponenda in diuinis: ſicut ſatis deducit Ockam in j. diſtin. ix. Vnde in nullo ſigno prædeſtinauit quẽcũq; ad beatitudinem: quin in eodem prædeſtinauit omnes beatificandos; & præſciuit omnes damnandos; & præuidit omnia futura. Nec eſt talis ordo in diuinis: ſed ab æterno prædeſtinauit, quos elegit. Præſciuit etiã, quos reprobauit: ſimulq; præuidit merita, & demerita, pœnas, & futura præmia: ideo iſta fictio nihil arguit: manet ergo dubium illud problema neutrum pro utraq; parte probabile, donec partem unam dominus dignabitur reuelare.

Dub. 4. K

¶ Dubium quartum, quare opus incarnationis in finem ſeculi eſt dilatũ: & nõ a principio caſus humani conſummatũ. Reſponſio licet rõnes temporũ, quæ pater in ſua poteſtate poſuit, nõ eſt noſtrũ cognoſcere: ut dicitur Act. j. tamen dubiũ nõ eſt, quin ſapientiſsimus diſpoſitor temporum deus, omnibus ſuis operibus cõgruẽtiſsimũ tẽpus elegit; licet hæc congruitas a nobis plenẽ in uia ſciri non poſsit. Ponunt tamen doctores uarias rationes, cur in finem mundi dominus opus incarnationis diſtulerit.

Cur opus incarnationis ẽ dilatum uſq; in finẽ ſeculi.

Quarum una eſt ſecundũ ſanctũ Bona. diſtin. i tertii q. ulti. manifeſtatio ſeueritatis ultionis diuinæ, quæ tãtos patiũ clamores ſuſtinuit, antequã ad redimẽdum redẽptor mitteretur; & tãto tẽpore Adam cum ſua poſteritate in limbo carceratus teneretur. ¶ Secunda quia congruum fuit, ut homo prius conuinceretur de ſua ignorantia, & impotẽtia, ut ſic humiliatus ſui defectus cognitione confugeret ad gratiam dei. & ſic capax remedii redderetur. Præcedere ergo debuit ſtatus legis naturæ, & legis ſcriptæ, ut dum utriuſq; inſufficiẽtia cognoſceretur: in ſolo Chriſti aduentu ſpes haberetur. Et cognito beneficio redẽptionis, homo gratus redderetur. ¶ Tertia, ut dilatione tãti beneficij creſceret deſiderium. Quod enim amplius deſideratur, & diutius differtur, pretioſius reputatur: non tamen impediuit dilatio ſanctificationis efficaciam diuinæ prædeſtinationis. Nullus enim ab æterno ad ſalutem ordinatus ante Chriſti incarnationem perijt: prius enim ſaluauit, quàm in facto exhibita fuit: ſaluauit enim patres ante incarnationem, ut præuiſa: ſicut poſteros exhibita. Neque aliquis non prædeſtinatus, etiam ſi ab initio lapſus humani dominus incarnaretur, fuiſſet ſaluus. ¶ Quarta ratio: quia diſtãtia a principio facit debilitatem in effectu: & ideo quantò plus diſtãt homines a principio ſalutis, Chriſti. ſ. incarnatione, tantò magis debilitatur deuotio. Vnde ait dominus, ꝙ in nouiſsimis temporibus charitas refrigeſcet multorum. Vnde ſi a principio incarnatus fuiſſet, totus feruor deuotionis periſſet: dilata eſt igitur utiliter ad finem ſeculorum, quo minus effectus eius longo temporis tractu tandem deficeret.

DISTINCTIO III.

EGIT de incarnationis modo, & ordine. In hac diſt. iij. proſequitur de conditione naturæ corporalis a uirgine aſſũptæ. Stat autẽ ſententia textus in tribus ſubiectis cõcluſiõibus. ¶ Prima. Caro Chriſti, ſicut reliqua uirginis caro, & peccato aliquando obnoxia: ab omni peccati contagione immunis, uerbo fuit unita: ſola uoluntate, nõ neceſsitate remanente pœna. ¶ Secũda. Spiritusſanctus Mariam præueniens, a peccato prorſus, & fomite purgauit: potentiam quoque generandi abſque uiri ſemine uirgini præparauit. ¶ Tertia. In lumbis Abrahæ ſecundum materialem rationem exiſtens uterq; Leui ꝙ Chriſtus ſolus, Leui non Chriſtus aſſeritur deci-

matus. Declaratio harũ patet in textu.

QVAESTIO I.

A QVAERITVR circa hanc diſtinctionem de ſanctifica-tione uirginis. Vnde primò quæritur utrum uirgo Maria mater dei fuit aliquando macula-ta peccato originali. ¶ In quæſtione erunt articuli tres. In primo præmiſsis quibuſdam terminorum declarationibus, recitabitur una opinio cum ſuis motiuis. In ſecundo ad quæſtionem reſpondebitur concluſione unica opinioni priori contraria. In tertio mouebuntur dubia cũ ſolutionibus adiunctis. ¶ Quantum ad primum articulum: quia loquendum eſt de ſanctificatione uirginis: præmitto poſt Alexan. de Hal par. iij. q. ix. mẽbro j. ar. j. ꝙ ſanctitas quatuor modis dicitur. Eſt enim ſanctitas per dedicationem ad cultum dei, quo modo ſanctũ dicitur quicquid a profanis ſeparatur, & cultui dei dedicatur: & hęc conuenit creaturæ rationali, & non rationali: animatis, & non animatis: ſic Nazarei ſancti dicuntur, quorum conſecrationis ritus deſcribitur Nume. vi. Et ſacerdotes ſancti dicuntur, quorum conſecrationis ritus deſcribitur Leuit. viii. & pleriſq; aliis ſcripturæ locis. Hoc modo etiam Chriſtiani ſancti dicuntur: quia deo dedicati ſunt in baptiſmate. Sic res inanimatæ ſanctę appellantur, tabernaculũ, uaſa, ueſtes, eccleſię, altaria, quæ olim, & nunc dedicantur domino, & ad ſuũ cultum ſanctificantur. De quo etiam Exo. xl. Aſſumpto unctionis oleo, unges tabernaculum cum uaſis ſuis: ut ſanctificentur altare holocauſti, & omnia uaſa eius: labrum cum baſi ſua: omnia unctionis oleo conſecrabis: ut ſint ſancta ſanctorum. ¶ Secundò ſanctitas accipitur pro emundatione a peccatis. Roma. vj. Nunc autem liberati a peccato ſerui facti deo habetis fructum ueſtrũ in ſanctificationem. Et 1. Theſ. iiii. Nõ uocauit nos deus in immunditiã; ſed in ſanctificationẽ. Et premiſit. Hec eſt uoluntas dei ſanctificatio ueſtra. Hæc ſanctitas fit per gratiam infuſam, & charitatem, per quam mentem inhabitat ſãctificator ſpiritus. ¶ Tertiò ſanctitas dicitur abſtinentia ab actu carnalis cõmixtionis ſ. caſtitas: de qua Exod. xix. præcipiens Moyſi ut ſanctificet populum unde inquit. Sãctifica populum hodie, & cras, & lauent ueſtimenta. ubi gloſ. dicit ꝙ ſanctificatio illa erat abſtinentia a mulieribus. Et. j. Regum. xxj. ubi quæritur. Si mundi ſunt pueri maximè a mulieribus. Reſpondit Dauid. Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudiuſtertius: & ſunt uaſa puerorum ſancta. ¶ Quartò accipitur ſanctitas pro confirmatione in bono. Et ſic dicitur ſanctũ quaſi firmũ, ſic accipitur in Pſalmo. Quis requieſcet in monte ſancto tuo? Innocens manibus &c. ubi per montẽ ſanctũ intelligitũ cõfirmatio i bono, nã ſctm̃ idẽ eſt, ꝙ firmũ. Vel dr̃, ꝙ idem eſt græcè, ꝙ agyos: ab a quod eſt ſine, & gyos, quod eſt terra: unde dicitur ſanctum, quaſi ſine terra idest terrena cõtagione. Prima etymologia correſpondet quartæ acceptioni. Secunda primis tribus. In propoſito ſãctitas accipitur ſecundo modo, ut eſt peccati immunitas, quæ non eſt niſi per gratiam: unde ſolus ille, & omnis iſte ſanctus eſt, qui gratiam habet. gratiam dico gratum facientem. Secũdò aduertendum, ꝙ duplex poteſt intelligi hominis conceptio. Vna carnis, quæ fit in ſeminum commixtione, quę poteſt dici conceptio ſeminis, quę tempore pręcedit animationem. Alia eſt cõceptio in fętus animatione, quę dici poſſet ꝓpriè cõceptio hoĩs: tũc. n. primũ cõſtituitur hõ in utero matris. Prima fit cum ſemẽ in matrice loco gñatiõi aptũ accipitur & ſuſceptioni aię ꝑ alterationes multas diſponi inchoatur. Scđa cũ in materia iã aliquãtulũ diſpoſita anima intellectiua infunditur: & hęc ẽt uocatur natiuitas in utero: ſcđm illud Mat. j. Qđ in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Diſtinguitur enim illa natiuitas a natiuitate ex utero, quę eſt fuſio infantis in lucem huius mundi. ¶ Tertiò ſupponitur ex dictis lib. ij. diſtinct. xxx. quęſt. ij. ꝙ ſicut ſan-

Vtrum uirgo Maria Mater Dei fuit aliquando maculata peccato originali.

Arti. 1.

Quadruplex ſanctitas, & ſanctificatio.

Duplex hominis conceptio.

ctificationis gratia eſſe non poteſt niſi in anima: ita nec originalis culpa: unde licet peccatum originale cauſaliter ponitur in carne prolis conceptæ: non tamen formaliter ponitur niſi in anima rationali ſubiectiuè. Oppoſita enim ſi- ri habent circa idem: igitur nihil poteſt eſſe ſubiectum culpæ: niſi quod eſſe poteſt ſubiectum gratiæ: & eſt ſola natura rationalis: hoc ē angelicus ſpiritus, uel

B hominis animus. ¶ Iſtis præmiſsis aduertendum, ꝙ de materia huius quæſtionis fuerunt opiniones duæ cõtrariæ frequẽter nedum in ſcholis: ſed nonnunquam in declamatorijs ad populum ſermonibus non ſine ſcandalo populi uentilatę. Vna eſt Alexa. de Hal. par. iij. quæſt. jx. quam imitatur ſanctus Tho. quam ſanctus Bonauen. reputat probabiliorem: licet ſimpliciter eam non affirmet: ſed eam cum oppoſita recitet, tenuerũt hi cum ſuis ſequacibus partem quæſtionis affirmatiuam. ¶ Alia eſt opinio doctoris ſubtilis cũ ſuis ſequacibus tenentis partem, quæſtionis negatiuam priori opi-

Cõcl, 1 nioni oppoſitam. ¶ Secundum opinionem primam hæ ponuntur concluſiones. Prima in qua omnes concordant.

Virgo ante cõceptionem ſecundã, quę eſt animatio, nõ fuit ſanctificata.

Virgo Maria ante conceptionem ſecũdam qua fuit in utero ſuæ matris animata, non fuit per gratiam ſanctificata. Patet plane, quia ſanctificatio illa fit p infuſionem gratiæ, cuius ſola anima intellectualis eſt capax: erga ea non exiſtente, gratia ſanctificans eſſe non potuit: ſed ante conceptionem ſecundam non fuit anima: cum ipſa infundendo creatur; ergo &c. Item ſanctificari præſupponit eſſe: unde quod non eſt, non ſanctificatur: ſed ante cõceptionem ſecundã ſiue animationem uirginis, uirgo non fuit: ergo ante non fuit ſanctificata. Sequitur enim a nõ fuit, ergo non fuit ſanctum: ab eſt ſecũdo adiacente: ad eſt

Cõcl, 2 tertium adiacens negatiuè. ¶ Secunda concluſio ſecundum illam opinionem. Maria uirgo in inſtanti ſuæ animationis non eſt præſeruata a contagio peccati originalis. Illam concluſionem probare nituntur auctoritate, & ratione. Auctoritate Apoſtoli Rom. v. In Adam omnes peccauerunt. Ait enim. Sicut ꝑ unum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit; & per peccatum mors: & ita in oẽs homines mors pertranſijt: in quo omnes peccauerunt: omnes, qui in eo fuerunt ſecundum rationem ſeminalem. Item ad Rom. iij. Omnes peccauerunt, & egent gloria dei. Gloſ. interli. Peccauerunt in ſe, uel in Adam. Item. j. Corint. xv. Sicut in adam omnes moriuntur; ita in Christo omnes uiuificabũtur. Item ad Ephe. ij. Omnes eramus natura filij iræ. In omnibus his loquitur Apoſtolus uniuerſaliter ſine exceptione: ideo ſub uniuerſalitate illa uirgo cõtinetur, quæ eſt filia Adæ, atq; in Adam fuit ſecũdum rationem ſeminalem. Ait hic Grego. de Ari. in ij. diſtin. xxx. q ij. Cum de hac re per humanam rationẽ certitudo haberi non poſsit; potius tenendum mihi uidetur, quod magis conſonum eſt ſacræ ſcripturę, quę ubicunq; de hoc loquitur: uniuerſalem de omnibus ſine exceptione profert ſentẽtiam. Idem probatur auctoritate ſanctorum. Nam Beatus Augu. in de fide ad Petrũ. cap. xxiij. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum uiri, & mulieris cõcipitur, cum peccato originali naſci: impietati ſubditum, mortiq; ſubiectũ. Et ob hoc natura filium iræ naſci. De quo dicit Apoſtolus. Eramus, & nos filij iræ, ſicut & cæteri. Idem ſup illud Io. j Ecce agnus dei, ſolus innocens, qui non ſic uenit ſcilicet per propagationem. Idem in de perfectione iuſtitiæ prope finem. Quiſquis eſſe uel fuiſſe in hac uita aliquẽ hominem, uel aliquos homines putat excepto uno mediatore dei, & hominum, quibus neceſſaria non fuiſſet remiſsio peccatorum, contrarius eſt diuinæ ſcripturæ. Et allegat ibi Apoſtolum ad Rõ. v. ut ſupra. Idem in lib. de nup. & cõcu. dicit. Ideo Chriſtus non de concubitu naſci uoluit: ut hinc etiam doceret omnem, qui de concubitu naſcitur, carnem eſſe peccati: quando quidem ſola, quæ non inde nata eſt, non fuit caro peccati: & per conſequens caro uirginis, quę de concubitu nata eſt, fuit caro

In ipſa animatione cõtrahit peccatum originale.

caro peccati. Item lib.ij. contra Iulia
num. c.xxxvj.qui negauit paruulis cō
trahere originale peccatum;idem dicit.
Si ſine dubio caro Chriſti non eſt caro
peccati,ſed ſimilis carni peccati,quid re
ſtat,ut intelligamus niſi ea excepta,om
nem reliquam humanā carnem eſſe pec
cati? & paulopoſt. Cęterū corpus Chri
ſti inde dictum eſſe in ſimilitudinē car-
nis pcti: quia omnis alia caro hominum
peccatum eſt quiſquis negat: & carnem
Chriſti ita comparat carni naſcen-
tium cęterorum hominum: ut aſſerat
utramq; eſſe puritates ęqualis,deteſtan
dus hæreticus inuenitur. Itē idem lib.x.
ſup Gen.c.xxiij.Proinde corpus Chri-
ſti quamuis ex carne fœminę aſſumptum
eſt,quæ de illa carnis propagine conce
pta fuerat: tamen non ſic in ea compo
ſita eſt,quomodo fuerat illa concepta.
Nec ipſe erat caro peccati:ſed ſimilitu-
do carnis peccati. Vbi clarē apparet eū
ſenſiſſe carnem beatę uirginis fuiſſe car
nē peccati.& hoc ſecundum ipſum, qui
oppoſitum ſentit, hæreticus inuenitur.
Idem in de fide ad Petrum.Quia ſine li
bidine (inquit) non eſt parentum con-
cubitus,ob hoc filiorum ex eorum car-
ne naſcientiū,nō pōt ſine peccato eſſe
conceptus:ubi peccatū in paruulos non
trāſmittit propagatio:ſed libido.Sed cō
ſtat, ꝙ nec beata uirgo,nec aliquis ho-
mo alius præter Chriſtum, conceptus
eſt ſine concupitu parentū. Item Amb.
ſuper Lucam. Solus enim per omnia ex
natis de fœmina ſanctus dn̄s Ieſus, qui
terrenæ contagia corruptelæ immacu-
lati partus nouitate non ſenſit:& cæle
ſti maieſtate depulerit. Si ergo ſolus
Chriſtus,ergo nullus alius:& ita nec uir
go mater eius. Idem ſuper Eſa.loquens
de Chriſto inquit De ſpiritu ſancto na-
tus abſtinuit a peccato. Omnis enim
homo mendax: & nemo ſine peccato
niſi unus deus, ſeruatum eſt ergo ut ex
uiro, & muliere.i.per illam corporum
commixtionem nemo uideatur expers
delicti.Qui autem expers delicti,expers
etiam eſt huius conceptionis. Item
Dama. Spiritusſanctus purgauit eam
uno uerbo.Purgatio nō eſt niſi a pecca
to:ergo habuit peccatū nō actuale:ergo
originale.Itē Leo in ſermone de natiui
tate dn̄i.Sicut reatu nullū liberū reperi
tū ita liberādis oībus uenit.Itē Anſel.ij.
Cur deus homo.cap.xvj.dicit, ꝙ per fu
turam mortē eius.ſ.filij:& illa uirgo,de
qua natus eſt,& alij multi mūdati ſunt
a peccato:ſi ergo mundati ſunt a pecca
to:ergo habuit peccatū ante eius mun-
dationem.Item magiſter diſ.iij. lib.iij.
Sanē (inquit) dici poteſt,& credi iuxta
ſanctorum atteſtationis conuenientiā,
ipſam uerbi carnem prius peccato fuiſſe
obnoxiam,ſicut reliqua uirginis caro,
ſed ſpiritusſancti operatione mūdatā:ita
ut ab omni contagione immunis unire
tur uerbo. Ecce dicit carnem uirginis
peccato fuiſſe obnoxiam,& ſpiritusſan
cti operatione mūdatam. Alia ſimilia ex
ſanctorū dictis plurima allegari poſſent.
Item beatus Bern̄.in epyſtola ad cano-
ni.Lugdun̄. feſtū conceptionis uirginis
celebrantes mouet quæſtionem de ſan-
ctitudine uirginis,dicēs·Dicitur ne ſan
ctificata quatenus iam ſancta concipere
tur:& per hoc ſanctus ubcaretur conce
ptus. Et contra hoc obijcit. Non ualuit
ante ſancta eſſe,quam eſſet: ſed nō erat
antequā conciperetur,Ante conceptio
nem igitur minime ſanctificari po-
tuit,quę non erat. Et ſubdit. Forte inter
amplexus maritales ſanctitas ipſi cōce-
ptioni ſe inmiſcuit:ut ſimul ſanctifica-
ta fuerit, & concepta. Sed hoc,inquit
nō admittit ratio. Quomodo nāq; aut
ſanctitas abſq; ſpiritu ſanctificante: aut
ſpiritusſancto cū pctō ſocietas fuit: aut
pctū quō nō fuit, ubi libido non defuit?
Reſtat igit̄, ut poſt cōceptū in utero iā
exiſtēs ſanctificationē accepiſſe credat̄,
q̄ excluſo pctō ex ſāctā fecit natiuitatē:
nō tn̄ cōceptionē.Itē de cōſe.di.iij.c.ꝑ
nuntiandum. in gloſ.dicitur. De feſto
conceptionis nihil dicitur:quia celebrā
dum non eſt:ſicut in multis regionibus
fit & maximē in Anglia.Et hęc eſt ratio
quia in peccatis concepta fuit ſicut &
cæteri ſancti: excepta unica pſona Chri
ſti.¶ Idē ratione oſtenditur quadruplici. D
Prima quę tacta ē ex uerbis beati Ber.al
legatis.Vbicūq; eſt eadē cauſa idē ſequi

tur effectus. In uirgine glorioſa fuit ea dem cauſa peccati originalis, quæ eſt in alijs: ergo idē effectus originale. ſ. pecca tū. Cōſequentia nota cū maiore. Minor probatur: quia cauſa originalis peccati eſt ſemē infectū, q̄ infectio ex libidinoſa propagatiōe cauſatur: a qua infectione feminis anima cū infunditur, etiā inficitur, & peccatrix cōſtituitur: ſed hęc cauſa fuit in uirgine: nam ipſa propagata fuit cōi lege: & ita corpus eius formatū de ſemine infecto. Et ita eadem cauſa infectionis erat in corpore eius, q̄ in corpore alterius cōi lege propagati: & ꝑconſequens idem effectus in anima. ¶ Secunda ratio. Si beata uirgo non contraxiſſet originale, nō indiguiſſet redēptore ianuam regni cęleſtis aperiente. Conſequens falſum: quia Chriſtus redēptor eſt uniuerſalis, qui omnibus ianuā cęli aperuit, ut dicit Aug. li. iij. de baptiſmo paruulorū. Itē peccatū fuit obſtaculū, propter quod excludebantur omnes homines ab ingreſſu cęleſtis patriæ, quę omnibus aperta eſt per paſsionē Chriſti. Probatur cōſequētia; quia ianua regni non, fuiſſet ſibi clauſa; nō enim claudit niſi propter peccatū, maximē originale, & ita ſi mortua fuiſſet ante Chriſtum, intraſſet regnū cęlorū p̄cio ꝑ Chriſtū nondū ſoluto: ꝙ pietati fidei repugnat: cū ipſe Chriſtus ſcd̄m Apoſt. primus omniū reſurrexit ad uitā immortalē, & glorioſam. ¶ Tertia rō ſumiť ex effectu p̄ti. Virgo glorioſa habuit pęnas cōes p̄tm̄ originale conſequētes: ut mortalitatē, famem, ſitim &c. q̄s non uoluntate aſſumpſit, ſicut Chriſtus, quia non erat redēptrix, nec reparatrix noſtra. alioquin filius non fuiſſet reparator, ac redēptor ſufficiens, & uniuerſalis: & non habuit eas aliūde, niſi ex cōi cauſa, quę eſt p̄tm̄ orginale. de quo dr̄. Per unum hominē p̄tm̄ in hūc mundū intrauit, & per peccatum mors. ad Rom. v. Nō. n. deus illā inflixit. & ſi inflixit non iniuſtē: ergo propter peccatum originale. ¶ Quarta ratio ſumitur ab excellētia Chriſti. Singulare priuilegium Chriſti nulli puræ creaturæ cōmunicatur: ſed concipi ſine originali, & in ſanctitate eſt ſingulare priuilegium, ſoli Chriſto proprium: ergo non cōuenit uirgini matri. Cōſequētia nota cum maiore. Minor probatur ꝑ Bea. Bern. Si paucis filiorum hominum datū eſt cū ſāctitate naſci, nō tn̄ cōcipi: ut uni ſanē ſeruaretur prerogatiua ſancti conceptus. ſ. Chriſto. Idē. Solus Ieſus de ſpiritu ſctō cōceptus: quia ſolus ante conceptū ſanctus, quo excepto, reſpicit uniuerſos: ꝙ unus humiliter cōfitetur. In iniquitatibus cōceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et confirmatur. Sicut filius habere debuit ſingularē natiuitatē, ita & ſingularē cōceptionē: ſed in hoc ſingulariter natus eſt: q a plenus gratię, & ueritatis prodiit: ergo ēt in hoc ſingulariter cōceptus: q a in gr̄a ſine p̄tō cōcept⁹. ¶ Cōcluſio tertia. Btā uirgo poſt ſui animationē eſt in utero ſanctificata priuſquā fuerat in huius ſeculi lucē nata. Hanc concluſionē probant: quia uniuerſalis eccleſia celebra teius natiuitatem, quod non faceret, ſi in peccato nata fuiſſet: ergo ſanctificata ante eius natiuitatem ex utero. Conſequentia nota: quia inter ſanctitatem, & p̄tm̄ nō eſt mediū. Antecedens pro prima parte manifeſtum eſt. Pro ſecunda parte patet: quia eccleſia non celebrat, niſi quod ſanctum eſt: ergo natiuitas uirginis ſancta fuit, quam eccleſia celebrat. Hęc ratio ſumitur a btō Ber. in epiſt. ad Lugdun. canoni. ubi ait. Fuit proculdubio mater domini ante ſancta, quām nata. Nec fallitur omnino ſancta eccleſia ſanctum reputās eius natiuitatis diē: & omni anno cum exultatione uniuerſę terræ uotiua celebritate ſuſcipiens. ¶ Preterea. Ipſa cæteris ſanctis omnibus purior fuit ſecundum Dama. dicentem, ꝙ a nullo illuſtrium uincitur: ſed quidam ſancti, ut Ioannes Baptiſta, & Hieremias in utero ſūt ſanctificati, priuſquā nati: ut de utroq; teſtatur ſcriptura: ideo illud negandum non eſt de matre domini: ſed multō excellentius in ea completum eſſe credēdum eſt. Nec impedit, ꝙ Beatus Augu. ait in de præſentia dei ad Dardanum. Illa ſanctificatio, qua efficimur, & ſinguli templa dei: & in unū omnes tēplū

Cōcl. 3 E

Beata uirgo ē ſanctificata in utero ā te eius natiuitatem.

dei:nõ eſt niſi renatorum,quòd niſi na
ti hoies eſſent,non poſſent:qergo na-
ti nõ ſunt,renaſci nõ poſſunt. quia lo-
quitur ibi de ſanctificatione, q̃ fit ſcd͂m
legẽ cõem:talis n. fit p regenerationẽ
baptiſmalẽ:ut dr̃ Io.iij. Niſi qs renatus
fuerit ex aqua,& ſpũſan.&c.Nec impe
dit,ꝙ Chriſtus dicit̃ primogenitus ex
multis fratribus. ibi uult gloſ. ꝙ ſit pri-
mus ſine peccato natus: quia hoc in-
telligendum eſt de natiuitate in utero
ſecundũ eos: quę fit in animatione cor
poris.& ſic fuit Chriſtus primus: immo
ſolus ſine peccato genitus ſcd͂m illos:&
ſic primus negatiuè.Nec illud Anſel.ij.
Cur deus homo. ubi ait. Licet ipſa ho-
minis eiuſdem.ſ.Chriſti cõceptio ſit mũ
da,& abſq; carnalis delectationis pecca
to:uirgo tamen ipſa unde aſſumptus ẽ:
in iniquitatibus concepta eſt:& in pec-
catis concepit eam mater eius: & cum
originali peccato nata eſt:quia & ipſa
in Adam peccauit:in quo omnes pecca
uerunt:quia illa ſunt uerba non ex per-
ſona Anſ. ſecundum Boſonis quærен-
tis diſcipuli poſita: quæ non approbat
Beatus Anſel. Etiam quantum ad illam
particulam:& cum originali peccato na
ta eſt:dicerent illi, ꝙ intelligendum eſt
de natiuitate in utero,quę eſt corporis
Arti. 2. concepti animatio.¶ Quantum ad ſecũ
F dum articulum, in quo reſpondendum
eſt ſecundũ opinionẽ oppoſitam,& ue-
ram ad quæſtionẽ:ubi primò notãdum:
ꝙ quæſtio illa de poſsibili nullum dubiũ
habet.Nam ꝙ uirgo potuit ab origina-
li peccato præſeruari:nullus ſanè men-
tis negare poteſt: nam potuit dominus
conceptum ſemen a morbida qualitate
præſeruare,ne inficeret,ſuſpẽdendo ſuã
actionem quantum ad hanc qualitatem
morbidam tantum, ſine cuius actione
nihil poſitiuum fieri poteſt. Potuit &
tollere omnem feruorẽ libidinis in ſe-
minatione, unde illa morbida qualitas
generatur.¶ Itẽ ſi in ſemine transfuſo
fuiſſet fomes,potuit deus illũ ante ani-
mationem extinguere: & ſic corpus de
ſemine formatum a fomite penitus pur
gare,& ab omni morbida qualitate,quo
purgato, anima infuſa nullam contra-
heret maculam.¶ Item potuit manente
fomite gratiam animæ cõcreare: & per
cõſequens ab originali pct͂õ pręſeruare
nam. gratia,& originale adinuicẽ repu
gnãt,ſicut nũc in baptiſmate per grã
infuſionẽ tollit̃ pct͂m̃ originale fomite
remanẽte. Quia omnia illa deus potue-
rit,patet: qa.q̃cquid deus ĩ corpore ſuo
potuit,potuit ĩ corpore cuiuslibet crea
turæ rationalis:qa omniũ hominũ cor-
pora ſunt in ęquali potentia obediẽtia
li dei:ſed corpus ſuũ p̃ſeruauit ab omni
morbida q̃litate animęq, ſuæ gratiã cõ
creauit.ergo ĩ carne, & aĩa uirginis idẽ
potuit.Sed quæſtio eſt de facto, utrum
ſit aliquo dictorũ modorum præſerua-
ta,ſic ꝙ anima eius nunquam fuerit a
peccato originali maculata, ſiue fomes Quid di
fuerit in carne,ſiue non.Secundò ſuppo cis ori-
nitur ex dictis in ſecundo de originali ginale
peccato,ꝙ originale peccatum formali pct͂ũm,
ter dicit carentiã iuſtitiæ originalis de- & quõ
bitę;hoc eſt carentiam originalis iuſti- tollitur
tiæ,quam quis habere tenetur. Ex quo
patet,ꝙ dupliciter poteſt anima ab hoc
peccato liberari ſcilicet uel dando ei iu
ſtitiam originalem, uel remittendo de
bitum habendi: quia quodcunq; horũ
fieret:iam non eſſet carentia origina-
lis iuſtitię debitæ ineſſe. In primo mo-
do non eſſet carentia iuſtitiæ. In ſecun
do licet eſſet carentia;ſed non eſſet de-
bitum habendi: & ita in utroq; modo
non eſſet peccatum originale. Poſt la-
pſum uero Adæ non tollitur originale
primo modo:quia non reſtituitur ori-
ginalis iuſtitia:licet reſtituatur donum
excellentius ſcilicet gratia: ſed tantum
ſecundo modo, nam cum gratia infun
ditur animæ,tollitur ab ea debitum ha-
bendi originalem iuſtitiam, & com-
mutatur in debitum habendi gratiam: Cõcl.
tenetur.n.omnis ab originali purgatus unica
habere gratiam gratificantẽ.¶ His pręG
miſsis reſpondetur ad quęſtionem per Virgo
unicam concluſionem.Beatiſsima geni btã fuit
trix dei uirgo Maria ab omni originalis p̃erua-
pct͂i contagio fuit penitus p̃ſeruata. Iſta ta ab oĩ
concluſio probatur auctoritatibus, & origiali
probabili rõne.Primò auctoritate beati macula
Aug.quã ẽt ponit magr̃ in lĩa:aut. n. in

lib.de natura, & gratia circa medium. Excepta ſancta uirgine Maria, de qua propter honorem domini nullam prorſus cum de peccati agitur haberi uolo quæſtioné. Inde enim ſcimus, quod ei plus ſit gratiæ collatum ad uincendum ex omni parte peccatum: quod concipere, & parere meruit quem conſtat nullum habuiſſe peccatū. Hac uirgine excepta, ſi oés ſancti, & ſanctę cógregari poſſent, & quæreretur ab eis, an peccatú haberét &c. ut in textu. Ex qua auctoritate habetur, quod nullum peccatum habuit uirgo: ergo nec originale. Nec ualet, ſi diceret, ut dicit Greg. de Arim. diſtin. xxx. ſecundi q. ij. in fine quæſtionis, quod loquitur de peccato actuali: quia uniuerſaliter loquitur dicens. Nullam prorſus: penitus nullum peccatum excludendo. Cui concordat, quod ſequitur: ad uincendū ex omni parte peccatum. Duæ ſunt peccati partes, quæ ſunt eius ſpecies, originale ſcilicet, & actuale, igitur uicit utrūque. Nec impedit, quod dicit, uicit ſeu uincendum: quod uerbum idem Greg. ponderat: uolens per hoc oſtédere, quod Aug. loquitur de actuali peccato: quia ut dicit. Contra originale nullus per gratiā ſibi collatam habet pugnare: eo quod extinctum ſit ab omni habente gratiam: tum quia non ſolum uincimus pugnando contra peccatum ipſum expellendo quod primo ineſt: ſed etiam uincere dicimur peccatum, quod nunquam inſuit dum ab ipſo per gratiam ne nos compræhendat præſeruamur. Tum quia etiā per gratiam non pugnamus contra actualia peccata, quæ per gratiam extincta ſunt: & tamen per gratiam uincere dicimur peccata, quæ fuerunt: & per gratiam ſunt remiſſa: & ea, quæ ineſſent, ſi per gratiam non præſeruaremur. Et ita maria uirgo uicit per gratiā originale peccatum: per quam præſeruata eſt, ne incideret. Secundò probatur concluſio auctoritate beati Anſel. in de cóceptu uirginali circa medium dicentis. Nempe decens erat, ut ea puritate, qua maior ſub deo nequit intelligi, uirgo illa niteret, cui deus pater unicum filium ſuum, quem de corde ſuo æqualem ſibi genitum tanquam ſeipſum diligebat: ita dare diſponebat, ut naturaliter eſſet unus idemq; communis dei patris, & filius uirginis. Et quam ipſe filius ſubſtantialiter ſibi facere matrem eligebat; & de qua ſpiritus ſanctus uolebat, & operaturus erat, ut conciperetur, & naſceretur ille, de quo procedebat. Poteſt autem intelligi pura innocētia ſub deo, ut in Adā, & Eua ante lapſum in ſtatu naturæ integrę ergo tali decuit, ut niteret uirgo. & ita ſtat auctoritas, etiam ſi intelligatur ſub deo, ideſt ſub Chriſto: ut exponit Greg. ubi ſupra in fine. ij. quæſtio. quia minor chriſto Adam, etiam in ſtatu innocentiæ. Nec fuit propter hoc æqualis puritas uirginis, & puritas Chriſti hominis: ut dicetur. Tertiò probatur idem auctoritate eccleſiæ, quæ maior eſt auctoritate cuiuſcunq; ſancti; ſaltem poſt canonicos ſcriptores: nam eccleſia ſtatuit feſtum conceptionis generaliter per uniuerſum celebrandum: ergo eius conceptio fuit ſancta, & per conſequens peccato immaculata: ergo ſine originali, cum conceptio paſsiua nō potuit peccato actuali maculari. Cóſequentia prima probatur per Beatum Bern. ad canonicos Lugdunen. qui per hoc probat eam in utero ſanctificatam, antequam natam ut ſupra in concluſione. iij. primi arti. Antecedens probatur: quia & in urbe Romana ſolenniter celebratur: & in cæteris eccleſijs fidelium. Hanc ratio nem Beatus Tho. ſanctus Bona. Alexan. & cæteri eorum opiniones ſequentes faciunt, imitantes in hoc Bernar. ¶ Præterea determinatum eſt in Cócilio Baſilien. & ſub plumbo publicatum in ſeſſione xxxvj. xv. Kalen. Octobris. Anno M.cccc.xxxix. ante eius diſſolutionem, & translationem, quod ſine originali peccato concepta ſit in hæc uerba. Doctrinam illam differentem glorioſam uirginem dei genitricem Mariam, præueniēte, & operāte diuini muneris gratia ſingulari nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato: ſed immune ſemper fuiſſe ab omni originali, & actuali culpa: ſanctamq;, & immaculatam tanquam piam, & conſonam cultui eccleſiaſtico, fidei,

Determinatio concilij Baſilien. de conceptione Mariæ.

fidei catholicæ, rectę rationi; & ſacræ
ſcripturæ ab omnibus catholicis appro
bandum fore tenendã, & amplectendã
diffinimus, & declaramus: nulliq; de cę
tero licitum eſſe in contrarium prædi-
care, uel docere. Renouantes prætèrea
inſtitutionem de celebrãda ſancta eius
conceptione, quæ tam per Romanam,
quã per alias eccleſias vi. idus Decem-
bris antiqua, & laudabili conſuetudine
celebratur. Statuimus, & ordinamus eã
dem celebritatem præfata die in omni-
bus eccleſijs, monaſterijs, conuentibus
chriſtianæ religionis ſub nomine con-
ceptionis feſtiuis laudibus colendã eſſe.
Hæc ex originali plumbato. Largiñtur
deniq; in eadem bulla Indulgentiæ in-
tereſſentibus officijs, & ſermoni de fe-
ſtiuitate. ¶ Et ſi qui impudentes: ut ſuã
defenderẽt temeritatem, dominam no-
ſtram inhonorantes dicere auſi ſint, Ba
ſilien. concilium non fuiſſe legitime cõ
gregatum: & ideo conſtitutiones ſuas
nullas fore contra acceptationem ea-
rum in concordatis principum, atten-
dant auctoritatem ſummi pontificis
Sixti papę iiij. qui hiſtoriam de hoc
feſto ſua ordinatione editam; in qua
expreſſè continetur ſine originali cõ-
ceptã repetitis uicibus approbauit: &
omnibus eam in feſto conceptionis in
eccleſiis publicè cantãtibus, dicẽtibus,
aut intereſſentibus indulgentias largas
largitus eſt. Cum ergo quęſtiones fidei
ad ſacram apoſtolicam ſedem referen-
dę ſunt: eiuſq; determinationi fideles
cuncti colla ſubmittere tenentur: teme
rarium eſt præmiſſis de puritate uirginis
oppoſitũ aſſerere, uel ſentire. Licet idẽ
Sixtus papa pręfatus propter multa
ſcandala exorta ſingulis partibus impo
ſuerit ſilentium: ne alterutrum de hę-
reſi inculpent ſub pœna excommunica
tionis latę ſententiæ: ut habetur in ex-
trauag. Graue nimis. prout recitat An
gelus in ſum. in uer. ferię. vj ¶ Nec pro-
pter hoc culpandus eſt beatus Bern. ſed
nec ſanctus Tho. ſanctus Bona. cęteriq;
doctores cum magno moderamine op
poſitum opinantes: quoniam eorum tẽ-
pore hoc licuit: quoniam nulla deter-

Approbatio eiuſdem Sixti Papæ.

minatio uel concilij, uel apoſtolicæ ſe-
dis facta fuit. Nec feſtiuitas illa genera
liter tunc fuit per orbem celebrata, quę
ſi pręceſsiſſent; haud dubium quin prõ-
ptiſsimè ſui opinioni ceſsiſſent: & apo-
ſtolico magiſterio cõſenſiſſent. Poſſent
ad idẽ allegari reuelationes diuinę, quas
hiſtoriæ ponunt, quę nõ minus ueraces
ſunt, quam cętera in probatis ſancto-
rum legendis ſcripta: ſed dicta ſufficiãt.
¶ Ratione etiam perſuaderi poteſt con-
cluſio. Nam perfectiſsimus mediator 1.
habet perfectiſsimũ modũ mediandi re
ſpectu alicuius perſonę, pro qua mediat:
Chriſtus eſt perfectiſsimus mediator. er
go &c. Eſt autem perfectior modus me-
diandi præſeruando a peccato quã poſt
peccatum reconciliando. Hunc ergo
habuit reſpectu alicuius perſonæ: & ma
nifeſtum eſt, ꝙ reſpectu nullius perſonæ
habuit excellentiorem actum mediãn-
di, quàm reſpectu uirginis: ergo eam
præſeruauit. Item chriſtus principalius 2.
conceditur eſſe reparator originalis,
quàm actualis mortalis: ſed quoſdam
pręſeruauit ab actuali mortali: ergo ali-
quem ab originali: non aliã niſi Mariã:
igitur &c. Itẽ ad benignitatem pertinet 3.
dei matris ſeruare honorem, qui legem
ſoluere non uenit, ſed implere. Lex. n.
ait Aug. ſicut honorationem matris præ
cipit: ita inhonorationẽ damnat. Cum
ergo Chriſtus potuit matrẽ ab inhono
ratione peccati, quæ utiq; maxima eſt,
præſeruare: credendum eſt eũ hoc om-
nimodè feciſſe. Nec impedit, ꝙ conce-
pta nõdũ mater fuit: quia quod nondũ
fuit in exhibitione, ſemper fuit in ęter-
na pdeſtinatione: nec. n. tẽporaliter: ſed
ab æterno in matrẽ dei electa eſt. ¶ Præ
terea oẽs rõnes, quas btũs Aug. facit in
ſermo. de aſſump. uirginis, ad proban-
dũ, ꝙ corpus uirginis præſeruatũ eſt ab
opprobrio incinerationis, habẽt hic lo
cũ de opprobrio fomitis, & culpę origi
nalis: ut patet facilè applicanti. Verũ de
monſtratio haberi nõ põt: cũ ad omnia
exteriora deus contingenter ſe habet:
& ſecũdũ beneplacitũ ſuę uolũtatis om-
nia gubernat, & diſponit. Nec eſt, qui
dicat: cur ita facis. ſufficiunt igitur au-

H ctoritas, & eccleſię determinatio, qũibus probata eſſe uidetur concluſio. ¶ Super eſt nũc rationibus, & aucto. alterius opinionis reſpondere: & ad oẽs aucto. ſcripturæ dici põt, ꝙ nihil aliud uoluit, niſi ꝙ omnis filius naturalis Adę eſt debitor iuſtitiæ originalis in Adam acceptæ, quãtũ eſt ex ſe: niſi aliũde a debito liberetur: & ita omnes peccauerunt in Adã, quantũ eſt ex ſe, & modo propagationis. & egent gloria dei a peccato liberante, uel præſeruante per gratiã, ne incidãt, aut delẽdo, aut remittẽdo ſi inciderĩt: & hoc mõ oẽs moriunť in Adã, quantũ eſt ex ſe: & omnes erãt natura. i. quantũ eſt ex natura ſic propagata filij irę: niſi gratia dei liberauerit. Sed gratia dei ſicut liberare põt poſt animę infuſionẽ in corpus, fomite, quo infectũ eſt, manẽte, & peccato cõtracto: ita põt in creatione animæ ipſi infundi, & liberare eã preſeruando, fomite extincto, uel mitigato: non quidẽ meritis perſonę conceptæ: ſed meritis redẽptoris; & ꝑ hoc ſoluta ſunt adducta ex apoſtolo. ¶ Ad auct. Aug. reſpondetur per uerbum Aug. ꝙ in omnibus illis exceptã habere uult uirginem Mariam, de qua, ut allegatũ eſt: dũ de peccatis agitur, nullã prorſus haberi uult quæſtionem. Et particulariter ad illã in de fide ad Pet. reſpondetur ſicut ad apoſtolũ (cui auctoritas innititur) reſponſum eſt. ¶ Ad aliã. Solus innocens eſt: uerum eſt per naturam, non per gratiã. ¶ Ad illã, quæ ſeptimo loco adducitur: dicitur uerum eſt: ꝙ omnibus præter Chriſtum neceſſaria eſt remiſſio peccatorũ nedũ inexiſtẽtiũ: ſed quæ ineſſent niſi per gratiã præſeruaretur ſecũdũ illud Aug. lib. ii. cõfeſ. Omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſpõte feci; & quę te duce nõ feci. ¶ Ad octauã dicitur omnẽ, qui de cõcubitu naſcitur, carnem eſſe peccati: quãtũ eſt ex natura propagationis, niſi ſpecialiter præſeruetur. ¶ Ad nonam dicitur, ꝙ etiã caro uirginis, quãuis a pctõ immunis fuit: nõ tñ æqualis puritatis eſt carne Chrĩ: q̃a illa ẽ pura per naturã, illa ꝑ gratiã, ut dictũ eſt. Et ita illa ex ſe pura: ſed illa nõ ex ſe: ſed ex præſeruante gratia. ¶ Similiter reſpondetur ad x. ꝙ caro Chriſti nõ fuerat concepta de carne uirginis, ſicut caro uirginis concepta fuerat de carne parentum: quia Chriſtus operatione ſpiritus ſancti ex ſola uirgine: caro uirginis ex parentum commixtione: & ideo caro Chriſti non erat caro peccati ex ipſa origine. Caro autẽ uirginis quãtum eſt ex origine: ſi nõ per gratiã præuenta fuiſſet, fuiſſet caro peccati. ¶ Similiter ad. xj. Verum eſt de cõmuni lege naſcẽtium: ſed aliter eſſe põt ex priuilegio ſingulari. ¶ Pariformiter ad xii. quod eſt beati Amb. dictũ, ꝙ benẽ dicit ſolus Chriſtus per omnia ex natis de fœmina ſanctus: quia tam ex origine, quã ex gratia ſanctus. Non ſic beata uirgo, quę nõ ex origine: ſed ſola gratia ſuę animæ concreata ſimul eſt cõcepta. ¶ Sic & ad. xiij. eiuſdẽ dicitur, ꝙ omnis hõ mẽdax. i. peccator uerum eſt de ſe, &c. ut ſupra. ¶ Ad xiiij. dicitur, ꝙ purgatio eſt a peccato, quod infuit, uel infuiſſet. ſ. ſi nõ purgãs gratia præueniſſet. ¶ Ad. xv. Leonis dicitur, ꝙ Chriſtus neminem inuenit liberũ a peccatis ex ſe: ita ꝙ liberatione nõ indigeret: & hoc uerum eſt. Nã uirgo indiguit redemptione, ne incideret: ſicut nos indigemus ne in illud lapſi permaneamus. ¶ Ad. xvj. Anſel. iã dictũ eſt quõ mundata eſt a peccato: non quod contraxit: ſed quod niſi futurę mortis Chriſti merito præſeruata fuiſſet, contraxiſſet. ¶ Ad. xvij. magiſtri dicit: ꝙ caro uerbi ſicut & caro uirginis, prius dicitur fuiſſe obnoxia peccato: nõ quidẽ in uerbo nec in uirgine: ſed ĩ patribus: mũdata autẽ eſt in uirgine ſpũſancto. Nõ dicit qñ, ideo ſtat cum dicto ſuo: ꝙ mũdata eſt in eius cõceptione ſiue prima, ſiue ſecũda. ¶ Ad. xviij. de ſctõ Bern. apparet ex uerbis ſuis, ꝙ fuit illius opinionis: licet illud rationes ſuę non probant. Nã & prima conceptio uirginis potuit fieri ſine peccato, ſiue cum libidine, ſiue ſine libidine poſſunt enim maritales amplexus fieri cum merito, & ſic ſine peccato. Veruntamen etiam ſi cum merito fiant: ſemen tamẽ (niſi præſeruetur ſpeciali priuilegio) infectũ eſt morbida qualitate, a qua ante animationẽ purgari potuit,

Virgo Maria magis indiguit redẽptore, ut ꝑſeruaretur a pctõ, quã cæteri, ut a peccato mundarent.

quæ eſt ſecunda cóceptio, in qua cõtrahitur originale: nõ in prima, & in animatione nullo modo eſt libido. Et ideo ſtant illa ſimul, ꝙ poſt conceptionem primam in utero ſanctificata ſit in ſecũda cóceptione: & ꝙ non cõtraxerit originale prohibente gratia animę cõcreata. Etiam ſi in ſecunda conceptione fomes manſiſſet in carne: non minus poterat gratia eſſe in anima, facereq́; cóceptionem ſecundã ſanctam, ſicut eius natiuitatem: ſicut nũc in baptiſmate: & ſic adhuc ab originali præſeruari. Licuit autem ſic beato Ber. opinari: quia nõdũ oppoſitum determinatum: nec feſtum conceptionis fuit generaliter inſtitutũ. ¶ Ad ultimum de gloſ. c. pronuntiandũ, dico, ꝙ gloſſator dixit, quod non probauit: & ideo dictum ſuum eadem facilitate contemnendum eſt, qua acceptandum. Nec mirum: quia limites ſuæ facultatis exceſſit. non enim eſt iuriſtarũ de originali peccato diſputare: ſed theologorum. ¶ Ad rationes. Ad primam dicitur: etſi fuit eadem cauſa originalis in uirgine, quæ in alijs, ratione naturalis propagationis: tamen hic fuit impedita: non ſic in alijs: & quo hoc dictum eſt per gratiam animæ cõcreatam. ¶ Ad ſecundum negetur conſequentia, immo eſt, ad oppoſitum: quia enim non contradixit, ideo maximè redẽptore indiguit: & nobiliori modo mors chriſti prę uiſa in ipſa redemptionem operata eſt, q̃ in quocunq; alio homine. Sicut qui ſe non põt releuare a præcipitio, nõ minus indiget prę ſeruatore, ne cadat, quã eadem erectore, ut a lapſu reſurgat: uterq; redẽptus eſt a morte: ſed magis ille, qui ſuſtinet, ne cadat, q̃ qui inflicto uulnere ſanat. Nec ſequitur: ꝙ ſi fuiſſet defuncta ante mortẽ chriſti, intraſſet regnũ cęlorum. Sicut nec Ioãnes in utero ſanctificatus moriens ante paſſionẽ chriſti intrauit in regnũ cęlorũ, redemptionis prætio nõdũ ſoluto. ſicut nec patres in limbo poterant intrare regnũ, licet ab omni pctõ ſufficienter fuerint purgati, priuſquã per chriſtum ſatisfactio exhiberetur. Statuit .n. pater nullũ filiorum præuaricatoris Adã admittere ad regnũ:

Licet uirgo ab originali ſit prę ſeruata nõ tñ a pœnis cõſequẽtibus, & quare.

licet in gratiã receptum: niſi prętiũ fuerit in effectu ſolutũ: uoluit tñ in gratiã ſuã, & amicitiã aſſumere propter ſatiſfactionẽ ipſam præuiſam etiã nondũ exhibitã. Acceptauit ergo ſatiſfactionẽ filij, ut prę uiſam ad peccati remiſſionẽ tñ: ſed ut exhibitam ad remiſſionem peccati, & apertionem regni. ¶ Ad tertiã rationẽ dicitur, ꝙ pęne illę fuerunt inflictę toti poſteritati Adę propter pctũm, quod neceſſario oẽs cócupiſcentialiter geniti cõtraxerũt, uel cõtraxiſſent: quã tũ eſt ex modo ꝓpagationis: & ſicut nõ deus tollit originale in baptiſmo, & nõ pęnas conſequẽtes: ita põt & preſeruare aliquem, ut auferantur pęne inutiles: & relinquatur in pęnis ſibi utilibus. Culpa autem originalis non fuit utilis beatę uirgini. Pœnę temporales fuerũt ei utiles: quia eas ex charitate ſuſtinendo meruit augmentum gratię, & gloriæ: & ita conceditur, ꝙ uirgo habuit pœnas peccatũ originale, quod infuit, uel infuiſſet (niſi prę ſeruata fuiſſet) conſequẽtes. Conceditur etiã, ꝙ illas nõ uoluntariè aſſũpſit ſaltem omnes: ſed uoluntariè ſuſtinuit: puta mortalitatem, & paſſibilitatem &c. Conceditur etiam, ꝙ deus illas inflixit, non ad puniendum pro peccato, quod dei gratia non contraxit: ſed ad occaſionem maioris meriti præſtandam. Non enim ſemper infligit pœnam propter peccatum commiſſum: ſed quandoq; etiam propter dei gloriã, aut hominis meritũ cumulandũ. Quãdoq; etiã propter eius, q punitur, aut aliorũ inſtructionẽ: quis forte tunc impropriè dicit pœna, cũ non precęſſit culpa. ¶ Ad quartã dicitur: ꝙ nõ contrahęre originalẽ non eſt priuilegium proprium hominis chriſti. Innocentia .n. quæ excludit originale, & actuale: communicata eſt angelis, & primis parentibus, & ſicut naſci ſine originali non ſolum conuenit chriſto: ſed etiam per gratiam communicatum eſt quibuſdã ſanctis: ſic concipi ſine originali non eſt ꝓprium chriſto: quia communicatum eſt uirgini Mariæ: ſed concipi ſine originali ex modo propagationis: & ita naturaliter ſine ex ſe carere non ꝑ gratiã

Multiplici ex cã deus infligit alicui pœnam.

preſeruari ſine qua contraheretur: hoc eſt proprium chriſto: & illud nulli communicatur: & in hoc chriſtus excellit omnem propagatum hominem: & ita ſicut habuit ſingularem natiuitatem: habuit ſingularem conceptionem: ſolus natus eſt de uirgine: ſolus conceptus de ſpirituſancto ſine ſemine. Et tantum de ij. art. ¶ Quantum ad tertiū articulum dubitatur. Vtrum uirgo Maria fuerit immunis ab omni actuali: ſicut immunis eſt ab originali. Ad hoc dubium concorditer quoad primam eius partem, ab omnibus reſpondetur, ꝙ beata uirgo ab omni peccato actuali tam mortali, quàm uenali fuit immunis: quod probatur aucto. ſcrip. Can. iij. Tota pulchra es amica mea, & macu. &c. non eſſet autem tota pulchra: ſi quęcunq; peccati macula fuiſſet in ea. Patet idem per aucto. adductas ad probādum, ꝙ non eſt concepta in originali. Aug. & Anſel. quæ etiam locum habent de actuali. Item per aucto. Bern. benè dicentis. Decuit reginam uirginū abſq; omni peccato ducere uitā, & in ſermo. ij. de aſſump. Omnino pium eſt credere, ꝙ proprium Maria delictum non habuit. Item in ſermone cuius initium eſt. Signum magnum. idem ait. Eius omnia tā excellenter irradiata noſcuntur, ut nihil in ea non dico tenebroſum: ſed nec obſcurum ſaltem, uel minus lucidū: ſed nec tepidum quiddam, aut non feruentiſsimum liceat ſuſpicari. Ad idem eſt determinatio concilij Baſili. ſup. allegati G. dicentis eam nunquam originali, nec actuali ſubiacuiſſe. ¶ Poteſt idē oſtendi quibuſdam congruentijs. Nam quos deus ad aliquid eligit, ita pręparat, & diſponit: ut ad id, ad quod eligūtur, inueniantur idonei. ſecundum illud ij. Cor. iij. Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Beata uirgo fuit electa diuinitus, ut eſſet mater dei: ideo ad hoc deus eā idoneam reddidit. Hinc angelus ad eam. Inueniſti enim gratiā apud dominum. Non autem fuiſſet idonea mater dei, ſi peccaſſet aliquando. Tum quia honor parentum redundat in prolem. Prouerb. xvij. Gloria filiorum patres eorum, ſic per oppoſitum: ignominia matris ad filium redundaſſet: & quoniam ſapientia patris in ipſa habitauit: non tantum in animo, ſed etiam in utero. In maleuolam autem animam nō introibit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sapien. j. ſequitur eam mente, & corpore fuiſſe puriſsimā, & ab omni peccato alienā. Itē ii. Cor. vi. Quæ conuentio chriſti ad Belial: ſed maxima conuentio chriſti ad Mariam, quā elegit in ueram matrē, & ſingulariſsimam ſponſam: ideo nihil in ea eſſe potuit operis Belial, quod eſt peccatum. Sed oportebat, ꝙ eſſet immaculata mente, ſicut intemerata carne, quę eſt aduocata peccatorum: corona iuſtorum: trinitatis triclinium: filij ſingulare reclinatorium. ¶ Huiuſmodi autem immunitas peccati ex tribus cauſabatur: ſcilicet ex ligatione fomitis, qui ad malum non incitabat: ex inclinatione gratiæ, quæ in bonum ordinabat: & diuinę prouidentiæ, quę eam intactam ab omni peccato cuſtodiuit: ſicut & in primo ſtatu hominem ab omni nociuo protexit. ¶ Sed dicit beatus Augu. in de quæſtionibus ueteris, & noui teſtamenti. Maria, per quam geſtum eſt myſterium incarnationis ſaluatoris, in morte domini dubitauit, non tamen in dubitatione permanſit. Dubitatio autem in his, quæ fidei ſunt, non eſt ſine peccato. Reſpondet Alex. ꝙ nunquam uirgo Maria in paſsione filij dubitauit: immo diſcipulis non credentibus in paſsione ſola in fide ſtetit. Intelligenda ergo eſt hæc dubitatio pietatis naturalis, non hæſitatio infidelitatis. Vel poteſt dici; ꝙ fuit dubitatio admirationis, quæ habet quandoq; ortum ex conſideratione rei ſtupendę. Mouebatur enim beata uirgo ſtupore admirationis, cum uideret filium ſuum, quē firmiter credebat deum, taliter patientem, cui admirationi ſolet ſociari quādoq; dubitationis motus: ut cogitare quis poſsit. Eſt ne iſte filius meus, quem ſic patiuideo. Et tantum de iſta quæſtione.

Marginalia: Arti. 3. Dubiū unicū. K — Maria uirgo fuit immunis ab omni actuali, & unde cauſat illa immunitas. — Maria in paſſione Chriſti non dubitauit, ſed admiratione ſtupēda habuit.

QVAESTIO. II.

A QVAERITVR ſecūdò circa eandem diſtin. Vtrum ſicut peccati fomes fuit uirgini ablatus : ita nec Chriſtus in lūbis Abrahæ ē decimatus. ¶ Iuxta duas materias tituli ponentur duo articuli: quibus additur tertius dubiorū reſolutiuus.

Arti. 1. Not. 1. ¶ Quantum ad primum, remorādum ex dictis ſup. di.xxx.li.ij. quid fomes unde cauſatur, an ſit intenſibilis, & remiſſibilis &c. ſecundum uarias opi. de peccato originali: ſequendo tamen opi. Anſel. in de conceptu uirginali: fomes tantū ponitur in carne, & nō in anima. Vnde ſecundum Ockam. q.ij. tertij. & iij. quodli. x. eſt qualitas corporalis inclinans appetitum ſenſitiuum delectabiliter, uel triſtabiliter ad actum interiorem, quàm ſit ſecundum rectam rationem eliciendus. Non eſt ergo fomes appetitus ſenſitiuus: quia ille eſt in beatis, fuit & in primis parentibus ante peccatum, in quibus non fuit fomes. Inflictus eſt autem a deo primis parentibus propter peccatū, & per eos traductus eſt in poſteros.

Duplex uirginis ſanctificatio. ¶ Secundò notandū: q̄ duplex ponitur uirginis ſanctificatio. Prima in cōceptione paſsiua, dum anima per gratiā ſibi concreatā infuſa eſt in corpus, in utero ſuę matris, quā gratia prǽſeruata eſt ab originali peccato: & ita ſāctificata a peccato: non quod infuit, ſed in fuiſſet: niſi per gratiam præſeruata fuiſſet. ¶ Alia eſt eius ſanctificatio in conceptione actiua, qua de ſpirituſancto concepit ſaluatorem. De quo ait Gabriel. Spirituſſanctus ſuperueniet in te: & uirtus altiſsimi obumbrabit tibi. Tunc.n. ſanctificata eſt a ſpirituſancto hoc ſecūdo modo: ſed tamen non a peccato originali, aut actuali, quorum nullū infuit: ſed ſanctificata per gratiæ inexiſtentis augmentationem: ac plenitudinis perfectionem, qua diſponebatur, ut eſſet idonea mater tanti filij.

Not. 2. B ¶ Tertiò notandū ſecundum eundem ubi ſup. in qodli. iij. q.x. & q.ij. tertij. ſuppoſitis his, quę habita ſunt diſt. xxx. q.ij. huius collec. q̄ fomitē auferri poteſt intelligi tripliciter.

Fomitē auferri tripliciter intelligitur. Vno modo, ita q̄ qualitas illa omnino non ſit in carne, & per conſequens nullum penitus habeat actū inclinandi: hoc mōablatus eſt a beatis. De quibus Apoc. vij. Neq; eſurient, neq; ſitient amplius: neq; cadet ſup illos ſol, neq; ullus eſtus. Secundo modo ſic, q̄ qualitas ipſa, quę fomes dicitur quantum ad eſſentiā ſuā maneat in parte ſenſitiua : non tamen poſsit inclinare uoluntatem contra iudicium rationis ad aliquem actū: & propter hoc habitū aliquem in uoluntate impedientem huiuſmodi inclinationē. & hoc poteſt dupliciter fieri: uel ſimpliciter impedientem: ita q̄ non poteſt inclinare ad actum rationi diſformē : nec uenialiter, nec mortaliter, aut mortaliter tantū. Tertio modo intelligitur auferri: ſic q̄ non poſſet inclinare ad actū ſine omni inobedientia, & rebellione ad rationem, & uoluntatem: ita q̄ nec ad famē, nec ad ſitim, nec ad ſōnum. & ſic de alijs.

Cōcl. unica. Qūo ablatus ē a uirgine. ¶ Quo præmiſſo eſt concluſio ad hunc articulū. ¶ Fomes ita in beata uirgine penitus ablatus ē, & extinctus: uel per gratiæ plenitudinem ſic debilitatus; q̄ uirginem neq; ad peccatū potuit inclinare : nec a utrutum profectu quomodolibet impedire. Probatur per beatum Bern. in auctoritate pręcedēti. q. allegata : qua dicit. Eius omnia tam excellenter irradicata noſcuntur, quo ad gratię plenitudinem : ut non liceat ſuſpicari aliquid in ea. Non dico tenebroſū quoad mortalia: ſed nec obſcurū ſaltem, quoad uenialia: uel minus lucidum, quoad motus primos uoluntatem pręuenientes: ſed nec tepidum quidem quoad uirtutum, & meritorum, progreſſum: aut non feruentiſsimū, quoad perfectionem gratię, & bonorum. Quod autem illorum factum ſit. ſ. an fomes penitus ſecundum eſſentiam fuerit extinctus, & ablatus. An manens per gratię excellentiam ſit debilitatus: ut nec ad malum inſtigare, nec ad bonū tardare poſſet. Etiam quando ſic debilitatus ſit: an in prima ſanctificatione eius, uel in ſecūda, qm̄ uarij ſunt modi dicēdi doctorū: & nihil pōt euidenter probari : ille nouit, qui eā elegit, & ſancto ſpū impleuit.

Sufficit nobis, ꝙ nũquam peccauit, aut
a meritorum profectu impedita fuit.
Arti. 2. ¶ Quantum ad ſecundum articulum de
C decimatione. Notandum, ꝙ magiſter
uolens oſtẽdere: ꝙ licet caro Chriſti in
patribus, a quibus deſcẽdit peccato fuit
obnoxia: nõ tamen unquam in Chriſto
maculata fuit originali culpa: & ideo li-
Chriſtus fuit in Adam, ſed non peccauit in Adam. cet cęteri homines in Adã peccauerũt,
nõ autem Chriſtus. Fuit quidem Chri-
ſtus in Adam ſecundum corpulentã ſi-
ue materialem ſubſtantiã ſicut effectus
in cauſa: quia corpus, ſeu caro Chriſti
ſũpta eſt de carne uirginis, quę deſcẽdit
ab Adã per legẽ propagationis, qua ge-
nitum materialem ſubſtãtiã accipit a ge
nerantibus. non autem peccauit Chri-
ſtus in Adam, nec in patribus: quia caro
Chriſti mundata fuit priuſquam anima
ta, aut uerbo unita. Cuius ſimile addu-
cit magiſter: quia Chriſtus fuit in lum-
bis Abrae ſicut Leui, ſecundũ materialẽ
ſubſtantiã: qñ Abraã decimas dedit Mel
chiſedech ſacerdoti ſibi benedicenti: ut
habetur Gen. xiiij. & Heb. vij. nõ tamẽ
decimatus eſt ſicut Leui: ut uult Aug.
x. ſuper Gen. ad literã. Et utriuſq;. ſ. cur
Chriſtus, qui in lũbis Adæ, & Abrę ſe-
cundũ corpulentam ſubſtantiã, in qui-
bus fuit & Leui, non peccauit in Adã,
nec decimatus eſt in Abraã, ſed Leui: &
peccauit in uno, & decimatus ẽ in alio.
Rationem inquirit: & ob hoc illa deci-
Not. 2. mationis materiam introduxit. ¶ Secun
Olim oblationes, ſacrificia, decimæ ſunt inſtituta contra originale peccatũ, ut nunc baptiſmus. dõ notãdũ: ꝙ circũciſio, & nunc baptiſ
mus in remediũ cõtra originale instituti
ſunt: ſic ante circũciſionẽ quãtũ ad om
nes & ſub lege quantũ ad exteras natio
nes, & mulieres, remedium pręſtiterunt
oblatio, ſacrificium, & decimæ: ut dedu
cit magiſter diſt. xxiiij. inquantũ fuerũt
proteſtationes fidei mediatori baptiſ-
mi. Vnde ut dicit ſanctus Bona. diſ. præ-
ſenti. Decimatio actus fuit moralis, ſa-
cramentalis, & figuralis. Moralis, inquã
tũ eſt alicuius partis donatio ad ſuſtẽta
tionem eorũ, qui diuino ſunt cultui de
putati. Morale enim, & iuſtum eſt: ut de
altario uiuat, qui altari deſeruit. j. Cor.
ix. Sacramentalis, inquantum eſt dona
tio alicuius partis ad dei honorem in
fide mediatoris ob curationem morbi
originalis. Figuralis, inquantum dona-
tio decimæ partis facta ſummo ſacerdo A
ti ſignificabat curationem uniuerſalem
fiendam per futurum ſummum ſacerdo
tem Chriſtum. Decem enim, uniuerſali
tatem importat: pro quanto omnes nu
meri poſteriores ex ipſo in ratione nu-
meri componuntur. Primis duobus mo
dis fuit actus perſonalis, decimantis per
ſonam dumtaxat reſpiciens. Tertio ue-
ro modo eſt actus generalis reſpiciens
omnes curandos generaliter: & ideo in
decimatione Abrae, ut fuit actus mora
lis, & ſacramentalis: non fuit decimati
exiſtentes in lũbis eius. i. filij ſui futuri.
quia illa decimatio, ut ſic tantum pro-
fuit perſonę Abrae: abſoluit a debito de
cimandi, aut ſacrificandi poſteros ſuos.
Sed quatenus fuit actus figuralis, ſignifi Qui sũt decimati in lũbis Abrae.
cabat figuram generalem curationem
omnium morboſorum, pręſentium, & fu
turorum ab Abraã deſcẽdentiũ per ſum
mum ſacerdotẽ Chriſtum. Et ideo ut ſic
non figurabat tantũ curationẽ Abrae:
ſed omnium futurorum ab eo deſcendẽ
tium: & per hoc omnes in lũbis Abrae
exiſtentes ſecundũ materialẽ ſubſtantiã
decimati ſunt, qui curatione indigue-
rũt, decimati hac decimatione Abrae ſi
gnificati, ſeu figurati. ¶ Iſtis pręmiſſis eſt Cõcl. 1.
concluſio prima: Materialis Chriſti ſub D
ſtãtia fuit in lumbis Abrae tanquam ef-
fectus in ſua cauſa. Patet: quia Abraam
fuit cauſa mediata Chriſti: ergo Chri-
ſtus fuit in eo tanquam in ſua cauſa. Cõ
ſequentia nota. Antecedens patet: quia
Chriſtus deſcendit ab Abraam median
te uirgine: & illa mediantibus ſuis pro-
genitoribus, ut habetur Mat. j. & Luc.
iij. Abraã autem omniũ a ſe deſcenden
tium fuit cauſa mediata, uel immediata.
¶ Concluſio ſecunda. Non eiſdem, ſed Cõcl. 2.
diſſimilibus modis Chriſtus, & Leui fue
re in Abrae lũbis. Patet: quia Abraã nõ
eodem mõ fuit cauſa mediata utriuſq;.
Nã Leui fuit cã ſecundũ legẽ cõis ꝓpa-
gationis, libidinoſæ ſexus utriuſq; com
mixtionis. Chriſti autem non ſic: ſed
eius fuit cauſa per uirginem, a qua na-
turam corporalem accepit ſine ſemi-

ne miraculoſa ſpiritus ſācti operatione.
Cōcl. 3. ¶ Tertia concluſio. Mediator dei, & ho
Chriſt⁹ minū chriſtus Ieſus non eſt in lumbis
in lūbis Abrahæ decimatus. Probatur cōcluſio:
Abrahæ quia ille dūtaxat eſt in lumbis Abrahæ de
nō fuit cimatus, cuius uulneris (propagationē
decima ex lumbis Abrahā contracti) curatio per
tus. decimationem Abrahæ eſt figurata: ſed
chriſtus, etſi in lumbis Abrahæ fuit, non
tamen per eius deſcenſum uulnus acce
pit: nec curatione indiguit. Ergo eius
curatio, quæ non fuit, figurari non po-
tuit: & per conſequens decimatus non
fuit. Cōſequentia nota, & pmiſſæ patēt
ſatis ex notabilibus præmiſsis. Et tātum
Arti. 3. de arti. ij. ¶ Quantum ad tertium articu
Dub. 1. lū dubitatur primō. Vtrum in ſanctifica
E tione uirginis ita ablata ſit peccādi po
An uir- tentia, ut facta ſit impeccabilis. Reſpon
go btā detur, ꝙ eſt cōis doctorū ſententia: ꝙ uir
fuit im- go poſt eius ſanctificationem non ſolū
peccabi non peccauit: ſed nec peccare potuit:
lis. maximè, poſt ſecundam ſanctificationē,
quam in cōceptione filij eſt ſortita. Mo
dum uero impeccabilitatis reducere ui
dentur ad ablationem, ſeu extinctionē
fomitis. Vnde beatus Tho. diſt. præſenti
q. ii. ar. j. & iii. poſt recitationes opinio-
nū aliorū, dicit: ꝙ fomes in uirgine poſt
primam ſanctificationem manſit in uir-
gine quantum ad eſſentiā: ſed ita impe-
ditus per gratiā ſanctificantē, ne in pec
catū inclinaret: nec a bono retraheret.
Contingit enim aliquando habitum li-
gari, ne in actum exire poſsit: ſicut per
ebrietatē ſcientia: ut dicitur iii. Ethi. In
ſecūda uero ſāctificatione, eſſentialiter
fomes ſubtractus eſt: & ita in ſecūda ſan
ctificatione, & emēdatio, & cōfirmatio
in bono cōſummata eſt ſecūdū pfectio
nē uiæ: ſed in aſſumptione eius glorioſa
cōſummata eſt ſecūdū perfectionem pa
triæ. Quod ſic patet. In prima ſanctifi
catione inclinatio fomitis ablata fuit
remanente eius eſſentia. In ſecunda
uero extinctus fuit fomes ipſe per eſ-
ſentiam: remanentibus adhuc pœnalita
tibus ex peccato cauſatis, a quibus ple-
nè liberata fuit per aſſumptionis glo-
riam. Sic in prima ſanctificatione col
lata eſt gratia ad bonum efficienter li-
berū arbitriū inclinās: quāuis non eſſet
ſufficiens ad tollēdū flexibilitatē liberi
arbitrij in malū, quā etiā hō in primo
ſtatu habuit. In ſecūda ſanctificatione,
gratia ſuperaddita fuit, quæ ita potētiā
liberi arbitrij impleret: ut in contra-
rium flecti non poſſet. non quidem
tollendo naturam liberi arbitrij: ſed
defectū. Sed in tertia exaltatione eius
per gratiam perfectam in gloriā tranſ-
euntem fini coniuncta eſt: ex quo per-
fecta immobilitas cauſatur. hæc Tho.
Satis concordat ſanctus Bonauēt. diſt.
præſenti. Vnde tales ponit ſanctifica-
tionis gradus. In prima ſanctificatio-
ne per gratiam fomitem reprimentem,
data eſt ei poteſtas omne mortale ui-
tandi, data etiam eſt ei poteſtas uitandi
frequentiam uenialium, data nihilomi-
nus facultas omne peccatum uniuerſa-
liter uitandi: nō tantum particulariter.
Et in his tribus patent tres gradus ſan-
ctificationum: ſcilicet Ioānis Baptiſtæ,
Hieremiæ, & Mariæ. nam prima con-
ditio conuenit Hieremię: ſecunda Ioan
ni baptiſtæ. Similiter hoc triplex ge-
nus ſanctificationis conuenit uirgini
Mariæ, quæ plus acceſsit ad filij purita
tem per uiæ meritum. Sed cum ſanctum
ſanctorum geſtauit in utero ſuo: tunc
ſanctificata fuit conformiter ſuo filio:
ut etiam impoſsibilis eſſet ad peccandū,
ut ſicut impoſsibile fuit, ꝙ carnis eius in
tegritas uiolaretur: ſic impoſsibile eſſet,
ut mentis eius ſanctitas aliqua macula
tangeretur. Ad cuius teſtimonium ua-
let, quod quidam Iudęi aſſerunt: hoc mi
rum fuiſſe in uirgine: ꝙ cū eſſet pul- Pulchrit
cherrima mulierum: nunquam tamen a đ uirgi
uiro fuerat concupita. ¶ Concordat ne Ma-
etiam Alexan. parte iij. quęſt. ix. quem ria.
pręfati ſancti doctores imitantur: nam
ponēs quinq; ſtatus liberi arbitrij, quo
rum quintus eſt cum neceſsitate ad non
peccandum: qui fuit in beata uirgine
per gratiam ſanctificationis ultimę, quę
fuit per plenitudinem gratiæ: potentiā
liberi arbitrij neceſsitātis ad nō peccā-
dū: & poſt illam ſanctificationem non
habuit potentiam ad peccandum. Sub-
dit etiam, ꝙ nō poſſe peccare non ſolū

pertinet ad ſtatum gloriæ: ſed etiam ad ſtatũ perfectæ gratiæ, ſicut eſt in ſancto hoie perſeuerante in bono, qui non habet potentiã peccandi in ultimo inſtanti. tamen nondũ eſt in ſtatu gloriæ: ſed eſt in ſtatu plenæ gratiæ: quia perſeuerãtia finalis eſt ſtatus plenæ gratiæ. hęc Alex.

F Sed licet fomes penitus extinctus ſit in uirgine in prima, uel ſecunda ſanctificatione: non tamen uidetur ex hoc argui poſſe impeccabilitas in uirgine: quia adhuc manet uertibilitas lib. arb. Sicut enim in ſtatu innocentiæ protoplaſtus Adam nõ habuit fomitem: & tamen per arbitrij libertatẽ peccauit. Sic etiam plenitudo gratiæ nõ uidetur ſufficere ad impeccabilitatem: quia quantumcunq; gratia fuerit intenſa: poteſt quidem fortiter ad non peccandum potẽtiã inclinare: non tamen neceſsitare. Nã habitus non neceſsitat potentiam: quia non habitus potentia, ſed potentia utitur habitu.

Vtrum uirgo Maria fuit impeccabilis tam quoad pctũ cõmiſsionis, quã omiſsionis.

Ideo poteſt dici de confirmatione uirginis aliquo modo ſicut dictum eſt in ij. diſt. vij. de confirmatione angelorum: ꝙ cõfirmata eſt in bono, ſic ꝙ nõ potuit peccare peccato cõmiſsionis: quia deus diſpoſuit non cõcurrere ad quemcunq; actũ inordinatũ: deo ergo non concurrente, nullus talis committi poterat. Sed de peccato commiſsionis eſt maior difficultas: quia non uidetur ſtare cum lib. ar. cõtradictoriè: quin potuit ab omni actu bono, & meritorio ceſſare, & non elicere. etiã tunc cũ tenebatur elicere. Nã quocũq; obiecto uoluntati eius præſentato: libera fuit contradictoriè ad eliciendũ circa illud actũ, uel nõ eliciendũ. Alioquin ſi nõ potuiſſet non elicere actũ bonum, eliciendo non meruiſſet: quia nõ habuiſſet actum illum in ſua poteſtate: quod tñ requiritur ad meritũ: potuit ergo non elicere, cũ debuit: & ita potuit peccare. ¶ Ad hanc replicã diuerſas tangit Ockam reſpõſiones q. ij. & iij. Vna, ꝙ potuit ceſſare ab omni actu meritorio: etiam quãdo tenebatur eum elicere; quia omnis actus uoluntatis elicitus eſt in ſua poteſtate. Sed ſi aliquando ceſſare uoluiſſet: deus ſtatim cõcurriſſet, ut cauſa totalis ad cauſandum illum actũ: nec ipſa peccaret peccato omiſsionis. Verum per illũ actũ totaliter a deo cauſatum uirgo non meruiſſet: quia talis actus non fuiſſet eius effectiuè: quod tamen requiritur ad actũ meritoriũ: caruiſſet tamen peccatũ omiſsionis: quia habuiſſet in ſe actum debitum reſpectu obiecti præſentati; licet non a ſe elicitũ. Vt ſi quis pro certo tempore tenetur uidere obiectum aliquod: & deus cauſaret in eo uiſionem illius obiecti, tanquã cauſa totalis, per quã ille uideret obiectum: nõ peccaret peccato omiſsionis. Sed diceres: ponamus, ꝙ pro certo tempore teneatur elicere actũ meritoriũ, & eum uoluntariè conſeruare, & cõſeruetur: iã peccat, ſi non elicit, aut elicitũ non conſeruat: licet talis actus immediatè, & totaliter cauſetur a deo: quia omittit, ad quod tenetur. Poſſet hic dici, ꝙ deus ſic ordinauit, ꝙ nõ eſſet obligata ad aliquem actum meritorium eliciendum ſimpliciter: ſed per actum talem tendendum in obiectũ, ſiue a ſe elicitum: ſiue in ea a deo creatum: & ideo ſi non eliceret, deus illũ actũ in uoluntate eius crearet, per quẽ inexiſtentẽ non poſſet non tendere in obiectũ, licet ſic tendẽdo non mereretur: & ſi hoc uerũ eſt ſoluta eſt difficultas. ¶ Si diceres: tũc beata uirgo per totam uitã ſuã non mereretur, ſicut non demereretur. Reſpondetur: negando illã conſequentiã: quia potuit elicere actum bonum, & propter finem debitum, & illo mereretur: licet non mereretur, ſi talem actum bonum deus in ea tanquã totalis cauſa cauſaret. Omittendo autem actũ meritoriũ, nõ demereretur: dũ tamẽ haberet in ſe actum bonũ, quo tenderet in finem: licet a ſolo deo creatũ: & ita uidetur planior reſponſio: licet aliæ poſſent inueniri.

G ¶ Si quæris: eſt ne differentia aliqua inter confirmationem uirginis in uia; & confirmationem beatorum in patria.

Quæ differẽtia inter conſeruationẽ uirginis in uia, &

Reſpondetur, ꝙ ſic nã beati in hoc cõfirmati ſunt: quia habẽt in ſe actũ beatificũ perpetuè a deo creatum, & conſeruatũ, quod tactum eſt in ij. diſt. vij. qui repugnat omni peccato cõmiſsionis, &

beatorũ i patria. omiſsionis, a quo bti nunq̃ ceſſare poſ ſunt: deo illũ actũ in eis cõſeruante: & p hoc nõ poſſunt peccare: ſed in nullo uia tore eſt talis actus: nec alius qcũq; ppe tuus: qa nullus uiator, nec etiã beata uir go fuit ſemp in actu diuinæ cõtẽplatio nis: ut dicit Hugo in li. de triplici holo cauſto. Non .n. ſemp fuit in actuali uſu rationis, tẽpore ſomni. Sed confirmatio uiæ in hoc conſiſtit: ut dictum eſt: quia deus concurrit ſecum ad opera merito ria, quę liberè uult elicere, & nunquã ad opera mala, & ſupplet negligentiam: ſi omitteret opera bona debita. & ſic bea tiſsima uirgo Maria confirmata fuit in uia: ita ꝙ mereri potuit: & nullo modo peccare aſsiſtẽte modis prędictis gratia diuina. i. gratuita dei uoluntate eã pec care non permittente. ¶ Dubitatur ſe

Dub. 2. H Quõ na tura hu mana in Chriſto non cõ traxit origina le. cũdò: quomodo, aut quare chriſtus, ſeu natura humana in chriſto non contra xit originale. Reſpondetur breuiter ſe cundũ Sco. diſt. præſenti q. ii. Ideo quia non fuit filius naturalis Adæ: & ideo nõ erat debitor iuſtitiæ originalis. Accepe runt enim illi ſoli iuſtitiam originalem in Adam, qui ab eo erant deſcenſuri ſe cundum rationem ſeminalem: hoc eſt reſpectu quorum Adam habuit rationẽ patris naturalis ſecundum naturalẽ pro pagationem; unde ſi Chriſtus fuiſſet pu rus homo, & nõ deus: miraculoſè tamen natus de uirgine, nunquam contraxiſ ſet originale. Iſta eſt ſentẽtia beati An ſel. in de conceptu uirginali: ubi uult, ꝙ innocẽtię Chr̃i duplex rõ poſſet poni, ſ. sãctificatio uirginis matris, & miraculo ſa formatio corporis, qđ nõ eſt formatũ lege cõis propagationis. Vtraq; cã ſuf ficit, ut chriſtus innocens natus fuerit.

DISTINCTIO. IIII.

EGIT de conditione naturæ aſſumptæ. In hac diſ. iiij. agit de aſ ſũptionis cã efficiẽte. Cõtinet aũt ſen tẽtia textus i his tri bus concluſionibus. ¶ Prima. Incarnationis opus non ideo attribuitur ſpirituiſancto: ꝙ ipſe eam fe cerit ſine patre, & filio: ſed quia chari tas eſt ſpiritusſanctus, & ineſtabili chari tate operatione totius trinitatis uerbũ factum eſt hõ. ¶ Secunda. Chriſtus Ma riæ uirginis non ſpiritusſancti filius de utriuſq; ſubſtantia tamen natus, catho licè eſt dicendus. ¶ Tertia. Apoſtolus Chriſtum ex ſemine Dauid aſſerens nõ natũ, ſed factũ: per carnẽ de uirginis car ne ex ſemine Dauid genitę poteſtate formatã, mirabiliter, & aſsũptã: innuit eſſe incarnatũ. Has couclusiones magi ſter sãctorũ aucto. roborat, & cõfirmat.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionem quæritur. Vtrũ beata uirgo Maria dei, & hominis chri ſti fuit mater uera. ¶ Præmiſ ſis notabilibus pro articulo primo: ſub iungentur concluſiones pro ſecundo; & mouebuntur dubia pro tertio. ¶ Qua tum ad primum ſupponenda ſunt illa, quæ breuiter dicta ſunt diſ. ij. de inſtan tanea formatione corporis Chriſti: & conſiderandis in ea, quæ omnia faciunt ad intellectum huius quæſtionis. ¶ Secũ dò notandũ, ꝙ ad inueſtigãdũ, an uirgo Maria fuerit uera mater Chriſti ſecũdũ humanitatẽ, noſſe oportet, quid requira tur ad rationem uerę maternitatis natu ralis: & quomodo ſe habeat mater natu ralis reſpectu prolis ex ea generandæ. Vbi duę ſunt opi. philoſophorum. Dicũt quidã, ꝙ mater reſpectu prolis ſe habet tantũ paſsiuè: miniſtrando materiã, & nihil agendo ad formę ſubſtantialis edu ctionẽ. In ſemine autẽ patris tm̃ eſt uis eductiua formę ſubſtantialis prolis. Alle gat ad hoc philoſophũ. xv. animaliũ cõ parãtẽ uirtutẽ in ſemine pr̃is arti: & ma teriã miniſtratã a mr̃e ligno, de quo ar tifex facit ſcãnum. Ait. n. philoſophus. Vir dat aĩam, formã, & principiũ motus: fœmina dat corpus, & materiã: ſicut ac cidit in lacte coagulato: ꝙ corpus erit ex lacte: & coagulatio ex coagulo. & poſt pauca ſubdit. Manifeſtũ è, ꝙ maſ ẽ operãs: & fœmina patiẽs: ſicut erit ſcan

A
Arti. 1.
Not. 1.
Not. 2.
Opi. 1.

num ex carpētario,& ligno.¶ Et in propoſito idē,ꝓbatur ſpecialiter de btā uirgine:qa uirtus finita agit in tpe,& non pōt agere in inſtanti:ſed corpus Chriſti formatū fuit in utero uirginis in inſtanti.ergo &c.¶ Preterea niſi ſic: tunc Chriſtus deſcēdiſſet de Adā ſcdm rōnē ſeminalē;qa creatura nō inducit formā ſubſtātialē,niſi per uirtutē ſeminalē: ergo ſi beata uirgo egiſſet ad inductionē formę ſubſtantialis,ſcdm rōnē ſeminalē egiſſet.Cōſequens eſt cōtra Beatum Aug.ſuper Gen.ubi dicit Chriſtū nō deſcendiſſe de parentibus ſecundum rōnē ſeminalē.

Opinio contraria.

¶ Sed illa opinio doc.non placet:licet adhuc diuerſimodē loquūtur, quam actionem habeat mater reſpectu

B prolis:tamen quantum hic ſufficit: tenet hic ſanctus Bona.Scotus,& Ockā. q.iij.& Oyta.q.j.ar.j: ꝙ mater aliquando ſe habet actiuē reſpectu prolis generandæ,ſicut cauſa actiua partialis cum patre, quę cum matre integrant unam cauſam totalem.Tum quia formas eiuſdem ſpeciei ſequuntur potentię naturales eiuſdem rationis. Mas,& fœmina ſūt eiuſdem ſpeciei.x. Metaphy. Item in generatione uniuoca forma ſubſtantialis inducens formam:& forma inducta ſūt eiuſdem rationis.Cum ergo in generatione prolis,non ſit alia forma ſubſtantialis cum forma inducta niſi forma matris:quia in inductione formę ſubſtantialis prolis,pater nullam habet actionē cum pro tunc pater poteſt non eſſe:ergo forma matris habet ſe actiuē.¶ Præterea:pater non eſt appropriatus paſſo, immo non plus facit quā unus ignis in tertio igne generato:puta ſi ignis gñāret aliū ignē:& ſecūdus tertiū:ſic pater nō plus facit, niſi ꝙ deſcindit de ſe ſemen:& poſtea ſemen eſt cauſa actiua.Et ideo uidetur,ꝙ mater quantum ad inductionem formę prolis,habeat ſe actiuē, ut ſit gñatio uniuoca.¶ Præterea: potētia uegetatiua eſt potentia actiua.ij. de anima. ergo cum opus prolificandi ſit potentiæ uegetatiuæ,ſequitur,ꝙ potentia uegetatiua in uirgine actiuē ſe habuerit:niſi diceretur, ꝙ in nutritione, & augmentatione habeat ſe actiuē: nō autem in generatione ſibi ſimilis in muliere.Sed tunc uegetatiua in uiro,& muliere haberent ſe ut actiua,& paſſiua: & ita eſſent omnino alterius rationis. Itē proles quandoq; aſsimilatur matri. Aſsimilatio autem ſit a cauſa actiua,quæ intendit aſsimilare ſibi paſſum: ergo mater habet aliquam actiuitatem reſpectu prolis.¶ Præterea ſi mater non haberet ſe aliter ad prolis formationem, quā ſi ſicut uas,uel locus conueniens generationi prolis,de cuius aliquo,ut de materia generaretur proles. nō plus attribueretur matri, quā terrę in generatione mineræ, ſi de aliquo eius generaretur minera:immo nec plus, quam homini reſpectu generationis uermis, qui in eo generatur ex aliquo humore putrefacto in loco conuenienti generationi ſuæ: & ita nihil deficeret: quin eſſet mater illius uermis: niſi ꝙ non eſſet eiuſdem ſpeciei.Sed hoc non tollit rationē maternitatis,ſi equus dicitur pater muli,& aſina mater.Iſta opinio reſpōdet ad rōnem prioris opinionis.

Sol. rationis. 1

¶ Ad primā dicitur,quæ eſt philo.xv.animaliū,ꝙ philo. uult,ꝙ uirtus ſeminis paterni habet pricipalitatem in agendo reſpectu uirtutis ſeminis materni:non uult ſimpliciter negare actiuitatem:cum ſecundum eum,& omnes philoſophos potentia uegetatiua ſit actiua reſpectu omnium ſuarum operationum. Et etiā in hoc ſimilitudo ad artem,& lignū:quia mater miniſtrat pęnē totam materiā corpori prolis,& nō pater,habet ergo in miniſtrando materiā ſe ſic,ut ars,& mater, ut lignū reſpectu ſcāni ꝓducēdi.

Ad. 2.

¶ Ad ſcdum cūdi:ꝙ uirtus finita nō agit in inſtāti. Dicendū, ꝙ qñq; effectus pōt produci i inſtāti,puta qñ pōt ꝓduci totus ſimul, & ſic uirtus finita agit in inſtāti ſicut in tēpore.Nā & ſcdm philo.uiſio ſit in inſtanti:& ſi lux aliqua in inſtāti produceretur.in eodē inſtāti naturaliter produceret lumē.

Ad. 3.

¶ Ad tertiā de rōne ſeminali patebit infra in dubijs.

Rñſio uera. C

¶ Dicitur ergo ſecundum hanc opinionē,ꝙ in matre ē potentia actiua reſpectu corporis prolis ipſum nutriendo,fouendo,augmentando,a etiam reſpectu formę ſubſtan-

Quòd produ-cere effectum in inſtā-ti nō arguit infinitatē in cauſa

tialis ſpec)uocè naturaliter eductę:ue-
rū reſpectu illius formæ potentia actiua
mr̄is eſt ſubordinata uirtuti actiuę ſemi
nis patris, qua agente, inferior neceſſa-
riò cooperatur: quia eſt cauſa naturalis.
Et dico notanter reſpectu formę natu-
raliter eductæ, propter animam intelle-
ctiuā, reſpectu cuius nulla creatura ha-
bet uim actiuā: quia ſolum a deo infun-
dendo creatur, & creando infunditur:
ut dictū eſt in ſecūdo Sed in generatio
ne hois, uirtus actiua patris, & matris
agit ad organizationē corporis, & pro
ductionē formarum ſubſtantialium pręuiarum animę intellectiuæ: ut corporei
tas ſenſualitati, ſi ponuntur: aut forma-
rum accidentalium, ſi illæ formæ ſubſtā
tiales non ponuntur: ad omnia enim ibi
ꝓducta (ſunt ſubſtantiæ, uel accidentia)
agunt uſq; ad ultimam formam, quę eſt
anima intellectiua. Et ita ad rationem
maternitatis requiritur, & ſufficiūt qua
tuor: ſcilicet miniſtrare materiā corpo
ri prolis. Secundum actiuè concurrere
ad productionem prolis, quantū ad for
mam ultimam eductam de potentia ma
terię. Tertium: prolem productā in ute-
ro conſeruare. Quartum: ipſam prolem
uſq; ad quantitatem certam: & tempus
partus nūtrire, aut augmētare. Iſtud cla
rius habet Heinricus de Oyta. ar. j. q. uni
cè, cum inquit. Vbi eſt uera filiatiua ꝓ-
ductio quatuor requiruntur: materiæ
præparatio, carnis organizatio, & for-
matio, localis conſeruatio, cōceptæ pro
lis nutritio. Hinc cōcludit uirginē glo-
rioſam quo ad Ieſu cōceptionē, & cor-
poralem augmentationem uſque ad na
tiuitatem ex utero ſe habuiſſe actiuè in
materiæ præparatione: locali conſerua
tione: & naturali nutritione. Et licet po
tuit coegiſſe ſpiritui ſancto etiā ad cor-
poris formationem: hoc tamen nō fuit
neceſſe: ſed ſpiritusſanctus potuit ſolus
omnia illa in inſtanti agere. Præterea:
non eſt neceſſe ad ueram productionē
filiatiuam Chriſti, matrem concurre-
re ad corporis formationem actiuè: a-
lia enim ſufficiunt. hæc ille. Tho. de Ar-
gentina, quem pro parte ſequitur Oy-
ta: ponit, ꝙ uirgo glorioſa habuit ſe a-
ctiuè quantum ad primum, tertium, &
quartum: ſed non quo ad ſecūdum. ui-
de ibi diſt. ꝓſenti: ſed rōnes eius ſoluit
Oyta. ❡ Quantum ad ſecundum arti-
culum hęc eſt concluſio prima. Beatiſ-
ſima uirgo Maria fuit uera mater dei,
Chriſti, & uerbi, ſecundum naturam ho
minis aſſumpti Iſta cōcluſio eſt neceſſi
tatis fidei: nā Maria eſt uera mater eius
ꝙ ex ipſa natum eſt, incarnatum, & ex
eius ſubſtantia homo factum. Talis eſt
Chriſtus deus, & uerbum. igitur. Minor
probatur ex ſymbolis. Conſequētia cū
maiore nota eſt. Item. Io. xix. Stetit iux
ta crucē Ieſu mater eius. Item Mat. ij.
Accipe puerum, & matrem eius, & ſimi-
lia multa. Item Dam. Dei genitricē ue-
rè ſanctā uirginē pręedicamus. Sicut. n.
deus uerè ex ipſa genitus eſt: ita ipſa ue
rè dei genitrix dicitur. Deum enim ai-
mus ex ipſa genitum, non ut deitate uer
bi ex ipſa principium accipiente. ſed dei
uerbo ex ipſo incarnato, & genito. Nō
enim hominem mundum genuit ſan-
cta uirgo: ſed deum uerbum: non nudū,
ſed incarnatum. Genuit enim ſuppoſi-
tum. nam ſecundum eundem, generatio
hypoſtaſis eſt: ſed non eſt ibi ſuppoſitū,
niſi uerbum deus, quod eſt Chriſtus: ue-
rum illud genuit non ſecundum natu-
ram diuinam: ſed ſecundum naturam
humanam quę eſt, natura hominis aſſum
pti. Ex hac auctoritate patet concluſio
quantum ad omnes ſui partes. Sed dicit
Dam. ubi ſupra lib. iij. cap. xij. Chriſto-
tocon id eſt genitricem Chriſti, nequa-
quam dico beatam uirginē: ergo nō de
bet dici mater Chriſti. Rn̄det eū Tho.
de Argen. & Oyta ꝙ Dam. loquit̄ con-
tra Neſtoriū hęreticū, qui ſub illo uoca
bulo Chriſtotocon, uoluit negare eam
eſſe matrem dei. Poſuit nāq; Chriſtūpu
rū eſſe hoīem. uñ eā dicit Theoforon. i.
Chriſtū ferentem: nō autē deum. Non
ergo negare uoluit uirginē eſſe matrē
Chriſti, ſed in hoie in quo hęreticus ue
nenum abſcondit, noluit cōicare, prout
clarè in textu cauſam dicti oſtendit: eā
quoq; manifeſtè dei genitricē confite-
tur. Poſſet etiam hæc concluſio probari
quoad eius primam partem, qa ois ratio

Arti. 2. Cōcl. 1 D

Quia uirgo Maria ſit uera mater dei.

maternitatis perfectæ in ea locum habuit, miniſtrauit enim materiam proli: coegit ad corporis formationē: localiter conſeruauit, & nutriuit &c.

Cōcl. 2. E

Ratio maternitatis uerius Mariæ conuenit, quā cuicunquę alij matri.

¶ Secunda concluſio. Mariæ uerius conuenit maternitatis ratio reſpectu filij ſui, quā cuicunq; matri plē ſcdm cōem naturę curſū generanti. Probatur: qa ratio maternitatis conſiſtit in miniſtratione materiæ corporis prolis: & in cooperatione ad formationem corporis, organizationem, & formę inductionem: ac formati corporis nutritionem, & augmentationem: & ꝙ utrunq; miniſtrans, & ꝑductum ſine uiuentia uita ſenſitiua eiuſdem ſpeciei: materiam autē uirgo Maria ſola miniſtrauit. de nulla enim alia materia, quàm de corpore, aut ſanguine uirginis collecta eſt ſubſtantia materialis corporis chriſti, quod in ſola uirgine inuenitur. Nā in cæteris matribus etiam concurrit ſemen patris: quod eſt extrinſecum ſubſtantiæ matris. & ideo corpus Chriſti de ſola matre, & non aliquo ſumpto ex patre formatū eſt. Fuit ergo ex hac parte uerius mater Chriſti quam quæcunq; alia mater ſui filij naturalis. Ipſa etiam quo ad uirtutem actiuam cooperata eſt productioni prolis, plus cęteris matribus: quia in cęteris eſt tantum uirtus naturalis. In uirgine autē fuit uirtus actiua naturalis, & ſupnaturalis. Quia in ea fuerit uirtꝰ naturalis ad generationē prolis ſicut in alijs mulieribus, patet quia non fuit ſterilis: ſed naturaliter fęcunda: quia ex uirili commixtione potuiſſet generare. Fuit enim pfecta in naturalibus ſine aliquo uitio naturæ. Sterilitas autem uitium eſt naturæ. Habuit, & uirtutem ſupernaturalem eam ad diuinæ prolis generationē diſponentem. Nam ſecundum Dam. & allegat magiſter diſtin. iij. huius. Spirituſſanctus dedit ei uirtutē ſuſceptiuā, ſimul & generatiuam: copulat hic uirtuti ſuſceptiuę generatiuam: quia unā ſcilicet ſuſceptiuam dedit ei, non miraculoſe, ſed naturaliter: quia naturaliter fęcunda fuit potens prolē ſuſcipere: ſed generatiuam ſine uirili admixtione dedit ſupernaturaliter, & miraculoſè: quia potentia actiua cauſæ inferioris, cauſa ſuperiore non agente, eſt cauſa remota: ita ꝙ nunquam eſt cauſa propinqua ad effectum, niſi cauſa ſuperiore agente.

In quo cōſiſtit rō maternitati.

Secundum communem autem naturæ ordinem, uis actiua matris inferior eſt, & ſubordinata ui actiuę patris: & a patre confertur potentia propinqua ad generandum. Hęc autem potentia propinqua non eſt collata a patre naturali: ſed immediatè a ſpirituſancto habente uim principalis cauſę agentis. Sic ergo ſpirituſſanctus dedit ei uim generatiuā hoc eſt potentiam propinquam ſecundum illam uim naturalem remotā, qua erat naturaliter fœcunda. Vnde quia in generatione naturali: primò procedit motus localis materiæ corporis generādi prolis ad locum generationi conuenientem: hinc ſequitur figuratio, condenſatio, & organizatio, quæ etiam nō fiunt ſine locali motu. Nō enim fit mutatio talis ſine motu locali: & in ultimo inſtanti illius alterationis, quo corpus illud eſt diſpoſitum ad ſuſcipiendum formam uitalem ſpeciuocam, educitur forma ipſa, ſi nō pręuenitur, puta cum fuerit anima intellectiua. In propoſito omnia illa facta ſunt in inſtanti. Vnde ſubito in eodem inſtanti conſenſus uirginis dicentis. Ecce ancilla &c. ſpirituſſanctus collegit guttulas ſanguinis in corpore uirginis diſperſas ad matricem. In eodē inſtanti condenſauit, figurauit in corpuſculum, organizatum animauit, & uerbo uniuit. ¶ Ad omnes illas operationes præterquam ad animationem animæ intellectiuæ: & unionem uerbi: etiam ſecūdum quoſdam præterquam ad mutationem localem, cooperata eſt uis generatiua uirginis etiam in inſtāti. Quod probatur: quia omnis uis actiua habens uirtutem reſpectu alicuius effectus: & non præuenta ab aliquo cauſante totaliter illum effectum in eodem inſtanti, quo producitur: agere poteſt ad eius productionem: talis uis actiua fuit in Maria, igitur conſequentia nota. Maior probatur: quia ſi non ageret in inſtanti maxime ex eo: quia agit per media, quorum unum ſuccedit alteri propter ordinem

Qūo ſe habuit Maria ad gene

rationē prolis Chriſti. agendi inſtitutum. Sed hoc non impedit, quia ſpiritus ſanctus, qui ordinem agendi inſtituit, liberè inſtituit, & mutare poteſt. Et quæ ſecundum ordinem inſtitutum ſibi ſuccederent: poteſt ſimul inducere: & per hoc poteſt ſibi uis creata cooperari: ſicut enim poſito eer to medio ad certam formam inducendam, ſtatim inducitur forma illa ſine medio temporis: quia poſita cauſa ſufficiente, ponitur effectus etiam per cauſas naturales: ita ſi ſubitò producitur primū medium. i. forma prquia ſit accidentalis, uel ſubſtantialis: ponitur ſecūda, & tertia: hoc eſt ſimul condenſatio, figuratio, organizatio, & formæ ſpeciuocæ inductio. In propoſito autem ſpiritus ſanctus hūc ſucceſsionis ordinem mutauit: & uirgine ſecum agente omnia illa in inſtanti formauit: ex quo enim ſpiritus ſanctus, & uirgo fuerunt agens totale perfectius, quā naturalis pater, & mater nō indiguerunt his medijs ſucceſsiuis. Minor rōnis ꝓbata eſt in rōne opinionis ſecundæ. Ex quo patet, ꝙ per uirtutem ſupernaturalem uirgo Maria perfectius operabatur ad formationem corporis Chriſti, quā alia mater naturalis ad prolem ſuā: quare uerius conuenit Mariæ maternitatis ratio: quàm cuicunq; alteri matri reſpectu prolis ſuę. ¶ Tertia conclusio. Intemerata dei genitrix Maria mater Chriſti eſt naturalis, ſimul & miraculoſa. Probatur: quia potentia generandi in ea fuit naturalis: quia naturaliter fœcunda, qua actuata per ſpiritum ſanctum actiuitatē paterni ſeminis ſupplētē naturaliter cooperata eſt ad corporis formationē. Sicut ſi oculo cæco ſupernaturaliter daretur potentia uidēdi: iā data potentia p illā uideret naturaliter. Ita data uirgini potētia gñandi p ſpūm ſanctū: iā ilico operata eſt naturaliter ad ſupradictas opationes: nōminus, immo pfectius, quā ſi data fuiſſet ſibi ex actuatione p uim ſeminis patris. Ex hac parte dicit̃, & eſt mater naturalis. Eſt & miraculoſa ſecūdū Anſel. inde cōceptu uirginali. c. x j. & hoc quātū ad modū reducēdi potentiā naturalem Marię ad actū: non per cauſam determinatā. ſ. per uim actiuam patris naturalis. Fuit & miraculoſa quantū ad modum producendi, qui erat omnino ſubitus: qualis non eſt proceſſus naturalis in generatione hominis. Fuit quoq; naturalis inquantum miniſtrabat humorem ſufficientem de naturali ſua ſubſtantia ad cōceptū: ſed fuit ſuper naturā inquantū ſola miniſtrabat: quantum alia mater commixta uiro: ut dicit ſanctus Bonau. ¶ Quantum ad tertium articulum. Dubitatur primò circa primā concluſionem. Ex quo concluſio loquitur primò cum ſpecificatione. Maria eſt uera mater dei ſecundum naturam aſſumptā. Vnde cōcedendū ſit ſimpliciter ſine ſpecificatione, Maria eſt mater dei, ſiue Chriſti. Et arguitur, ꝙ nec cōcedendum ſit cum ſpecificatione, nec ſimpliciter. Primum probatur: quia Maria eſt uirgo intacta, & perpetua: ergo nō eſt mater. ultra ergo nec mater Chriſti ſecundū humanitatem. Vltima conſequentia nota. Prima probatur: quia uirginitas, & maternitas opponuntur: ergo nō poſſunt ineſſe eiſdem ſecundum idem. ¶ Item Chriſti ſecundū humanitatem nullus eſt pater: ergo nec mater. Tenet cōſequētia: quia pater, & mater ſunt correlatiua: & poſito uno relatiuorū, ponitur & reliquum: ſunt enim ſimul natura. ¶ Tertiò maria non eſt mater humanitatis Chriſti: igitur nec ē mater Chriſti ſecūdū humanitatē. Tenet cōſequentia: quia propter quod unūquodq; tale & ipſum magis: ergo a contrario ſenſu, ſi id, quod magis ineſſe uidetur, non ineſt: neq; ineſt illud, quod minus. Itē benè ſequitur: albū nō dicitur de dētibus: ergo nec de homine ſecundum dentes. ¶ Secūdū, ꝙ nō eſt ſimpliciter dicēda mr̃ dei, nec Chriſti, probat̃: & ne multiplicētur uerba: me exponēdo, dico: ꝙ idē uolo intelligi: ſiue dicā dei, ſiue Chriſti, ſiue uerbi; ſatis ergo eſt quodcūq; ex illis ponat̃. Primò ſic: filiatio reſpicit hypoſtaſim: ſed in Chriſto eſt tantū; una hypoſtaſis ęterna: ſecūdū quā Chriſtus nō ē a btā uirgine: igit̃ nō eſt filius. eius ꝑ cōſequēs nec ipſa mr̃ eius. Secūdò oēs tres pſonæ ſunt unus deus: ergo ſi eſt mater dei, eſt mater triū perſonarū diuinarū:

Concl. 3. F

Maria fuit mr̃ Chriſti naturalis, & miraculoſa.

Arti. 3. Dub. 1. G

& ita mater patris,& ſpūſſancti. Tertiò
ſic deus non eſt genitus ex Maria tpa-
liter:ergo non eſt mater dei. Cōſequen
tia patet:qa nō eſt mater dei ſecūdū ge
nerationē æternā:ergo ſi nō ſecundum
gñationē tpalē nullo modo erit mater
dei. Antecedēs pbatur:qa nullū ęternū
eſt tēporaliter genitū, deus eſt ęternus,
ergo nō eſt tēporaliter genitus. Item
quartò. Quod generatur temporaliter,
recipit eſſe ſimpliciter poſt non eſſe:
deus non recipit eſſe poſt nō eſſe; igitur.
Conſequentia nota cū minore, qa deus
ſemper eſt, nunquā non eſt: igitur nō re
cipit eſſe poſt nō eſſe. Maior pbatur: qa
in hoc diſtinguitur generatio ab altera
tione. Item quintò. In Chriſto eſt tan-
tum unum eſſe, ꝙ cōſequitur filiatio. ſ.
eſſe ſuppoſitale: & illud nō eſt receptū,
nec genitum ex uirgine: qa fuit ab æ-
terno ex patre: ergo Chriſtus, q eſt ſup
poſitū, nō eſt filius uirginis. Antecedēs
patet: qa filiatio ſolū denominat ſuppo
ſitū ut ſupra, patuit: alioquin in Chriſto
eſſent plures filij ſcdm plura eſſe in eo.
Qđ autē ſic ſit tm̄ unū eſſe ſuppoſitale,
patet: qa tantū una perſona: ſeu ſuppoſi
tum eſt Chriſtus. Præterea ſextò. Ma-
ria non eſt mater deitatis: igitur nec
dei. Tenet conſequentia: quia idem om
nibus modis eſt deus, & deitas. Ante-
cedens probatur, qa ſi eſſet mater dei-
tatis, eadem ratione eſſet mater patris,
& ſpiritusſancti, ſicut & filij: quia ita dei
tas eſt pater, & ſpiritusſanctus, ſicut fi-
lius. ¶ Pro illorum, & dubij ſolutione,
notandum eſt, ꝙ generatio, & altera-
tio in hoc differunt, quantum hic ſuf-
ficit: quia per generationem alicui ac-
quiritur eſſe ſimpliciter, ideſt eſſe ſub-
ſtantiale tanquam terminus illius mu-
tationis. Sed per alterationem com-
municatur alicui eſſe ſecundum qu d
ideſt eſſe accidētale: ſicut ergo ad hoc,
ꝙ aliqd altereť, non oportet, ꝙ ipſū de
nouo ſit, poſtquā nō fuit: ſed ſufficit, ꝙ
recipiat de nouo aliquod accidens, ꝙ
prius non habuerit: ſic de per ſe ratione
generationis, non eſt, ꝙ illud, ꝙ gene-
ratur de nouo, incipiat eſſe, poſtquā nō
fuit: ſed ſufficit, ꝙ de nouo recipiat ali-

Generatio, & alteratio in quo differūt

quod eē ſimpliciter. i. aliquā ſubſtantiā,
q̄ prius nō habuit. Recipiat, inquā, tanq̄
ſui partē eſſentialē: uel tanq̄ naturā, in
q̄ ſubſiſtit, ꝙ dť ppter materiā, q̄ nō ge
nerať pprie, licet incipiat habere nouā
formā: qa forma nō eſt eius pars eſſen-
tialis, nec materia ſubſiſtit in ea tanquā
ſuppoſitum in materia. Et quāuis natu-
raliter qcqd nouā recipit ſubſtātiā, tan
quā partē ſui eſſentialē. uel tanquā natu
rā, in qua ſubſiſtit: et ſimpliciter incipit
eſſe poſt non eſſe (ſiquidē ſolum cōpo-
ſitū incipit habere ſubſtantiā, tanq̄ par
tē eſſentialē, & illud nō pōt eſſe ſine ſua
parte eſſentiali: nec ſuppoſitū ſine natu
ra, in qua ſubſiſtit) non tñ hoc eſt de ra
tione generationis. Vnde ſi ſuppoſitum
manens in ſua ſpecie, poſſet aſſumere a-
liam formam ſpeciuocam: ſuppoſitum
illud generaretur: licet prius fuiſſet: im
mo toties de nouo generaretur, quo-
ties poſſet nouam formam ſubſtantialē
recipere. Quòd uero dicitur, idem non
poſſe bis generari, uerum eſt naturaliter,
& ſecundum idem. ¶ Secundò aduerten H
dum, ꝙ nō eſt idē generari, aut naſci ex
una, & eſſe filiū ex parte altera, etiā in
eadē ſpecie uiuentiū uita ſenſitiua. Nā
hęc noīa, filius, pater, mater, dumtaxat
denomināt ſuppoſita. Nam nō ſuppo-
nūt, niſi p ſuppoſito, & cōnotāt gñatio
nē actiuā, uel paſſiuā cum ſexus diſcre-
tiōe &c. Generari aūt, & naſci denomi-
nant quodcunq; productum per gene-
rationem, aut natiuitatem, ſiue ſit ſup-
poſitum, ſiue natura, ſiue pars ſuppoſi-
ti. Ratio diuerſitatis huius, non eſt: niſi
impoſitio terminorum, quam ex cōmu
ni uſu loquēdi colligimus. Non enim
admittit loquendi uſus animam prolis
eſſe filiā matr s, nec manū, aut caput, a-
lioqn mater una generatione genera-
ret multos filios, aut filias. Concedit au
tē loquēdi uſus manum infantis primò
naſci, aut generari, uel caput. ¶ Ex illis
ſequuntur aliqua corollaria, quibus ap-
paret, quæ propoſitiones in hac ma-
teria ſunt concedendæ, & quæ negan-
dæ. ¶ Primum. Licet natura huma-
na in Chriſto nata eſt, & genita de uir
gine: non tamen eſt filia uirginis. Pri-

Qūo differūt generari, & naſci.

Corollariū. 1.

ma pars patet,quia producta eſt de ſub-
ſtãtia uirginis : ergo ex ea genita ſiue
nata. Scđa pars patet:qa natura huma-
na in Chriſto non eſt ſuppoſitũ:ſed ſup
Coro.2 poſita ea.¶ Secundò ſequitur,ꝙ non oẽ
natum de uirgine eſt Chriſtus. Patet de
natura humana Chriſti,quæ nata eſt de
Coro.3 uirgine:& tamẽ non eſt Chriſtus.¶ Ter
tiò ſequitur,ꝙ ſi uerbum dimitteret na
turam humanam:& conſeruaret dimiſ-
ſã:ipſa eſſet de nouo filius uirginis ſine
noua generatione,& natiuitate. Patet:
quia demiſſa eſt ſuppoſitũ genitũ a uir-
gine:ergo filius eius: & tñ nõ de nouo
Coro.4 genitus. ¶ Quartò ſequitur , ꝙ in caſu
præmiſſo Maria haberet plures filios ſuc
ceſsiuẽ nõ ſimul:& tñ una generatione
natos:quia uerbũ primò Chriſtũ:& poſt
naturam humanam dimiſſam, non autẽ
ſimul: quia uerbũ non eſt filius Mariæ
natura humana dimiſſa. Nec natura hu
mana eſt filius, quamdiu fuerit a uerbo
aſſumpta. Secũda pars patet:quia Ma-
ria una generatione genuit naturã hu-
manam:& ſuppoſitum,cui natura huma
na fuit unita:hoc autẽ erat uerbũ. Non
tamen concedendũ eſt,ꝙ uirgo peperit
duos filios:propter appellationẽ illorũ
terminorum peperit & duos filios, qui
quia ſunt cõnotatiui;& ponuntur a par
te eiuſdem extremi,important ſua for-
malia ſimul adiacere:non autem fuerũt
duo filij,cum peperit. Peperit autem
duas res,quarum quælibet quãdoq; erat
Coro.5 filius eius.¶ Quītò ſeqtur,ꝙ in caſu uir-
ginis filius alius a Chriſto fuit paſsus:
quia humana natura eſt paſſa,quæ nũc
eſt alius filius a Chriſto. Similiter illa
eſſet cõcedẽda. Duo filij Mariæ pepen
derũt in cruce,qa hũana natura,& ſup-
poſitũ Chriſti pepẽderũt in cruce,q̃ fue
Coro.6 rũt duo filij Mariæ ſucceſsiuẽ. ¶ Sextò
ſequitur,ꝙ ſi uerbum nũc dimitteret na
turã humanã, eamq; conſeruaret:uerũ
eſſet,ꝙ hõ. M. cccc.lxxxviij.annorum
inciperet eẽ naturalis filius Mariæ: tot
enim anni fluxerunt a natiuitate Chri
ſti uſq; ad diem,dum hęc ſcribimus.
¶ Sed forte diceres:in caſu illa non eſt
uera,iſte homo fuit genitus ex uirgine
demonſtrando naturam humanã dimiſ

Poſsibile ẽ plurẽs. Mariam habere filios ſucceſsiuẽ unica generatione,q̃ genuit uerbũ.

ſam:quia illa de pſenti nunquã fuit uera;
iſte hõ generatur ex uirgine. Rñdet,ꝙ
eius de pſenti nõ eſt illa:iſte hõ gñatur,
ſicut illius hoc albũ fuit nigrũ: illa albũ
eſt nigrũ:nõ eſt eius de pręſẽti:ſed illa:
hoc eſt nigrũ. Sic in pposito hęc de prę
ſenti:hoc generatur ex uirgine:ẽ eius
de præſenti demonſtrando naturam hu
manã:& hæc fuit uera. Eſt enim ly ho-
mo concretum, ſicut ly album. Et ideo
dicendum eſt eodem modo de duabus
pdictis propoſitionibus. ¶ Sed quid ſi
uerbum aſſumeret naturam dudum ge-
nitam ab Adam:utrum eſſet filius Adã?
Reſpondit Oyta,ꝙ non:quia non rece
piſſet humanitatem ab Adam per gene
rationem ab Adã,ſed eã, quę prius fuiſ
ſet genita. Verbũ.n.nõ dicitur genitũ p
aſſumptionẽ:niſi quia natura ẽ genita
unita uerbo , quod non eſt in caſu . Et
per hęc ad dubiũ rñdetur,ꝙ hęc ſimpli
citer ſine ſpecificatione uera eſt. Maria
eſt mater dei. Patet ex probatione con
cluſionũ,quę loquuntur ſine ſpecifica-
tione. Itẽ Maria eſt mater alicuius ſup
poſiti,& non niſi dei:quia nullum aliud
ſuppoſitum eſt genitum a uirgine niſi
deus.¶ Si dicis ſuppoſitum humanum,
ſiue homo eſt genitum, aut genitus ab
ea. Dico illud ſuppoſitum eſt ſuppoſitũ
diuinum,& deus.¶ Ad rationes proban-
tes,ꝙ nec cũ ſpecificatione conceden I
dum ſit Mariam eſſe matrem dei.¶ Ad Maternitas,&
primam dicitur,ꝙ uirginitas,& mater- uirginitas non
nitas non opponuntur:qa uirginitas nõ repugnant.
dicit integritatem corporis , & mẽtis ſi
eſt uirtus moralis :& maternitas dicit
actionem cauſæ inferioris ſubordinatæ
cauſæ ſuperiori ad conceptionem pro-
lis:ſiue illa ſuperior agat modo naturę,
ſiue ſupernaturaliter, illa autem non re
pugnant.¶ Si dicis:uirginitas repugnat
partui. Reſpondetur,uerum eſt natura-
liter:ſed non ſupernaturaliter, nam in
partu fuit ſpeciale miraculum : ſcilicet
penetratio dimenſionum , quæ deo eſt
poſsibilis.¶ Ad ſecundum dicitur negan
do cõſequẽtiam. Ad probationẽ dicitur
ꝙ pater , & mater non ſunt correlati-
uum : ſed correlatiuum patris eſt filius
uiri. Correlatiuum matris proles fœmi-

næ. ¶ Si dicitur, pater, & mater habẽt ſe in generatione, ut actiuum, & paſsiuũ: ſed actiuum, & paſsiuum dicuntur adinuicẽ correlatiuè. Reſpõdetur admiſſo, ꝙ aſſumitur gratia argumenti. Non ſequitur, ꝙ pater, & mater ſunt adinuicẽ correlatiua. ſicut non ſequitur: Zacharias, & Ioannes habent ſe, ut pater, & filius. & pater, & filius ſunt correlatiua: ergo Ioannes, & Zacharias ſunt correlatiua. ¶ Ad tertium negetur conſequentia. Ad probationem de regula philoſophi dicitur, ꝙ loquitur de exiſtente tali propter aliud eſſe tale. Nunc autem Maria nõ eſt mater Chriſti propter hoc, quia eſt mater humanitatis Chriſti: ſed quia genuit humanitatem unitam Chriſto. Nec filiatio magis ineſt humanitati, quàm Chriſto, immo humanitati pœnitus non ineſt: ineſt dico denominatiuè, quia nõ denominat humanitatem: licet inſit humanitati inhæſiuè: ſi ponitur reſpectus diſtinctus ab abſolutis. Et ſi arguitur: bene ſequitur, album non dicitur de dente &c. illo conceſſo, ꝙ ſequitur materialiter: nõ tñ in conſequentia formali. Vnde hic non ſequitur: quia nõ eſt ſimile, quia aliquis dicitur albus propter dentes eſſe albos: ſed Chriſtus non dicitur homo propter humanitatem eſſe hominem: ſicut aliquis dicitur ſciens ſecundum habitum: nõ tamen ſequitur: ergo habitus eſt ſciens: non enim dicitur ſciens propter habitum eſſe ſcientẽ: ſed propter habitum ſibi inhęrentẽ &c. ¶ Ad rationes probantes, ꝙ non eſt ſimpliciter concedendum ſine ſpecificatione &c. ¶ Ad primum conceditur, ꝙ filiatio ſit hypoſtaſis ex notabili. ij. & ſecundum illam æternam hypoſtaſim eſt a uirgine tẽporaliter genitus homo in mundum, id eſt hæc ęterna hypoſtaſis facta ẽ homo: ut habet ſanctus Tho. ¶ Ad ſecundum negetur cõſequentia: quia deus in antecedente ſtat eſſentialiter: ſed in cõſequente perſonaliter. Cum enim Maria dicitur mater dei, ſtat perſonaliter pro filio, & non eſſentialiter: ita ꝙ põt dici ſingulatim de ſingulis perſonis: prout fides habet. Ex conſequenti negetur, ꝙ eſt mater patris, aut ſpiritusſancti: licet ſit mater dei, quia ex uſu loquendi eccleſiæ, cum dicitur Maria eſſe mater dei, reſtringitur ly deus per nomen mater ad ſtandum tantum pro filio in diuinis: quia ualet: Maria genuit deum, gigni uero filio conuenit: ergo ualet, genuit deum filium, uel eſt mater dei filij: & non patris, aut ſpiritusſancti: ita habet fides. ¶ Ad tertium negetur, ꝙ deus non eſt genitus ex Maria. Ad probationem: nullum æternum eſt genitum: falſa eſt illa tam in diuinis, quàm in humanis: licet in diuinis nihil ſit temporaliter genitum, eſt tamen aliquid ęternaliter genitum. Et quia ſequens ratio uidetur illam probare. Ad ſequentem cũ arguitur: quod generatur temporaliter recipit eſſe ſimpliciter poſt non eſſe. negetur illa ſicut iacet: nam ſecundum eſſe ibi diſtribuitur, ſed quod temporaliter generatur recipit aliquod eẽ de nouo, non curando an recipiens, uel receptum, uel utrumq; prius fuerit, uel non. ſed in hoc generatur temporaliter, & de nouo; quia de nouo recipit aliquid eſſe ſimpliciter, quod eſſe receptum prius non habuit; licet prius habuit aliud eſſe ſimpliciter: q̃a ergo in Chriſto sũt duo eſſe diuinum, & humanum: & utrumq; eſt eſſe ſimpliciter, quia eſſe ſubſtantiale recipit eſſe humanum ſimpliciter poſt non eſſe humanũ, licet nõ poſt nõ eſſe: quia non poſt nõ eſſe diuinum: & patet quomodo diſtinguitur generatio ab alteratione. ¶ Ad quintum conceditur: ꝙ in Chriſto eſt tantum unum eſſe ſuppoſitale: ſunt tamen in eo duo eſſe ſimpliciter. Et cum arguitur: filiatio conſequitur eſſe ſuppoſitale, uerum eſt conſequitur, id eſt importat, uel requirit: ſed non tantum eſſe ſuppoſitale, unde filius ſupponit pro ſuppoſito cõnotãdo recepiſſe eſſe ſimpliciter ſiue ſuppoſitale, ſiue nõ ꝑ gñationem a parẽte. ¶ Ad ultimũ: Maria non eſt mater deitatis: conceditur illa ſecundum prædicationem formalem: quia deitas non eſt formaliter ſuppoſitum. Filiatio autem, & maternitas conueniunt tantum ſuppoſito: licet nõ ſemper ſecundum eſſe ſuppoſitale: licet ſecundum prædicationem identicam uidetur

Filiatio licet inhęreat humanitati chriſti, non tamẽ eã dnominat.

Nõ oportet, id quod generatur, recipere eẽ ſimpliciter poſt non eſſe &c.

Filius quid dicat, & quomodo filiatio conſeqtur

Maria non eſt mater Deitatis.

detur concedenda: quia Maria eſt mater uerbi, qđ eſt idem deitati: & ita eſt mater alicuius, quod eſt deitas. Et cum arguitur, idem eſt omnibus modis deus, & deitas, negetur illa, capiendo deus perſonaliter: diſtinguuntur .n. formaliter. Et quando arguitur: ſi eſſet mater dei, eſſet mater patris. negetur conſequentia: quia in ſimili non ſequitur: cōmunicabile eſt proprietas deitatis: ergo eſt proprietas patris. Nec ſequitur: filius habet deitatem patris: ergo habet paternitatem patris: & tamen idem realiter ſunt deitas, & paternitas. Non ergo concedendum eſt, ꝙ Maria ſit mater patris, aut ſpiritusſancti etiā ſecūdū prædicationē identicā: quia perſonæ diuinæ habēt eſſe ſuppoſitalia realiter diſtincta: licet eandē eſſentiā. ¶ Ex illo ſequitur, ꝙ Maria eſt mater alicuius, qđ non genuit. Patet: quia eſt mater deitatis hypoſtatice: & tamen non conceditur, ꝙ genuit deitatem: quia uerbum genuit, non prædicatur niſi formaliter. Sicut non cōceditur, ꝙ eſſentia diuina generat, uel generat: quāuis illud, qđ eſt diuina eſſentia generat .ſ. pater, & filius, qui eſt eſſentia generatur: quia uerbum generat, & generatur, non prædicantur hypoſtaticē: ſed tm̄ formaliter.

Dub. 2.

An ſpiritusſctūs ſit pater Chriſti: & Chriſtus filius ei⁹.

¶ Secūdò dubitatur: utrū ſpūſſanctus uerè, & propriè poſsit dici pater Chri: & Chriſtus filius ſpūſſancti? Et uidetur ꝙ ſic, qa uirgo Maria eſt uerè Chriſti mater: ergo ſpiritusſanctus eſt uerè eius pater. Cōſequentia probatur per locū a maiori: quia cū eſſe patrē, & matrē cōuenit perſonę habenti actionē circa generationē prolis: magis cōuenit principalius agenti, quàm agenti ſubordinato: ſed ſpiritusſanctus fuit principalius agens in generatione humanitatis Chriſti, quam Maria. Suppleuit .n. omnem actiuitatem patris, qui eſt agēs principalius in generatione: ergo magis debet dici pater, quàm Maria mater. Item Chriſtus eſt natus ſpiritusſancti: ergo filius. Cōſequētia tenet: qa omnis natus eſt filius eius, cuius eſt natus. Añs probatur, quia Chriſtus eſt natus de ſpūſancto: ut dicitur Mat. 1. ergo eſt natus ſpūſſancti.

Reſpōdetur ad dubium breuiter, ꝙ ſpiritusſanctus non poteſt dici pater Chriſti: ſed nec pater humanitatis Chriſti, niſi tranſſumptiuè: quo modo trinitas dicitur pater creatione omnium exiſtētium: ſic poſſet dici pater humanitatis Chriſti quā creauit. Nec ſolus ſpiritusſanctus, ſed & pater: immo & Chriſtus: quia humanitas Chriſti a tribus perſonis ęquè creata eſt, & producta: non tamen poteſt ſic dici ſpiritusſanctus pater Chriſti: quia non creauit Chriſtū: non .n. dicitur Chriſtus creatura, ut infra dicitur: poſſet tñ ſic dici pater Chriſti ſecundum humanitatem: licet illa propoſitio in uſu loquendi nō eſt: ne detur occaſio errandi: ut crederetur ſpiritumſanctum de ſua ſubſtantia genuiſſe Chriſti humanitatē: Sed capiēdo pater propriè, non pōt ſpiritusſanctus dici pater Chriſti: licet habuit actiuitatem principalem in formatione humanitatis Chriſti: qa ad rationem patris requiritur, ꝙ producat aliquod uiuens de ſua ſubſtantia in eadem ſpecie: nunc autem ſpiritusſanctus non produxit Chriſtum ſecundum deitatem, ſed productus eſt ab eo. Secūdū humanitatē uero nō produxit eū de ſua ſubſtantia, quia nihil ſubſtantię deitatis. ſ. ingreſſum eſt ſubſtātiā humanitatis Chriſti: nec humanitas Chriſti eſt eiuſdē ſpeciei cū ſpūſancto. Hinc ait Oyta in .q. unica. Nō oportet, ꝙ etſi uirgo glorioſa dicat mater, eo, ꝙ ei cōueniūt oēs cōditiones uerę maternitatis, ut ſupra .C. patuit, nō oportet ex hoc ſpiritū ſanctū dicere patrem. & item eādem denominationem habere cum matre, ſeu filio patiēte, cū ipſi ſpūſancto nō conueniunt oēs conditiones ueri patris hominis alicuius. Vñ ſecūdū ſanctū Tho. ſpūſſctūs fecit illas actiones: nō mediāte ſemine ex ſe dciſo: qđ ad patrē ptinet: ſed quaſi artifex operando in materiā exteriorē. Et p hoc patet rñſio ad primā rōnē. qa licet ſpūſſanctus fuit principalius agēs in formatione corporis Chri: hoc tñ nō ſufficit, ut dictū eſt, alioqn eſſet uer⁹ pr̃ cuiuslibet hois: qa in omni actione prima cā principalius agit, & ſpūſſanctus ē prima cā ſimpliciter. ¶ Ad ſecūdū

Chriſt⁹ licet ſit natus de ſpirituſancto non tñ eſt natus ſpūs ſancti.

negetur illa: Chriſtus eſt natus ſpirituſſancti: cõceditur tamen, ꝙ eſt natus de ſpirituſancto: nã in prima capitur nominaliter: quia mutat regimen participij. ſic enim natus capitur pro filio. In ſecũda accipitur participaliter: & ſic accipitur generaliter pro uiuẽte producto de aliqua materia, ſiue uiuente, ſiue non uiuẽte. Sic dicimus uermes naſci de cadauere. Sic cõceditur Chriſtum eſſe natum de ſpirituſancto: prout dicit circũſtantiam cauſæ actiuæ non materialis. Non.n. natus eſt de ſpũſancto, ſicut de materia: ſicut natus eſt de uirgine: ſed de ſpũſancto natus eſt, tãquã de opifice, ſiue de cauſa efficiẽte. ¶ Tertiò dubi-

Dub. 3.

M

An uirgo Maria meruit chriſtum incarnari, aut patres.

tat: utrũ beata uirgo Maria ſuis meritis dñicã incarnationem impetrauit: & materdei eſſe meruit? Et arguitur ꝙ ſic: nã patres dñi incarnationẽ meruerunt: ergo multo magis uirgo Maria. Conſequentia tenet: quia pro omnibus ipſa inuenit gratiã apud dñm. Lucæ. j. Añs probatur: quia gloſ. ſuper illud Pſal. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quẽadmodum ſperauimus in te. dicit: Hic inſinuatur prophetæ deſiderium de incarnatione, & meritũ impletionis. ¶ Prȩterea patres meruerunt beatitudinẽ: ergo & incarnationẽ, ſine qua beatitudo non confertur: quia quicunq; meretur aliquid, meretur etiã omne illud, ſine quo ipſum haberi non põt. ¶ Prætereaper ſidẽ operantem per dilectionem, qua credimus uitam ȩternam, quã expectamus, meremur eã: ergo patres antiqui qui habebant fidẽ per dilectionem operãtẽ de incarnatione, merebantur eã: ergo multo magis btã uirgo. Cui Elizabeth. Beata quæ credidiſti: quia perficiẽtur in te, quȩ dicta ſunt tibi a dño. Item frequenter canit eccleſia de beata uirgine, ꝙ meruit Chriſtũ portare. ¶ Pro ſolutiõe

Nullum meritũ ſine gratia.

notandũ, ꝙ nullũ meritũ eſt ſine gratia: ut patuit in. ij. diſt. xxvij. Chriſtus aũt in carne omnibus meruit primã gratiã. Vñ Chriſti incarnatio, & paſsio eſt cauſa gratiæ in nobis: ſecundũ illud Io. j. Gratia, & ueritas p Ieſum Chriſtũ facta eſt. Et ideo reſpectu incarnationis Chriſti nullũ eſſe potuit meritum. Nõ Chriſti: quia priuſquàm homõ eſſet, mereri non potuit: quia mereri præſupponit eſſe: nõ autem mereri potuit, niſi inquantũ homo ſiue ſecundũ naturam humanam: iõ Chriſtum mereri præſupponit Chriſtũ eſſe hominem: non aũt fuit homo ante incarnationem. Nec alius homo potuit mereri incarnationem: quia incarnatio, & paſsio eſt cauſa gratiȩ omnibus hominibus: & ita cauſa meriti: & p conſequens nõ põt eſſe ex merito: alioquin meritũ præcederet cauſam ſuã. Vnde dicit Sco. in. iij. diſt. ij. q. j. ꝙ in operibus dei non fuit aliquod opus merȩ gratiæ, niſi ſola incarnatio filij dei. Et licet tẽpore conceptionis præceſſerunt aliqua merita bona Mariæ: tamen non erant merita abſolutè reſpectu incarnationis: ſed forte reſpectu accelerationis: ut impleretur incarnatio præordinata. ¶ Præ- N

terea nullum opus inimici acceptatur, ut meritũ reſpectu cuiuſcunq; doni: meritũ dico de condigno quod propriè dicitur meritum. Sed totum genus humanum fuit inimicum deo, donec per mediatoris ſatisfactionem, & meritum reconciliaretur. Mediatoris autem Chriſti meritum, & ſatisfactio præuidebatur ab æterno: & acceptate fuerant, ut aliquid boni cõferret electis in ratione illius ſatisfactionis, antequã exhiberet: ut eis, qui illã preceſſerunt exhibitã remitteret originale: & gratia conferretur, p q̃ mereri poſſent. Vnde manifeſtũ eſt, ꝙ omne meritum hominis prȩſupponit ſatisfactionẽ mediatoris, ut prȩuiſam, uel exhibitã: ideo reſpectu illius nõ prȩceſſerunt merita reconciliandorũ. Hinc dicit beatus Augu. & allegat magiſter in textu diſt. præſenti. Modus iſte, quo natus eſt Chriſtus de Maria, ſicut filius: & de ſpũſancto, non ſicut filius: inſinuat nobis gratiã dei, qua humanitas nullis meritis prȩcedentibus in ipſo exordio naturȩ ſuȩ quo eſſe cepit uerbo dei copularetur in tantam perſonæ unitatem: ut idem eſſet filius dei q̃ filius hominis: & filius hominis qui filius dei: & ſic in naturȩ humanæ ſuſceptione fieret quodammodo ipſa gratia illi homini naturalis: qua nullũ poſſet admittere peccatũ.

Ad 1. ¶ Per hæc patet reſponſio ad primam partem dubij, ꝙ beatiſsima uirgo ſuis meritis non meruit, nec impetrauit filium dei incarnari: ſed in uirtute illius, ut præuiſe gratia merendi alia collata eſt: & in uirtute eiuſdem ab originali preſeruata eſt.

Vtrum uirgo beã meruit eſſe mater Chriſti.

¶ Sed de ſecunda parte dubij, utrum meruit eſſe mater dei. dicit ſanctus Bonauen. q. iiii. huius diſt. ꝙ merito congrui meruit concipere filium dei: & ita eſſe mater dei: quia per ſuam nimiam puritatem, & humilitatẽ: immo & charitatem, diſpoſuit ſe ut eſſet idonea mater. Non aũt merito cõdigni hoc meruit: quia cõcipere filiũ dei excedit omne meritũ: & erat fundamẽtum meriti glorioſę uirginis. ¶ Sed uidetur, ꝙ probabiliter ſuſtineri poſſet, ꝙ beata uirgo etiam merito condigni meruit eſſe mater dei, & filiũ dei concepiſſe: & hoc per gratiã, & opera uirtuoſa: unde & eam ab originali preſeruauit ut eſſet idonea mater dei. Quia probabile eſt, ꝙ deus pater poſt uirginis ſanctificationem, quam non meruit: eius bona opera acceptauerit ad hoc: ut de ipſa formaretur corpus aſſumendum a filio. Nec excedit illud meritum humanũ, ſicut excedit ipſa incarnatio: quia maius, uel nõ minus eſt beatum eſſe, quam eſſe corporalẽ matrem dei: ſicut carnali maternitati uidetur dominus prętuliſſe ſpiritualẽ, quæ eſt per obedientiã uoluntatis dei: ut dixit Mat. xii. Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei, qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt.

Quòd incarnatio chriſti, & paſſio eſt eã gratia collatur patribus, & uirgini.

Maxima autem conformitas uoluntatum cum diuina eſt in beatis. Beatitudinem autem meruit beata uirgo de cõdigno ſicut & cęteri ſancti: ut cõmuniter tenẽt doctores: ergo & meruit eſſe mater dei. Nec eã eſſe matrem dei eſt cauſa gratiæ in ſe, uel in alijs ſicut incarnatio, & paſsio. Nihil ergo uidetur impedire, quin meruerit eſſe mater dei. ¶ Per hoc ad rationes dubij. Ad primam dicitur, ꝙ gloſ. hic habet. Incarnationem impleri deſiderat: ut poſsit perfectius eſſe. Vnde non dicit patres meruiſſe incarnationẽm ſecundum impletionem incarnationis: hoc eſt accelerationem. Non .n. petebant, ut incarnaretur aliquando, quod ex diuina promiſsione certũ habebãt: ſed petierũt, ut ueniret, & incarnationem nõ differret. Vnde eſt illud Eſa. lxiiii. Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes: ut notũ fieret nomẽ tuum inimicis tuis. & ſimilia. Et ſi dicitur. Orationibus ſuis aliquid meruerunt: & nõ niſi incarnationẽ dei. Reſponſum eſt modo: hoc meruerunt, quod petebant .i. accelerationem incarnationis: & maximè uirgo glorioſa.

Ad 2. ¶ Ad ſecundum negetur conſequentia: quia ſic argueretur, ꝙ meruiſſent primã gratiã ſine qua beatitudo non confertur: unde quædam ſunt concomitantia beatitudinẽ; ut gaudium, ſecuritas &c. & illa meruit, qui meruit beatitudinẽ. Quædam uero antecedentia, & beatitudinem inducentia: & de illis nõ oportet, ꝙ merens beatitudinem mereatur antecedentia. Hæc .n. ſunt ipſa merita: & gratia meriti principiũ: quę non cadunt tanquam præmiũ ſub merito.

Ad 3. ¶ Ad tertium dicitur negãdo conſequentiã: & ratio eſt, quia beatitudo, & uita æterna non eſt principium meriti; ſed prę mium: ideo cadit ſub merito. Sed incarnatio eſt principiũ, & cauſa omnis meriti noſtri, quæ prę ſupponitur merito noſtro: ideo ipſa cadere non poteſt ſub merito: ſicut effectus non poteſt eſſe cauſa ſuę cauſę ſiue ſui principij.

Ad 4. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ poteſt dici probabiliter, ꝙ beata uirgo meruit portare, & concipere Chriſtum: ſed per hoc non meruit incarnationem Chriſti: quia potuit Chriſtus de alia matre incarnari: & ideo incarnationem non meruit. Sed ꝙ de ipſa incarnaretũ ſuppoſita incarnatione aliqñ fienda hoc meruit per gratiam, & opera, ex præuiſo incarnationis, & paſsionis Chriſti merito ſibi collatas.

Dub. 4. O ¶ Quartò dubitatur: utrum caro Chriſti: quæ in patribus peccato fuit obnoxia: de ſemine Dauid ſecundũ rationẽ ſeminalẽ ſit producta. Et uidetur, ꝙ ſic quantũ ad ambas partes. Primã .n. partẽ expſsè ponit magr̃ diſt. iii. dicens. Credi oportet carnẽ prius pctõ fuiſſe obnoxiam: ſicut reliqua uirginis caro.

Sed ſecūda probatur: quia corpus Chri formatū eſt de carne uirginis ipſa cooperāte, nō autē cooperata eſt niſi ꝑ uirtutē generatiuā: ut patet per Dam. ut ſup. allegatū eſt. Virtus autē generatiua eſt uirtus ſeminalis. Sed oppoſitū huius patet: quia ſi Chriſtus deſcendiſſet a uirgine, & a patribus ſecūdū rationē ſeminalē, fuiſſet decimatus in lūbis Abrae: ſicut & Leui &c. Dubiū illud cōcernit, pręſentē, & pręcedentē diſtinctionem: ideo pro intellectu reſponſionis notandū: cum dicimus carnem Chriſti, uel alterius obnoxiā eſſe, uel fuiſſe peccato: nō eſt intelligēdū, ꝙ caro aliquādo fuerit ſubiectū peccati: eo mō, quo pctūm conceditur habere ſubiectū. Sicut. n. caro non pōt eſſe ſubiectū gratię: ita nec peccati. Idē quippe eſt ſubiectū oppoſitorū: gratia uero, & pctūm opponūtur. Sed caro dicitur obnoxia peccato, quę eſt ſubiectū peccatricis aię. Vnde quęrere, an caro Chriſti fuerit obnoxia peccato in patribus: eſt quęrere, ān caro Chriſti fuerit aliquādo caro patrū: dū animę carni huiuſmodi inhęrēti inſuit peccatum. ¶ Videndum eſt ergo, quō caro Chriſti fuerit in patribus. Vbi aduertendū, ꝙ carnē fuiſſe in patribus dupliciter intelligitur. Vno modo ſecūdū deſignatam materiā. i. ſecundū certam, & ſignabilē ſui materiā: ita ꝙ eadē materia carnis ſecundū numerū fuit in parētibus. Alio modo, ꝙ fuit in parentibus, tanquā in quodā principio: hoc eſt, ꝙ in parentibus fuit aliqua uirtus eis cōlcata a ſuis parentibus, per quam poterat caro iſta propagari, ſeu in matris utero formari. Quod breuius ſic dici pōt, ꝙ caro aliqua fuiſſe in parēte intelligitur: uel ut in principio materiali: ita ꝙ materia huius carnis fuit pars anima ta parentis. Vel ut in principio actiuo. i. ꝙ in parente fuerit uis aliqua generatiua huius carnis. ¶ Conſequenter notandum, ꝙ de eo quomodo caro prolis fuerit in parentibus duę fuerunt opiniones. Vna magiſtri, quā recitat lib. ij. diſt. xxx. ꝙ quicquid materiale eſt de ueritate humanę naturę in quocunq; homine, fuit realiter in Adam: tranſmiſit enim Adam modicū quid de ſubſtantia ſua in corpora filiorum, dum eos procreauit. De quo per illius multiplicationē in ſe ſine alicuius rei extrinſecę adiectione formatē corpus prolis & de illo augmentato aliquid inde ſeparatur, unde formantur poſterorū corpora: & ita progreditur procreationis ordo lege propagationis uſq; ad finē humani generis. Sed illa opinio uidetur contraria philoſopho lib. xv. de animalibus. Nam homines non deſcendunt a ſuis parentibus niſi mediante ſemine. Semen autē in animalibus non eſt aliquid deciſū de ſubſtantia animalis, nec fuit actu pars animalis: ſed eſt ſuperfluū alimenti tertię digeſtionis. Alimentum aūt extrinſecus ſumptū, nō eſt: nec fuit pars: aut de ſubſtantia animalis: ſed poſt cōpletam digeſtionem conuertitur in ſubſtantiam corporis animalis. De illo autem ſic conuerſo nihil deſcinditur ſub ratione ſeminis. ¶ Prӕterea generatio ſecundum naturam in infinitum poſſibilis eſt: ita ꝙ ſemper ex homine generetur alius homo: cum ergo anima hominis certā requirit corporis quantitatem; ſequitur, ꝙ infinitę quantitates tantę corporū fuiſſent in Adā: quia omniū corporū generabiliū ex Adā. Conſequens impoſsibile: niſi diceretur, ꝙ quęlibet portio ſubſtantię deciſa in ſe multiplicata cōſtitueret corpus debitę quantitatis. Et ab illo corpore deſcinditur iterum pars in generatione illius hominis, quę in alio homine generato in ſe ſimiliter multiplicatur uſq; ad debitam quantitatē: & ita cōſequenter in infinitum. Sed hoc ſtare non pōt: quia quęro, ut illa portio ſic in ſe multiplicata eſt eadē in diuerſis mēbris, & hominibus ſicut anima intellectiua eſt eadē in omnibus partibus corporis: & tunc partes corporis: immo diuerſi homines eſſent idem ſecundum materiam. & idem eſſet in diuerſis locis commenſuratiuē. Idem etiam in cælo, & in inferno, in beatitudine, & in miſeria: quę omnia ſunt abſurda. Aut non eſſet eadē: & ita minor in filio, quā in patre: & ſic dudū defeciſſet. Aut eſſet minima

Qūo caro Chriſti fuit obnoxia pctō in patribus.

Qūo caro ꝓlis eſt in ꝓgenitoribus.

pars corporis animalis,& penitus inſenſibilis,& unde tunc cæterę animalis partes,quę omnia ſunt innaturaliter dicta. ¶ Ideo eſt alia opinio cōmunis, ꝙ nihil, quod eſt in corpore prolis, fuit de ſubſtantia parentum:ſed corpus prolis formatur de ſanguine a ſemine parentum, qui ſunt humores quidam non animari, tamen formati in corpus prolis per uim generatiuam tā patris,quā matris: quæ uocatur uis ſeminalis;ꝑducta ſeu trāsfuſa in ſemine parentum : & ita non aliter proles eſt in parentibus,quā effectus in ſua cauſa efficiente : quæ de materia extrinſecus ſumpta ipſum per uirtutem ſuam naturalem produxit: & ita proles ſecundum corpulentam ſubſtantiam dicitur eſſe, ſeu fuiſſe in Adam: quia corpus eius formatum eſt de materia nutrimenti digeſti,& præparati a parente,ac formati in corpus per uirtutem generatiuam parentum transfuſam in parentē a ſuo parente: & ita aſcendendo uſq; ad Adam. Sicut aliquo modo ignis tertiò genitus dicitur fuiſſe in primo igne : quia primus ignis producendo ſecundum ignem, dedit ei uirtutem producendi ignē tertium:& ſic de alijs. Non in eadem:ſed in alia,& alia materia. Verum de corpore chriſti fuit quorundam opinio:ut recitat Hug. lib. ij. de ſacramentis par. j. c. v. ꝙ peccante Adā deus præſeruauit aliquid in eo: non in effectum,per quod humana natura ſanari poſſet,quod ita transfuſum eſt ab Adā, & cuſtoditum ab omni infectione mundum uſq; ad beatam uirginem,& inde formatum eſt corpus chriſti:& ſic caro chriſti nunquam neq; in Adam fuit ob noxia peccato. ¶ Sed hanc opin. Hugo dicit catholicę determinationi eſſe cōtrariam: unde erronea reputatur. Tum quia nulla ſcripturæ auctoritate ſuffulta. Tum quia tunc non fuiſſet de communi maſſa generis humani incarnatus: ſed de aliquo quaſi extraneo omnibus alijs ab Adam: quomodo ergo deſcendiſſet de ſemine Abrae,aut Dauid. ¶ Prę terea quicquid a patribus deſcēdit uſq; ad uirginem per commixtionem,& libidinoſum coitum originem accepit: per quem ſemen transfuſum inficitur. Nec uidetur (cum ſeminis nihil ſine libidine deſcindatur) quomodo in eo aliquid ab infectione pręſeruetur. ¶ Ideo illa opin. dimiſſa reſpondetur ad dubium. Primò, ꝙ caro Chriſti in patribus obnoxia fuit peccato ,ad hunc ſenſum,ꝙ caro chriſti formata eſt de ſanguinibus, ex nutrimento de foris aſſumpto,digeſto, & pręparato:uirtute ſuſcepta in propagatione patribus, qui fuerunt obnoxij peccato. Sic etiam dicitur fuiſſe in Adā ſecundum corpulētam ſubſtantiā : quia uirtus digerendi nutrimentum,& conuertendi in ſemen, uel ſanguinem: unde formatum eſt corpus chriſti, deſcendit in uirginem ab Adam per ſeminis propagationem:& ſic fuit in Adam tāquam in principio effectiuo mediato, & remoto. Hoc quo ad primam partem dubij. ¶ Secundò dicitur, ꝙ Chriſtus deſcendit ex ſemine Dauid: ſed non ſecundum rationem ſeminalem. Prima pars patet ex dictis: qa corpus uirginis, de quo corpus Chriſti formatum eſt, deſcendit a Dauid per ſeminis propagationem. Pro ſecunda parte probatur: quia illud dicitur deſcendere ſecundum rationem ſeminalem ab aliquo,ad cuius generationem concurrit uirtus ſeminis uirilis,& fœminei commixtorum: ſic autem non eſt formatū corpus Chriſti: ergo non deſcendit ſecundum rationem ſeminalem a quocunq; : licet ſecundum præmiſſa ad formationē corporis Chriſti in uirgine cōcurrebat uis generatiua uirginis ſecundum præmiſſa: ſed defecit uirtus paterni ſeminis. Per hęc ad rationē in principio dubij, cuius prima pars concediтur. Ad aliam eius partem dicitur, ꝙ etſi uirgo per uirtutem generatiuam cooperata eſt: defecit tamen ſemen paternum, ac modus naturalis commixtionis utriuſq;, quæ implicat ratio ſeminalis.

Et tantum de illa quęſtione.

Nihil realiter exiſtens in corpore prolis, fuit animatū in parente.

Chriſt. dſcēdit de Dauid, ſed nō ſecū dū ratio nē ſeminalem.

DISTINCTIO. V.

POSTQVAM magiſter egit de uerbi incarnatione, quantum ad perſonã aſſumentẽ, aſſumptionis ordinem, aſſumptæ naturę conditionem, & aſſumptionis auctorem: in hac diſt. v. ſubdit quorundam dubiorum ſolutionem. Mouet enim quadruplicem quęſtionem .ſ. utrum perſona perſonã: uel natura naturam: uel perſona naturam: aut natura aſſumpſerit perſonã. Sũmatur antè ſententia textus in tribus, quæ ſequuntur, concluſionibus. ¶ Prima. In ſacra uerbi incarnatione certũ eſt, ꝙ neq; perſona perſonã: neq; natura perſonam; ſed perſona aſſumpſit naturã: perſona ſcilicet diuina naturã humanam. ¶ Secunda. Catholicè profitemur naturã diuinam naturam aſſumpſiſſe humanam: ipſamq; diuinam in uerbo dicimus incarnatã. ¶ Tertia. Neutra harum natura diuina eſt caro facta: natura diuina eſt homo, conceditur: illa uero, uerbũ aut natura aſſumpſit hominẽ, diſtinguitur: nam ſi ly hominem ſupponit pro perſona, falſa eſt: ſi pro natura, uera eſt, & concedenda. Hæc aucto. plurimis declarantur.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionem quęritur utrum unio deitatis, & humanitatis facta ſit in natura, uel perſona aſſumentis. ¶ Notabilibus præmiſſis, ponentur concluſiones cum dubijs. ¶ Quantum ad primum notandũ, ꝙ differentia eſt inter naturã, & perſonã. Et licet natura multis modis accipiatur: tamen in propoſito, ut diſtinguitur contra perſonã accipitur pro qualibet entitate poſitiua, quæ non eſt formaliter incõmunicabilis quadruplici incõmunicabilitate, de qua dictum eſt .q. j diſtin. ij. Perſona uero eſt, quæ ibidem diffinita eſt. ¶ Ex quo patet, ꝙ natura humana nihil aliud eſt, niſi compoſitum ex materia, & forma rationali: & omne tale compoſitum dicitur natura humana: ſiue actu dependeat ad aliquid ſuppoſitaliter, ut in uerbo: ſiue ſubſiſtat in ſeipſa: ut in ſorte, uel petro. Et licet natura quãdoq; ſubſiſtat ſuppoſitaliter in ſeipſa, & per conſequẽs ſit perſona in creaturis: non tamen eſt formaliter perſona: quia eſſe perſonam nõ eſt de ratione eius formali: immo omnis natura rationalis non aſſumpta: quamuis ſit perſona, non tamen neceſſariò, ſed contingenter: omnis enim talis poteſt nõ eſſe perſona: quia poteſt aſſumi: & ſic deſuppoſitari. Sic eſſentia diuina licet ſit perſona identicè: non tamen formaliter: hoc patet ex libro primo, ex quo ultra ſequitur ſecundò, ꝙ natura, & perſona nec opponuntur: nec ſe mutuò inferunt. Primum patet: quia in petro idem eſt natura, & perſona. Secundum, quia non ſequitur: eſt natura: ergo perſona: nec econuerſo, eſt perſona: ergo natura: ſaltem formaliter: ſicut non ſequitur eſt homo: ergo eſt humanitas: nam Chriſtus eſt perſona hominis, non tamen eſt natura hominis: ſunt ergo termini ad inuicem impertinentes. Sequitur tertiò, ꝙ quęlibet pars compoſiti eſt natura: unde & dicimus hominem eſſe compoſitum ex duabus naturis, corporali ſcilicet, & ſpirituali, carne & anima: ſic dicimus in chriſto eſſe tres naturas: carnẽ .ſ. & animam, & deitatẽ.

Arti. 1. Differentia inter naturã, & perſonam.

Natura quid ſit.

B ¶ Secundò notandum, ꝙ etiam differũt uniri, & aſſumi, unire, & aſſumere, loquẽdo in propoſito de unione, & aſſumptione ſuppoſitali. Nã uniri, eſt cum aliquo alio in eodem ſuppoſito eſſe: non curando, an ipſum ſit terminus dependentiæ alterius, ſiue nõ. Sed aſſumi eſt aliud ſumi: & eſt dependentiam ſuppoſitalem ab alio terminari. Et aſſumere eſt dependentiam ſuppoſitalem alterius terminare. Vnire uero actiuè, eſt unionem aliquorum efficere, ſiue ipſum terminet unionem ſiue non: ut ſi faber coniungit ferrum ferro, unit quidem duo ferra: ſed non terminat unionem. ¶ Tertiò notandum, ꝙ aſſumere ali-

Differunt uniri, et aſſumi.

quid ad unionem naturæ, uel perſonæ non eſt aſſumptum fieri hanc naturam, uel hanc perſonam: ſed aſſumptum dependere ſuppoſitaliter ad hanc naturam: uel hanc perſonam eius dependentiam ſuppoſitalem terminantem. Quidam tamen aliter notificant perſonari, & ſuppoſitari ſeu unio hypoſtatica: ut ſupra diſt. j. q. j. E. & ſecundum hoc uariari oportet reſponſionem. ¶ Quantum ad articulum ſecundum, eſt prima concluſio. Vnio deitatis, & humanitatis in Chriſto facta eſt, nõ in natura, ſed in ſuppoſito. Probatur: quia in eo facta eſt unio, quod terminat dependentiam naturę unitę ſuppoſitalẽ: hanc autẽ nõ terminat natura diuina: ſed hypoſtaſis, ſiue perſona: ut probatum eſt diſt. j. q. j. ergo non eſt unio facta in natura: ſed in perſona. Conſequentia nota. Minor ſupra probata eſt. & maior patet ex notabili ultimo. ¶ Secunda cõcluſio. Sicut natura humana naturæ diuinæ eſt unita: ita uiceuerſa diuina humanitati eſt coniuncta. Probatur: quia illa natura alteri eſt unita, cui in eodem ſuppoſito eſt coniuncta: ſed ambę naturæ uerę, & realiter ſunt in ſuppoſito chriſti: ergo. Conſequentia nota. Maior patet ex notabili ſecundo. Minor probatur per Dam. dicentem. Nomen chriſtus perſonæ diuinæ non monotropos .i. uno modo d:ctum: ſed duarum naturarum eſt ſignificatiuum, ſcilicet deitatis, & humanitatis. Et allegat magiſter diſtinct. vij. huius tertij. ¶ Tertia concluſio. Sola humana natura non diuina uere dicitur aſſumpta. Probatur. Illa natura dicitur aſſumpta, cuius ſuppoſitalis dependentia ab alio terminatur: hoc autem ſoli humanæ naturæ conuenit: ergo. Conſequentia nota cum maiori. Minor patet: quia natura diuina non dependet ſuppoſitaliter ad aliud: cum neq; dependeat, neq; ſit alia a perſonis diuinis. ¶ Quarta concluſio. Quamuis natura diuina naturam humanam ſibi uniuit: non tamen eam aſſumpſit. Prima pars patet: quia unionem humanæ naturę cum diuina actiuẽ fecit natura diuina: quia principium effectiuum omnium operationum adextra eſt diuina eſſentia eadem in tribus: propter quod operationes adextra ſunt indiuiſæ: ſicut & eſſentia indiuiſa eſt. Secũda pars patet, ut prius: quia eſſentia diuina nõ terminat unionem naturæ aſſumptæ: ut dictum eſt. ¶ Quinta concluſio: quamuis humanam naturam aſſumpſit duntaxat uerbi ſuppoſitum: non tamen ſolum fuerat incarnatum. Prima pars patet ex dictis: quia ſolũ uerbi ſuppoſitum terminauit unionem ſuppoſitalem naturæ humanæ. Secunda pars probatur: quia incarnari eſt carnem aſſumptam in eodem ſuppoſito uniri: ſed natura diuina unitur carni aſſumptę a uerbo in eodem ſuppoſito uerbi: ergo pars illa uera. Hinc illa cõceditur a multis eſſentia eſt incarnata: ut j. diſt. viij. in dubio iij. Verum ſi incarnari eſſet terminare dependentiam ſuppoſitalem naturæ humanæ: natura diuina non diceretur incarnata: ut patet ex prædictis: cum non eſt formaliter ſuppoſitum, uel perſona &c. de hoc ſup. diſt. j. quæſt. j. Et ideo poteſt illa pars concluſionis diſtingui ſecundum diuerſam acceptionem huius, quod eſt incarnari. ¶ Sexta concluſio. Diuina natura nec eſt homo facta: nec ex uirgine concepta, neq; temporaliter nata. Prima pars patet: quia quod factum eſt homo: aliquando fuit homo: ſed diuina natura nec eſt, nec fuit homo ergo. Minor probatur: quia diuina natura non eſt ſuppoſitum formaliter ſaltem: ergo nec homo: quia homo eſt nomen ſuppoſiti, non naturæ. Sed forte identicẽ concedi poſſet ſecundum rigorẽ uerborũ: quia aliquid, quod eſt diuina natura: ſ. uerbum eſt homo, nõ tñ cõcedẽdã eſt: ne detur occaſio errãdi: ne .ſ. puteẽ diuina natura tranſiſſe in humanã naturã: contra illud Athanaſii. Non confuſione ſubſtantiæ; ſed unitate perſonæ. Conſonat Ockam in iij. q. ix. ante dubia per eum ibi mota, & in reſponſione ad ſecundum dubiũ, ad idem j. diſt. viij. in dubio iij. Item diſt. vij. notabili. j. Secunda pars patet, quia illud eſt cõce-

Arti. 2. Cõcl. 1. Cõcl. 2. Cõcl. 3. Cõcl. 4. Cõcl. 5. Cõcl. 6.

ptum, genitum, & natum temporaliter ex uirgine, quod recepit nouum eſſe ex uirgine: ſed diuina natura per incarnationem uerbi nihil noui recepit ex uirgine. Non enim diuina natura de nouo ſubſiſtit in natura humana, ſicut perſona uerbi: illa uero perſona uerbi per incarnationem incepit de nouo ſubſiſtere in natura humana, quæ æternaliter ſubſiſtit in diuina. Diuina autem natura non ſubſiſtit ſubſiſtentia ſuppoſitali niſi

Cõcl. 7. æterna: non formaliter: ſed idemticè in ſuppoſito diuino. ¶ Septima concluſio. Accipiendo hominem cõcretiuè: impoſſibile eſt aſſumere hominem in unitate perſonę. Probatur: quia accipiendo hominem concretiuè ſupponit pro perſona: ſed impoſsibile eſt aſſumere perſonã: ut oſtenſum eſt. q. ij. di. j. huius tertij: ergo cõcluſio uera. Vnde in omnibus auctoritatibus ſanctorũ, quibus dicitur uerbum aſſumpſiſſe hominẽ: hominẽ debet accipi abſtractiuè pro natura humana. Et hoc eſt de intentione magiſtri. c. ulti. huius diſ. dicẽtis. Cum dicitur homo aſſumptus, referendũ eſt ad naturam. i. naturam humanã. in qua ſubſiſtit perſona dei: & perſona hominis eſt aſſumpta.

Arti. 3. Dub. 1. D An aia ſeparata ſit p. ſona.

Et tantũ de artic. ij. ¶ Quantum ad tertium articulũ dubitatur, utrũ anima ſeparata ſit perſona. Et uidetur, ꝙ ſic auctoritate magiſtri in textu dicentis: ꝙ anima nõ eſt perſona, quãdo alij rei unita eſt perſonaliter: ſed quãdo per ſe eſt: abſoluta enim a corpore perſona eſt ſicut angelus. Id idẽ latius declarat Hugo de ſacramentis lib. ij. parte. j. c. xj. uerbis multis per totum capitulum: & iuxta finem capituli, ſic inquit. Si ergo indiuiduum rationalis ſubſtãtię perſona eſt: rationalis utiq; ſpiritus proprie perſona ſe eſſe habet. Ex ſe quidem inquãtũ ſpiritus rationalis eſt. Per ſe autem quãdo ſine corpore eſt: quando autem corpus illi unitum eſt, inquantum cum corpore unitum eſt: una cum corpore perſona eſt. Quando uero a corpore ſeparatur, perſona tamen eſſe non deſinit: & ipſa eadem perſona, quę prius fuit &c. Et probatur ratione: quia anima ſeparata eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Eſt enim anima ſeparata rationalis natura. Eſt etiam indiuiduum ab omni alio ſeparatum: ergo perſona. Tenet conſequentia per diffinitionem Boetij. ¶ Ad dubium reſpondetur: ꝙ anima neq; ſeparata, neq; coniuncta eſt perſona. Quia nõ coniuncta, omnes dicũt. Quia nec ſeparata: patet ex diffinitione perſonę diſt. j. q. j. poſita. ubi oſtẽſum eſt perſonam importare quadruplicem incommunicabilitatẽ: tres in actu. ſ. qua aliquid cõmunicatur alteri, ut pars toti, natura ſuppoſitanti: & cõſtituens cõſtituto. Quartã tam in actu, quàm potentia. ſ. ut forma ſubiecto. Cũ ergo anima ſeparata ſit cõicabilis materiæ: non cõuenit ei ratione perſonę. Per hoc ad magiſtrum, & Hugo. dicitur, ꝙ fuerint illius opi. ſed cõis ſchola doc. tenet oppoſitum. Ad rationem dicitur: ꝙ anima ſeparata nõ eſt indiuidua ſubſtantia ad mentẽ Boe. ſic perſonã diuinam diffiniẽtis. Eſt quidem anima & ſeparata, & coniuncta indiuidua ſubſtantia. i. diſcreta, & ſingularis ſubſtantia ab omni alio realiter diſtincta. Sed Boe. accipit ly indiuidua ſubſtantia pro incõicabili ſubſtantia: ut exponit Richar. & hoc nõ conuenit animæ rationali, ut ſupra dictũ eſt. Et niſi ſic ſequitur, ꝙ accidentia ſacramenti altaris eſſent ſuppoſita, quod nemo dicit. Nihil. n. deficit eis de ratione ſuppoſiti: niſi ꝙ ſunt cõicabilia, ut formę ſubſtantię: licet actu nulli ſic communicẽtur.

¶ Dubitatur ſecũdò: cur illa negatẽ. Dub. 2. E

Verbum aſſumpſit hominẽ: cum tamen frequenter eã cõcedunt ſancti, ut eccleſia canit. Tu autem ſuſcepturus hominẽ: & beatus Aug. in expoſitione ſymboli ſub anathemate tradit dicens. Si quis dixerit, atq; crediderit hominem Ieſum Chriſtum a filio dei aſſumptũ non fuiſſe: anathema ſit: ut allegat magiſter. c. fina. huius diſ. & plura ſimilia ibidem adducit. Reſpõdetur ad dubium: cum ſatis manifeſtũ eſt pſonã nõ aſſumpſiſſe perſonã. Nã ut dicit ſanctus Bona. arti. ij. q. ij. di. v. Hoc ꝙ perſona aſſumpſit perſonã, tripliciter poſſet intelligi. Aut ꝙ ipſum aſſumptũ ante aſſumptionem fuerit perſona: aut in aſſumptione: aut poſt

Primum repugnāt ueritati conceptionis: ſecundum ueritati aſſumptionis: tertium ueritati unionis. Si .n. natura humana ante aſſumptionem fuit perſona: uirgo Maria concepit hominem purū: quod eſt cōtra euangelium. Si in aſſumptione fuit perſona: & poſt aſſumptionem deſinit eſſe perſona: tunc illa aſſumptio non eſt uera aſſumptio, ſed conſumptio. Si uero poſt aſſumptionem fuit perſona: ergo in Chriſto fuerunt duæ perſonæ, & duæ naturæ: per hoc ibi nulla eſſet unio: & per hoc nulla incarnatio: nulla redemptio: quod eſt cōtra fidem. In hunc autem errorē incidit Eutices: ut dicit Boe. eo ꝙ neſciuit diſtinguere inter perſonā, & naturā. Pro eo n. ꝙ uidit in Chriſto duplicē eſſe naturam, intellexit duplicem eſſe perſonam. Neſtorius uero ex eadem cauſa errauit: ſed non eodem mō: quia & ipſe neſciuit diſtinguere inter naturā, & perſonam: & quia uidit in Chriſto unā perſonam, cōpulſus eſt ponere in Chriſto non niſi unā naturam: & ergo ſicut fuerūt duo errores in diuinis, Arrij, & Sabellij, pro eo, ꝙ neſcierunt diſtinguere inter naturam, & perſonam in diuinis: ita duo fuerunt circa incarnationem Chriſti .ſ. Euticis, & Neſtorij. Ille dixit in Chriſto eſſe duas perſonas, ſicut duas naturas: iſte ait in Chriſto eſſe unam naturā tantū, ſicut unam perſonam. Catholica uero eccleſia per medium illorum tranſiens dicit in diuinitate plures eſſe perſonas, & naturam unam: in Chriſto uero ecōuerſo duas eſſe naturas, & perſonā unā. Hæc ille. ¶ Perſonam etiam non eſſe aſſumptam aperte docet Aug. in de fide ad Petrum, cum ait. Deus naturam hominis aſſumpſit, nō perſonā. Idem Boe. contra Neſtorium: ſed uerbum ſeu deū aſſumpſiſſe hominem, ſatis communiter dicunt ſancti Aug. Anſel. magiſter & cęteri. Vnde hoc manifeſtum eſt, ꝙ nō accipiunt ly homo: ut eſt nomen ſuppoſiti: ſed magis naturæ. In hoc omnes catholici concordant uerbū aſſumpſiſſe naturam humanam, non perſonā. Quia uero uſus communis utitur termino homo concretiue: ſicut animal, leo, capra, quæ ſunt nomina ſuppoſitorum: & ſic accipiendo falſum eſt uerbum aſſumpſiſſe hominem: ſicut ipſum aſſumpſiſſe perſonam. Ideo communiter moderni doc. ſcholaſtici ſimpliciter negant illā: deus aſſumpſit hominē. Verū: quia ſi cōmuniter acceperūt ueteres ſępe utētes abſtracto ꝓ concreto: ideo ſecundū magiſtrū ſi ſimpliciter ꝓponit, diſtinguēda eſt ratione termini homo: an accipiatur pro natura, uel pro perſona. In uſu tamē communi: quia homo ſupponit pro ſuppoſito neganda eſt: & non concedenda: per hoc patet ſolutio rationum. Vide pro illo dubio Ockam. q. j. tertij iuxta finem quęſtionis. ¶ Dubitatur ultimō: an in Chriſto eadē ſit unio animę ad corpus; & animæ ad uerbum: & uidetur ꝙ ſic: quia quot uniones, tot perſonæ: ergo ſi duę uniones, duæ erunt in Chriſto perſonæ: quod eſt hęreticū. Reſpondetur, ꝙ ſunt diuerſæ uniones: nā unio animæ ad uerbum eſt quid poſitiuū realiter diſtinctum ab extremis uni tis ſiue ſit relatio, ſiue qualitas abſoluta ſecundum diuerſas opi. ſupra diſt. j. poſitas. Vnio uero animæ cum corpore nō diſtinguitur ab extremis ſecundum unā opi. uel ſi diſtinguitur, eſt tamen alia relatio ab unione animę cum uerbo: patet per eorum ſeparabilitatem: de quo uide latius in abbreuiatis primi ſcripti Ockam di. xxx. ubi hanc materiam extendimus. Nam uerbum poteſt dimittere naturam aſſumptam, manēte unione partium eſſentialium adinuicem. Poteſt etiam ſeparare animam a corpore, manente unione ſuppoſitali cū uerbo: ut factum eſt in mortis triduo. Hæc eſt ſententia magiſtri in hac diſt. Ad rationes negetur, ꝙ perſonæ multiplicantur ad numerum unionum: quia partium eſſentialium, & integraliū uniones ſunt diſtinctę a toto in homine. Item formarum eſſentialium, & accidentalium ad ſubſtantiam: & tamen tantum una perſona unius hominis: ideo aſſumptum eſt falſum.

Et tantum de illa quæſtione.

Errores Euticis Neſtorij Arrij, ſabellij.

Sola humana natura,

& nō perſona eſt aſſūpta.

Dub. 3. F

Non eſt eadem unio aīę ad corpus, & aīæ ad uerbū.

DISTINCTIO VI.

EXPEDITIS his quæ reſpiciunt gratioſiſsimam uerbi incarnationem in ſe, in cauſis eius, naturæ quoq; aſſumptæ conditionem: conſequenter agit de congruo eorũ exprimẽdi modo p idiomatũ communicationẽ, & circa hoc duo facit. Primò agit de ppoſitionibus, q̃ ipsã unionẽ exprimũt. Secundò diſt. viij. de eis, quę conſequentia unionem concernũt. Circa primum duo facit. Primò circa propoſitiões huiuſmodi opi. recitat. Secundò diſt. vij. opi. recitatas propoſito applicat. Sunt autem propoſitiones, de quibus magiſter quærit illę. Deus factus eſt homo: filius dei factus eſt filius hominis: deus ẽ homo: homo eſt deus. Item homo factus eſt deus: filius hominis factus eſt filius dei. Quærit, quæ harum concedendę ſunt: quæ negandę: & an his dicatur deus eſſe aliquid, uel factus eſſe aliquid: an aliquid dicitur eſſe factũ deus. Et de his recitat tres opi. ſecundum quas ſententia magiſtri ſummatur per tres concluſiones. ¶ Prima: ſententia primę opi. hęc eſt. In incarnatiõe Chriſti homo quidam conſtitutus ex anima, & carne, aſſumptus eſt a uerbo. Per quod ille homo incepit eſſe deus, non natura dei, ſed perſona uerbi. Et deus incepit eſſe ille homo, non naturæ migratione, ſed ſeruata utriuſq; proprietate. Hominem illum eſſe uerbum: nec tamen ex diuerſis naturis compoſitum diuina, & humana: ſed ſolum ex carne, & anima. ¶ Secunda concluſio ſecundæ opinionis ſẽtentia eſt, ꝙ perſona uerbi ante incarnationem ſimplex, & una in incarnatione facta eſt ex tribus naturis, carne, anima, deitate, compoſita, & uerbum una eademq; perſona ante, & poſt permanens facta eſt perſona hominis: non tamen ſimpliciter perſona, ſubſtantia, uel natura: ſimplex inquantum uerbum, inquantum homo compoſita. ¶ Tertia cõcluſio tertiæ opi. hæc eſt ſententia. In incarnatione anima, & caro aduenerũt uerbo tanquam indumentum, quo appareret oculis mortaliũ abſq; compoſitione cuiuſcunq; ſubſtantiæ, uel perſonæ, ex carne, & aia, uel ex his duobus, & deitate. Verbum tamen uerè dicitur homo propter aſſumptionem carnis, & animæ in unitatem ſuę præexiſtentis perſonæ, ſine quacunq; ſui mutatione. Quælibet opi. ſuum intentum multiplici auctori. nititur ſolidare: quæ patet in textu.

QVAESTIO I.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quęritur primò utrũ aliquæ iſtiũ opi. quas magiſter recitat in lr̃a ſecundũ ueritatẽ catholicã ſit tenenda. Quęſtio habet articulos tres. In primo dicetur in quibus opi. illę cõueniunt. In ſecundo, in qbus differunt. In tertio, quæ earum dicta ueritati congruunt, & reſpondebit quæſtioni. ¶ Quantum ad primum notandũ, ꝙ opi. in concluſionibus textualibus recitatæ non in omnibus ſunt contrarię: ſed in quibusdam conueniunt. Et præſertim in quatuor articulis ſiue dictis, quæ catholica ueritas amplectitur contra quatuor hęreſes: ut recitat ſanctus Tho. in tertio ſcrip. in principio huius diſtin. ¶ Primum dictum eſt: ꝙ in Chriſto eſt tantum una perſona, ſcilicet diuina uerbi. & hæc ueritas deſtruit hæreſim Eutici, qui ut precedenti quęſtione dictum eſt, tenuit in Chriſto eſſe duas perſonas, ſecundum duas naturas: ut recitat ſanctus Bona. diſt. v. q. vij ¶ Secundum catholicum dictum eſt: quòd in Chriſto ſunt duæ naturę diuina, & humana: & tres ſubſtantiæ, deitas, anima, & corpus. Hæc ueritas reprobat errorem Neſtorij dicẽtis in Chriſto unã tantum eſſe naturam: ſicut unam perſonam. ¶ Tertiũ dictum ueridicum eſt, ꝙ duę ſubſtantię, in quibus humana natura conſiſtit: corpus ſcilicet, & anima, aſſumptę ſunt a uerbo. Hęc ueritas contrariat fictioni, & ſtultitię Manichæi, qui negat Chriſtum habuiſſe uerũ cor-

A

Arti. 1.
Nota.

nus. ¶ Quartum dictum uerum eſt, ꝙ il-
lud, quod aſſumptum eſt: caro ſcilicet, &
anima, non præextitit unioni tempo-
re: ſed natura, quo euacuatur error Ori
genis dicentis. Aias ſimul ante corpora
creatas fuiſſe. Has quatuor ueritates ca
tholica fides amplectitur, & eas appro-
bat, ſicut ſatis patuit in pmiſſis diſt.
Arti. 2. Et hæc de arti. primo. ¶ Quantum ad ſe
B cundum articulum: ubi uidendũ, in quo
differant opi. illę. Dicendum, ꝙ quæli-
bet opi. aliquid ponit, aut negat, quod
In quo neutra aliarum facit. Prima ponit, ꝙ ex
illæ opi carne, & anima, & non ex deitate com-
niones ponitur ille homo aſſumptus a uerbo,
differãt. qui etiam eſt uerbum, & ita idem eſt aſ
ſumens, & aſſumptum, & hoc negat ſe-
cunda opinio. Dicit enim, ꝙ ex carne,
& anima componitur: non quidam ho
mo, ſed humanitas, & hæc non eſt uer-
bum, nec aſſumens, ſed tantum aſſum-
pta. Tertia opinio negat omnem com-
poſitionem: negat etiam, ꝙ aſſumptũ,
caro ſcilicet, & anima ſit uerbum. Secũ-
da opi. etiã differt a prima, & tertia: qa
ponit uerbũ poſt aſſumptionẽ eſſe cõpo
ſitum ex natura diuina, & humana, quod
negat opinio prima, & tertia. Tertia ue
ro opinio in hoc differt a prima, & ſecũ
da, quia negat compoſitionẽ animæ, &
corporis, quam ponunt duæ primæ o-
piniones, poſſunt inueniri, & aliæ dif-
ferentiæ earum, ſed hæ ſufficiant in pro
Arti. 3. poſito. ¶ Quantum ad tertium articu-
Cõcl. 1. lum eſt concluſio prima. In diuina uer
C bi incarnatione non eſt idem aſſumptũ
Non ẽ cum aſſumente. Probatur: quia nullum
idẽ aſſu temporale eſt idem æterno: ſed aſſum-
mẽs cũ ptum eſt temporale: aſſumens uero eſt
aſſumẽ æternum, ergo. Conſequentia nota cũ
te. maiore: quia temporale aliqñ incepit eſ
ſe æternum neſcit initium. Minor pro
batur, quia ꝙ aſſumptũ eſt, productũ ẽ
de uirgine, ergo tẽporale, ſicut uirgo:
aſſumens uero eſt uerbum, ꝙ eſt ęternũ,
ſcdm illud Ioã. j. In principio erat uer-
Corol. bũ ¶ Corollariũ, prima opi. in eo, ꝙ cõ
tradicit huic opinioni, non eſt tenẽda.
Cõcl. 2 ¶ Secunda concluſio. Verbum patris ex
tempore incarnatum non eſt aliquo
modo compoſitum. Probatur: quia om
nis compoſitio repugnat ſummæ ſim-
plicitati. Verbum ſicut quælibet diuina
perſona eſt ſummè ſimplex: ergo nullo
modo compoſita. Conſequentia nota:
maior ſimiliter: quia compoſitio, & ſim
plicitas opponuntur, ergo ſumma ſim-
plicitas omni compoſitioni repugnat.
Si enim aliquam compoſitionem admit
teret, iam non eſſet ſummè ſimplex, eſ-
ſet enim ſimplicius id, quod nullo mo-
do foret componibile. Minor eſt ma-
giſtri diſtinct. viij. primi: multas aucto.
adducentis. ¶ Corollarium. Secunda Corol.
opi. quantum ad id, quod dicit uerbum
eſſe compoſitum poſt incarnationẽ: nõ
habet ueritatem. Impoſsibile eſt enim
ex ſimplici fieri compoſitũ ſine ſua mu
tatione, uerbũ autẽ quia deus ſimplici-
ter eſt immutabile. Ego ſum dominus,
& non mutor. Mal. iij. ¶ Tertia cõclu- Cõcl. 3
ſio. Verbum in ſui incarnatione car-
nem, & animam non diuiſim aſſumpſit,
ſed coniunctim ſubſtantiã humanã, ex
his uere, & realiter compoſitam: nõ ut
indumentũ: ſed ut naturam, in qua ſub
ſiſteret perſonaliter ſibi uniuit. Proba-
tur concluſio: quia niſi aſſumpſiſſet illa
coniunctim: ita ꝙ anima, & caro ad in-
uicem unirentur, ut forma, & materia:
ſiue ut actus informans, & potentia ſu-
ſcipiens: non eſſet uiri uera humanitas,
ſiue natura humana: & per conſequens
nec uerbum eſſet uerus homo. Proba-
tur ultima conſequentia, quia impoſsi-
le eſt eſſe hominem ſine humanitate:
ſiue ſine natura humana. Et prima cõn
ſequentia probatur: quia caro, & ani-
ma ſeparata (ita ꝙ anima nõ informaret
carnem) non conſtituunt humanã na-
turam: cũ humana natura ſit compoſita
ex materia, & forma, quę eſt anima ra-
tionalis. ¶ Ex his patet, ꝙ neutra trium D
opinionum eſt quantum ad omnia te-
nenda: ſed inter illas ſecunda minus
recedit a ueritate, quia excepto, quod
dicit perſonam uerbi compoſitam in
alijs nihil deuiat a ueritate. Quod uero
dicit perſonam uerbi compoſitam, ꝙ &
Dama. uidetur dicere. Ait enim. In do-
mino enim Ieſu Chriſto duas quidem
naturas cognoſcimus. Vnã autem hy-

poſtaſim ex utriuſq; compoſitam exponi debet: ꝙ ita uerè ſunt in Chriſto illæ duæ naturæ: humana, & diuina ac ſi cõponerent perſonam: ſed ita confuſè ut nihil tertium fiat ex eis. Et idem dicit Dam. Si ſecundum hæreticos unius naturæ compoſitę Chriſtus exiſtit, ex ſimplici natura uerſus eſt in compoſitam: & neq; deus uocatur, neq; homo, quẽadmodum ex anima, & corpore hominem eſſe animus, uel ex quatuor elemẽtis corpus. Capitur ergo compoſitum largè, & ꝓpriè. Largè pro quolibet ſubſiſtente in pluribus, ſiue ex pluribus: ut dicatur compoſitio: quaſi ſimul cũ alio poſitio. Propriè autem quod cõſtat ex partibus, quarũ una, perficit aliam: aut ex eis conſtat tertium: & illo modo ꝓpriè capiendo compoſitũ: perſona uerbi non eſt compoſita: ut magis patebit ſequẽ. q. ¶ Prima opinio plura habet impropria: ſcilicet, ꝙ ille homo Chriſtus incepit eſſe deus, ꝙ aſſumens eſt aſſumptum, & econuerſo: & ꝙ uerbum eſt ille homo compoſitus ex anima, & carne &c. quæ nulla ſermonis proprietate ſuſtineri poſſunt. ¶ Tertia uero opinio hodie cenſetur hæretica: licet non tempore magiſtri: quoniam tempore Alexandri tertij condemnata dicitur: ut in c. cum Chriſtus. extra de hæreticis. ubi dicitur. Cum Chriſtus perfectus deus, & perfectus ſit homo: mãdamus quatenus ſub anathemate interdicas: nequis de cætero audeat dicere. Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum, ꝙ homo: quia ſicut Chriſtus uerus eſt deus: ita uerus ẽ homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtẽs Non ſubſiſteret autẽ ex humana carne: ſi caro non eſſet unita animæ. Similiter ſi uerbum aſſumpſiſſet carnem, & animam tantum, ut habitum ut indumentum: non ſubſiſteret in eis, ut in natura humana: & per conſequẽs non eſſet uerus homo. & ſi uidetur opinio illa in illa decretali condemnata. Auctoritates ergo quæ uidentur ſonare, ꝙ Chriſtus aſſumpſit humanam naturam, ut habitum, exponendę ſunt propter quandam ſimilitudinem huius naturæ ad habitum. Sicut enim habens habitum non mutatur, ſed magis habitus occultatur ſub habitu: ita perſona diuina non mutabatur in illa unione: ſed natura humana, quæ quaſi occultabat perſonam uerbi. Hæc Sco. quæſt. iij. huius diſtin. De illa uero propoſitione: Chriſtus ſecundum, ꝙ eſt homo, nõ eſt aliquid: uidebitur. infra cum agetur de reduplicatiuis diſtinct. vij.

Verbũ ĩcarnatum nõ eſt compoſitũ.

quomõ uerũ ẽ dicere, ꝙ Chriſtus aſſumpſit humanã naturã humanam ut habitũ.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur utrum ſicut in Chriſto eſt aliquod eſſe aliud ab eſſe increato: ita dici poſſet catholicè, ꝙ Chriſtus ſit aliqua duo. ¶ Solito more tribus articulis quæſtio illa terminabitur. Primus erit notabilium: ſecundus concluſionum ad quæſita reſpondentium: tertius dubiorum. ¶ Quantum ad primum, notandum circa illum terminum eſſe: ꝙ eſſe, ens, eſſentia, non differunt ſecundum rem ſignificatam: quia idem eſt in re eſſe rei, entitas rei, & eſſentia rei. Quod ſic patet: quia res non eſt ens per aliquid ſuperadditum: ſed ſeipſa. Omnis enim realitas eo, ꝙ ẽ ens, & eſſentia: alioquin res poſſet eſſe, & non eſſe ens: nec habere eſſentiam, ꝙ eſt inintelligibile, & implicat. Nam quicquid non eſt ens, nihil eſt, ſimiliter quod non habet eſſentiam, nihil eſt: ꝙ nihil eſt, non eſt: & ita ſi aliquid eſſet, & non eſſet ens: eſſet, & non eſſet. Item de quocunq; negatur ens, ab illo negatur omne prædicatum poſitiuum: eo ꝙ nihil eſt communius ente. Nihil autem eſt ens ſine eſſentia, cum eſſentia ſit illud, quo aliquid dicitur formaliter ens. Dicitur autem eſſe omne, ꝙ habet aliquam realitatem extra ſuam cauſam, & intellectum. Vel magis propriè loquendo: eſſe eſt realitas extra ſuam cauſam, & intellectum. Dicitur extra ſuam cauſam, propter eſſe in potẽtia, ſeu eſſe potentiale. Et dicitur extra intellectum, propter eſſe obiectiuum: non ꝙ eſſe in potentia: uel eſſe obiectiuũ ſit eſſe ſimpliciter loquendo: nam quod eſt in potentia tantum ſimpliciter non eſt: ſed poteſt

Arti. 1. Not. 1. A

Quid ẽ eſſe q̃d exiſtẽ, exiſtẽs, exiſtentia, & q̃uo differunt.

poteſt eſſe: ſimiliter quod eſt obiectiuè tantum: ſimpliciter non eſt:ſed cognoſcitur. Vnde Antichriſtus eſt in potentia tantum,& eſt obiectiuè: quia poteſt eſſe:& poteſt intelligi : & tamen falſum eſt dicere:ꝙ Antichriſtus eſt. Nihil.n.eſt ante ſui corruptionem:cum productio, & generatio ſit progreſſus rei de non eſſe, ad eſſe: & corruptio ſit progreſſus rei de eſſe ad non eſſe. ſimiliter & creatio & ānihilatio. Sed additū eſt propter modū loquendi quorundam improprium, qui dicunt effectū eſſe uirtualiter in potentia ſuæ cauſæ : & obiectum intelligibile eſſe obiectiuè in intellectu. Ex quo patet,ꝙ ly in potentia,uel potētialiter: & ly obiectiuum ſunt determinationes diſtrahentes terminum a ſua propria ſignificatione:ſiue ampliantes,& extendentes extra propriam ſignificationē: ſicut mortuus, corruptus, generandus, producendus, reſpectu ly homo. Differunt tū hæc uocabula,eſſe,ens, eſſentia ſecūdū modos grammaticales: ſicut uerbum,participiū,& nomē.

Not.2. B ¶ Secundò notandū: ꝙ exiſtere nō differt ab eſſe. nā exiſtere eſt eſſe actualiter: & hoc idē eſt eſſe.nā quod non eſt actualiter: ſimpliciter nō eſt. Eſt ergo idē eſſe, & actualiter eſſe: & ꝑ cōſequens idē eſſe,& exiſtere: niſi forte exiſtere diceret eſſe per ſe,uel eſſe totale,aut aliquid huiuſmodi: & ſic ſecundū quid nominis exiſtere mutaret locutio. Accipiendo autē prout cōmuniter eo utimur. cum dicimus partes exiſtere in toto:accidens exiſtere in ſuo ſubiecto, & ſic de alijs: ueritatem habet, quod dictum eſt: & ſic in propoſito accipitur exiſtere. Ex quo ſequitur, ꝙ idē eſt exiſtens, & ens,exiſtentia, & eſſentia : quia ſicut ſe habet exiſtere ad eſſe: ſic exiſtens ad ens, & exiſtentia ad ly eſſentia.

Not. 3. De quadruplici eſſe. ¶ Tertiò notandum : ꝙ quidam diſtinguunt quadruplex eſſe: ſcilicet eſſe eſſentiæ, eſſe exiſtentiæ eſſe ſubſiſtētiæ, quod eſt eſſe ſuppoſitale : & eſſe propoſitionale, quod importat compoſitionē prædicati cum ſubiecto:ſecūdum ꝙ dicit philoſophus.v. Metaphy. ꝙ eſſe ſignificat uerum, non eſſe falſum: & ſic tot poſſunt poni eſſe rei, quot prę dicata poſſunt uerè de re prædicari. de re.i.de nomine ſignificante rem. Sed ſecundum prędicta eſſe eſſentię, & eſſet exiſtentiæ non diſtinguuntur : niſi eſſe eſſentię acciperetur , ut extenderet ſe ad eſſe potentiale , uel obiectiuum : & ſic eſſe eſſentię diceret poſſe eſſe : ſed poſſe eſſe,nō ē eſſe:ſicut poſſe eſſe beatū,nō eſt eſſe beatū. Sic tamē accipiēdo differentia, eſt inter eſſe eſſentiæ & exiſtere : ſicut inter poſſe eſſe, & actualiter eſſe. Nomina quidem ſunt ad placitum: tenendus tamen eſt communis uſus eorum. In propoſito autem pro eodem accipiuntur eſſe,& exiſtere, eſſentia,& exiſtentia.

Not. 4. C Chriſt⁹ quid ſignificat ꝑ quo ſupponit. ¶ Quartò notandum, ꝙ Chriſtus nomen eſt perſonæ in duabus naturis ſubſiſtentis,diuina ſcilicet, & humana. In diuina, in qua habet eſſe primum, & tertium. In humana, in qua habet eſſe ſecundum temporalem, & quaſi aduentitium. Nam ſicut natura humana aduenit uerbo æterno ex tempore: dum ſcilicet naturam humanam aſſumpſit, in qua prius non ſubſiſtit: ita eſſe humanum eſt uerbo aduentitium, & non primum. Ex quo ſequitur, ꝙ uerbum nō ſemper fuit Chriſtus: quia nō ſemper ſubſiſtebat in duabus naturis. Quòd uero Chriſtus ſit nomen perſonę in duabus naturis, ſubſiſtētis : probatur per beatum Auguſtinum contra Maximum, & allegatur diſtinct. ſequenti. Chriſtus una perſona eſt geminę ſubſtātię, & Dam. & habetur eadem diſt. vii. Hoc nomen Chriſtus perſonę diuinę, non monotropos.i. uno modo dictū:ſed duarū naturarū eſt ſignificatiuum .ſ. deitatis, & humanitatis. Verū licet natura humana ſit aduentitia perſonæ uerbi:nō tamen eſt accidentalis ipſi uerbo: cōmunicans ſibi eſſ. ſecundū quid:ſed eſſe ſimpliciter ſecūdū,ꝙ ens diuiditur in ens ſimpliciter & ens ſecūdū quid:& ens ſimpliciter eſt ſubſtantia; & ens ſecundū quid, eſt accidens. Nā quale eſt aliquid in ſe, tale eſſe dat exiſtenti per ipſum: quia ergo ſubſtantia eſt ens ſimpliciter, dat ei, quod eſt per ipſum eſſe ſubſtantiale, & eſſe ſimpliciter. Vnde uerbum per naturam humanam, in qua ſubſiſtit ſimplici-

Nõ eſt idẽ eſſe contingenter, & accidentaliter.

ter,& non ſecundum quid: quia ſubſiſtit ſubſtanrialiter:& eſt ſimpliciter homo uetus,& ſubſtantialis:licet contingenter. Vnde non eſt idẽ cõtingenter, & accideraliter eſſe: qa eẽ hoiem cõtingenter conuenit uerbo: non tamen accidental ter:quia humanitas nõ conuenit uerbo tanquam accidens ſuo ſubiecto. Vnde patet, ꝙ non eodem modo uerbum ſubſiſtit in natura humana, quo homo in albedine: qa homo ſubſiſtit in albedine non ſimpliciter:ſed ſecundum quid:eo ꝙ albedo eſt ens ſecundum qd ideſt accidens. Verbum uero ſubſiſtit in natura humana ſimpliciter:quia natura humana eſt ens ſimpliciter, ideſt ſubſtãtia. Ex his ſequitur, ꝙ refert dicere: uerbum ſubſiſtit ſimpliciter in natura humana:& uerbum ſubſiſtit primò in natura humana. Patet quia primum uerũ, ſecundum falſum. Non enim ſubſiſtit uerbum primò exiſtentia humana: ſed primò ſubſiſtentia diuina: nam iſta ſub ſiſtit ab æterno. illa ex tempore: ut dictum eſt.

Not. 5. D

Duo dupliciter accipitur.

¶ Vltimo notandum, quod nomen duo accipitur aliquando maſculinè,& ſic importat dualitatem ſuppoſitorũ:& ſic non ſupponit niſi pro duobus, quorum quilibet eſt ſuppoſitum: ſic non eſt uerum, ꝙ Petrus ſit duo: licet ſit materia,& forma coniunctim. Alio mõ accipitur neutraliter, ideſt in neutro genere, & ſic ſupponit pro quibuſcunq; duobus realiter, & numero diſtinctis: ſic dicimus, ꝙ partes hominis ſunt duo: etiam homo eſt duo caro ſcilicet,& anima.

Arti. 2. Cõcl. 1 E

¶ Quantum ad ſecundũ articulũ, eſt cõcluſio prima. In Chriſto ſunt plura eẽ eſſentiæ: ſimiliter,& plura eſſe exiſtentiæ. Prima pars probatur: quia tot ſunt in Chriſto eſſe eſſentię, quot ſunt in eo eſſentiæ, ſed plures in eo ſunt eſſe eſſentiæ: ergo. Conſequentia nota:& maior ſimiliter, qa idẽ eſt eſſe eſſentiæ,& eſſentia: ut patet in notabili primo. Minor probatur: quia quælibet natura eſt eſſentia quædam: ſed in Chriſto ſunt plures naturæ: ergo plures eſſentiæ. Conſequentia nota ẽ cum maiore. Minor patet quia in Chriſto eſt natura humana, & natura

In Chriſto ſic plura eſſe.

diuina, quarum quælibet eſt eſſentia quædam, quę ſunt genere, & ſpecie diſtinctæ ſiquidem una creata, alia increata. Secunda pars concluſiones probatur ex prima nam plura ſunt in eo eſſe eſſentiæ, ergo plura eſſe exiſtentię. Tenet cõſequentia, quia idem eſt eſſe eſſentiæ,& eſſe exiſtentiæ, ut dictum eſt notabili ſecundo. ¶ Præterea in Chriſto eſt exiſtẽtia naturæ diuinę, & exiſtentia naturæ humanæ:& hæ ſunt diſtinctę. Conſequentia nota cum minore. Maior probatur, qa in Chriſto eſt exiſtẽtia naturæ diuinę manifeſtũ eſt. Etiã naturæ humanæ. Probatur ſi humana natura derelinqueretur: eſſet exiſtentia naturæ humanæ propria ergo & aſſumpta exiſtit eadem exiſtẽtia. Tenet conſequẽtia, quia per eius dimiſsionem nihil noui producitur in natura dimiſſa: ergo quicquid eſt in ea dimiſſa, fuit etiã in ea coniuncta, ſed in ea dimiſſa eſt eſſe exiſtentiæ aliud ab eſſe naturæ diuinæ. ¶ Secunda concluſio. Sicut in Chriſto non ſunt plures perſonæ: ita nec plura eſſe ſubſiſtentiæ. Prima pars probatur, quia in Chriſto nõ ſunt plura eſſe incõicabilia: ergo nec plures pſonę. Tenet cõſequentia per diffinitionẽ perſonę. Antecedẽs probatur: quia in Chriſto nõ ſunt niſi natura diuina: natura humana,& pſona uerbi cõſtituta ex natura diuina,& proprietate relatiua: ſed ſolum cõſtitutũ eſt ſimpliciter incõmunicabile. Nã natura diuina cõicatẽ uerbo, ut qđ, proprietas relatiua: ut quo eſt uerbum, uel filius. natura humana, ut quo eſt homo. Vel ſic redit in idem, natura diuina, & proprietas relatiua cõicantur uerbo, ut conſtituentia cõſtituto. Natura humana, ut natura ſuppoſitanti ſolum conſtitutum nulli communicatur: ergo tantum unũ eſt incõicabile. ¶ Tertia cõcluſio. Quia in Chriſto nõ ſunt duę pſonæ, Chriſtus non eſt duo maſculinè. Prima pars patet ex concluſione pręcedenti. Secunda probatur: quia duo maſculinè ſupponit tantum pro ſuppoſito, ut patet ex nota bili ultimo: ſed non ſunt in Chriſto plura ſuppoſita, ergo nõ ſũt ibi aliqua duo maſculinè: ita habet Sco. q. ij. huius diſ.

Cõcl. 2

In Chriſto non ſũt plures perſonæ.

Cõcl. 3

& conſentit cõcluſioni quartę. ❡ Quarta concluſio. Licet in Chriſto ſint duæ naturę diſtinctę realiter: nõ tñ Chriſtus ẽ duo neutraliter. Prima pars patet: quia in eo ſunt natura diuina, & natura humana, quæ diſtinguuntur: nedum numero, ſed ſpecie, & genere: ut dictum ẽ. Secunda pars patet per illud Athanaſij. Non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus. Probatur etiam ratione: quia Chriſtus non eſt natura humana, nec aliquid diſtinctum a perſona uerbi: ergo non ẽ duo neutraliter. Tenet conſequentia: quia duo neutraliter dicit aliqua duo realiter diſtincta. Antecedens probatur: quia Chriſtus nomen eſt perſonæ: ergo ſupponit tantum pro perſona: & non pro aliquo diſtincto a perſona: licet benẽ connotet diſtinctum a perſona: ſicut album ſupponit pro ſuppoſito habente albedinem, & non pro albedine: licet bene connotet albedinem. Sic Chriſtus ſupponit pro perſona diuina ſubſiſtente in natura humana, non autem pro natura humana: quia natura humana realiter diſtincta eſt a uerbi perſona, quia autem diuina natura non diſtiguitur realiter a pſona uerbi: licet ab ea diſtinguatur formaliter: ideo forte poſſet dici, ꝙ ſupponit ꝑ natura diuina ſuppoſitione idẽtica: nec propter hoc ſupponit pro duobus: quia diuina natura, & pſona uerbi nõ ſunt duo: nec maſculine: q̃a nõ duo ſuppoſita: nec neutraliter, q̃a nõ ſunt aliq̃ realiter diſtincta.

Chriſtus non eſt natura hũana.

Arti. 3. Dub. 1. F

❡ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò, utrum natura humana, natura diuina in quibus ſubſiſtit Chriſtus, debent dici partes chriſti: & uidetur, ꝙ ſic, quia dicit Athanaſius. Sicut anima rationalis, & caro unus ẽ homo, ita deus, & homo unus eſt Chriſtus, ſed aia, & caro partes ſunt hoĩes, ergo deus, & hõ ſunt ptes Chriſti, nõ qdẽ pſonæ, ſed naturę. Similiter Dam. dicit, duas naturas unitas inuicẽ in unam cõpoſitam hypoſtaſim. Item dicit, ꝙ Chriſtus totus fuit in inferno, non tamẽ totũ, ſi ergo eſt totus, ergo hẽt partes, & nõ alias quã humanitatẽ, & diuinitatẽ. ❡ Ad dubium reſpondetur, ꝙ quia de rõne ptis ſunt duo. Primũ, ꝙ realiter diſtinguatur ab eo cuius eſt pars: nihil enim eſt pars ſuiipſius: & propter hoc licet aia replicetur ſub partibus corporis, tamen aia in pede, nõ pars animæ informantis totum corpus, qa ipſa aia, q̃ eſt in pede, ipſa eadẽ ẽ in capite, & manu, & toto corpore. Secundo requiritur, ꝙ ipſa ſic cũ alia cõponat, ſiue integret totum, quod ſine ea non eſſet, nec eſſe poſſet totum idẽ ſcdm primũ, & propriĳſſimũ idẽtitatis modum. Sic ſcientia non eſt pars animę quia ſiue aſsiſtit, ſiue nõ, anima ſemp ẽ eadem, & in nullo ſubſtãtialiter mutata. Probatur primum, deitas non eſt pars Chriſti, aut uerbi, quia eſt eadem realiter uerbo. Probatur ſecundum. Natura humana nõ eſt pars Chriſti: quia nõ eſt pars uerbi: Chriſtus autẽ, & uerbum idem ſunt ut dictum eſt. Nã ſiue natura humana ſit aſſumpta, ſiue non: uerbũ eſt idem omnibus modis, quod nunc ẽ: nec propter aſſumptionẽ naturę humanę: nec ꝑpter eius dimiſsionẽ uerbũ in aliquo mutatum, quia æternum eſt, & immutabile. Sic nec Chriſt[us]: qa & Chriſtus eſt æternus, licet dimiſſa natura humana deſineret eſſe Chriſtus, ſicut creator a (genitiui caſus) eſt æternus: licet a producto deſinat eſſe eius creator. Ex quibus patet reſponſio, ꝙ neq; humanitas: neq; diuinitas eſt pars Chriſti ex cauſis ſupra expreſsis. Ex quo ſequitur, ut in præcedenti. q. dictum eſt, ꝙ licet Chriſtus ſubſiſtit in duabus naturis diuina, & humana: non tamen componitur ex eis, & hoc patet etiam ꝑ Dam. lib. iij. dicentem. Incouertibiliter, & inalterabiliter unitę ſunt adinuicem duę naturę, neque natura diuina excedente a propria ſimplicitate, neq; uerſa humana in deitatis naturam: neque ex duabus una facta compoſita natura. Compoſita enim natura neutra earum, ex quibus componitur homouſion (id eſt conſubſtantialis) eſſe põt. ꝙ etiam poſt ex hoc deducit: quia ſi ex utraq; compoſitus eſſet Chriſtus: neq; deus, neq; homo eẽt, ſed tm̃ Chriſtus. Verum ſicut Ockam in concluſione. 36. cẽtilogij admittit illã ſaltem in ali.

Natura hũana & diuina non sũt partes Chriſti.

quo caſu,ſcilicet filius dei eſt compoſi-
tus ex anima,& corpore. ad hunc ſen-
ſum,quia aſſumptum ab eo in unitatem
ſuppoſiti eſt compoſitum, ſcilicet natu
ra humana,tametſi filius dei ſit ſecun-
dum ſe ſimplicisſimus, ita forte poſſet
concedi ſecundum eundem, ſi uſus lo-
quendi haberet,filius dei habet partes:
quia natura aſſumpta habet partes. Po-
nit enim duplicem compoſitionem rei,
ſcilicet ſecundum ſe, & ſecundum ali-
quid a ſe aſſumptum. Sed ſecundum di-
cēda inferius: cum eſſe compoſitum ſit
concretum primi ordinis: forte non po
teſt dici de ſuppoſito diuino: de quo in
G fra diſtin.vij. ¶ Ad argumenta:ad illud
Athana. Sicut anima rationalis &c. ubi
dicitur, ꝙ ſicut, non dicit oīdam ſimi-
litudinē. Eſt autē in hoc ſimilitudo:q̄a
ſicut anima,& caro uerè ſunt in homi-
ne & realiter:ita natura diuina, & hu-
mana uerè,& realiter ſunt in Chriſto:
& ſicut unita ſunt inter ſe in homine,
anima quoq; tanquam actus, & forma
perficit materiam, & conſtituunt hu-
manam naturam,ita & in Chriſto. Itē
ſicut anima, & caro in homine dant to
ti denominationem hominis, ita anima
& caro dant eandem denominationem
uerbo, ita ꝙ uerbum propter animam,
& carnem,in quibus ſubſiſtit, uerus eſt
homo. Poteſt etiam habere hūc intel-
lectum,ſicut anima rationalis, & caro
ſiīt uerè unita in homine, ita deus.i.ſup
poſitum diuinum habens in ſe uerè, &
realiter humanam naturam: animam.ſ.
& carnem,propter quod dicitur homo:
unus eſt Chriſtus,ut tactum fuit in pri
mo diſtin.xxx.q.iiij. Idem habet Ockā
in concluſione.xviij.ſui centilogij. In
hoc autem eſt diſsimilitudo, quia ani-
ma,& caro coniuncta, & hoc in alijs a
Chriſto, ſunt perſona,hoc eſt compo-
ſitum ex eis,humana ſcilicet natura eſt
perſona,non ſic in uerbo. Item anima,
& caro ſūt partes hoīs, quem denomi
nant: nō ſic in uerbo:non enim ſiīt par
tes uerbi,ꝙ ab eis denominatur homo.
¶ Ad ſecundum de Dam. ſolutum eſt q̄-
ſtione præcedentis: ubi patuit de duplici
acceptione nominis compoſitio. D. Et

Exponitur ſicut anima rationalis,& caro unus eſt hō.

ad illud,quod additur de toto: dicitur,
ꝙ totum dupliciter accipitur. Vno mo
do,ut ualet tantum, id eſt perfectum,
cui ſcilicet nihil deficit ad eius eſſe re-
quiſitum. Sic dicit Saul.ij.Reg.j. Adhuc
tota anima mea in me eſt. Alio modo
accipitur pro compoſito ex partibus,ꝙ
non eſt pars alterius compoſiti. Dauid.
autem accipit totū primo modo: ſicut
etiam accipit,cum dicit: totus Chriſtus
eſt deus:ſed non ſolū deus. Vult enim,
ꝙ de Chriſto, non ſolum prædicatur
hoc prædicatum deus: ſed etiam aliud,
quod non prædicatur conuertibiliter
de deo,puta homo: ſicut concedimus,
ꝙ lac non eſt ſolum album: ſed etiam ē
dulce. Vel uult,ꝙ Chriſtus non ſolum
habet naturam diuinam, ſed etiam natu
ram humanam, ita ꝙ excluſio illa intel
ligitur fieri circa abſtractū incluſum: in
ſuo concreto,quod etiam dicit: non to
tum eſt deus: totum accipitur ſyncathe
gorematicè, id eſt non quælibet natura
in Chriſto eſt deus. ¶ Dubitatur ſecun-
dò contra concluſionem quartam,quæ
dicit Chriſtum non eſſe duo neutrali-
ter, nā ſicut homo puta, Petrus eſt duo
materia ſcilicet, & forma coniunctim:
licet non ſit alterum illorum. Eſt enim
totum compoſitum, totum autem eſt
ſuæ partes ſimul. Ita Chriſtus licet non
ſit natura humana ſeorſum, uidetur tñ
ꝙ ſit ſimul natura humana, & diuina cō
iunctim: uel unitè,in quibus ſubſiſtit:&
ſine quibus non eſt Chriſtus. Et item
Iſido. Mediator dei,& hominum Chri-
ſtus Ieſus,quāuis aliud ſi de patre, aliud
de uirgine,non tamen alius. Item An-
ſel. de incarnatione uerbi. Non eſt alius
deus: alius homo in Chriſto: quāuis ſit
aliud deus,aliud homo, ſed ubicunq; ē
aliud,& aliud: ibi ſunt duo: ergo Chri-
ſtus eſt duo. Item Chriſtus eſt unum
unitate increata, & eſt unum unita-
te creata, ſcilicet unitate naturæ hu-
manæ, ſed unitas creata,& increata ſūt
duò, non unum: igitur. Item ſicut in tri
nitate ſunt tres perſonæ in una eſſen-
tia, ita in Chriſto ſunt duæ naturæ diui
næ in una perſona, ſed propter unitatē
naturæ pater, & filius,& ſpiritus ſanctus
dicun-

De duplici acceptione nominis totum.

Dub. 2. H

Quid ad hoc requirit ꝙ aliqua dicantur duo, &c.

dicũtur unum nõ unus; ergo & propter unitatem perſonæ Chriſtus debet dici unus. Et propter dualitatem naturarũ debet dici duo: quia ſicut duo maſculinè dicit perſonã, ſeu ſuppoſitũ; ita in neutro genere dicit naturas. ¶ Pro reſponſione notandũ, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid dicãtur duo aliqua ſeparatim: oportet, ꝙ quodlibet illorum de ipſo ſeparatim prędicetur: ſicut eſſentia diuina eſt tres perſonæ. quia quælibet perſona de ea prædicat̃. Ad hoc uero, ꝙ ſint aliqua duo cõiunctim, & nõ ſeparatim: oportet, ꝙ ex illis conſtituatur unum compoſitum tã quã ex partibus: ita ꝙ nulla illarum partiũ de ipſa ſeparatim p̃dicet̃ ſicut caro, & aĩa coniunctim de hoĩe p̃dicantur, qa ex illis componitur homo: & nec caro, nec anima ſeparatim dicitur de homine: & ideo licet ad hoc, ꝙ aliquid ſit albũ, requiritur ſubiectum, & albedo, quorum ſi alterum deficit nõ eſt album: tñ album non eſt ſubiectum, & albedo; alioquin hæc eſſet falſa: homo eſt albus: uel albũ eſt homo: quia homo non eſt ſubiectũ, & albedo. Nõ. n. eſt aggregatum ex ſubſtantia, & accidente. Ratio. quia ſubiectum, & albedo non conſtituunt unũ compoſitũ ſicut anima, & caro. Per hoc ad propoſitum: licet ad hoc, ꝙ uerbum ſit Chriſtus: requiritur utraq; natura: qa tñ illę duę naturę non conſtituunt unum cõpoſitũ: licet ſint in uno ſuppoſito: ideo Chriſtus non eſt illa duo non ſeparatim, patet. Nec coniunctim: quia Chriſtus eſt pſona uerbi, & nihil aliud, habens tamen naturam humanam. Similiter ſicut ſciens nõ eſt homo, & ſciẽtia: ſed eſt perſona tantum humanã habens in ſe ſcientiam. Supponit. n. ſolum pro homine, & cõnotat ſcientia inexiſtente: ſic Chriſtus ſupponit pro perſona uerbi, & connotat naturam huma-
I nam. Et per hoc ad rationes. ¶ Ad primam dicitur: ꝙ nõ eſt ſimile de Petro, & Chriſto: quia Petrus eſt compoſitum ex carne, & anima: non ſic Chriſtus eſt compoſitus ex humanitate, & diuinitate. ¶ Ad ſecundum de Iſidoro dicitur: ꝙ exponendus eſt: nam quia ſuppoſitum diuinæ naturę non eſt aliud a ſuppoſito humanę naturę: nec diuina naturã quę de Chriſto prædicatur eſt aliud a ſuppoſito eius; nec per conſequens a ſuppoſito humanæ naturæ: ideo Chriſtus proprie nõ dĩ aliud, & aliud. Sed uerba Iſid. referenda ſunt ad naturã. i. alterius, & alterius naturæ. Vel (& eſt idẽ) Chr̃us eſt aliud a patre. i. aliam naturam accepit a patre, & aliud. i. aliam naturam aſſumpſit de uirgine. Ita exponit beatus Tho. in tertio ſcripto diſtin. vj. q. iiij. & Alexan par. iij q. vj membro. ij. arti. j. p idẽ ſoluitur auctõ. Anſel. & ſimiles Aug. quæ habentur in tex. diſt. vij. c. y. ſecundum magiſtrum. ¶ Ad tertiũ dicitur, ꝙ Chriſtus nõ eſt unum unitate creata, quia non eſt unitas creata: nõ eſt enim natura humana, quæ eſt unitas creata: ſed eſt unum, & unus unitate naturæ diuinæ, & unitate perſonę, quæ ſunt unitas increata. Nihil enim creatum eſt eſſentiale Chriſto: ſicut albedo nõ eſt eſſentialis albo. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ tres perſonæ diuinæ dicũtur unum: nõ præciſé propter unitatem naturæ: ſed propter unitatẽ naturæ, quæ eſt eadem cuilibet perſonæ; & non unus, propter realem diſtinctionem perſonarum: nũc ergo quamuis in Chriſto ſunt duæ naturæ realiter diſtinctę: Chriſtus tamen nõ eſt illę naturæ diſtinctę. Nõ. n. eſt natura humana: licet ſit natura diuina, & tantum natura diuina. Ideo non põt dici neutraliter duo: ſicut album non eſt duo, licet ibi ſint duo, ſubiectum, & albedo: qa albedo nõ eſt album: ſed tantum ſubiectũ eſt album. ¶ Dubitatur tertio: utrũ Chr̃us ſit aliqd ſecundũ ꝙ hõ: & ui- Dub. 3. K
detur ꝙ non: qa Chr̃us ſecũdũ ꝙ hõ, neq; eſt creator, neq; creatura: ergo non eſt aliquid. Conſequentia tenet a ſufficiẽti diuiſione; quia omne aliquid eſt creator uel creatura. Nam creator & creatura diuidunt omne ens: hoc eſt ens in genere. Antecedens probatur: quia Chriſtus ſecundum ꝙ homo non eſt creator; quia tunc omnis homo eſſet creator: ut patet exponendo: neq; ſecundum ꝙ homo eſt creatura: quia præiacẽs eſt falſa: Chriſtus eſt creatura. De hoc dubio infra dicetur diſt. vij. cũ

An Chriſtus ſit unũ unitate creata, uel increata.

agetur de reduplicatiuis; ideo breuiter dī, ꝙ hęc eſt cōcedenda: Chriſtus ſecundū ꝙ ho eſt aliquid, ut patet per decretalē Alex. ſup. q. j. allegatā. cū chriſtus. de hęreti. & cū dr̄: nec eſt creator &c. cōceditur, ꝙ neutra illarum concedenda eſt, chriſtus ſecundū ꝙ homo eſt creator: Chriſtus ſecundū ꝙ homo eſt creatura: ut probatū eſt: ſed negatur conſequētiā, ꝙ ergo ſecundū ꝙ hō non eſt aliquid. Ad ꝓbationem dicit, ꝙ licet creator, & creatura diuidūt ens ſufficienter: nō tñ cū quacūq; determinatione. Nā deus ſecūdū ꝙ uolēs, aut ſapiēs, nec eſt creator, nec creatura. ¶ Si dicis: ſi chriſtus ſecundū ꝙ homo eſt aliquid, quid ergo eſt: ſi nec eſt creator, nec creatura. Reſponſio: chriſtus ſecūdū ꝙ homo eſt ſubſtātia, eſt corpus, eſt aīa, eſt uiuēs, eſt ſenſitiuus, eſt rationalis: & ſic de cæteris ꝓdicatis, q̄ prędicantur eſſentialiter, uel quidditatiuè de homine. De hoc latius inf. Et tantum de illa quæſtione.

DISTINCTIO. VII.

CIRCA quæſtiones d̄ ꝓpoſitionibus unionis naturarum humanæ, & diuinæ motas opin. tres recitauit. In hac diſt. vij. eaſdē ad propoſitum applicans magiſter, oſtendit quomodo quęlibet harum intellectum propoſitionum determinauit. ſunt propoſitiones illæ: deus factus eſt homo: homo factus eſt deus. ¶ Poteſt autem ſentētia huius diſt. ad tres cōcluſiones reduci, quarū prima eſt. Dictarum propoſitionum intellectū prima opinio ſic explicat: ꝙ deus cępit eſſe ſubſtantia rationalis quæ ante non fuerat. Et illa ſubſtantia cępit eſſe deus: ꝑ gratia, non natura, nec meritis habuerat. Addit, ꝙ chriſtus inquantū homo rectè dicitur prędeſtinatus eſſe filius dei. ¶ Secūda cōcluſio. Deus ſecundum opin. ſecundam cępit eſſe ſubſiſtens ex duabus naturis, & trib⁹ ſubſtātijs incarnatus, & inquantū ſic ſubſiſtēs, & inquātum homo eſt prædeſtinatus. ¶ Tertia concluſio. Deus factus homo dicitur ſecundū opinionē tertiā: quia deus hominē accepit, & d̄us eſt homo: & homo factus eſt deus: quia homo aſſumpt⁹ eſt a deo, & homo eſt deus: quia habens hominē eſt deus. In hoc uero prædeſtinatus: quia prædeſtinatū eſt, ut chriſtus ens homo ſit dei filius: nec tñ dicendus eſt homo dominicus. Has proſequitur magiſter cū expoſitione aucto. ad propoſitum alicuius eorum ſonantium.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionem quæritur: utrū per idiomatum communicationem concreta utriuſq; naturæ chriſti: diuinæ .ſ. & humanæ, prędicanť de ſeinuicem uerè, & affirmatiuè. ¶ In quæſtione erūt articuli tres. Primus terminos declarabit: ſecundus per concluſiones reſpōdebit, tertius dubia mouebit.

Arti. 1. ¶ Quantū ad primū, notādū circa iſtū terminū cōmunicationem idiomatum: ꝙ idioma græcè eſt, proprietas latinè: & accipiť hic pro cōcreto importante proprietatem alicuius. Dicit ergo cōicatio idiomatū cōmunicatio ꝓprietatū. Eſt aūt cōicatio idiomatū in chriſto, mutua ꝓdicatio cōcretorū utriuſq; naturæ de ſeinuicem: & de ſuppoſito in his ſubſiſtente: ut etiā habet Nicolaus Orē in tractatu de cōicatione idiomatū. Exemplū primi: ut ꝙ cōcretū diuinæ naturæ .ſ. deus: prædicatur de cōcreto humanæ naturæ .ſ. homo, & ecōuerſo: dicendo homo eſt deus: deus eſt homo: homo eſt ęternus, infinitus, creator &c. Deus eſt temporalis, corruptibilis, paſſibilis, mortalis &c. Exemplum ſecundi: chriſtus eſt deus: chriſtus eſt homo &c. Dicitur notanter concretorū: quia abſtracta naturarum nō prędicantur de ſeinuicem. Sicut enim naturæ in chriſto manent inconfuſę, & diſtinctæ: ita ꝙ neutra mutatur in aliam: ita etiā abſtracta naturarum non prædicantur de ſeinuicem. Nam natura humana non eſt diuina: nec diuina humana: hæc enim ſimpliciter eſt impoſſibilis: natura diuina eſt natura humana: &

Idioma quid ſit, & unde dicitur.

& econuerſo. ¶ Sed ſi quæris: utrum abſtracta prædicent de concretis, uel econuerſo. Dico primò: q̃ abſtracta naturæ humanæ non dicuntur de ſuppoſito diuino. Hæc.n. eſt impoſsibilis: humanitas Chriſti eſt Chriſtus, eſt uerbũ, eſt deus, humanitas eſt creator, eſt perſona filij &c. quia humanitas eſt pura creatura tẽporalis corruptibilis, & annihilabilis: & per conſequens non põt eſſe deus, æternus, infinitus, & immutabilis. Si autem aliquã taliũ reperitur in ſcriptura, exponenda eſt ſecundum magiſtrum. i. ſubſiſtens in natura humana eſt deus, æternus &c. Abſtracta autem diuinę naturę, quia ſupponunt pro natura diuina, quę idẽtificatur perſonis: ideo etiam prædicantur de quolibet ſecundũ prædicationem identicam, de quo pręd icantur concreta naturæ diuinæ: ut natura diuina eſt identicè, uel ſecundum prædicationem identicam perſona, eſt uerbum eſt Chriſtus. Sed concreta naturæ humanæ, etſi ſecundum rigorem uerborũ poſſunt prędicari identicè de natura diuina: ut natura diuina eſt homo, eſt mortalis, eſt paſsibilis: quia eſt perſona, quæ eſt homo mortalis, paſsibilis: non tamen illę admittuntur propter hæreticos, & ne detur occaſio errandi ſimplicibus, qui putarent illas accipi ſecundũ prędicationẽ formalẽ. cõcordat Ockã. q.ix. tertij. ante dubia: & in ſolutione ad ſecundum dubium. Et ualent ad hoc dicta diſt. v. in concluſione. vi. & dicenda in notabili ſequenti diſt huius. Item diſt. vii. in dubio tertio.

Not. 1.

Not. 2. ¶ Secundò notandum, q̃ concreta ſunt in triplici differentia. Nam quædam non prædicantur niſi de his, quibus immediatè, & primò conueniunt. i. quibus conueniũt nõ ratione alicuius diſtincti, aut ratione alicuius partis præciſè: ſiue quia prædicantur de illo omni alio circumſcripto, & de nullo illo circumſcripto: ut ſunt idem, diuerſum, inhærere, informare, ſubijci ſiue eſſe ſubiectum, eſſe partem, eſſe totum, eſſe compoſitum, depẽdere, ſuppoſitare, accidentale, ſubſtantiale, infinitum, illimitatum, finitum, limitatũ, uerũ, diuerſum, diſtinguitur: bene prędicãtur de aliquo mediatè, & non primò: tamen non niſi ratione alicuius intrinſeci, & eſſentialis. Nam diſtingui conuenit partibus integralibus hominis ratione materiæ cui primò, ſeu immediatè conuenit. ¶ Alia ſunt concreta, quę ſolum prædicantur de illis quibus mediatè conueniunt. i. ratione alicuius diſtincti, & extrinſeci: quo circumſcripto de illo non prædicarentur: & de nullo immediatè ratione ſuę ꝓprię eſſentiæ uel naturæ: ut albũ, nigrum, calidum, frigidum, ſciens, uirtuoſus, grammaticus, logicus, philoſophus, tẽperatus, humilis. Illa enim prędicantur de ſubiectis ratione accidentium, & ita mediatè: & non ꝑdicãtur de ipſis accidentibus Nõ.n. albedo ẽ alba, nec calor calidus, nec ſcientia ſciẽs, nec cognitio cognoſcẽs, nec uirtus uirtuoſa; q̃a oĩa illa cõcreta impoſita ſunt ſubiectis, q̃bus inhęrẽt talia accidẽtia. Nã albũ deſcribitur res habens in ſe albedinem. ſciens res habens in ſe ſcientiam. & ſic de alijs. ¶ Sed diſt. omne per accidẽs reducibile eſt ad aliquod per ſe: ergo quicquid conuenit alicui mediante accidente: conuenit alicui pſe, & immediatẽ. Reſpondetur: q̃ illa propoſitio aſſũpta falſa eſt realiter, & uniuerſaliter quia eſſe albũ, eſſe ſciẽtẽ, non conuenit alicui primò immediatẽ, & eſſentialiter, ſed cuicunq; conuenit per accidens ſibi inhęrens: & nõ cõuenit accidenti: quod maximẽ uerum eſt de ly ſciens, & uirtuoſus, ſapiens: ſi illa prędicata non conueniunt uniuocẽ deo, & creaturis. De concretis autem uitiorum eſt ſimpliciter uerum: ſed ſi uera eſt oportet eam intelligere logicaliter ſic: q̃ omne prędicatum prædicabile de aliquo per accidens, huc accidẽtaliter prędicatur de aliquo eſſentialiter, quod eſt uerum: quia omne prædicatum commune prædicatur eſſentialiter de ſuo q̃dditatiuẽ inferiori. ¶ Tria ſunt concreta, quæ indifferenter prędicãtur de illis quibus conueniunt immediatẽ & primò: & etiam de illis, quibus cõueniunt mediatẽ: ut calefactiuum, diſgregatiuũ, q̃ ꝑdicanẽ de calore, & albedine: q̃bus primò, & immediatẽ cõueniũt: &

B Idioma ta in triplici differẽtia.

Omne per accidẽs reducibile ẽ ad aliqđ per ſe, q̃uo intelligiẽ.

etiā de ſubiecto calido, albo, quibus cō-
ueniunt mediatè. Sic comedere, bibere,
producere, generari, corrūpi, pati, mor
tale, immortale: illa .n. & toti conue-
niunt ratione partis mediatè: & etiam
parti immediatè. Totum enim genera-
tur, & producitur ratione formę. Mate
ria .n. eſt ingenerabilis, & incorruptibi-
lis: & etiā forma producit, generatur, &
corrūpitur. ¶ Si quæris, quæ ſit cauſa hu
ius differentię, & diuerſitatis. Reſpon-
detur, ꝙ uix alia ratio aſsignari pōt, niſi
modus ſignificandi termini, quem ha-
bet ex ſua impoſitione: uel uſus cōmu
nis loquentiū. Nā eo ipſo, ꝙ albū impo
ſitū eſt ad ſignificādum rem, cui inhæ-
ret albedo: ſequitur, ꝙ nō prędicatur de
aliquo immediatè: eo ꝙ habere albedi-
nem ſibi inhęrentem non conuenit rei
ex ſeipſa: ſed per albedinem, q̄ eſt rei ex
trinſeca. Et eo ipſo, ꝙ inhærere ſignifi-
cat rem inhęſiuè dependentem ab alia.
Et accidentale .i. eſſe accidēs ſignificat
rem nō potentem per ſe naturaliter exi
ſtere: non p̄dicatur, niſi de eo, cui im-
mediatè cōuenit. Nā poſſe p ſe eſſe: uel
non poſſe p ſe eſſe naturaliter conuenit
rei, cui conuenit quolibet alio circūſcri
pto: & ſic primò, & immediatè: & ſic ſuo
modo eſt uidere in alijs. Eſt etiā qn̄q;
cauſa communis uſus loquentiū, ppter
quem multa conceduntur: ſicut illa con
ceditur ſecūdū ſenſum intrāſitiuū crea
tura ſalis. & tn̄ non illa: ſortes eſt crea-
tura hominis, quę ſecūdū uſum non ac-
cipitur in ſenſu intrāſitiuo: ſicut prima
ſolet accipi. Et dicimus album colorem,
& dulcem, ſeu amarum ſaporem: & non
dicimus habitum errantē, aut habitum
ſcientem. His omnibus cōcordat Ockā
diſ. v. lib. j. q. j. & xxxv. diſt. q. j. & in iij.
q. ix. in reſponſione ad ſecundū dubiū,
Coroll. & in alijs locis. ¶ Ex illo ſequitur corol
larię, ꝙ cōcreta primi ordinis, q̄ dicunt
de natura a ſuppoſito diſtincta: nunq̄ di
cunt de ſuppoſito p naturā. Patet: quia
non p̄dicātur de aliquo, mediāte alio:
non .n. dr̄ de albo inhęrere, informare
ſeu eſſe accidens: licet habeat in ſe al-
bedinē inhęrentē, & informātem. Et dr̄
notātet: non dicitur de ſuppoſito p na
turam: quia quædam immediatè conue
niunt tam naturæ, quàm ſuppoſito: ut
idem diuerſum, dependere, eſſe, quæ
prædicātur tā de materia, & forma, quā
ſuppoſito: ſed nō de ſuppoſito per mate
riam uel formam, quia de quolibet illo-
rum immediatè dicuntur alio circūſcri
pto. ¶ Tertiò notandum, ꝙ in hac mate Not. 3.
ria occurrunt triplices propoſitiones. C
Quędam de ineſſe, & ſimplici inhęren-
tia prędicati ad ſubiectum: ubi prędica
tum dicitur de ſubiecto ſimpliciter: me
diante copula prędentis temporis: & ſi-
ne determinatione ratione inhęſionis
prędicati ſpecificati: ut homo eſt deus,
homo eſt creator: & ſimiles. Quædam
uero ſunt ampliatiuè ut propoſitiones
de præterito, futuro, poſsibili, uel imagi
nabili, ſub quibus compræhenduntur
propoſitiones de incipit, deſinit. Tertiæ
ſunt propoſitiones ſiue de ineſſe, ſiue
ampliatiuè, in quibus extremo, uel ex-
tremis additur ſpecificatio, uel redupli-
catio: ſecundum ꝙ, ſeu inquantum. Et
de his omnibus per ordinem eſt uiden-
dū, quæ harū concedendę ſunt, & quæ
negandæ. ¶ Supponendū etiam eſt quar Not. 4.
tò principium unum omnibus logicam
ſcientibus manifeſtū. ſ. ꝙ ad ueritatē cu-
iuslibet propoſitiones cathegoricæ af-
firmmatiuæ, requiritur, ꝙ extrema ſup-
ponunt pro eodē: licet non ſufficit. Pa-
tet: quia cuiuslibet propoſitionis, talis
copula eſt actus complexiuus, aut ſignū
ſibi ſubordinatum, cuius eſt unire extre
ma. Vniuntur aūt, dū res per ipſas ſigni
ficatæ ſunt unum, ſiue idē: uel fuerunt,
aut erunt idē &c. ſecundum exigentiā
temporis importati, quod dū eſt, extre
ma ſupponūt p eodē. Quare in propoſi-
to, ſi alicuius propoſitionis affirmatiuæ
extrema nō ſupponūt, pro eodē: nullo
modo nec per communicationem idio
matum, nec ſimpliciter eſt cōcedenda.
¶ Demū ſupponit, ꝙ hæc unio prædicta Not. 5.
ſimilior eſt unioni accidentis cū ſuo ſu
biecto ſecluſa inhęſione: ut ſup. dictū eſt
q. j. hu' iij. & habet Ockā. q. ix. tertij.
ante dubia. Ideo in ppoſito nō modicū
directoriū erit attēdere ad has ppoſitio
nes. Sortes ē albū: albū ē ſortes, & ſimiles
In qui

in quibus concreta accidentium prædi-
cantur de ſuis ſubiectis, uel econuerſo.
Et per collationem propoſitionũ in pro
poſito ad illas facilius erit de earũ ueri-
tate iudicium. Sicut.n. ſortes contingẽ
ter eſt albus: ita uerbum contingenter
eſt homo. Et ſicut ſortes prius fuit ſor-
tes: & poſt factus eſt albus, ut ſuppono.
Sic uerbum prius, & ab ęterno fuit uer-
bũ: & factũ eſt homo in tẽpore, poſtquã
nõ fuit hõ. Et regulariter ſicut habet ſe
albũ ad homo, uel ſortes: ſic ſe habet ho
mo ad deus, uel uerbũ: quãtũ ad iudiciũ
ueritatis propoſitionum, in quibus po-
Arti. 2. nuntur. ¶ Quantũ ad ſecũdũ articulum,
Cõcl. 1. ſequuntur cõcluſiones, quaſi regulæ quę
D dam, quibus ueritates propoſitionum in
carnationem exprimentium noſci poſ-
ſunt. Quarum prima eſt. Idiomata primi
ordinis, quæ ſcilicet tãtũ immediatè prę
dicantur dicta de natura aſſumpta: non
prædicantur uerè de ſuppoſito diuino:
puta de chriſto, deo, uel uerbo: & ſimili
bus perſonã filij ſignificantibus per na
turam aſſumptã. Talia ſunt aſſumi, per-
ſonari, aut ſuppoſitari a perſona extrin
ſeca: quæ etiã de proprio ſuppoſito nõ
prædicarentur, ſi natura in ſe ſuppoſita
retur. Sunt pręterea & illa: limitatum, fi
nitum, ens per participationem, creabi
le, ãnihilabile: accipiendo creabile pro-
priè pro producibili de nihilo ſecũdum
ſe, & q̃dlibet ſui & annihilabile ꝓ redu-
cibili ad nihil ſecũdũ ſe, & quodlibet ſui
& ꝑ hoc patet, ꝙ illæ nõ ſunt uerę: Chri
ſtus eſt aſſumptus, eſt finitus, eſt limita-
tus, creabilis &c. ¶ Dicitur notãter ꝑ na
turam aſſumptã, propter illa prędicata,
quæ immediatè prędicãtur tã de natu-
ra aſſumpta, quã aſſumẽte, ut ſunt uiue
re, eſſe. Illa cõueniunt ſuppoſito diuino
ſicut naturæ aſſumptę: ſed nõ ꝑ naturã
aſſumptã: quia etiam ei conuenirent, ſi
nulla natura fuiſſet aſſumpta. Iſta cõclu
ſio patet ex notabili. ij quia quæ ſolũ im
mediatè alicui cõueniunt: non conue-
niunt cuicunq; per aliud. Talia ſunt
Cõcl. 2. idiomata primi ordinis: ergo. ¶ Se-
Idioma cunda concluſio. Idiomata primi or-
ta natu dinis naturæ diuinæ de ſuppoſito diui-
rę diui- uino dicta: de ſuppoſito naturę huma-
nę, eiuſq; concretis prædicantur: non nę dicta
autem de natura humana. Huiuſmodi đ ſuppo
idiomata ſunt: deus, creator, infinitus, ſito di-
æternus: impaſsibilis, incorruptibilis, uino, ẽt
immutabilis. Illa omnia dicunẽ de Chri prædicã
ſto temporaliter genito ex uirgine, cru tur de
cifixo, mortuo, paſſo, reſurgẽte &c. Pro idioma
baẽ cõcluſio: q̃a quæcunq; conueniunt tibus
ſuppoſito diuino, cõueniũt etiã ſuppoſi ſuppoſi
to humano, & eius idiomatibus. Nã ſup ti natu
poſitũ diuinũ, & humanũ ſunt idem om rę aſſũ-
nibus modis, & nullo mõ diſtincta. Chri ptæ.
ſtus enim, qui eſt ſuppoſitũ diuinũ: quia
uerbum: ipſe idẽ realiter, & formaliter
eſt ſuppoſitũ humanũ: quia homo: per-
ſona.n. uerbi ipſa eadẽ omnibus modis
eſt perſona diuina, & perſona humana:
ipſa enim perſona filij ſubſiſtit in natu
ra diuina; & propter diuinã eſt deus, pro
pter humanã eſt homo. Et ideo omni-
bus modis idẽ eſt deus, & homo. Et per
conſequens quicquid prędicatur de per
ſona diuina, prædicatur & de ꝑſona ho-
minis. ¶ Dicitur notanter in concluſio
ne dicta de diuino ſuppoſito: quia ſi id
non prædicaretur de ꝑſona diuina: nec
prędicaretur de perſona humana: ut ly
cõmunicabile, quod prędicatur de eſſen
tia: non tñ de perſona. Falſa.n. eſt hæc:
Chriſtus eſt cõmunicabilis. Secũda pars
cõcluſionis: ꝙ nõ prædicantur de natu
ra humana: patet: quia natura humana
realiter diſtinguitur a ſuppoſito Chri-
ſti. Et ideo quæ cõueniũt ſuppoſito, uel
perſonæ in quãtum ſuppoſitũ: nõ con-
ueniunt naturę aſſumptæ. Vnde natura
aſſũpta humana neq; eſt Chriſtus; neq;
hõ, neq; đus, neq; oĩpotens, neq; æter
na, neq; creatrix: ſed eſt pura creatura
aſſũpta a deo, in qua & deus ſubſiſtit cõi
cans deo ſuã denominationẽ, qua uerè
dicitur, & eſt homo. ¶ Tertia concluſio.
¶ De cõcretis ſecundi, & tertij ordinis Cõcl. 3.
idiomata utriuſq; naturæ, nata media-
tè prædicari de ſuppoſito, prædicantur
de Chriſto, & de ſe inuicem mutuo. Ta-
lia ſunt homo corporeus, mortalis, tem
poralis, paſsibilis, ambulans, come-
dens, dormiens &c. ratione naturæ hu-
manæ. Item deus, omnipotens, crea-
tor, ęternus, immutabilis, incorrupti-

bilis &c. ratione naturæ diuinæ. Proba
tur illa concluſio: quia idiomata cuiuſli
bet naturæ mediatæ prædicabilia cõue-
niunt ſuppoſito illius naturę. Sed quia
idem eſt ſuppoſitum utriuſq; naturæ, ſe
quitur, ꝙ conueniunt eidem. Vltra quę
cũq; uni, & eidem ſingulari conueniũt,
de ſe mutuò prædicantur: quia quęcũq;
uni, & eidem ſunt eadem: inter ſe ſunt
eadem: ut dicit principium regulatiuũ
ſyllogiſmorum expoſitoriorum: ergo il
B la concluſio uera. ¶ Sed cõtra illas duas
concluſiones arguitur: tũc ſequitur, ꝙ
de deo dicuntur prędicata dicentia im-
perfectionem. Nã de deo dicuntur paſ-
ſibile, mortale &c. quia ſunt idiomata
naturæ humanæ conuenientiã ſuppoſi-
to mediatè. Secundò ſequitur, ꝙ cõtra
ria, aut priuatiuè oppoſita de eodẽ præ
dicarentur: ut temporale, ęternũ, mor-
tale, immortale, paſſibile, impaſſibile.
Item ſecundum beatum Aug. v. de tri-
ni. quod ad ſe dicitur, omnibus tribus
conuenit, animal corporeum &c. ad ſe
dicuntur: ergo conueniunt patri, & ſpi
rituiſancto, ſicut filio. Item quando ab
ſtractum diſtinguitur realiter a cõcreto
quantũ ad ſignificata, quod de uno præ
dicatur, nõ prędicatur de alio. Sed uer-
bum eſt incarnatum, & humanatũ: ergo
non eſt caro, neq; homo. ¶ Ad primum
dicitur, ꝙ de deo non dicitur aliquod
prædicatum dicens imperfectionem ſe
cundũ naturam propriam, & diuinã, ſe-
cus autẽ ſecundum naturã aſſumptã hu
manã. ſecundum hanc.n. uoluntariè aſ
ſumpſit defectus noſtros, & languores
noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ip-
ſe portauit. Eſa. liij. ¶ Vel aliter dicitur,
ꝙ de deo non dicuntur prædicata dicẽ
tia imperfectionẽ ineſſe deo, ſed tñ dice-
re imperfectionẽ ineſſe creaturę. Vñ crea
tor quod dr de deo, duo importat. ſ. deũ
creantẽ: & cõnotat creaturã recipientẽ
eſſe poſt nõ eſſe: quod eſt imperfectionis
nõ in deo: ſed in creatura. ¶ Ad ſecundũ
de contrarijs poſſet cõcedi ſecũdũ potẽ
tiã diuinã, ꝙ poſſint prædicari de eodẽ: quia
nullã cõtradictionẽ implicat cõtrarias
qualitates: puta caliditatẽ & frigidita-
tẽ ineſſe eidẽ præciſè. Nõ.n. eſt magis
impoſſibile caliditatẽ nõ expellere fri-
giditatem, quã caliditatem non cale-
facere. Secundum eſt poſſibile ut eſt
de tribus pueris in fornace. Dan. iij. er-
go & primũ. Nec prædicata cõtraria in
ferunt cõtradictoria: ſed propoſitiones
cõtrarię inferunt formaliter contradi-
ctorias. Contraria autẽ eſſe ſimul non
infert propoſitiones contrarias eſſe ſi-
mul ueras: quia hoc eſt album: hoc eſt ni-
grũ, non ſunt propoſitiones contrarię:
quia non participant utroq; termino.
¶ Puto tñ, ꝙ nulla cõtraria de facto præ
dicãtur ſimul de Chriſto; maximè.n. tẽ
porale, & ęternũ: ſed hæc nõ ſunt con-
traria: ſed magis priuatiuè oppoſita: quia
æternum eſt, quod nõ eſt tẽporale. ¶ De
priuatiuè oppoſitis põt dici, ꝙ negatio
incluſa in termino priuatiuo, aut priuat
diſpoſitionem quantũ ad omnẽ naturã
ſubiecti. aut quãtum ad certã naturã ſu
biecti: puta impoſſibile. Aut ualet tantũ
i. ſuppoſitum non habens naturã paſſibi
lẽ. Aut ualet tãtũ. i. ſuppoſitũ habẽs na-
turã nõ paſſibilẽ. In prima ly naturã, di
ſtribuit: in ſecũda nõ: ſed accipit, deter-
minatè. Primo mõ priuatiuè oppoſita
nõ conueniunt eidẽ: quo ſic inferũt cõ
tradictoria de eodẽ. Secundo modo poſ
ſunt per potentiã diuinam eidem cõue-
nire, nec ſic inferunt contradictoria. In
propoſito oẽs illi termini priuatiui acci-
piunt ſecũdo mõ: nã primo mõ accipiũ
do nõ ſunt propriè loquendo priuatiui
oppoſiti: ſed contradictoriè. Vnde ſic
diffiniuntur. Impaſſibile eſt ſuppoſitum
ſubſiſtens in natura impaſſibili. Immor
tale eſt ſuppoſitum ſubſiſtens in natura
immortali. Vnde ſic idẽ ſuppoſitũ põt
ſubſiſtere in duabus naturis, quarũ una
ẽ mortalis, alia immortalis: ita idẽ ſuppo
ſitũ põt eſſe mortale, & immortale. Pri
uatiuè igitur oppoſita non conueniũt
eidẽ ſecundũ eandem naturam poſſunt
tamẽ cõuenire eidem ſecundũ diuer-
ſas naturas: & ſecundũ hoc diffinitio
priuatiuè oppoſitorum moderanda eſt
in logica. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ beatus
Aug. loquitur de his, quę prędicantur
de deo ſecundum naturam diuinam, nõ
ſecũdũ naturã aſſumptã. ¶ Ad quartũ di

An priuatiuè oppoſita poſſunt eidem cõuenire. &c.

citur, ꝙ antecedens uerſi eſt de prędicatis, quę tantum immediatè prędicantur & ideo impaſsibile prędicatur tam de natura humana, quàm de ſuppoſito diſtincto a natura. Præterea .n. ſimul mediatè & immediatè: quia paſsibile eſt quod poteſt pati ſecundum ſe, uel ſecundũ naturam, in qua ſubſiſtit. ¶ Sed de illis prædicatis incarnatũ, humanatũ, de quibus arguit argumentum non eſt ad propoſitũ: quia non prędicantur de natura humana: nam natura humana nõ eſt incarnata, neq; humanata: quia non eſt carni unita: nec eſt homo facta, ſed uerbũ: de hoc diſt. v. concluſione. v. ſecundum aliã, & aliam acceptionem incarnari: & ideo quãtum ad illa prædicata ratio illa nihil arguit. Argueret autẽ quantum ad illa prędicata mortalis, paſsibilis, & temporalis &c. & quantũ ad illa ſoluta eſt ſupra. Et hęc de propoſitionibus merè de

F ineſſe. ¶ Sequitur nunc de propoſitionibus ampliatiuis, quales ſunt illę. Homo fuit deus: deus fuit homo: illę homo incepit: illæ homo factus eſt: Chriſtus factus eſt hõ: hõ factus eſt Chriſtus: deus factus eſt hõ: hõ factus eſt deus: & ſimilibus.

Cõcl.4. ¶ De quibus hæc concluſio quarta. In idiomatibus utriuſq; naturæ minorẽ facit differentiam eorũdem ampliatio, quam eorundem diuerſa appellatio. Prima pars patet: quia amplitudo reſpicit ſignificatum termini ſubſtractiuum: hoc eſt illud, pro quo terminus ſupponit. In ꝓpoſito aũt ꝓ eodẽ ſupponũt idiomata utriuſq; naturę: quia pro pſona uerbi, q̃ eſt deus, & hõ: & ideo in talibus parum refert, an terminus ſupponẽs pro pſona diuina amplietur, an non? quia quæcũq; ſuppoſito diuino cõueniũt de pſenti: et cõueniũt ei de pterito: & ſimiliter ꝓ futuro: & q̃ nõ cõueniũt de pſenti, nec de pterito cõueniũt, nec de futuro. Nihil n. aſſumet uerbũ, qđ nõ aſſumpſit, nec dimittet, qđ aſſumpſit: ita oẽs illæ ſũt ueræ. Chriſtus eſt hõ, fuit homo, erit hõ: & econuerſo: licet uerbũ poſſet aſſumere, qđ nõ aſſũpſit; & dimittere, qđ aſſũpſit. Et ideo ponendo caſus ſimpliciter poſſibiles differentia erit, quando idioma aſſumptæ naturæ ampliatur: & quando non ampliatur. Exempli cauſa. Ponatur, ꝙ nunc ſit primum inſtans incarnationis uerbi: tunc hæc eſt uera, homo fuit deus; & illa falſa; deus fuit homo. prima ualet illam: quod eſt, uel fuit homo, fuit, quod fuit deus. ſecunda ualet illam; deus qui eſt, uel fuit, fuit illud, qđ fuit homo: quæ falſa eſt, cum homo nõ ſupponit niſi ꝓ illo, qđ in tẽpore pręterito ſubſiſtebat in natura humana: & ita nõ pro deo in caſu. Sic ſi in hoc inſtanti uerbum dimitteret naturã humanã: hæc eſſet uera. homo erit deus: & hæc neganda: deus erit homo. Secunda pars concluſionis patebit ex ſequenti concluſione, quæ talis eſt.

Cõcl.5. G ¶ Quinta concluſio. In terminis importantibus inceptionẽ, & deſitionẽ aut alicuius rei factionẽ, diligẽter attendere oportet eorundem appellationem. hoc eſt dictu. Diligẽter attendere oportet, cui appellent, ſeu denotẽt adeſſe, aut conuenire inceptionẽ, ſeu deſitionẽ, ſeu factionẽ. Probatur cõcluſio: quia qñ tales terminos ſequitur terminus connotatiuus a parte eiuſdem extremi, aliter appellant, quàm dum præcedit.

H ¶ Pro cuius intellectu notandæ ſunt duæ regulæ. Prima, ꝙ incipit, fit, deſinit, non prędicatur de aliquo mediatè: ſed tantum immediatè: & de illo, cui immediatè conueniunt: non enim accidens propter ſubiectum dicitur incipere: nec totum propter partem de nouo acquiſitã: ut ſi forti manco per miraculum adderetur manus: non propter hoc dicitur, ꝙ fortes incipit eſſe.

Incipit, fit, deſinit prædicatur ſolũ immediatè.

¶ Sed diceres: cõpoſito attribuitur incipere, & fieri propter formam ſubſtantialem incipientem, & in materia genitam: ergo prædicatur mediatè de compoſito propter inceptionem formæ. Reſpondetur, ꝙ propter inceptionẽ formæ in materia productæ præciſè non attribuitur incipere cõpoſito: ſed propter nouũ eſſe totius, propter nouam unionem formę cũ materia: unde ſi forma præexiſtens uniretur materiæ ſine ſui noua productione cõpoſitũ inciperet: & tamẽ forma nõ inciperet: ſic ſi forma produceretẽ in materia, & nõ uniretẽ materię: nõ incipe

Incipit fit deſinit quā do important inceptionē.

ret cōpoſitū: licet forma inciperet. Ex
illo ſequitur, ꝙ incipere non prędica-
tur de Chriſto, uel diuino ſuppoſito pro
pter hoc, ꝙ de nouo incipit ſubſiſtere
in natura humana: patet: quia non prę-
dicatur mediatè. ¶ Secunda regula. Qn̄
incipit, fit, uel deſinit, prædicatur ſine
addito: importat inceptionē, factionē,
uel deſitionem ſimpliciter rei ſignifica
tę per terminū, de quo prędicatur: ita ꝙ
res illa de nouo eſt, poſtquam non fuit,
aut non eſt, poſtquā fuit. Qn̄ uero præ-
dicatur cū ſpecificatione addita, impor
tat inceptionem, deſitionem, uel factio
nem ſecūdū illud, quod ſpecificatur. Et
ſi determinatio ſpecificans fuerit purè
abſoluta: dicit inceptionē, factionē, aut
deſitionē ſimpliciter. Si fuerit cōnota-
tiua, importat inceptionem &c. ſecun-
dum quid. Exemplum primi. Chriſtus in
cipit, homo incipit, hō Chriſtus factus
eſt. Exēplum ſecūdi. Chriſtus factus eſt
aliquid; Chriſtus factus eſt eſſentia diui
na; hō factus eſt deus. Exemplum tertij.
Chriſtus incipit eſſe mortalis; Chriſtus
factus eſt homo rationalis. ¶ Ex illo ſu-
mitur illa cōmunis regula apud aliquos,
ꝙ qn̄ uerbum deſinit, fit, incipit, ſequi-
tur terminus abſolutus: importat ince-
ptionē, aut deſitionem ſimpliciter. Qn̄
uero ſequitur terminus connotatiuus:
tunc importat inceptionē, aut deſitio-
nē ſecundū quid, quod tamen modera-
ri oportet ſecundum regulam prędictā.
Iſta regula ſatis probatur per expoſitio
nem propoſitionū de incipit, & deſinit,
de quo remitto ad logicā. Ex illa regu-
la manifeſtè patet, ꝙ illæ falſę ſunt: chri
ſtus factus eſt; homo ille (demonſtrādo
chriſtū) incepit: chriſtus incepit eſſe ali
quid: chriſtus incepit eſſe eſſentia diui-
na: quia falſum ē, ꝙ ille, homo ſiue chri
ſtus incepit poſt non eſſe. Similiter fal-
ſum eſt, ꝙ chriſtus fuit aliquid, poſtquā
nō fuit aliquid: chriſtus fuit eſſentia di-
uina, poſtquam non fuit eſſentia diui-
na: cum ille, homo, ſiue chriſtus ſit per-
ſona diuina, quę fuit ab æterno: & ab
æterno fuit aliquid, & ab æterno fuit
eſſentia diuina. Illæ autem ueræ ſunt:
deus incepit eſſe homo: uerbum fa-
ctū eſt homo: uerbū factū eſt Chriſtus.
Patet: quia nūc deus eſt hō: nūc eſt chri
ſtus: & quandoq; non fuit homo, neq;
chriſtus. Verbum.n. licet fuerit ab ęter
no: non tamē fuit ab ęterno homo, uel
chriſtus: qa nō fuit ab ęterno ſubſiſtēs
in duabus naturis: diuina & humana:
non.n. ſemper ſubſiſtebat in humana. Et
eſt talis differentia inter illas, qualis in-
ter iſtas: albū incipit eſſe: & ſortes inci-
pit eſſe albū. Similiter ſequitur, ꝙ illæ
ſunt concedēdæ: deus factus eſt homo.
Similiter deus, uel chriſtus factus eſt ho
mo: deus incipit eſſe chriſtus: patet ex-
ponendo eas. Nec ſequitur: ince-
pit eſſe homo; ergo incepit eſſe, eſt fa-
ctus homo: ergo eſt factus: quia arguit
ab inferiori ad ſuperius cum diſtributio
ne ſuperioris uirtualiter. Similiter a par
te in modo ad totū in modo cū diſtri-
butione totius: ut patet exponendo. Si
militer incipit, & factus æquiuocātur:
cum in una ſcilicet antecedente ſigni-
ficat inceptionem, & factionem ſimpli
citer: & in conſequenti inceptionē, &
factionem ſecundū illud, quod ſpecifica
tur. i. inceptionē eſſe talē. Et quāuis eſ-
ſe hominis eſt eſſe ſubſtātiale, & eſſe ſim
pliciter: tamē cōparatū ad perſonā uer
bi non eſt eſſe eſſentiale uerbo: ſed eſt
eſſe accidentale. i. aduentitium: ideo eſt
iudicandum ſicut de illis: ſortes eſt fa-
ctus albus; ergo ſortes eſt factus: & ſor-
tes incipit eſſe albus: ergo ſortes incipit
pit eſſe. Similiter nec ſequitur negati-
uè: deus non eſt factus; ergo non eſt fa
ctus homo. Deus non incipit eſſe: ergo
non incipit eſſe homo, uel chriſtus: quia
uirtualiter arguitur a ſuperiori nō diſtri
buto ad inferius: & qa termini ęquiuo
cant. Si tn̄ illę inueniunt̄ cōceſſæ a ſan
ctis. Homo factus eſt deus: filius uirginis
factus eſt filius dei: intelligēdæ ſunt im-
propriè. ut factus determinat totā com
poſitionem: ut ualent illas: factū eſt, ꝙ
homo eſt deus: factū eſt, ꝙ filius homi-
nis factus eſt filius dei. Illę etiam con-
cedendæ ſunt: homo factus eſt chriſtus
filius uirginis factus eſt chriſtus. ſicut
illa: album factum eſt ſortes albus: pa-
tet exponendo: quia filius Mariæ eſt

Hę conceduntur homo factus eſt

Chriſt' & filius uirginis factus eſt Chriſtus.

Chriſtus: & aliquando non fuit Chriſtus.i.ſubſiſtens in duabus naturis: quãuis filius Mariæ ſemper fuerit filius dei: & ſemper fuerit uerbũ. ¶ Sed diceres, ſequitur bene: Chriſtus incipit eſſe homo: ergo incipit eſſe ille homo: uel incipit eſſe ille homo: et ſic de alijs: & quælibet ſingularium eſt falſa: ergo totum conſequens, quod eſt diſiũctiua, eſt falſum. Minor probatur. quia ſi aliqua eſſet uera: maximè illa, in qua demonſtraretur homo Chriſtus, qui eſt ſuppoſitũ diuinũ, pro quo ſupponit ſubiectũ: ſed hoc nõ, quia Chriſtus non incepit eſſe ſuppoſitũ diuinũ: ergo nec ille homo. Reſpondetur ſecũdum Ockam in logica.c.de incipit, ꝙ illa ſingularis eſt uera: Chriſtus incipit eſſe ille homo, demonſtrãdo chriſtũ. nec ſequitur: Chriſtus nõ incepit eſſe ſuppoſitũ diuinũ: ergo nõ incepit eſſe ille homo: ſicut nõ ſequitur: Chriſtus nõ incepit eſſe ſuppoſitũ: ergo nõ incepit eſſe hõ. & non ſequitur: nõ incepit eſſe: ergo nõ incepit eſſe homo albus: ut ſup. uiſum eſt. Si dicis, ſequitur bene: Chriſtus incepit eſſe ille homo: & ille hõ eſt deus, uel ſuppoſitũ diuinum: ergo incepit eſſe deus, aut ſuppoſitum diuinũ: cõſequens falſum, & nõ minor: ergo maior. conſequentia autẽ tenet expoſitoriè in quarta figura. Reſpondetur: quia maior in quarta figura nõ põt ęquiualere negatiuè, ſicut nec minor in prima figura. Vnde nõ ſequit. Omnis homo eſt ens: Chriſtus incepit eſſe homo: ergo incepit eſſe ens. Etiã ſi incepit ęquiuocatur. ¶ Ad ſecũdã dicit, nõ ſequitur: non incipit eſſe ille: ergo non incipit eſſe ille homo: quia incipit ęquiuocatur. Sicut nõ ſequitur: ſortes non incipit eſſe ille, demonſtrando ſortem album: ergo non incipit eſſe ille albus: ſuppoſito, ꝙ primò ſit albus, & prius fuerit ſortes. ¶ Sequitur de propoſitionibus, in qbus ponit nota ſpecificationis, uel reduplicationis: & ẽ cõcluſio ſexta. Veritas propoſitionis, in qua idioma humanæ, uel diuinæ naturæ prędicatur de ſubiecto cum ſigno accepto reduplicatiuè: attendi debet ex ſuæ totalis exponentis ueritate. Probatur concluſio: quia exponens totalis ſemper ęquiualet expoſitẽ. ſunt autẽ ſigna reduplicatiua, inquantũ, prout, ſecundum, ꝙ ratione qua: & ſimilia, quæ faciunt propoſitionem exponibilẽ, de quarũ expoſitione requiratur doctrina logicalis: ut habetur in Ockã in j. diſt. xij.q.i. ¶ Corollarium. Omnis reduplicatiua, cuius ſignũ reduplicatiuũ non negatur: præſupponit ueritatẽ ſuæ pręiacentis. Patet: quia præiacens eſt una pars principalis exponentis copulatiuè. ¶ Corollarium ſecũdũ. Omnes illę de ui ſermonis ſunt falſæ. Chriſtus inquantum homo, eſt creatura: chriſtus ſecũdũ ꝙ homo, eſt cõpoſitus: chriſtus ſecundũ ꝙ hõ, eſt finitus: chriſtus ſecũdũ ꝙ homo, nõ eſt æternus: chriſtus ſecundũ ꝙ hõ, nõ eſt deus. Patet: quia omnium harum præiacentes ſunt falſę: ut patet ex ſupradictis. Ideo ſi illæ in auctoritatibus inueniuntur conceſſę, exponendæ ſunt ad ſenſum iſtum improprium: in quo ſunt ſecundũ mentem ponentiũ intellectæ: ut chriſtus ſecundũ ꝙ hõ, eſt creatura, cõceditur ad hũc ſenſum: chriſtus ſecundũ humanitatem eſt creatura: quę ualet illã: humanitas chriſti eſt creatura: ut infra patebit. ¶ Septima cõcluſio. Qñ in propoſitione ly ſecũdũ ꝙ, uel ęquiualens ponit̃ ſpeciuocatiuè: attendendũ eſt, an ſpeciuocet rationem conceptus: uel rationem principij ſuæ cauſæ. Patet: quia ſi ſpeciuocat rationem cõceptus, ſic facit appellationem rationis: & tunc ſi ponitur inter terminos ſynonymos, nullã facit differentiã: & ſic nõ capitur in propoſito: quia dũ ſpeciuocat rationem, debet addi termino importãti rationem: ut ſunt termini importantes actũ animę interiorẽ, & termini ſecũdę intentionis. Qñ uero ſpeciuocat rationem principii, uel cauſę: importat, ꝙ terminus cui additur, ſignificet illud, ratione cuius prædicatum cõuenit principali ſubiecto: ut quod eſt eius principiũ uel cauſa: ut ignis inquantum calidus calefacit. homo inquantũ habet liberum arbitrium, peccat. Et ad ueritatẽ eius non requiritur, ꝙ prædicatum uniuerſaliter prædicetur de termino, cui

Cõcl.6.

De reduplicatiuis, & ſpecificatiuis acceptis

cum ſignis in quantũ, ſecũdũ quod.

Coroll.

Coroll.

Cõcl.7.

additur ſignum ſpeciuocatiuum, nec requiritur quarta exponens reduplicatiuè. Sed ſufficit, ꝙ prædicatum principale prędicetur uerè de ſubiecto principali. & de termino ſpeciuocante: ac terminus ſpeciuocans de ſubiecto principali. Et ꝙ terminus ſpeciuocans ſignificet illud, ratione cuius prædicatũ principale conuenit ſubiecto: & ſic illæ ſũt concedendæ: Chriſtus inquantũ homo meruit: Chriſtus inquantum homo reſurrexit: quę omnes eſſent falſę: ſi ly inquantũ caperetur reduplicatiuè, qa tertia earum exponentes, & q̃rtę eẽnt falſe.

Cõcl. 8. K

Octaua cõcluſio. Ly ſecundũ, poſitũ ſine hac diſtinctione ꝙ, nõ eſt reduplicatiua, nec ſpecificatiua additio. ſed diminuens, uel diſtrahens determinatio. Patet: quia quando ponitur ſine ly ꝙ, diſtrahit terminum, cui additur a ſua ſuppoſitione: & facit eum ſupponere pro aliquo, pro quo non ſupponeret, ſi non adderetur ut hic. Homo ſecũdũ faciẽ eſt pinguis. Aethiops ſecũdũ dẽtes eſt albus: quę uerę ſunt, prout ly ſecundum determinat prędicatum, ubi facit prędicatum ſupponere pro homine macro habente faciẽ pinguẽ: aut nigro habente dentes albos: pro quibus non ſupponeret ſine addito huius determinationis ſecundum. Nunquã autẽ dum accipitur reduplicatiuè, aut ſpeciuocã diſtrahit terminũ, cui additur à ſua propria ſuppoſitione: & hinc eſt, ꝙ reduplicatiua præſupponit ſuam præiacentem ſimiliter & ſpeciuocatiua. Ex illo patet differẽtia inter illas: Aethiops eſt albus ſecundum dentes. Aethioqs eſt albus ſecundum, ꝙ habet dentes. prima enim uera ſecunda falſa.

Coro.

Corollariũ. Illa eſt concedenda: Chriſtus eſt creatus ſecundum humanitatem: Chriſtus eſt factus ſecundũ humanitatem, incepit eſſe ſecundum humanitatem: eſt finitus ſecundum humanitatem: quia in illis ly creatus, factus, incepit, quę dicũt primum eſſe poſt non eſſe ſimplíciter, diſtrahuntur per ly ſecundum humanitatem: ad ſignificandum primum eſſe ſimpliciter non Chriſti, & ſed humanitatis, quæ non eſt Chriſtus, ſed aliquid Chriſti: & per hoc ualent tantum: Chriſtus eſt creatus ſecundum humanitatem, ideſt Chriſti humanitas eſt creata, ſicut illa ſortes eſt pinguis ſecundum faciem, ualet illam ſortis: facies eſt pinguis.

Conceditur, chriſtus eſt creatus ſecũdum humanitatẽ Chriſtus incepit eſſe ſecũdum humanitate.

Vnde propoſita propoſitione de dictis ſignis, primò, uidendum eſt, an ſit reduplicatiua, uel ſpeciuocatiua: & ſi ſic uideatur eius præiacens: quæ ſi non fuerit uera: nunquam reduplicatiua, uel ſpeciuocatiua erit uera. Si uero fuerit uera, recurratur ad reliquas exponentes: & ſecundum earum ueritatem, uel falſitatem iudicetur. Si enim exponitur copulatiuè, oportet quamlibet exponentium eſſe uerã. Si diſiunctiuè ſufficit unam eſſe ueram; Nec facio hic differentiam inter reduplicatiuam, & propoſitionem de reduplicato extremo, quia propoſitio de reduplicato extremo præſupponit reduplicatiuam. De ſpeciuocatiua ſatis dictum eſt. Si uero ponitur ſignum diminuens, uel diſtrahens. & dictio ſuper quã cadit ly ſecundum, ſignificat, quod eſt, fuit aliquid rei, quæ ſignificatur per dictionem, quæ diminuitur, uel diſtrahitur: tunc uideatur, an prædicatum conueniat dictioni, ſuper quam cadit ſignum diminutiuum, uel diſtractiuum: & tunc propoſitio conceditur: ut homo eſt criſpus ſecundum crines: ſi illa uera eſt, crines hominis ſunt criſpi, etiam illa uera eſt, homo eſt criſpus ſecũdum crines. Verum, ꝙ quandoq; (licet impropriè) ſigna reduplicatiua accipiũtur, ut diminuunt, ſeu diſtrahunt: & tũc hoc faciunt, quod ſignum diminuens: ut Chriſtus eſt creatura, ſecundum ꝙ homo: homo ſecundum, ꝙ mortuus eſt, eſt cadauer. Aethiops ſcdm̃, ꝙ dẽtatus, eſt albus. ſed omnes illæ propoſitiones ſecundũ ſermonis proprietatẽ ſunt falſe, & ideo cautum eſt propoſitiones de prædictis ſignis prius diſtinguere, quo accipiantur ſigna: & reſpondere, ut uitetur æquiuocationis confuſio. Ex prædictis ſequitur, ꝙ illæ ſunt uerę in ſenſu reduplicatiuo, Chriſtus ſecũdũ ꝙ deus, eſt creator, æternus, infinitus, omnipotens, immortalis, immutabilis &c. Non

autem illa: Chriſtus ſecundum, ꝙ deus eſt uerbum, uel filius uirginis mortalis, paſsibilis. Similiter illæ ueræ ſunt: Chriſtus ſecundum, ꝙ homo eſt perſona, ſuppoſitum, animal, corporeus, animatus, exponendo concomitanter. Item illa eſt concedenda, chriſtus in quantum ille homo eſt deus. Patet accipiendo reduplicatiuè concomitanter, ſecus ſi caperetur cauſaliter, uel ſpeciuocatiuè: quia Chriſtum eſſe hunc hominem nõ eſt cauſa Chriſtum eſſendi deum: nec humana natura eſt ratio, propter quã Chriſtus eſt deus, & ideo cauſaliter, & ſpeciuocatiuè eſt falſa. Et tantum de articulo ſecundo. ¶ Quantum ad tertiũ articulum dubitatur utrum illa: deus eſt homo, ſit concedenda ſecũdum rigorẽ, ſeu proprietatem ſermonis, & uidetur, ꝙ non, quia deus non eſt animal cõpoſitum ex materia, & anima rationali: igitur non eſt homo. Tenet conſequentia per locum a diffinitione. Antecedens patet ex dictis ſupra diſtinct. vj. Et ſimiliter poteſt quæri de illis. Verbum eſt homo: Chriſtus eſt homo. In oppoſitum eſt articulus fidei. Verbum caro factũ eſt. Caro ideſt homo ſecundum Auguſtinum. ¶ Iuxta idem dubitatur ſecundò, utrũ homo prædicatur uniuocè de deo, & de cæteris hominibus. ¶ Tertiò dubitatur, qualis ſit hæc prædicatio. Deus eſt homo, an eſſentialis, an accidentalis, an quidditatiua, an non quidditatiua. Solutiones horum dubiorum ex eodem fundamento dependent, ideo ſolum mota ſunt. ¶ Pro ſolutione autem notandum, ꝙ homo eſt concretum prædicamenti ſubſtantiæ huius abſtracti humanitas, non tantum uoce, ſed & ſignificatione. nam homo ſignificat ſuppoſitum ſubſiſtens in natura humana: ſiue ipſum ſit idem naturæ humanæ: ſiue non: nam, & uſque nunc opiniones contrariæ inueniuntur de hoc, an natura, & ſuppoſitum humanũ (etiam in Petro, & cæteris) ſint diſtincta: & tamen non eſt dubitatũ, quin homo ſupponit pro ſuppoſito humano. Humanitas uero ſignificat naturam humanam, a qua ſuppoſitum de-

Arti. 3. Dub. 1. 1

Quid humanitas.

nominatur homo, quæ realiter nihil aliud eſt, quàm compoſitum ex corpore ſeu materia, & anima rationali, ut uult Beatus Hiero. in explanatione fidei ad Damaſ. Papam: ſiue tale compoſitum ſit ſuppoſitum, ſiue non. Suo modo dicendum de alijs concretis ſubſtantialibus, corpus, corpus animatum, animal &c. & ſuis abſtractis. ¶ Ex illo ſequitur primò, ꝙ hæc oratio non eſt diffinitio hominis compoſitum ex materia, & forma rationali. Nec illa: ſubſtantia ſeu animal compoſita: uel compoſitum ex materia, & anima rationali. Patet: quia non conuertitur cum diffinito: non enim cõuenit omni hoi, nec ſoli homini, quoniam non conuenit homini Chriſto, qa Chriſtus nõ ẽ cõpoſitus ex materia, & forma, ut habitũ ẽ ſupra diſt. vj. Cõuenit ẽt alii a diffinito: qa cõuenit naturæ humanæ in Chriſto, q̃ nõ eſt hõ. Alioquin in Chriſto eſſent duo hoies realiter diſtincti: ſcilicet Chriſtus, & natura humana, quæ realiter diſtinguuntur a Chriſto: ſicut creatura a creatore. ſicut temporale ab æterno. Sed diffinitio hominis eſt hæc, animal rationale: illa enim conuertitur cum diffinito: quia conuenit tam uerbo incarnato, quã omni homini creato: & ſolum tali. Hæc autẽ differt a priori: qa hęc datur per genus, & differentiã: priores autem non ſic. Nam prima. ſ. compoſitum ex materia, & forma rationali: non datur per genus diffiniti, quoniam compoſitum non eſt genus, ſuperius ad diffinitum homo: quia non omnis homo cõpoſitum. Secunda. ſ. animal compoſitũ &c. & ſi datur per genus: non tamẽ per differentiã: quia compoſitũ ex materia &c. non eſt differentia eſſentialis hois, nec non conuenit omni homini. Hæc aũt, aial rõnale, eſt uera hois diffinitio: qa tam rõnale, quã aial ſupponũt ꝓ ſuppoſito ſubſiſtente in natura ſenſitiua rationali: compoſitum uero ſupponit ẽt pro natura, quę non eſt ſuppoſitum. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ omne ſuppoſitũ ſubſiſtens in natura humana uerè, & propriè eſt homo. Patet: quia cuilibet tali conuenit uera, & propria hominis

Coro. 1

Vera, & propria diffinitio hominis.

Coro. 2

Coro.3 diffinitio. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ natura humana ſibi derelicta eſt homo: talis enim eſt ſuppoſitum, & perſona ſubſiſtens in natura humana: ſubſiſtit enim in ſeipſa: eo ꝙ non communicatur alteri aliquo quatuor modorum in diffinitione perſonæ expreſſorum. ¶ Quartò
Coro.4 ſequitur, ꝙ hæ ſunt ueræ: aliqua humanitas non eſt homo: aliqua humanitas non eſt homo: ſimiliter earum conuerſæ, aliquis homo eſt humanitas: aliquis homo non eſt humanitas. affirmatiuę ſunt uerę de humanitate ſibi derelicta. negatiuæ ſunt ueræ de humanitate aſſumpta, ſicut & contrariæ harum ſubcontrariarum ſunt ſimul falſę ſcilicet, omnis humanitas eſt homo: nulla humanitas eſt homo. Etiam cum ſuis cõuerſis: quia earum contradictoriæ ſunt
Coro.5 ſimul ueræ: ut dictum eſt ſtatim. ¶ Quintò ſequitur, ꝙ concreta ſubſtantiæ de ſuis abſtractis non prædicãtur niſi contingẽter. Patet: nam illa eſt contingẽs: humanitas eſt homo ſimiliter illa: homo eſt humanitas: poſſunt enim eſſe falſæ: etiam ſupponentibus ſubiectis: ut poſito, ꝙ nullus homo eſſet præter Chri-
M ſtũ: uel ſi nulla humanitas ſubſiſteret in ſe: ſed quęlibet eſſet aſſumpta. ¶ Et ſi replicatur. homo, animal, corpus, & ſubſtantia eſſent termini accidentaliter cõnotatiui. conſequens falſum: quia ſunt termini pręd icamenti ſubſtãtię, ſed ꝑdicamentũ ſubſtantię (ſecundum omnes) ponitur abſolutum: alioquin etiã tolleretur diſtinctio inter prędicamentum ſubſtantiæ: & prædicamenta accidentium, quod eſt peruertere totam logicam Peripateticorum. Probatur conſequentia: tum quia terminus abſolutus de quocunq; termino abſoluto uerè affirmatur de illo ſupponente nunquam negari poteſt, ſed homo, animal uerè affirmatur de natura humana in ſeipſa ſubſiſtente, & de ea uerè negãtur, poſtquam fuerint aſſumpta: igitur non ſunt abſoluti. Tum quia ſi ſunt uerè concreta concernunt duo ſcilicet materiale ſignificatum, & formale, & per conſequens connotatiui: quia connotatiuũ eſt cum alio ſignificatiuum, ideſt terminus, qui cum ſignificato uno ſubſtractiuo ſignificat aliud formaliter. Reſpondetur, ꝙ concreta ſubſtantiæ in ueritate habent duplex ſignificatum, ſcilicet ſubſtractiuum, & formale. Subſtractiuè ſignificat ſuppoſitum, & formaliter naturam ſubſtantialem, a qua denominatur ſuppoſitum aliqua ſpecie ſubſtantiali. Si ergo omnis terminus habens huiuſmodi duplex ſignificatum eſt connotatiuus, fateor concreta ſubſtantialia eſſe connotatiua. Conſequenter dico, ꝙ prædicamẽtum ſubſtantiæ eſt terminorum abſolutorum quantum ad abſtracta: non quantum ad concreta. Nullum enim concretum propriè dictũ eſt purè, & ſimpliciter abſolutum. Nec tamen ideo tollitur diſtinctio concretorum ſubſtantiæ a concretis accidentiũ: nam illa connotant naturam ſubſtantialem, iſta frequenter naturam accidẽtalem, uel diſpoſitionem, ſeu habitudinem accidentalem. Verius tamen concreta diuerſorum prædicamentorũ diſtinguuntur per proprios modos ſignificandi prædicamentorum: ſicut & abſtracta, quæ in prędicamento ſubſtantię omnia ſunt abſoluta. Et multa prædicamentorum accidentium ſunt abſoluta: ut albedo, & caliditas &c. Vel poſſet dici, ꝙ penes modum ſignificandi eſſe ſuppoſitale, non dicuntur termini connotatiui, & abſoluti: quia hæc ſignificatio communis eſt omnibus concretis prædicabilibus de prima ſubſtantia, ſed diſtinguuntur penes modos ſignificandi aliam habitudinem a ſuppoſitali, ita ꝙ terminus non ſignificans aliam habitudinem eſſentialem, uel accidentalem a ſuppoſitali dicitur abſolutus: & tales ſũt termini ſubſtantiales concreti. Connotatiui uero dicuntur, qui præter hanc ſuppoſitalem circumſtantiã, aliã aliquã habitudinem important cum ſuo ſignificato ſubſtractiuo: qualia ſunt concreta accidentium, & differentiæ eſſentiales. Et hæc dicere non eſt logicam peruertere, ſed eam ad ueritatis normã reducere: ac eius ueritatem declarare, quam ſi non cognouerunt Peripatetici infideles: Ariſtotiles ſcilicet cum ſuis ſequa-

ſequacibus:quid mirum ſi in his ſicut in
multis alijs errauerunt:in quibus natu-
ralē potentiam,quā experientiā dicūt,
tantū attēderūt:diuinā omnipotentiā,
quæ ſuper naturā eſt ignorātes. Nec in
hoc ſunt imitādi a fidelibus:quoniam fi
des orthodoxa,& certiſsima multas ue
ritates logicales naturales, & metaphy
ſicales reuelauit,ad quas gentiles philo
ſophi minimè peruenerunt. Et per hoc
N
replica ſufficienter eſt ſoluta.¶ His prę-
miſsis reſpōdetur ad primum dubium,
ꝙ propoſitio illa:deus eſt hō: & ſimiles
de uirtute ſermonis,& ſecūdū termino-
rū ꝓprietatē uera eſt,& concedēda. Qđ
probatur:quia ſunt affirmatiuę,particu
lares,indefinitæ uel ſingulares,quarū ex
trema ſupponūt pro eodē : & per conſe
quens uerę. Conſequentia nota ex pri
mo articulo. Antecedēs patet: quia hō
ſupponit pro ſuppoſito ſubſiſtente in na
tura humana:& ita pro ſuppoſito uerbi
ſeu diuino: & alterū extremū pro eodē
ſupponit:ut manifeſtum eſt: & hoc ſe-
cundū ſermonis proprietatē : nā homo
ex ſua impoſitione ſignificat ſuppoſitū
humanum.i.ſuppoſitum ſubſiſtens in na
tura humana,ut dictū eſt:ergo &c. Per
hoc patet ſolutio rationis ante oppoſi-
tū dubij:nā conceſſo antecedente, ne-
gatur cōſequentia:nec arguitur a diffi-
nitione ad diffinitū: ut patet. ¶ Ad ſe-
cundum dubiū, utrum homo uniuocè
prædicatur de deo, & cæteris homini-
bus. Reſpōdetur breuiter, ꝙ prędicatio
uniuoca dupliciter accipitur. Vno mō,
ut uniuocū diſtinguitur contra ęquiuo
cū. Alio modo, ut diſtinguitur contra
denominatiuū. Primo modo uniuocū
eſt ſignū uni conceptui naturaliter pro-
priè ſignificanti ſubordinatū: ut Ioan-
nes,Petrus. Sed ęquiuocū eſt ſignū di-
uerſis cōceptibus naturaliter propriè ſi
gnificātibus ſubordinatū: ut canis &c.
Secundo modo uniuocū eſt, quod de
aliquibus prædicatur eſſentialiter, non
importans aliquid extra rationē ſubie-
cti, de quo prædicatur. Quo præmiſſo
reſpondetur ad dubiū,ꝙ accipiēdo uni-
uocum primo modo,homo uniuocè ꝑ-
dicatur de deo,& de aliis hominibus. Pa

Deus è hō ſecūdū proprietatē ſermonis eſt concedenda.

Dub. 2.
O

tet:quia omnis terminus ꝓdicabilis de
aliquibus ſecundū eandem rationē:hoc
eſt ſecūdū eandē diffinitionē, ſeu cōpo
ſitū, ꝓdicatur de illis uniuocè: ſic eſt de
termino homo,qui prædicatur de deo,
& alijs hominibus puris: ergo prędicat
de eis uniuocè. Conſequētia nota:Ma
ior eſt philoſophi in prædicamentis. Mi
nor patet: quia eadē diuino (.ſ. animal
rationale) conuenit homini: ſiue prędi
cetur de deo , ſiue de alio quocunque
homine:ut patet ex dictis.¶ Corollariū. Coroll.
Verbū ſeu deus ita uerè,& propriè ē hō;
ſicut Petrus uel Ioānes:etiā ſecūdū ſer
monis proprietatē. Patet:qꝛ terminus
conueniēs aliquibus ſecundū eandē dif
finitionē:ęque propriè cōuenit cuilibet
eorū:ſic eſt in propoſito.¶ Si dicis. Ver
bū eſt homo per naturā ſuperadditā di-
ſtinctā realiter a uerbo. Cęteri homi-
nes ſunt homines ꝑ naturam humanā
a ſuppoſito indiſtinctā: & non per aliqđ
ſuperadditū:& ideo hō nō cōuenit eodē
modo ſuppoſito uerbi, & cæteris homi
nibus:& per cōſequens uniuocè. Reſpō
detur negādo cōſequētiā. Ad probatio
nē nō cōuenit eodē mō diſtinguēdū eſt:
quia uel ly eodem modo dicit identita-
tē rationis,ſeu diffinitionis: & tunc ne
getur,ꝙ nō eodē mō: qꝛ eodem cōceptu
dr̄ de uerbo,& de hoībus cęteris. Nec
impedit illa diuerſitas,de qua arguitur:
quia in uniuocatis ꝑ eūdē cōceptū inue
niūtur diuerſi modi,ſecundū quos idem
conceptus,uel diffinitio eis cōuenit:ſic
n. nomē pſona uniuocè cōuenit pſonis
diuinis,& creatis:& tñ pſonæ diuinę ꝑ-
ſonantur ꝑ aliquod poſitiuū.ſ. proprie-
tatē relatiuā a perſona diſtinctā forma
liter,nō realiter. Perſonę aūt creatę nō
pſonantur per aliquod poſitiuū quomo
docunq; a natura diſtinctū: ſic ſapiens
uniuocè cōuenit deo,& angelo: & ta-
men deus eſt ſapiens nō ꝑ aliqđ ſupaddi
tū,ſed ꝑ ſuā eſſentiā. Angelus aūt eſt ſa
piens ꝑ cognitiones ſupadditas a ſua eſ
ſentia realiter diſtinctas:ſiue ꝑ habitum
infuſum,uel acquiſitū,diſtinctū. Sic ca-
lefactiuum conuenit uniuocè igni,
& ſoli : & tamen ignis calefacit per ca
lorem formaliter ſibi inhęrentem : ſol

uero nõ ſic:ſed per naturæ ſuę uirtutē. Sic piper,urtica &c. quæ non ſunt formaliter,ſed uirtualiter calida : & ita de multis alijs.Alioquin animal non eſſet uniuocū ad ſuas ſpecies homo , aſinus: quia homo eſt animal per animam rationalem a deo immediatē creatam, & infuſam:aſinus eſt animal per animā ſẽſitiuā de potentia materiæ eductā. Alio modo ly eodē modo dicit omnimodam ſimilitudinem , & excludit omnē diuerſitatem ſpeciuocā. Et illa idētitas ſignificatorum non requiritur ad uniuocationē conceptus ſui ſigni , accipiendo uniuocū primo modo :ſed requiritur ad uniuocum ſtrictiſsimē ſumptum : prout ſolum conuenit ſpeciei ſpecialiſsimę abſolutę:ſecūdum quem modum dicitur, ꝙ in genere latent multę ęquiuocationes.

Dub. 3. p

An autem ſic prędicetur homo uniuocē de deo:dicet in dubio. iiij. ſequē.

Termini diſparati qui ſunt.

¶ Ad tertiū dubium. Qualis ſit prædicatio, deus eſt homo. Pro reſponſione notandum, ꝙ apud philoſophum deus, & homo ſunt termini diſparati:quia diceret illam eſſe impoſsibilem, deus eſt homo: ſicut illam , homo eſt aſinus: & ſic illa, deus eſt homo, eſt prædicatio diſparata:nec eſſentialis, nec accidentalis. Sed licet in hoc errauerunt , ꝙ dicebant hanc eſſe impoſsibilē, deus eſt homo:tamen accipiendo terminos diſparatos pro terminis, qui naturaliter ſiue ſecundum potentiam naturæ nō poſsūt de ſe inuicem uerificari,nec ſimul : nec ſucceſsiuē:ſic deus, & homo etiā apud catholicos ſunt termini diſparati : & ita prædicatio illa erit diſparata: deus eſt homo : & ſic nec eſſentialis , nec accidentalis : quamuis uera . Verum uocando terminos diſparatos terminos non potentes de eodem uerificari per quācunq; potentiam:ſic deus, & homo ſunt termini non diſparati: ſed nec homo , & aſinus ſunt diſparati: ſuppoſito, ꝙ homo poſsit ſuppoſitare naturam aſininam : ſed illa abſtracta humanitas, aſineitas: hoc eſt natura humana: natura aſinina , ſunt termini diſparati. & tunc conſequenter dicitur, ꝙ concreta prædicamenti ſubſtantiæ ſunt connotatiua(quod uidetur magis probabile,& facile:& conformius his,quæ in logica dicuntur de terminis connotatiuis,& abſolutis)tunc illa prædicatio: deus eſt homo, eſt prædicatio accidentalis:non ideo, quia homo contingenter prædicatur de deo. quia ſic illa eſſet accidentalis:homo eſt animal :quia eſt contingens ſimpliciter , & poteſt eſſe falſa: ſicut fuit falſa ante productionem hominis:ſed ideo accidentalis. quia prędicatum connotat accidentaliter ſuper obiectum . Connotat enim ly homo, ſubſiſtentiā in natura humana, quā non connotat deus, nec in genere, nec in ſpecię:ſic etiam deus connotat ſubſiſtentiam in naturam diuinam, quam nō connotat homo. Nec ſequitur p̄dicatē accidentaliter:ergo connotat accidēs, quia pater dominus, cōnotāt accidentaliter:& tamē nō cōnotāt accidēs. pater enim cōnotat filiū ; & dominus ſeruū: qui filius,& ſeruus non ſunt accidētia: ſed ſubſtantię . hoc dico non ponendo reſpectus eſſe diſtinctos ab abſolutis. Sic diues cōnotat accidentaliter diuitias, quę ſunt ſubſtantiæ, poſſeſsiones ſcilicet auri, & argenti &c. Nec ſequitur prædicatum eſt ſubſtantiale:ergo non prædicatur accidētaliter. Prædicata.n.ſubſtātialia prædicantur eſſentialiter & quidditatiuē de ſuis inferioribus: ſicut prædicamenta accidentalia prædicantur quidditatiuē de ſuis inferioribus , puta coloratum de ly album : ſed de alijs nō ſuis inferioribus poſſunt prædicari accidentaliter. Vnde prædicari accidentaliter , eſt alterum extremum connotare accidentaliter ſuper reliquum. Cōnotare autem accidentaliter ſuper reliquum , eſt connotare aliquod , ſiue ſubſtantiam ſiue accidens : non ut eſt pars eſſentialis , ſiue de eſſentia alterius . Sic ergo patet, quód homo connotat accidentaliter ſuper ly deus : & econuerſo : quia homo connotat ſubſiſtentiam in natura humana , quæ non eſt eſſentialis deo:& deus conotat ſubſiſtentiam in diuina natura, quæ non ē pars eſſentialis hominis . Si uero tenetur, ꝙ concreta ſubſtantiæ ſunt abſolu-

ta: dicetur, ꝙ hæc propoſitio, deus eſt homo: nec eſſet accidentalis prædicatio, nec eſſentialis: qa non eſſet prædicatio directa: quia non prædicatur ſuperius quidditatiuè de inferiori: nec connotatiuum de abſoluto, nec magis aut æquè connotatiuum de minus, uel æquè connotatiuo: eſſet tamen prædicatio contingens. ¶ Vnde dubitatur, utrũ

Dub. 4.

Q homo inquantum prædicatur de deo, & homine puro, ſit ſpecies ſpecialiſsima? & uidetur, quod nõ: quia homo purus, & deus differunt ſpecię, immo & genere: ſicut creator, & creatura: & de eis prædicatur homo: ergo non eſt ſpecies ſpecialiſsima. Tenet conſequentia: quia ſpecies ſpecialiſsima prædicatur ſolũ de pluribus ſolo numero differentibus in eo, ꝙ quid eſt. Rñdetur, ꝙ homo ſimpliciter eſt ſpecies ſpecialiſsima: quia ſolũ prædicatur quidditatiuè de pluribus ſolo numero differentibus: puta ſorte, platone: quamuis prædicatur non quidditatiuè de plus, quàm numero differentibus: ſicut album eſt ſpecies ſpecialiſsima, & tamen prædicatur accidentaliter de differentibus ſpecie, & genere: ut de homine, lapide, aſino. Et ſi homo eſſet terminus abſolutus: adhuc non pdicatur quidditatiuè de eo, quia illa nõ eſt directa, deus eſt homo: nec illa, homo eſt deus: ut ſupra dictum eſt. Et conſequenter diceretur, ꝙ homo habet rationem alicuius prædicabilis reſpectu illius termini deus: quia nec eſt genus: neq; ſpecies. ¶ Et ſi replicat̃. Omnis terminus prædicabilis de alio incomplexus, habet ſe in ratione alicuius prędicabilis. Dicitur, ꝙ hoc eſt uerum de termino prædicabili de alio directè. Nam homo prædicatur de termino album, Alemannus, Italus: & tamen nec eſt genus eius, nec ſpecies: quia abſolutum nõ eſt genus, aut ſpecies connotatiui, nec eſt differentia, proprium, aut accidens: cum ſit terminus abſolutus. Et ſi dicitur homo prædicatur directè, & quidditatiuè de ly hic homo, demonſtrando Petrum: & hic homo demonſtrando uerbum: & tamen Petrus, & uerbum differunt ſpecie: & ita hic homo, & hic

Homo eſt ſpecie, ſpecialiſsima quo modo.

homo. Et uolo, ꝙ hic homo accipiatur incomplexè: uel pono loco ly hic homo, & hic homo, Petrus, & Ieſus, utraque eſt quidditatiua, Petrus eſt homo, Ieſus eſt homo: & tamen Ieſus, & Petrus differunt ſpecie. Reſpondetur: concedendo, ꝙ illę ſunt quidditatiuè: hic homo eſt homo &c. ſed negetur, ꝙ differunt ſpecie. Conceditur conſequenter, ꝙ res ſignificatę differunt ſpecie, ſed non termini illi: hic homo, hic hõ. Sicut licet res ſignificatę per ly hoc album, & hoc album: demonſtrando per primum hoc hominem album, per ſecũdum lapidem album differunt ſpecie. Non tamẽ termini illi, hoc albũ, & hoc albũ, quia non ſunt diuerſæ ſpecies, nec ſub ſpeciebus formaliter non ſynonymis quidditatiuè contenti: Nunc ergo ſpecies ſpecialiſsima non prædicatur de pluribus terminis plus, quàm numero id eſt ſpecie, uel genere differentibus, licet res ſignificatæ per terminos, de quibus prędicantur, differant ſpecie. Cuius ratio eſt: quia differentia ſpeciuoca non attenditur penes ſignificatũ ſubſtractiuum, ſed penes ſignificatum formale. Formaliter autem hoc ſignificat naturam humanam, quę in omnibus hominibus, Chriſto, ſcilicet, & cæteris eſt eiuſdem ſpeciei: ſic albedo eſt eiuſdẽ ſpeciei in omnibus albis. Et cũ arguitur de illis terminis Petrus, & Ieſus illi differunt ſpecie: quia continentur quidditatiuè ſub illis ſpeciebus homo, & deus, qui ſunt ſpecies non ſynonymę. Dicendum, ꝙ Petrus continetur quidditatiuè ſub illa ſpecie homo: ſed ly Ieſus ſi ẽ nomẽ impoſitum perſonæ uerbi ſubſiſtẽtis ſub utraq; natura diuina, & humana: ſic nec continetur quidditatiuè ſub ly homo: nec ſub ly deus: quia ultra quodlibet horum connotat: nam ſuper ly homo, naturam diuinam: ſuper ly deus cõnotat naturam humanam. Si uero impoſitũ eſt de ſuppoſito ſubſiſtẽtẽ in natura humana: non curando an etiam ſubſiſtat in natura diuina, uel econuerſo: tunc eſt inferius primo modo huius ſpeciei homo, & non huius ſpeciei deus, ſecundo modo eſt inferius, & indi-

Homo prædicatur quidditatiuè de hic homo.

uiduum huius termini deus,& non hu-
ius termini homo:ut ſatis patet ocula-
R tē attendenti.¶ Si quæritur;an illa pro-
Vtrum poſitio deus eſt homo,eſt per ſe,uel per
illa pro accidens. Dicitur,ꝙ non per ſe,quia nō
poſitio eſt neceſſaria,ſed eſt per accidens. Non
Deus ē ꝙ prædicatum importet accidens inhæ
homo, rens ſubiecto:ſed quia prædicatum ac-
ſit per cidentaliter,& contingenter prædica-
ſe uel ꝑ tur de ſubiecto. Illa uero deus poteſt eſ
accidēs. ſe homo: quia eſt neceſſaria, ideo eſt ꝑ
ſe:non tamen per ſe primo modo:quia
prædicatum importat, quod eſt extra
rationem ſubiecti. Importat enim natu
ram humanam, quæ non includitur in
ratione ſubiecti; propter quod (ut di-
ctum eſt) accidentaliter prædicatur de
ſubiecto. Quod autem Auguſt. dicit. v.
de trini. cap. v. ꝙ omne, ꝙ dicit de deo:
dicitur ſecundum ſubſtantiam, uel reſpe
ctiuè: & nihil ſecundum accidens. Dicē
dum, ꝙ ibi loquitur de illis prædicatis,
quæ conueniunt deo ſecundum natu-
ram diuinam,& eius intrinſeca: & non
reſpectu creaturæ ad extra:quia quedā
ex tempore dicuntur de deo ſecundum
accidens ideſt contingenter;ut domi-
nus, creator, refugium, & ſimilia, quæ
contingenter dicuntur de deo,non pro
pter mutationem dei;ſed creaturæ: ut
docet magiſter diſt. xxx. primi lib. Tan-
tum de illa quæſtione.

DISTINCTIO VIII.

EGIT magiſter de i-
diomatum commu-
nicatione quantum
ad propoſitiones, q̄
unionem exprimūt:
Conſequenter agit
de eodem quantū ad
eas, quæ conſequentia unionem cōcer
nunt:ſcilicet quantum ad proprietates
quaſdā unionē conſequentes. Et circa
hoc duo facit. Primò d'terminat de his,
quæ naturis ratione unionis cōueniūt.
Scd'ò diſt. x. de his, q̄ pſonā rōne naturæ
humanæ reſpiciūt. Circa primū duo fa-
cit. Primò agit de his, quæ concernunt
naturam diuinam ratione naturæ aſ-
ſumptæ. Secundò diſtin. ix. de his, quæ
conueniunt naturæ humanæ ratione aſ
ſumentis perſonæ. In hac ergo, viij. diſ.
inquirit. An natura diuina propter eius
unionem ad humanam, debeat dici na-
ta ex uirgine. Et colligitur ſententia
magiſtri in his tribus concluſionibus.
¶ Prima concluſio: quamuis perſona
filij, quæ deus eſt, uerè dicatur de uir-
gine nata; non tñ hoc conceditur de na
tura diuina. ¶ Secunda concluſio. Dupli
cem in Chriſto confitemur natiuitatē;
unam ex patre æternam; alteram ex uir
gine temporalem. ¶ Tertia concluſio.
Propter duas natiuitates, quibus con-
cedimus genitum eſſe Chriſtum, eun-
dem affirmamus bis: ęternaliter ſemel,
& ſemel temporaliter eſſe natum. Qua
rum declaratio requiratur in textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē A
quæritur; utrum filiatio in
Chriſto, qua æternaliter ge
nitus eſt a patre: & filiatio,
qua genitus eſt temporaliter a matre,
ſint relationes reales abinuicem reali-
liter diſtinctę. ¶ Pręmiſsis quibuſdam
ſuppoſitionibus pro articulo primò: a
dentur concluſiones pro ſecūdo: & ſub
iungentur dubia pro articulo tertio.
¶ Quantum ad primum articulum ſup- Arti. 1.
nitur hic: ꝙ filiatio æterna eſt res rela- Not. 1.
tiua, & proprietas poſitiua a patre quæ- Quid fi
dam, & ſpiritu ſancto realiter: a filio aūt liatio.
& eſſentia diuina formaliter tantum,
non realiter diſtincta, quæ cum eſſen-
tia, & ſpiratione actiua conſtituit per-
ſonam filij, de quo latius uidendum eſt
in. j. lib. per diuerſas diſtinctiones. ¶ Se- Not. 2.
cundò notandum, ꝙ de diſtinctione re-
lationum ab abſolutis in creaturis ua-
rię ſunt opiniones. Quidā ponunt om-
nes relationes diſtingui ab abſolutis: ita
ꝙ cuilibet abſtracto relatiui correſpon Opinio
det res quædam relatiua, quæ non eſt nes ad
res abſoluta. Alia opinio huic cōtraria, relatio-
quæ tenet, ꝙ nulla ſit relatio diſtincta num di
ab abſolutis: ſed quicquid eſt in creatu- ſtinctio
ris, eſt res abſoluta. Tertia ponit ali- nes.

quas

quas relationes extrinſecas diſtingui ab
abſolutis, aliquas niſi in creaturis. De q̃
bus uiſũ eſt q. j. ſecũdi: & latius diſt. xxx.
primi. Hactenus aũt ſecuti ſumus opi. ſe
cũdã: quæ cęteris mihi uidetꝰ eſſe ꝓbabi
Not. 3. lior. ¶ Tertio notandũ, ꝙ filiatio ſecũdũ
primã opi. in creaturis dicit reſpectũ rea
lẽ filio inhęrẽtem, terminatũ ad paren
tẽ rõne cuius filius dicitꝰ filius: ſicut ab
albedine dicitur albus. Secundum alias
duas opin. filiatio nõ dicit, quid unũ: ſed
oĩa illa, quæ requiruntur ad hoc, ut ali-
quis dicatꝰ filius. Dicit igitꝰ parentem, &
filiũ exiſtentes actu: & actũ ꝓductionis
ꝑteritũ. An aũt oĩa illa dicat in ſubſtra
cto. i. pro illis omnibus ſimul ſupponat:
an ſolũ pro filio: & reliqua cõnotet: ſũt
opi duę recitatę q. j. diſt. j. lib. ij. Ibidem
etiã dictũ eſt, quid intelligitur ꝑ relatio
Arti. 2. nẽ realẽ: ibi uideatur ¶ Quãtũ ad ſecun
Cõcl. 1. dũ articulũ eſt cõcluſio prima. Accipien
B do filiationẽ in creaturis: ut ſupponit
ꝓ aggregato ex omnibus his requiſitis ad
hoc, ꝙ aliquid dicatꝰ filius: filiatio, qua
chrĩus ęternaliter genitꝰ eſt a patre, rea
liter diſtinguitꝰ a filiatione, qua tẽpora-
liter natus eſt a matre. Probatur: quia
filiatio ęterna eſt ꝓprietas relatiua reali
ter diſtincta ab omni creatura, & ab om
ni aggregato ex creatore, & creatura:
ſed filiatio tpalis ẽ aggregatũ, ex creato
re, & creatura: ergo relatio ęterna diſtĩ
guitꝰ ab ea. Cõſequẽtia nota: quia facilẽ
reducibilis ad ſyllogiſmũ. Maior nota:
quia nihil increatũ in deo eſt aggregatũ
ex creatore, & creatura. Minor patet:
quia filiatio chriſtĩ tẽporalis ẽ uirgo ma
Cõcl. 2. ter, & uerbum genitum ex matre; ergo
aggregatũ ex creatura, & creatore. ¶ Se
cunda cõcluſio. Accipiendo filiationẽ
in creaturis prout ſupponit pro ſuppoſi
to filij, connotando parentẽ, & actum
generandi præteritum; filiatio æterna
non diſtinguitur a filiatione, qua geni-
tus eſt chriſtus a matre realiter: diſtin-
guitur tamen ab ea formaliter. Proba-
tur illa concluſio: quia filiatio æterna
eſt realiter filius: non formaliter: quia
conſtituens non eſt formaliter conſti-
tutum: ſed realiter. Filiatio autem cõ-
ſtituit filium: filiatio autem, qua chri-
ſtus genitus eſt ex matre, eſt idem fi-
lius: quia ly filiatio ſupponit pro filio: &
connotat parentem, & actum generan
di præteritum. Nunc autem idem eſt fi
lius genitus a patre æternaliter, & a ma
tre temporaliter: ergo concluſio uera.
Cum enim ſecundũ hunc modum lo-
quendi filiatio temporalis ſit realiter fi
lius patris; eo modo diſtinguitur filia-
tio æterna a filiatione temporali: quo
diſtinguitur a filio uerbo. ¶ Corollariũ: Coroll.
ſic accipiendo terminos, filiatio æter-
na eſt filiatio temporalis. Probatur: q̃a
filiatio ęterna eſt filius patris realiter,
& non formaliter: & filiatio temporalis
eſt filius matris genitus ex tempore: &
idem eſt filius patris, & uirginis. Et po-
teſt argui expoſitorie denominando
chriſtũ ſeu uerbũ: hoc eſt filiatio ęter-
na: & hoc eſt filiatio temporalis: ergo An ęter
filiatio ęterna eſt temporalis. Nec ſe- nũ poſ-
quitur, ꝙ æternũ eſt temporale: quia tẽ ſit dici
porale hic ęquiuocatur: quia quando tẽpora-
ponitur ſine addito, ſupponit pro re, le.
quę incepit eſſe in tẽpore. Sed quãdo
additꝰ terminus cõnotatiuus, ſupponit ꝓ
re, quę incepit eſſe in tẽpore nõ ſimpli-
citer: ſed ſecũdũ illud, quod cõnotatur
per terminũ additũ: ſicut uerbũ eſt crea
tor tẽporalis: quia creator ex tẽpore: ſe
cundũ magiſtrũ diſ. xxx. primi nõ tñ eſt
tẽporale. ¶ Tertia cõcluſio. Tenẽdo; ꝙ Cõcl. 3.
filiatio in creaturis ſit res reſpectiua di- C
ſtincta ab abſolutis, filiatio ęterna diſtin
guitur realiter a tẽporali. Probatur: q̃a
alius eſt reſpectus, quo uerbum dicitur
filius æterni patris; & alius reſpectus
quo dicitꝰ filius matris. Probatur: quia
reſpectus, quo dicitur filius matris
eſt entitas temporalis, & non æterna:
creatura, & non deus, ergo. Minor pro
batur: quia filiatio, qua uerbũ eſt filius
matris, eſt eiuſdẽ rationis cũ filiatione
aliorũ filiorũ reſpectu ſuarũ matrũ: alio
quin uerbũ non eſſet uerę filius matris:
ſed reſpectus huiuſmodi in alijs filijs
matrũ eſt realis, tẽporalis, & creatura:
ergo & ille, quo uerbũ eſt filius matris.
¶ Præterea etiã ratione Sco, cuius eſt
hæc concluſio. Filiatio nõ plus reſpicit
ſuppoſitũ, quã generatio: quia filiatio ẽ

habitudo producti naturaliter ſimilis
producēti in natura intelligibili uel ſen
ſitiua. Hic autē in illa diffinitione nihil
reſpicit ſuppoſitum niſi productio: ſed il
la indifferenter reſpicit tā naturā, quā
ſuppoſitum: ſed productio (quæ in pro
poſito eſt generatio) pluriſicatur in
Chriſto ſecundū pluralitatem naturarū
in Chriſto ꝑ generationē acceptarū: ut
dicit Dam. Duas generationes in Chri
ſto ueneramur. ergo duę filiationes. Il
la nō uidetur deficere. maior nō eſt ue
ra: quia filiatio reſpicit ſuppoſitū, nihil
n. dicitur filius, niſi ſit ſuppoſitū, ut di
ctum eſt diſt. iij. ¶ Præterea; quæcunq;
ꝓprietas perſonalis in deo eque nō reſpi
cit creaturam pro termino: ſed reſpicit
ſuos terminos ad intra. Sicut ergo pater
nitas æterna nō pōt eſſe relatio, qua di
ceret filius ſi fuiſſet incarnatus: ita nec
Cōcl. 4. filiatio æterna. ¶ Quarta cōcluſio. Ge-
neratio, ſeu filiatio tā æterna, quā tēpo
Relatio realis quid eſt. ralis eſt relatio realis. De æterna patet
ex dictis lib. j. De filiatione temporali
probatur: quia relatio realis eſt qua de-
nominatio relatiua cōuenit alicui circū
ſcripta quacūq; operatione intellectus:
talis eſt filiatio: igitur eſt realis. Minor
probatur: qa uerbū nō dicitur filius ma
tris per operationē intellectus matris:
ſed per generationē carnalē, nō per ſe-
xuū cōmixtionē ſecūdū talem quę ſupra
dicta eſt, per quam uirgo uera eſt mater
Arti. 3. Chriſti. ¶ Quātū ad tertiū articulum du
Dub. 1. bitatur cōtra cōcluſionē tertiā (quę li
D cet nō ſit ſecundū opinionē, quā teneo
poteſt tamen etiam cōtra alias cōcluſio
nes reduci, quas credo ueras) Si in Chri
ſto ſunt duę filiationes: ergo eſt duo fi-
lij. Cōſequens eſt falſum. Probatur con
ſequentia: qa ſicut filiatio filiū, ita filia-
tiones cōcludunt filios. ¶ Præterea: ſicut
ſaluatur, ꝙ deus eſt creator, & dñs crea
turæ, non ponēdo in eo relationē realē
aliam ab æterna: ita per ſolam relatio-
nem rationis ſaluari poteſt uerbum eſ-
ſe filium uirginis ſine noua relatione
reali. ¶ Præterea duo accidentia eiuſ-
dem rationis non poſſunt ſimul ineſſe
eidem ſubiecto: ſed duæ filiationes ſi eſ-
ſent in eodem ſubiecto, eſſent eiuſdem
ſpeciei. ergo. Maior probatur. Tum quia
actiua non habent diuiſionem, & diſtin
ctionem realē niſi a ſubiectis. Tū quia pō
tentia eſt per ſe ad formam in commu-
ni nō ad hanc formā, uel ad illā: & ideo
ubi eſt idem ſubiectū, nō erit diſtinctio
formarum. ¶ Ad illa reſpondetur ad pri- Ad. 1.
mum dicendū, ꝙ ſicut ſuppoſita nō plu-
rificantur ſecundū pluritatem formarū
(quia idē ſuppoſitum eſt albū, & dulce)
ita nec cōcreta plurificantur ad plurifi
cationē abſtractorū: pōt. n. unus ſciens
habere multas ſcientias. ¶ Ad ſecundum Ad. 2.
dicitꝰ: ꝙ deus nō dicitur creator, & dñs
ſine relatione reali, quæ eſt in creatura:
licet ſine reali, quæ eſt in deo: ſic eſt in
propoſito. Verbū dicitur filius Marię:
nō per relationem realē inexiſtētē uer
bo: ſed per relationem realē inhærentē
naturę humanæ aſſumptę: & nō per re-
lationem rationis: quia circumſcripto
omni actu rationis, poſita relatione fi-
liationis in natura aſſūpta a uerbo: uer
bū uerē eſt filius uirginis. ¶ Secundum
aliā opinionē ſimiliter dicitur, ſicut po-
ſita creatura a deo producta omnibus
alijs circumſcriptis: deus uerē, & reali-
ter eſt creator, & dñs ſine quacunq; re-
latione diſtincta. Ita poſitis matre, & na
tura ab eo genita, ac eius aſſumptione a
uerbo ſine quacūq; alia re, uerbū eſt fi-
lius uirginis: & non per relationē rōnis,
nec realē. ¶ Ad tertiū falſū eſt, qđ aſſumi Ad. 3.
tur: nā ſi Ioānes haberet ſex filios: Ioā
nes haberet ſex paternitates ſecūdū illā
opinionē: alioqn mortuo uno filio ad-
huc eſſet paternitas eiuſdē mortui: qa
maneret paternitas, q̄ prius denominā
bat eum patrem illius filij: ergo adhuc
manet pater: quia manente forma ma-
net eius denominatio. Sic plures gra-
dus eiuſdem qualitatis ſunt ſimul in eo
dem ſubiecto. Sic duę ſimilitudines ad
plures albos ſunt in uno albo. ¶ Ad aliā
probationē falſum eſt quod aſſumitur:
quia accidentia formæ habent diſtin-
ctionem non a ſubiectis, ſed ex natura
propria. Nam ſi non eſſent in ſubiecto:
eſſent diſtinctę ſeipſis: ſic & in ſubie-
ctis ſunt ſeipſis diſtinctæ. Similiter falſū
eſt, ꝙ potentia eſt per ſe ad formā in cō

muni:ſed omnis potentia actiua eſt per
ſe ad formā, & formas ſingulares: quia
non poteſt producere niſi formam ſin-
Dub. 2. gularem. ¶ Secundò dubitatur. An uer-
E bum in triduo mortis fuit filius Mariæ.
Similiter an nunc poſt reſurrectionem
ſit filius Mariæ eadem filiatione, qua
An uerbum in triduo mortis ſit filius Mariæ. prius. ¶ Pro reſponſione eſt aduertendū:
q filiatio nihil aliud dicit, niſi ſuppoſi-
tū actu ſubſiſtēs in natura producta in-
tellectuali, uel ſenſitiua, ab alio eiuſdem
rationis, actu exiſtente: ſiue ſuppoſi-
tum iſtud habuerit illam naturā, quam
per productionem accepit continuè, ſi-
ue cum interruptione. Per hoc patet,
q uerbum in triduo mortis non fuit
filius uirginis: quia tunc nō ſubſiſtebat
in natura humana: quia tunc non fuit
natura humana chriſti: quia anima chri
ſti non fuit unita carni, ſine qua unio-
ne non eſt natura humana. ¶ Patet ſe
cundò: q poſt reſurrectionem, eſt nunc
& filius Mariæ, & idem filius, qui prius.
ſuppoſito, q beata uirgo ſit glorioſa in
corpore & anima: quia idem uerbum,
eadem natura, eadem mater, & uirgo:
licet natura ſimiliter; & mater fuerit
interrupta: unde poſt finalem reſurre-
ctionem, Ioan. erit filius Zachariæ, ſi-
cut fuit ante mortem utriuſq;: & ea-
dem filiatione: quia idem uerbum, ea-
dem natura humana, eadē mater. Nec
impedit, q nunc uerbum eſt homo per
nouam productionem humanitatis re-
ſuſcitatæ. ¶ Siquidem reſuſcitatio pro-
ductio eſt reſuſcitati: & illa nō tollit ge
nerationem præteritam. Non enim
tollit, quando eadem natura olim fuit
accepta per generationem ex uirgine.
Illa tamen filiatio non eſt aliquid di-
ſtinctum reſpectiuum ab his abſolutis
inhærens naturæ humanæ. ¶ Verum eſt,
ſi tenetur opin. tertiæ concluſionis di-
ceretur. Si in reſuſcitatione reprodu-
citur relatio filiationis, quæ fuit ante
mortem chriſti filij ad matrem: uerbum
eſt filius matris eadem filiatione: nec
eſt inconueniens, q idem numero repro-
ducitur. Si uero filiatio non reproduce
retur (quod uidetur poſsibile: cum non
ſit eſſentialis naturæ reproductæ) uide
tur, q tūc poſt reſurrectionē, etſi fuit, &
eſt idē homo, qui prius: non tamē filius
Mariæ ſicut prius. Reproducitur autem
filiatio prior: & ita manet in æternum
filius Mariæ. Et licet in reſuſcitatione
ſit noua ſupernaturalis productio, ex
qua ſecundum illam opinionem oritur
noua relatio ad deum reſuſcitantem; il
la tamē nō tollit filiationē reproductā:
ſicut in prima generatione chriſti ex
uirgine, præter filiationē orta eſt alia
relatio ad primā cauſam efficientē, quæ
non fuit filiatio; quia natura genita hu
mana non fuit eiuſdē rationis cū deo
producente, ut prima cauſa. ¶ Tertiò du Dub. 3.
bitatur. Verum concedendū ſit, q natu F
ra diuina ſit nata ex uirgine. Et argui- Quòd
tur q ſic: quia quicquid nō dicens ſup- natura
poſitum in recto prędicatur de uerbo: diuina
etiā prędicatur de eſſentia, ſiue natura non ſit
diuina. Sed eſſe natū ex uirgine non di nata ex
cit ſuppoſitum: quia conuenit naturæ uirgine
humanę, & prædicatur de uerbo: ergo
etiam de natura diuina. ¶ Præterea in
filio dei non eſt accipere niſi eſſentiā,
& proprietatem: ſed non dicitur na-
tus ratione proprietatis: ergo ratione
eſſentiæ. ¶ Ad hoc dubium ſupra diſt.
iiij. reſponſum eſt: ubi etiam dictum eſt
quæ ſit differentia inter generari ſeu
naſci: quæ cōueniunt tam naturæ, quā
ſuppoſito: & eſſe filium, quod ſoli ſup-
poſito conuenit. Dictum eſt ibi, q uir-
go Maria nō eſt mater deitatis: nec dei
tas eſt filia uirginis: quia non eſt ſuppo
ſitum formaliter. Mater autem & filia:
pater & filius, nomina ſunt ſuppoſitorū
de eodem diſ. v. concluſione vi. ¶ Per
hæc ad dubium dicitur: q non eſt con-
cedendum, q natura diuina ſit nata ex
uirgine: quia illud dicitur naſci tēpora-
liter, qd de nouo producit, aut ſubſiſtit
in natura de nouo producta. Nunc aūt
natura diuina non producitur a nouo:
nec ſubſiſtit in natura humana de nouo
producta: quia ſubſiſtere eſt ſuppoſiti.
Natura autem diuina non eſt ſuppoſi-
tum ſaltem formaliter. naſci uero, &
generari non prædicantur niſi formali
ter. Si tamē ex ſuppoſitione prędicarē
tur idēticè natura diuina eſſet nata de

uirgine: eſſet etiam filia uirginis: quia aliqd, cui natura diuina eſt eadē realiter ſ. ſuppoſitum uerbi, eſt genitum de uir-
G gine, & filius uirginis. ❡ Ad rationes du bij. Ad primā negeť maior uniuerſaliter quia licet prædicata diuina (hoc eſt cō uenientia deo ratione alicuius intrinſe ci in deo, nō rōne creaturæ, quæ nō im portant ſuppoſitū) dicta de pſona etiā dicuntur de eſſentia: ſecus tñ eſt de tē-poralibus. Nā habere animā rōnalē, uo-lūtatē hūanā intellectū, cōcediť de uer-bo, & nō de diuina natura: & ita nō di-cunt ſuppoſitū. Ad ſecūdū dicitur: ꝙ fi lius dei neq; rōne eſſentiæ diuinę, neq; rōne proprietatis, diciť natus ex uirgi-ne: ſed rōne naturæ humanæ ad unitatē ſui ſuppoſiti aſſumpti: hoc aūt cōuenit naturæ non diuinæ: cū nō ſit ſuppoſitū. ❡ Et ſi diciť, eſſētia diuina eſt incarnata: igitur ex uirgine nata: qa ꝓpter hoc uer bū cōceditur ex uirgine natū: qa incar-natū. Rñdeť negādo cōſequētiā: antece dēs. n. cōceſſum eſt ſup. diſ. v. cōcluſione. v. & ibi declaratū, in quo ſenſu natura di uina cōcediť incarnata: & ēt in quo ne gatur. Ad probationē diciť: ꝙ uerbū nō rō diciť natū ex uirgine; qa incarnatū. i. carni unitū: ſed qa ſubſiſtit in natura hu mana ex uirgine nata: hoc autem non conuenit naturę diuinę: ut etiam ibidē declaratum eſt concluſione ſexta.

Eſsētia diuina li cet con cedatur incarna ta: non tñ nata ex uirgi ne.

DISTINCTIO. IX.

In hac diſtinctione nona, magiſter agit de adoratione cōue niēte naturæ humanę rōne aſſumētis p ſonę. Inueſtigat. n. an caro Chriſti, & anima una eadēq; adoratione, qua uer bū, ſit adorāda. Circa illā q̃ſtionē duas recitās opi. neutrā tñ determinat. Et pa tet ſentētia textus ex ſubiectis cōcluſio nibus. ❡ Prima. Quorūdā ꝓbabilis eſt ſen tētia, ꝙ carni Chriſti, & animę nō debe tur adoratio latrię: ſed dulię ſpecies ſum ma. ❡ Secunda. Humanitatem Chriſti eſſe latria adorandam cum uerbo, aſſe-rit probabilior ſanctorum, & docto-rum opinio. ❡ Tertia. Humanitas ſola uel nuda in ſe conſiderata ſecūdum ſen tentiam omnium ſola dulia eſt uene-randa.

QVAESTIO VNICA.

A

An hūa na Chri ſti natu ra ſit la tria ado randa.

Circa hanc diſtinctionem quæritur: utrū humana Chri ſti natura ſit latria adorāda. ❡ Hæc queſtio tāgit mate-riam adorationis, quæ lata eſt ualde. Et quoniam de illa extenſē collegi in expo ſitione canonis miſſę lectione. xlix. & l. ideo breuiſsime cuncta neceſſaria ſigna bo: probationes latiores remittēs ad di-ctam lecturā. ❡ Præmittentur igitur no-tabilia: & inde cōcluſiones. Vltimō ſol-uentur quædā dubia. ❡ Quātum ad pri mū articulū, notandū, ꝙ capiendo ado-rationē largē pro qualibet ueneratiōe, qua aliquid honoratur, tres ponūtur ſpe cies adorationis, quæ grecē theoſebia ſeu latria, dulia, & hyperdulia nominan tur. Latria ſiue theoſebia eſt cultus ſoli deo debitus, q̃ & adoratio ſtrictē ſūpto uocabulo dici pōt: & quia deus colitur actu interiori, & exteriori, duplex eſt la tria: interior, & exterior. Item utraq; eſt duplex: habitualis, & actualis. ❡ Actus latriæ interioris eſt actus fidei, ſpei, ac charitatis ſecundū beatū Aug. in ench. id eſt actus intellectus, uel affectus, quo feror in deum: ut in ſummum bonum omnium rerum principium, atq; finem: & omnis talis actus, aut eſt actus fidei extendendo nomen fidei ad omnem aſ ſenſum intellectus ueri: ſiue ſit euidens, ſiue non: uel eſt actus uoluntatis, quo diligo deum, ut ſummum bonum in ſe: ſiue ut ſummum bonum mihi. Latria exterior ſignum eſt aliquod ſenſibile in proteſtationem latriæ interioris ex-hibitum: ut ſunt oblatio; ſacrificium laudum, & canticorum uoces: capitis inclinatio; pectoris tonſio: manuum complicatio, uel extenſio, genuflexio, in terrā proſtratio, luminariū accenſio, thuris accenſio, aliarūq; rerum oblatio, quibus foris proteſtamur nos in deū cre dere,

Arti. 1. Not. 1.

Latria, ſiue the oſebia qd eſt.

Notan da diui-ſio.

uere, ſperare: uel eum ut ſummum bonũ amare. Verũ, ꝙ ſigna illa exteriora ęquiuoca ſũt: quia & deo exhibetur, & creaturæ: non tñ ſimili, ſed diuerſa intentione: & ſecundũ hoc ſunt quandoq; actus adorationis latriæ, qñq; duliæ. Actus duliæ eſt actus uenerationis creaturæ exhibitus propter eius excellentiã, uel perfectionem ſiue interior, ſiue exterior: & illo modo eſt genus ad hyperduliam,
Hyperdulia. quæ eſt dulia maior. Eſt.n. hyperdulia ſeruitus quædam reuerentialis exhibita creaturæ ratione excellentiæ eminẽtis, & ſingulariſsimæ: qualis eſt reuerentia exhibita uirgini glorioſæ, ut eſt mater
Dulia. dei. Dulia minor ſiue ſimpliciter dicta: eſt reuerẽtia communis alicui exhibita creaturæ ratione excellentiæ communis multis alijs: & habitus ex actibus cuiuslibet aliarũ ſpecierum acquiſitus di-
Not. 2. citur latria, uel dulia habitualis. ¶ Secũ-
B dò notandũ, ꝙ adoratio ſecundum quãlibet ſpeciem ſupradictam, aliquando exhibetur naturæ intellectuali, ſiue rationali ratione cuiuſdam excellentiæ, uel ſuperioritatis: tanquam obiecto per ſe uenerando: etiam ſi ad aliud nõ referatur: licet nõ tanquam fini ultimo. Aliquando etiã reuerẽtia exhibetur creaturę nõ per ſe, nec propter ſe: ſed per accidens propter aliud: nec principaliter ad eã terminatur ueneratio, ſed ad aliud ꝑ eã, ad quã habent aliquẽ ordinẽ cõmunẽ ciẽ, repręſentationis, coniunctionis, uel alterius huiuſmodi habitudinis. Et horũ adoratio, ſed ueneratio eiſdem nominibus nominatur, quibus ueneratio naturarũ intellectualium: & ad eaſdem ſpecies reducitur: & talis adoratio eſt ueneratio aliculus: nõ propter ſe, ſed propter aliquã habitudinẽ ſpecialẽ, quã habet ad aliquod principaliter adorandũ, & ſecũdũ hoc põt adoratio ſic accepta ſimiliter diſtingui in latriam: duliam maiorẽ, ſiue hyperduliam: & duliã minorẽ, quæ ſimpliciter dulia dicitur. Vt latria dicit reuerentia alicui exhibita nõ tãquã ſummo: ſed tanquã habenti ſingularẽ habitudinem ad ſummum: latria propriè dicta adorandũ, & ſic ſuo modo de alijs ſpeciebus. Eſt autem hæc habitudo rei inanimatę, aut inſenſibilis ad naturam intellectualem, uel rationalem adorabilẽ duplex in genere, ſcilicet habitudo repręſentationis, uel ſpecialis coniunctionis, ſeu unionis. Repręſentationis ſicut imaginis ad prototypum: cõiũctionis ſpecialis: ut quia fuerunt partes earũ ſicut reliquiæ ſanctorum, quę ſecundum ſe, uel earũ materiam fuerunt partes corporum ſanctorum, uel pulueres, in quos reſoluta ſunt ſanctorum corpora: uel quia fuerunt arma triumphi: ut crux Chriſti, flagella, claui &c. uel quia fuerunt ueſtes, aut res aliæ in ſanctorũ uſum per corporũ, aut mẽbrorum contactũ uenientes. Adoratio ergo horum quoad interiorẽ actum nihil aliud eſt, quàm recognitio interior, quo huiuſmodi creduntur habere, uel habuiſſe habitudinem repręſentationis, uel coniũctionis ad ſanctos: aut complacẽtia uoluntatis cõſequens talem actum intelle- Not. 3.
ctus. ¶ Tertiò notandũ ſpecialiter de hu- C
manitate Chriſti, ubi omnium in hoc cõcordat ſententia: ꝙ humanitati Chriſti in ſe cõſideratę, non ut unitę uerbo hypoſtaticè nõ debetur adoratio latrię propriè dicta: ſed dulia. Cõſiderata autẽ ut a uerbo aſſumpta, ſic de eius adoratione tres ſunt opi. ¶ Vna tenet, ꝙ ut ſic cõſiderata eſt adoranda dulia maiori ſiue hyperdulia. Mouẽtur: quia ſolus deus adorandus eſt latria: & naturæ ſibi mutuò nõ cõmunicant ſua idiomata. Vnde nõ dicitur natura humana deus: licet ſit diuinitati unita: nec dicit̃ ęterna, infinita, creatrix: licet unita ſit naturę infinitę ęternæ, & creatrici: & per hoc nec dici debet eſſe adoranda latria: licet unita ſit maieſtati ſummę latria adorandæ: & habent pro ſe gloſ. ſuper illud pſ. Adorante ſcabellum pedũ eius. quæ dicit. Caro Chriſti ſine impietate a uerbo dei aſſumpta adoratur a nobis: nõ illa dico adoratione, q̃ latria eſt, q̃ ſoli creatori debet̃: ſed illa, q̃ dulia dignior eſt. ¶ Secunda opinio tenet, ꝙ humanitas Chriſti conſiderata, ut a uerbo aſſumpta eſt, & ei ſuppoſitaliter unita, latrię eſt adoranda. Mouentur aucto. Dam. quam allegat magiſter: non in

adorabilē carnē dicentes. Adoratur.n.
in una uerbi hypoſtaſi: ſequitur. non ut
nudam carnē adoremus: ſed ut unitam
deitati in unā hypoſtaſim dei uerbi dua
bus reductis naturis: timeo carbonē tā-
gere propter ignem copulatum ligno.
Adoro Chriſti dei mei ſimul utrāq; na-
turam propter carni unitā deitatē. Ad
idē adducunt & alias aucto. quæ patent
in littera. & reſpondent illi ad motiuū
prioris opi. ꝙ ſecus eſt de exhibitiōe ho
noris, & alijs proprietatū idiomatibus.
Honor.n. non reſpicit hāc partem, uel
illā: ſed reſpicit perſonā ipſā. Vnde quā-
uis purpura eſt ueſtimentū regis: nō par
ticipat eius proprietates abſolutas.ſ. ca
loris, frigiditatis, albedinis &c. commu
nicat tñ ei in honore, & reuerentia. Et
ideo, q̄a eſt una perſona in Chriſto, cui
debetur reuerentia ſumma: una ado-
ratione latriæ eſt adoranda, quantum
ad utramq; naturā diuinā, & humanam
ſicut eadē adoratione adoratur in uno
homine caput, & pes: & huic opinioni
conſentit ſanctus Bona. ¶ Tertia opi. ꝙ

Latria tripliciter accipitur.

humanitas Chriſti ut uerbo unita ado-
ratur latria non proprijſsimè, ſed largè
ſumpta. Vnde dicūt, ꝙ latria tripliciter
accipitur. Vno mō propriè ꝓ cultu ſoli
deo debito, ſiue ſecundum dignitatem,
quā non participat creaturæ: ſiue ſecun
dū dignitatē, quam ſecundū nomē par
ticipat creaturę: ut eſſe ſapiētem, iuſtū,
benignū. hęc enim ſunt prædicata com
munia deo, & creaturæ. Secundo modo
accipitur ſtrictè pro ſeruitute, quæ de-
betur creatori ratione dignitatis, in cu
ius participatione ſecundū nomen non
eſt creatura. vt eſſe deū, ens infinitū: ſic
accipitur in gloſ. ſuper illud pſ. Dñe de
us meus in te ſperaui. iuncta gloſ. ſuper
illud. In eccleſiis benedicite deo. Dñe
dicit ꝑ omnipotētiā, cui debetur dulia.
deus per creationem, cui debetur latria.
Nomen enim dominus etiam conue-
nit creaturę & non ſoli deo. Et ideo ſe-
cundum illam conſiderationem ſibi de
betur dulia. Tertio accipitur largè, ut nō
dicit ſolam ſeruitutem, quæ debetur di-
gnitati diuinæ: ſed etiam creaturæ uni-
tę Chriſti. hęc uidetur eſſe Rabani di.

Caro Chriſti latriæ adoranda eſt, ſicut
uerbum: ſed non omni ſpecie latrię: quo
niam nō adoramus eā omnino proſtra-
ti in terram ſic, ꝙ credamus, ꝙ nos crea
uit de nihilo: nec ſacrificamus ei, ſicut
deo: ſed adoramus eā; quia per ipſum re
dempti ſumus: ſic ergo dicitur latria ex
tēſo nomine ſiue largè. Primę uero duę
opi. accipiunt latriam propriè. Veritas D
autē huius q. facilè inueſtigatur, ſi loco
huius nominis latria, eius quid nominis
ponatur: & quis ſit actus latrię interior
clarè intelligatur. Nam de exteriori nō

Modus inueſtigādi ueritatē huius queſtionis.

eſt difficultas: quia eodem actu exterio
ri adoramus latria creatorem, & dulia
creaturam. tamen ſecūdū ſubordinatio
nem ad aliū, & aliū actum interiorem.
Latria autē, ut habitū eſt, eſt reuerentia
exhibita alteri, ut ſummo, & uniuerſali
omniū principio. Illa reuerentia quoad
actū interiorē eſt actus intellectus, ſeu
uolūtatis, uel utriuſq; ut dictū eſt.ſ. reco
gnitio alicuius, ut ſummi omniū princi-
pij, aut amor eius, ut ſummi boni. ¶ Cō
ſiderāda eſt hæc etiam differentia inter
humanam naturam in chriſto: & homi
nem chriſtum, quę ſupra declarata eſt.
Homo .n. nomē pſonę eſt humanitas na
turæ: licet frequenter ſancti uno utun-
tur pro alio: ut quoties dicunt uerbum
aſſumpſiſſe ſeu ſuſcepiſſe hominem: ly
hominem accipitur pro natura huma-
na: hic autem accipitur propriè, ut ab in
uicem diſtinguuntur natura humana, &
ſuppoſitum uerbi. ¶ Quantum ad articu

Arti. 2. Cōcl. 1.

lum ſecundum, eſt concluſio prima. Hō
chriſtus una adoratione, q̄ eſt latria ꝓ- E
priè dicta eſt adorādus. Patet: quia hō

Hō chriſtus ē latria adorandus.

chriſtus eſt perſona uerbi, & ita deus: &
per conſequens ea adoratione, q̄ ſolius
dei ē, et eſt adorādus. hæc aūt eſt latria ꝓ-
priè dicta. ¶ Preterea credendum eſt, &
profitēdum hominem Chriſtū eſſe ſum
mū, & uniuerſale omnium principium,
quia deū: ſecundū illud ſymboli Niceni.
Dñs noſter Ieſus chriſtus dei filius, deus
& hō eſt: & ut tale eſt diligēdus, ut ſum
mum bonum ſcilicet in ſe: & etiam ſum
mum bonum nobis: ergo latria hō Chri
ſtus eſt adorandus. Tenet conſequentia
ex quid nois latrię adorationis. Ab hac

aūt adoratione natura humana nō eſt ſecludenda. Non q natura humana ſit terminus. i. obiectū huius adorationis: ſed quia tota perſona uerbi in humana natura, ac diuina ſubſiſtens adoratur tā quā terminus. i. obiectum adorationis. Hæc. n. perſona, quæ uere eſt hō: eſt uniuerſale omnium principiū: & ad hoc ſeruit ſimilitudo purpuræ & diadematis regis, & igniti carbonis. Ideo Dama. poſt quam dixerat. Adoro Chriſti dei mei utraq; naturā propter carni unitā deitatem. addit. Non enim quartam appono perſonā in trinitate: ſed confiteor perſonam unā uerbi, & carnis eius. His uerbis inſinuari uidetur Chriſti humanitatem cū uerbo una adoratione eſſe adorandā, attendendo unitatem perſonæ: quod nihil aliud eſt dictu, quā adoro ſimul utraq; naturā. i. adoro Chriſti perſonā in utraq; natura ſubſiſtentem. Hoc idem intendūt uerba Aug. per magiſtrū allegata.

Cōcl.2. F Humana natura per ſe conſiderata adorāda maiori dulia.

¶ Secunda cōcluſio. Natura humana in Chriſto per ſe cōſiderata adoranda eſt maiori dulia: quæ hyperdulia eſt uocata. Patet, qa humana natura eſt creatura: ſed ſecundū gratiā, & gloriam omniū creaturarum perfectiſſima: ideo ſibi debetur ſeruitus ſummæ creaturæ debita, quæ hyperdulia dicta eſt. Ipſa deniq; eſt, qua redempti ſumus, ac patri reconciliati: & per hoc niſi bonum ſummum poſsidendum reparati: ergo ſibi debetur ſumma ſeruitus creaturæ debita. Non tamen ideo latria: quia natura humana non eſt deus: ſed quodāmodo inſtrumentū noſtræ redēptionis, per quam diuinitas principaliter noſtram redemptionem operata eſt, tanquā per cauſam meritoriā.

Cōcl.3.

¶ Tertia concluſio. Humana natura in Chriſto, ut diuinæ hypoſtaticæ unita non eſt adoranda latria proprie dicta. Patet ex præmiſſis: quia latria proprie dicta ſolus deus adorat. Humana autē natura unita deitati in perſona Chriſti non eſt deus: et qualitercūq; cōſiderata. Patet, qa neq; per iſtā unionē (licet ſit excellentiſsima) nec per eius cōſiderationē, quamcūq; exit terminos creaturæ: nec mutatur quātū ad ſubſtantialia: & ita ſemper manet creatura adeo realiter, & eſſentialiter diſtincta: & per cōſequēs nō eſt latria proprie dicta adoranda.

Cōcl.4. G

¶ Quarta concluſio. Accipiendo latriā communiter humana natura in chriſto adoranda eſt latria. Patet: quia hęc adoratio nihil aliud eſt, quā recognitio eius, ut ſummē, & ſingulariter unitę deo: & eius ut ſic dilectio. Hic autē actus intellectus, & uoluntatis eſt actus latriæ largē acceptæ. Et per has concluſiones clarē, & reſolutē intelligitur, quō ſit adoranda humanitas chriſti. Et quod dictū eſt humanitate chriſti: pariformiter intelligē dū eſt de partibus eius: corpore. ſ. & aia: attribuendo cuilibet, quod ſuū eſt. Nec aliud ſenſiſſe puto ſanctos, & doc. ſi uerba eorū benē intelliguntur. & per hoc poſſunt concordari opi. ¶ Quod enim dicit, q ſic, uel ſic cōſiderata de natura humana chriſti eſt, ſic uel ſic adoranda. Nihil aliud: niſi q hæc uel illa conſideratio humanę naturę eſt hæc, uel illa ſpecies adorationis. Nā propter aliam, & aliam conſiderationem eiuſdem non mutatur obiectum adorationis: ſed mutatur ipſa conſideratio, ſiue conſiderationis actus, quæ eſt realiter ipſa interior adoratio. Horum ergo actuū unus poteſt dici latria: ut conſideratio eius, ut unita deo. Alius hyperdulia: ut cōſideratio eius, ut excellentiſsima creatura. Alius dulia: ut cōſideratio humanitatis chriſti, ut eſt creatura rationalis abſolutē, non ut unita deo. Alius etiā omnino nec adoratio dici poteſt: ut cōſideratio eius, ut entitas quædam de nihilo creata non conſiderando eius excellentiam: nec ut rationalis naturam: neq; ut uerbo unita: & hæc uidetur eſſe ſententia Alexand. de Hales parte iij. q. xxx.

Cōcl.5. H Qūo adorandę ſūt imagines rerū adorādarū.

¶ Quinta concluſio. Imagines rerum adorandarū, eadē ſpecie adorationis adorandę ſunt, qua res repræſentatę; tam capiendo ſpecies illas proprię, quām communiter ſiue analogicē. Probatur: nam appręhēſa imagine (gratia exempli) chriſti, aut uirginis intemeratę, duos actus interius in cognitiua formare poſſumus: & totidem in effectiua. Vel unum duobus æquiua-

lentem. Vnum, quo cognoſco rem illã, ut imaginẽ, uel repręſentatiuam prototypi: & hic terminatur ad rẽ ipſam, q̃ eſt imago: & ſimiliter in affectu. Vnum, quo mihi placet res ipſa, nõ ut aurũ, uel argentũ: ſed ut repræſentatiuũ imaginati. Secundò quo cognoſco prototypum eſſe talem, qualẽ repræſentat imago: ut ſi fuerit imago crucifixi mihi obiecta: formo primò in intellectu actũ, quo noſco rem illam repræſentare chriſtum crucifixum: & in affectu actũ, quo placet mihi res illa pro quãto repræſentat chriſtum. Illi actus ſunt latria largè accepta; quia ſunt cognitio, & dilectio rei inquantum habet ordinem repręſentationis ad chriſtum: latria propriè dicta adorandum. Secundò formo actum in intellectu, quo credo chriſtũ deũ, & hominẽ per talem imaginem repræſentatum eſſe crucifixum: & diligo eum ut talem: & illi actus ſunt latria propriè dicta. Suo modo intelligendum eſt de imagine uirginis glorioſæ, quæ hyperdulia adoratur, & cæterorum ſanctorũ, qui dulia uenerantur. Poteſt etiam eſſe unus actus in intellectu; & ſimiliter unus in uoluntate utroſq; prædictos includẽs uirtualiter: ut aſſenſus huius propoſitionis: hęc eſt imago chriſti pro humano genere crucifixi. Hoc enim actu credo hanc rem eſſe imaginem chriſti: & credo chriſtum eſſe crucifixum, & talis actus eſt latria largè, uel impropriè: inquantum terminatur ad imaginem chriſtum repræſentantem tanquã ad partiale obiectum. Et eſt latria propriè dicta inquantum terminatur ad chriſtum deum crucifixũ. Sic actus uoluntatis, quo diligo imaginem iſtam propter chriſtum repræſentatum, pro quanto terminatur ad imaginem eſt latria impropriè, ſeu analogicè, & actus utendi: & inquantũ terminatur ad chriſtum deum, eſt latria propriè dicta, & fruitio.

Cõcl. 6. ¶ Sexta concluſio. Omnia cõiuncta adorandis, ſiue ut partes preſentes, uel præteritæ: ſiue ut alias ſpecialẽ ordinem ad ipſa habentia propter ſe non adorabilia: adoranda ſunt eadẽ ſpecie adorationis analogicè, quali ea, quibus coniuncta ſunt, adorantur propriè. Si latria, latria: ſi hyperdulia, hyperdulia: ſi dulia, dulia. Patet: quia talia ſunt honoranda non propter ſe principaliter: ſed propter ea, quibus coniuncta fuere. Hic autem honor analogicè eiſdem nominibus nominatur, quibus adoratio eorum, propter quę adorantur: ut patet ex quid nominis eorũ; ut gratia exẽpli; crux chriſti ſiue pars eius adoratur latria analogicè. Nam eius ueneratio eſt recognitio eius, ut ligni, in quo crucifixus eſt deus homo factus: & complacentia uoluntatis in ea, ut tale: hic autem actus eſt adoratio latria analogicè, ſic de clauis, corona &c. Suo modo de reliquijs ſanctorum, ueſtimentis, ac rebus alijs, quibus ad dei honorem uſi ſunt per ea merendo adorandę ſunt dulia, uel hyperdulia; quod nihil aliud eſt niſi recognitio eorum, ut partium, uel coniunctorum ſanctis, eſt dulia; uel hyperdulia; ſimiliter & cõplacentia in eis, ut talibus. Dicitur notanter propter ſe non adorabilia, propter animas ſanctorum; quibus debetur adoratio propriè dicta, quæ ſanctis, Nam propter animas ſanctas, totum cõpoſitum eſt ſanctum. — *Crux chriſti, ueſtes ſctõrũ, reliquię ſãctorũ quõ ſũt adorãde.*

¶ Septima concluſio. Loquendo de actu adorationis exteriori, ut genuflexione: capitis nudatione &c. eadem adoratio numero diuerſimodè tamen adorandis impenditur: licet adorantis intentio alteratur. Patet, quia & deo nudamus capita. genuflectimus &c. Similiter, & ſanctis, & eorũ reliquijs, ueſtibus, & alijs: ſed hæc agimus alia, & alia intentione, hoc eſt alio, & alio actu interiori. De quibus præcedentes loquuntur concluſiones: & ita uerum, q̃ eadem adoratione adoro regem, & eius purpuram, qua induitur: quia eadem genuflexio fit coram rege, & eius, qua induitur ueſte: ſed nõ idem actus adorationis interior terminat ad utrumq;: ut patet ex dictis. — Cõcl. 7.

Hęc oĩa latius declarãtur in lectura canonis. K — Arti. 3.

¶ Quantũ ad tertiũ articulũ eſt unicum dubiũ: ad quã uirtutis ſpeciẽ reducitur latria, theologicã, uel moralẽ. Reſpondetur, q̃ latria eſt cultus deo debitus p- — *Latria quid eſt, & quotuplex.*

prie accipiendo: hic ſit actu interiori, uel exteriori: uterq; actus poteſt dici latria: uel magis pprie actus latriæ: & habitus latriæ eſt habitus ad huiuſmodi actus inclinans. Latria exterior (quę dirigit ad cultum exteriorem.) nõ eſt uirtus theologica: quia actus uirtutis theologicæ non ſunt actus exteriores: ſed interiores fidei, ſpei. ſ. & charitatis. Sic ergo latria eſt uirtus moralis pertinens ad iuſtitiam: quia ordinat hominem ad alterũ: & eſt ſpecies religionis. Latria interior eſt triplex ſecundum triplicem actum, quẽ habemus circa cultum dei. Vnus eſt actus intellectus, quo dictat deum nunc, uel tunc, tali, uel tali actu debere coli. Et hic pertinet ad prudentiam, cuius obiectum non eſt deus: ſed cultus dei. Secundus eſt actus uoluntatis, quo cõſentit rectæ rationi. ſ. actus uolendi colere deũ: & habet idem obiectum cũ priori: hic pertinet ad religionem, quæ eſt pars iuſtitiæ. Tertius actus eſt actus uoluntatis, uel intellectus, quo fertur in deum credendo deũ eſſe ſummum, & primũ omniũ principiũ: aut eũ ut tale amandũ: in ſe optimum, uel optimũ nobis: & hi ſunt actus fidei, charitatis, & ſpei: & horum omniũ actuũ habitus generantur, quorum quilibet latria dicitur. Si ergo capitur latria ꝓ habitu primorũ actuũ: ſic ptinet ad prudentiã. Si ꝓ habitu ſecundorũ actuũ: ſic ptinet ad religionẽ, quæ eſt pars iuſtitiæ, & eſt uirtus moralis. Si pro habitu tertiorũ actuũ: ſic eſt uirtus theologica eadẽ cũ fide, ſpe & charitate. Et ſi latria acciperet generaliter ꝓ habitu inclinante ad quemcũq, actum diuini cultus interiorẽ, uel exteriorem, erit uirtus ſuperior ad moralem, intellectualem & thelogicam. Hoc eſt nomen latria erit ſuperius non quidditatiuè: ſed accidentaliter ad uirtutem intellectualem, moralẽ, & theologicam: hoc eſt ſignificabit habitum aliquem intellectualem: aliquem moralem: aliquem theologicũ: ſicut album aliquo modo poteſt dici ſuperius ad hominem, cygnum, canem, lapidem. Et ſecundum hoc concordari poſſunt doctores ſancti. Et tñ de illa queſtione.

DISTINCTIO. X.

EGIT de idiomatibus ratione unionis conuenientibus naturæ. Cõſequenter determinat de idiomatibus, q̃ ratione naturę conueniunt perſonæ. Et primò de his, quæ in dignitatem ſonant. Secundò de his, quę defectum importãt diſtinct. xj. Agit autem in hac diſtinctione decima de perſonalitate chriſti, ſecundum ꝙ homo, quod pertinet ad dignitatem naturæ: Item de adoptione, quæ pertinet ad dignitatem gratiæ: & de prędeſtinatione, quæ pertinet ad dignitatem gloriæ. Et ſecundum hæc ſententia textus tribus ſequentibus conclusionibus continetur. ¶ Prima. Chriſtum ſecundum ꝙ homo, aliquid uel perſonam eſſe ab aliquibus conceditur. Ab alijs uero chriſtum ſecundum ꝙ homo eſſe perſonam negatur. ¶ Secunda. Chriſtus tam dei, quã uirginis nõ adoptiuus: ſed naturalis eſt filius: quia nõ prius filius, & poſtea adoptatus. ¶ Tertia concluſio. Chriſtus ſecundũ ꝙ homo, prædeſtinatus eſt, ut dei filius diceretur: & natura humana prædeſtinata eſt, ut uerbo uniretur. Harum proſecutio patet in textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quæritur: utrum chriſto ſecundum ꝙ homo conueniat filiatis dei adoptio: qđ eſt quærere: utrum chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt filius dei adoptiuus. Præmiſsis notabilibus ſequuntur concluſiones cum dubitationibus. ¶ Quantum ad primum, aduertendum, ꝙ ſolutio huius queſtionis depẽdet ex dictis ſupra diſt. vij. de reduplicatiuis: & ſpecialiter de ly ſecundũ. & ſecundũ ꝙ q̃ hic ſupponuntur. ¶ Secundò notandum, ꝙ dicit Sco. preſenti diſ. ꝙ uocabulũ iſtud filius adoptionis, tranſlatũ eſt a nobilis

A

Arti. 1.

Quid ſit filius adopti-

vus, & qui filium adoptiuū dicunt illum, qui
unde dr nō eſt naturaliter genitus ab aliquo cer
to homine: nec ex naturali generatio-
ne habet ius ſuccedendi in hæreditate
eius: ſed ex gratia pręordinatur: ut ha-
beat ius ſuccedendi, ita ꝙ illa tria con-
currūt ad rationem adoptionis. Extra-
neitas ex generatione naturali: & gra-
tia, quę eſt gratuita uoluntas adoptan-
tis: & bonū, ad quod pręordinat̄ ex iſta
gratia: ſ. hęreditas, ad quā habet ius ſuc
cedendi ex adoptione. Hoc eſt primō re
quiritur ad hoc, ꝙ aliquis ſit filius ado-
ptiuus alicuius: ꝙ ſit ei extraneus. i. non
ſit eius naturalis filius, cui ex conditio
ne naturalis generationis cōueniat ius
ſucceſsionis in hæreditate adoptantis.
Secundō requiritur uoluntas gratioſa
adoptantis, qua uult talē ſibi ſuccedere,
& eſſe hæredē ſuum. Tertiō, ꝙ ſit aliqua
hęreditas, in qua poſsit ſuccedere in re,
Angeli uel in ſpe. ❡ Ex quo ſequitur primō: ꝙ
bti ſunt angeli beati ſunt filij adoptiui etiam ſi
filij a- fuiſſent in gratia creati: quia non ſunt
doptiui naturales filij dei. ſunt tamen præordi-
nati per gratioſam dei uoluntatem, ut
beatitudine fruantur æterna: quæ non
conuenit eis ex naturali eorum produ-
ctione, ſed per gratiam: eſt etiā ibi hære
ditas, ſcilicet beatitudo. ❡ Secundō ſe-
quitur, ꝙ nulla creatura irrationalis di-
ci poteſt filia adoptiua: quia non eſt or
dinabilis ad hęreditatem æternam, quę
eſt beatitudo. ❡ Tertiō ſequitur, ꝙ præ-
ſciti non ſunt filij adoptiui: patet, quia
non ſunt per uoluntatem dei ad hęre-
ditatem pręordinati. ❡ Tertiō notan-
dum, ꝙ multum refert dicere: Chriſtus
ſecūdū ꝙ homo eſt filius dei adoptiuus:
& dicere Chriſtus ſecundum humanā
naturam eſt filius adoptiuus. Patet dif-
Arti. 2. ferentia ex dictis ſupra di. vij. ❡ Quan-
Cōcl. 1. tum ad ſecundum articulum eſt prima
B conclusio. Verbum dei homo Chriſtus
non eſt filius dei adoptiuus. Probatur,
quia nullus filius dei naturalis eſt fi-
lius adoptiuus: uerbum dei homo chri
ſtus eſt filius dei naturalis: ergo non
adoptiuus. Conſequentia eſt in quar-
to primæ. Maior patet ex notabili ſe-
cundo. Minor ex prædictis eſt mani-
feſta: cum idem ſit uerbum, & homo
chriſtus. uerbum autem eſt filius natu-
ralis ergo. ❡ Secunda concluſio. Hæc Cōcl. 2.
propoſitio, chriſtus ſecūdum ꝙ homo,
eſt filius adoptiuus, non eſt uera: neq;
ſecundum ſermonis proprietatem ca-
tholicē concedenda. Probatur: quia
ſiue ly ſecundum ꝙ, accipiatur redu-
plicatiuē ſiuē ſpecificatiuē ſemper pręſ
ſupponit ſuam præiacentem: ut ſupra di
ctum eſt diſtinct. vii. de reduplicatiuis:
ſed præiacēs eſt falſa, ſcilicet chriſtus ē
filius dei adoptiuus ex concluſione pri
ma; igitur. ❡ Tertia concluſio. Quia Cōcl. 3.
humana natura in chriſto non eſt ſup-
poſitum, nec perſona: ideo hæc propoſi
tio: chriſtus ſecundum humanam na-
turam eſt filius dei adoptiuus, non eſt
concedenda. Probatur: quia ſi conce-
deretur maximē prout ly ſecundum eſ-
ſet ſignum diſtrahens, uel diminuēs: ſed
ſic præſupponeret ueritatem illius, hu-
mana natura eſt filius adoptiuus, ſed il-
la eſt falſa: quoniam etſi humana na-
tura ſit adoptata (accipiendo adopta-
rē largē pro ordinare ad uitam) ſiue
ſit perſona, ſiue natura: quo modo ta
men non capitur ab aucto. & per gra-
tiam ad regni hæreditatem præordi-
nata: nōn tamen eſt filius, uel filia:
quia filius eſt nomen perſonæ non na-
turę a perſona diſtinctę: ut ſupra di-
ctum eſt. Maior patet: quia ſic cape-
retur reduplicatiuē, uel ſpecificatiuē,
eſſet falſa ſecundum concluſionem ſe-
cundam. ❡ Et ſic ſequitur: ꝙ illa: chri C
ſtus eſt filius adoptiuus: nullo modo eſt
concedenda, nec ſimpliciter, nec cum
quacunq; determinatione: ne com-
municemus cum hæreticis in uerbis:
aut ne detur occaſio probandi chriſtum
eſſe creaturam: ad quod hæretici labo-
rabant: ideo ſancti hanc propoſitionē
negabant. ❡ Sed diceres contra con-
cluſionem primam: illa eſt uera: chri-
ſtus eſt filius dei adoptiuus. Probatur:
quia chriſtus eſt filius dei ſubſiſtens in
natura adoptata: ergo eſt filius adopti-
uus. Tenet conſequentia: quia ſic cōce
dimus illam: chriſtus eſt homo: chriſtus
eſt filius uirginis: qa chriſtus ſubſiſtit in

natura humana? & Chriſtus filius ſub-
ſtitit in natura genita a uirgine. ¶ Ad
illam dicitur, ꝙ illa, Chriſtus eſt filius
adoptiuus, non ualet illam: Chriſtus fi-
lius ſubſiſtit in natura adoptata largè lo
quendo de adoptato: nec eſt ſimile de
illis: Chriſtus eſt homo: Chriſtus eſt fi-
lius uirginis, nec ſimili modo ſunt reſol
uendæ, quia non habent ſimile qd no-
minis: filius enim adoptiuus ē filius, cui
non per naturam, ſed tantum ꝑ gratiã
debetur hęreditas. Sed filius uirginis ē
perſona ſubſiſtens in natura genita a uir
gine. Diuerſitas aũt quid nominis per-
uenit ex impoſitione terminorum, quę
colligitur ex ſanctorum aucto. bene in
Arti. 3. Dub. 1. tellectis, & uſu loquentium. ¶ Quantũ
ad articulum tertium, dubitatur iuxta
D primam concluſionẽ textualẽ utrũ illa
ſit cõcedenda: Chriſtus inquãtũ hõ eſt
pſona. Idẽ de illa: Chriſtus ſecundũ ꝙ
homo eſt pſona. Et uideť magiſ declina
re ad partẽ negatiuã. Rñdet breuiter, ꝙ
capiendo eã ut reduplicatiuam exponi
bilem, concomitanter eſt uera, quia ſic
exponitur, Chriſtus eſt perſona, & Chri
ſtus eſt hõ, & omnis homo eſt pſona, & ſi
aliquid eſt homo, ipſum eſt pſona: q̃ oẽs
sũt uerę. Accipiendo autem ly quantũ
cauſaliter, tunc eſt falſa, quia homo non
ſignificat illud, ꝙ eſt cauſa inhęrentiæ
prędicari ad ſubiectum. Significat enim
naturam humanam formaliter, quæ nõ
eſt cauſa, propter quam Chriſtus eſt per
ſona, & propter eadẽ rationẽ uideť eſſe
falſa, ſi ly ſecũdũ ꝙ accipitur ſpecificati
uè ſic enim importat, ꝙ illud, ꝙ ſignifi-
cat hõ, ſit illud rõne cuius prædicatum
conuenit ſubiecto: ꝙ non ita eſt in pro
poſito: quia hõ nõ ſignificat illud, rõne
cuius Chriſtus eſt perſona: & ita uidetur
dicere ſanctus Bona. & etiã magiſter.
Dub. 2. ¶ Secũdò dubitatur utrũ Chriſtus ſcd̃m
E ꝙ hõ ſit ꝑdeſtinatus eſſe filius dei. ¶ Sup
ponitur hoc ex primo diſ. xlj. ꝙ ꝑdeſti-
natio eſt præordinatio alicuius ad glo-
riam principaliter: & ad alia in ordine
Prædeſtinatio qd eſt. ad gloriam. Hoc eſt, prædeſtinatio ni-
hil aliud eſt, quàm deus uolens alicui
dare gloriam, & alia ipſum ad gloriam
aliquo modo ordinantia, uel promouẽ-
tia: ut ſunt gratia, & merita. ¶ Ex quo
patet, ꝙ unio naturę humanę cum diui
na in perſona uerbi cadit ſub prædeſti-
natione. Gratia enim unionis: ut ſu-
pra dictum eſt: uel ē gratia gratũ faciẽs
aut eam præſupponit: uel ſecundum a-
lios, ei inſeparabiliter annexa, de facto
ſaltem: per quam diſponitur humana na
tura in Chriſto ad gloriam, & excellen
tiorem gloriæ gradum. ¶ Secundò ad-
uertendum, ꝙ prædeſtinatio non ſolũ
reſpicit perſonam: ſed omne beatifica-
bile per gratiam. Non enim ſolum Pe-
trus: ſed & anima Petri prædeſtinata eſt
ad gloriam, quæ tamen non eſt perſo-
na. Ex illo patet, ꝙ non eſt idẽ adoptio, An ſit
& prædeſtinatio: qa adoptio dicit per- idẽ ado
ſonã: qa filiationẽ, quę nõ eſt niſi per- ptio, &
ſona. Prędeſtinatio uero conuenit tã prędeſti
naturę, quã perſonę: per hoc dicitur ad natio.
dubiũ, ꝙ Chriſtus ſcd̃m hominẽ præde
ſtinatus eſt eſſe filius dei. Hoc probatur
per Apoſtolum Ro. j. dicentem de filio.
qui. ſ. filius factus eſt ei ſcilicet patri ex
ſemine Dauid ſcd̃m carnẽ, qui prędeſti
natus eſt filius dei in uirtute. Probatur
rõne, nã natura humana prædeſtinata ē
uniri deo, per quã unionẽ uerbum fa-
ctum eſt homo, & hõ eſt deus, & filius
dei, & ſic uerbũ uel Chriſtus prædeſti-
natũ, uel prædeſtinatus eſt ſcd̃m hoiem
eſſe filius dei. ¶ Sed di. cõtra: aut ly ſe F
cũdum accipitur reduplicatiuè, aut ſpe
cificatiuè: & utroq; modo eſt falſa, qa
præiacens eſt falſa, ſcilicet Chriſtus præ
deſtinatus eſt filius dei. Nã prædeſtina
tio precedit illud reſpectu cuius eſt. ſed
nihil pręceſſit Chriſtum ſeu uerbum, ut
ſupra patuit, cum ſit perſona æterna: igi
tur falſum eſt, ꝙ Chriſtus prædeſtina-
tus eſt eſſe filius dei, qa ab ęterno fuit
filius dei: nec accipitur, ut ẽ ſt dictio di-
ſtrahẽs, uel diminuens: ſicut æthiops ē
albus ſecundum dentes, tum qa additur
ꝙ: tũ qa etiam ſic eſt falſa: qa humana
natura non eſt ꝑdeſtinata eſſe filius dei:
cum humana natura non ſit filius dei.
Reſpondetur, ꝙ ly ſecundum ꝙ, impro
priè accipitur: ut eſt dicti diſtrahens,
uel diminuens. ad hunc ſenſum chriſtus
ſecundum ꝙ hõ eſt prædeſtinatus filius

dei.i.humana natura ꝓdeſtinata eſt uniri uerbo: unde factū ē, ut hō ille ē deus, & filius dei: & deus homo. Et hæc uidetur intētio Sco. dicētis. Sicut ꝓdeſtinatum eſt hanc naturā uniri uerbo, ita ꝓdeſtinatū eſt uerbū eſſe hoiem, & hunc hominem eſſe uerbum. Et ita exponit Haymo in gloſ. ad Rom. j. Humanitas, quę non erat antea, prædeſtinata eſt ſcilicet, ut uniretur uerbo. Et Beatus Aug. in gloſ. ibidem. Prædeſtinata eſt humanæ naturę tanta, & tam excelſa, & ſumma ſubiectio: ut quo attolleretur, ulterius, non haberet: ſic pro nobis ipſa diuinitas quouſq; ſe deponeret humili⁹ nō habuit, quā ſuſcepta hominis natura cū infirmitate carnis uſq; ad mortem crucis, ſic & præpoſitiuus ſenſit. Prædeſtinatum eſt inquit: ut hæc perſona ſecundum humanitatem ſit filius dei: nō tñ ꝓdeſtinatū eſt, ut illa pſona ſit filius dei; quia nō eſt filius dei ꝑ gratiā, ſed per naturam. ¶ Et nota, ꝙ ibi ſecundū humanitatem, nō determinat ly filius dei; ſed ly perſona: ut ſit ſenſus. Hęc pſona ſcdm humanitatem, ideſt hęc perſona ſubſiſtēs in humanitate, in qua non fuit ſemper ſubſiſtens, Huic uidet ſatis cōcordare Aug. ſuper Io. trac. cv. & habetur ubi ſupra in gloſ. cum inquit. Rectè dicitur filius dei prędeſtinatus non ſcdm id, ꝙ eſt uerbum dei: deus apud deū, ut qd enim ꝓdeſtinaretur; cum iā eſſet, ꝙ erat ſine initio, & ſine termino ſempiternus; illud enim prędeſtinādū erat, ꝙ nondū erat: ut ſic ſuo tēpore fieret, quēadmodum ante omnia tempora prædeſtinatū erat, ut fieret. Quiſquis ergo filiū dei ꝓdeſtinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Hæc ille. Prędeſtinatus ē ergo Ieſus; ut qui futurus eſt ſecundum carnē filius David, eſſet in uirtute filius dei, in uirtute .i. deitatis. Ecce ſi benè, & cautè intelligunt omnes aucto. ad hoc tendunt, ꝙ illud prædeſtinatur, ꝙ non erat, illud, ꝙ futurū eſſe prędeſtinatur. Humana ergo natura, quę non ſemper fuit unita uerbo: prædeſtinata eſt uniri, ex quo etiam prædeſtinatum eſt, quod uerbum in tempore factum eſt hō. Prædeſtinatum eſt etiā, ꝙ homo ille ē deus: non ꝙ ille hō factus eſt deus: quia ille homo æternaliter erat deus. Prædeſtinatum tamē eſt, & factum eſt, ꝙ ille hō eſt deus, ut prædeſtinatum, & factum determināt cōplexionē. Factum enim eſt, ꝙ hæc eſt uera, ille homo eſt deus: non enim ſemꝑ fuit uera: quia nō ante incarnationē: ſic ergo prædeſtinatū eſt, ꝙ ille hō eſt filius dei, quæ non ſemper fuit uera. Et ad hunc ſenſum illa cōceditur: Chriſtus ſecundum hominem eſt prædeſtinatus filius dei: ita uidetur mihi pro nunc eſſe dicendum, non tamen meo ſenſui innitor: ſed humiliter cedo melius ſentientibus.

christus ſecundū hominē prædeſti natus ē eē filius Dei: an ſit concedēda.

ꝗ

DISTINCTIO. XI.

Determinato de idiomatibus (quantū ad ea, quæ conueniūt perſonæ ratione naturæ) dicentibus dignitatem. ¶ Conſequenter agit de his, quæ ſonant in defectū: quę uidelicet important inceptionem, uel peccabilitatem inquirens an talia attribuēda ſint perſonæ Chriſti. Et primò quantum ad hoc idioma, quod eſt creatura diſ. præſenti. Deinde quantum ad alia defectū importantia diſtin. xij. Sententia autē huius diſtin. his concluſionibus continetur. ¶ Prima. Simpliciter, & abſque determinatione non eſt concedendum Chriſtum eſſe creaturam, factum, uel creatum. ¶ Secunda. Chriſtum eſſe creaturam aſſerit Arrij perfidia ideo crepuit medius: & eius effuſa ſunt uiſcera. ¶ Tertia. Chriſtum ſecundum humanā naturam, creaturam exiſtere concedi poteſt catholicè. Declaratio remittitur ad textum.

QVAESTIO VNICA.

Quaeritur circa hanc diſtinctionē, utrū Chriſtus qui ſecundum ſermonis proprietatem creator dicitur: etiam creatura catholicè aſſeratur, ꝗ A

¶ Præ-

¶ Præmiſsis terminorum declaratio-
nibus: ſequuntur concluſiones ſubiun-
Arti. 2. ctis dubiorum ſolutionibus. ¶ Quoad
Not. 1. primū notandū, ꝙ creatura dr̃ illud, ꝙ
creatur. Dictum autē eſt diſ. j. lib. ij. ꝙ
creari dicitur aliquid quadrupliciter ſed
Creari aliqd dicitur duplicitér. illis dimiſsis ad ꝓpoſitū aliqd dr̃ creari
dupliciter. Vno modo largè: qa ꝓduci-
tur de non eſſe ad eſſe: & ita conuenit
omni alij a deo: ſecundum quam acce-
ptionem ſumitur illa communis diuiſio
entis in creatorem, & creaturam. Alio
modo accipitur propriè, & ſtrictę: & ſic
illud dr̃ creari, ꝙ producitur ſimpliciter
poſt nō eſſe ad eē a ſolo deo de nihilo:
ita ꝙ nihil eius præſupponitur, nec edu
citur de ſubiecto: & hoc modo an-
gelus, & anima intellectiua, gratia, & ſi-
milia creari dicuntur: quia a ſolo deo
producuntur: qui in producendo effe-
ctum non requirit cauſam materialē,
ſiue ſubiectum. Quicquid enim produ-
cit in ſubiecto, producere pōt ſine ſub
cto: & per hoc nullus effectus ad cuius
productionem concurrit cauſa ſecun-
da creatur: quia omnis talis de poten-
tia ſubiecti educitur: non enim poteſt
cauſa ſecunda aliquid producere niſi de
potentia ſubiecti: de quo latius in ſecun
do. In propoſito autem non accipitur
ſic ſtrictè, quia manifeſtum eſt, ꝙ ſic
accipiendo neq; Chriſtus, neq; huma
na natura in Chriſto eſt creatura. Nō
Chriſtus; quia ſuppoſitum Chriſti non
eſt productum de nihilo, cum ſit æter-
num. Neq; natura humana, quia licet
illa ſit producta poſt non eſſe ad eſſe:
non tamen de nihilo, quia præfuit ma-
teria. Nec a ſolo deo: quia ad formatio
nem corporis concurrebat actio ma-
tris, ut ſupra dictum eſt. Sed accipitur
largè, & primò modo: quo modo certū
Not. 2. eſt humanam naturam in Chriſto eſſe
B creaturam. ¶ Secundò notandum, ꝙ ſic
accipiendo creaturam, duplex uidetur
eſſe modus loquendi doctorum. Vnus
Duæ opiniões de quæſtio. magiſtri, qui negat Chriſtum eſſe crea-
turā ſimpliciter, ideſt ſine addito: quia
nullum æternum eſt creatura: Chriſtus
eſt æternus: nam Chriſtus ſupponit pro
ſuppoſito uerbi, quod eſt æternum, &
per conſequens non eſt creatura; quia
omnis creatura eſt producta de non eſ-
ſe ad eſſe: ſed nullum æternum aliquan
do non fuit, & ita nullum æternum pro
ductum eſt a non eſſe ad eſſe. Opinio-
nem magiſtri imitantur plurimi doc. &
penè tota theologorū ſchola. Alij ſim-
pliciter cōcedunt illā: Chriſtus eſt crea
tura: ſicut illam Chriſtus eſt tempora-
lis: Chriſtus eſt mortalis, paſsibilis, filius
uirginis: ſimul concedentes illas, Chri
ſtus eſt æternus, immortalis, impaſsibi-
lis, filius dei patris, quæ non opponun-
tur prioribus: ut dictum eſt ſupra diſtin.
vij. ¶ Habent illi pro ſe auctoritates plu
rimas. Primò auctoritatem Apoſtoli ad
Gala. iiij. Miſit deus filium ſuum unige
nitum factum ex muliere, factum ſub le
ge. ubi ſimpliciter dicitur filius dei fa-
ctus ſine determinatione aliqua. Item
Beatus Augu. in ſermone quodā de na-
tiuitate domini. Magnum ſacramētū,
& admirabile myſterium, quia creator
mundi uoluit eſſe creatura. Idem in ſer
mone domini in mōte. Voluit eſſe crea
tura, qui eſt creator. Item Hiero. ſuper
epiſtolas ad Eph. ij. ubi dicitur. Ipſius
enim ſumus factura creati in Chriſto Ie
ſu. Dicit. Multi timore trepidant, ne
Chriſtum eſſe creaturam dicere cōpel-
lantur. Nos proclamamus non eſſe pe-
riculum dicere, Chriſtum eſſe creaturā.
Item Dama. in iij. Chriſtus eſt creatus,
& increatus, paſsibilis, & impaſsibilis.
Et alibi. Non ſcandalizatur ad nomen
creaturę, qui ſe ſeruum, aut uermē, aut
granum natū de uirgine nominat. Idē.
Quid mirabilius, quam creatorem crea
ri, plaſmatorem plaſmari. Item Leo Pa
pa in ſermone de natiuitate domini.
Noua inaudita conuentio. Deus, qui
ſemper eſt, & qui ſemper erat: fit creatu
ra. Item Richar. De ſancto Victore. Fit
creator creatura. Ad auctoritates uero
Beati Augu. & Ambro. per magiſtrū ad
oppoſitum allegatas, & inductas, dicūt,
ꝙ loquuntur de Chriſto ſecundum na-
turam diuinam: ꝙ etiam ſatis ex hoc
patet: quia loquuntur contra Arrium,
qui Chriſti negauit diuinitatem, & pu-
ram eſſe creaturam mentitus eſt. unde

dixit Chriſtum ſecundum omne eſſe ſuum fore creaturam. Hinc & Ambr. ſ. de trini. ubi dixit. Nūquid dicto factus eſt Chriſtus: nunquid mandato creatus eſt Chriſtus? ſubdit. Quō autem in deo creatura eſſe poteſt. Eſt enim deus naturæ ſimplicis, non coniunctę, nec compoſitæ, cui nihil accidit, ſed ſolum, ꝙ diuinum eſt in natura habet ſua. Ecce tota probatio procedit de natura diuina. Nihil autem dubium eſt in Chriſto eſſe naturam humanam: non ergo loquitur de Chriſto ſecundum naturam diuinā. Vnde dicunt conſequenter illi, ꝙ ſicut conceditur Chriſtum eſſe genitum tēporaliter ex uirgine, & tēporaliter productum: ita concedendum eſt Chriſtū eſſe temporaliter creatū ex uirgine: & per conſequens eſſe creaturā. Licet illæ locutiones parcius proferendæ ſunt, ne earum occaſione ſimplices poſsint ſeduci in errorem Arrij: credentes Chriſtū etiam ſecundum naturam diuinam eſſe creaturā, ꝙ eſt erroneū, & hæreſis cōdemnata.

Not. 3. C ¶ Tertiò notādum, ꝙ iſti duo modi magis uidentur differre in quid nominis termini, quam in re ipſa. Res enim ſatis certa eſt: certum quippe eſt in Chriſto duas naturas fore: diuinam increatam, & humanam creatam in tēpore, & aſſumptā. Certū eſt ſcdo: ꝙ in Chriſto non ſunt duo ſuppoſita, aut perſonæ: ſed una perſona ſubſiſtens in duabus naturis: diuina, & humana. Certum eſt tertiò, ꝙ nomen Chriſtus ſupponit pro perſona ſiue ſuppoſito ſubſiſtente in duabus naturis. Et quoniam natura aſſumpta realiter diſtinguitur a perſona aſſumente: natura autem diuina nō diſtinguitur realiter a perſona, ſed tantum formaliter: ideo nomen Chriſtus non ſupponit pro natura humana aſſūpta: ſed benè ſupponit identicè pro diuina. ¶ Sed differentia opinionum eſt de termino creari, & creatura. Vnde creari poteſt accipi ſimpliciter, & creatura: ut non prædicantur de aliquo niſi cui immediatè conueniunt: ſicut incipere, & produci, ſeu fieri: de quibus ſupra diſtinct. vij. Et ſic creatura dicitur illud, quod de nouo producitur, ſiue productum eſt, poſtquā non fuit. Et creare eſt aliquid de non eſſe producere ad eſſe: & ſic accipit magiſter, & ſui ſequaces.

Creari, & creatura accipiuntur dupliciter.

Alio modo accipitur creari, & creatura: ut etiam prædicatur de aliquo, cui mediatè conuenit: ſicut genitum, & generari: & ſic creari eſt aliquid produci de non eſſe ad eſſe: uel ſubſiſtere in natura de nouo producta de non eſſe ad eſſe. Et creatura eſt, ꝙ productum eſt de non eſſe ad eſſe. Vel quod in natura ſic producta ſubſiſtit: ſicut genitū dicitur, quod per generationem recipit nouū eſſe ſimpliciter: ſiue ipſum prius fuerit: ſiue non. Primò modo accipit prima opinio. Secundo modo accipit ſecunda opinio. ¶ Quantum ad ſecundum articulum, eſt concluſio prima ¶ Accipiendo creari, & creatura in prima ſignificatione in ultimo notabili poſita: Chriſtus non eſt dicendus creatura. Arti. 2. Cōcl. 1. D

Probatur concluſio: quia Chriſtus non eſt de nouo productus ad eſſe, poſtquā non fuit: ergo non eſt creatura. Tenet conſequentia a diffinitione quid nominis ad diffinitionem. Antecedens probatur: quia nullum ſuppoſitum diuinum eſt de nouo productū, Chriſtus eſt ſuppoſitum diuinum: ergo. Conſequentia nota cum maiore, quia ſuppoſita diuina ſunt æterna. Minor patet ex prædictis diſtinct. vj. queſt. ij. ¶ Secunda concluſio. Creatura ſecundo modo accepta uerè prædicatur de Chriſto, qui eſt uerbi æterna perſona. Probatur concluſio: quia ſuppoſitum uerbi, quod eſt Chriſtus: ſubſiſtit in natura humana quæ eſt creatura: ergo eſt creatura. Tenet cōſequētia ex quid nominis creatura illo modo acceptæ. Antecedens patet ex ſupradictis quæſtione. ij. diſtin. vj. ¶ Item Chriſtus eſt temporaliter genitus: ergo creatura. Tenet conſequentia: quia temporaliter gigni eſt inferius ad creari: & temporaliter genitus eſt inferius ad ly creatura: ut patet ex quid nominis utriuſq;. ¶ Tertia concluſio Secundum utraſq; opiniones, & omnem catholicum Chriſtum eſſe creatorem, eſt ſimpliciter concedendum. Probatur: quia Chriſtus eſt uerbum, per Cōcl. 2. Cōcl. 3.

riſtus ... crea ... or eſt ſimpliciter concedēdū.

quod omnia facta ſunt: ergo creator. Tenet conſequētia: quia factor, & creator in propoſito pro eodem accipiuntur. Ex quo patet, ꝙ non opponuntur creator, & creatura, capiendo creaturā ſecundo modo: licet primo modo opponantur: ſicut & genitus, & ingenitus, mortalis, & immortalis: de quibus ſupra diſtin. vij. patet. Secundó ꝙ dictę opiniones etſi ſint diuerſæ: non tamen ſunt aduerſæ: idem enim ſentiunt in re: ſed in acceptione termini differunt.

Arti. 3. E ¶ Quantum ad articulum tertium dubitatur, utrum illa ſit cōcedenda: Chriſtus ſecundum ꝙ homo: ſimiliter & illa Chriſtus ſecundum humanitatem eſt creatura. ¶ Pro reſponſione ſupponitur ex dictis ſupra in diſtin. vij. concluſione. viij. ꝙ illę differūt: Chriſtus ſecūdū ꝙ homo eſt creatura: & Chriſtus ſecundum humanitatē eſt creatura; Et habet hoc dubiū locū ſecūdū primam opinionē negantē illam Chriſtus eſt creatura: nā ſecundum opinionē ſecundā, certū eſt, ꝙ ambę ſunt uerę: ideo reſpondetur ſcd̄m primā opinionē, quę cōmunior ē: & eſt prima propoſitio. Accipiendo ly ſecundum ꝙ propriè, hoc eſt reduplicatiuè, uel ſpecificatiuè: illa eſt falſa: Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt creatura. Patet quia eius præiacens eſt falſa: ſcilicet Chriſtus eſt creatura, & per conſequens illa reduplicatiua, & ſpecificatiua eſt falſa. Conſequentia tenet ex dictis ſupra diſtinct. vij. quia omnis reduplicatiua, & ſpecificatiua præſupponit ſuam præiacentem. ¶ Secunda propoſitio. Illa propoſitio, Chriſtus ſecundum humanitatem eſt creatura, concedenda eſt & catholice aſſerenda. Patet, quia in ea ly ſecundum eſt dictio diſtrahens ſeu diminuens, ſicut in illa: æthiops eſt albus ſecundum dentes, & ita diſtrahit prædicatum ad ſtandum pro illo, cuius pars ſeu natura in qua ſubſiſtit, quæ eſt quaſi pars eſt creatura, & ideo ad eius ueritatem ſufficit ꝙ natura humana, in qua Chriſtus ſubſiſtit, eſt creatura, ſicut ad ueritatem illius æthiops ſecundum dentes eſt albus (pro ut ſecundum dentes eſt determinatio prædicati) ſufficit ueritas illius, dentes, qui ſunt partes æthiopis ſunt albi de quo latius ubi ſupra. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Accipiendo ly ſecundum ꝙ, impropriè: ut eſt dictio diminuens ſeu diſtrahens prædicatum, concedendum eſt, ꝙ Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt creatura. Patet, quia ualet illam Chriſtus eſt creatura ſecundum humanitatem: quæ eſt uera, ut patuit; ergo &c.

christus ſcd̄m ꝙ homo ē creatura an & qualiter ſit concedēdę.

DISTINCTIO XII.

EGIT de hoc idiomate creatura, qđ ſonat indefectibilitatem conuenientē perſonę ratione naturæ. In hac diſt. xij. agit de cæteris, ſcilicet de inceptione alterius naturæ aſſumptibilitate, atque peccabilitate, & ſecundum hæc continetur ſentētia textus in tribus concluſionibus ſummarię: quarum prima eſt. ¶ Si ad perſonam Chriſti reſpicias, dic hominem illum ſemper fuiſſe: ſi ad naturam hominis, cōcede eum cepiſſe. ¶ Secunda: quamuis deus naturam humanam aliunde aſſumere potuit, quam ab ea, quę peccauerat, congruebat tamen ipſam ab Adam aſſumi, ut uinceretur inimicus per eam, quam uicerat. ¶ Tertia. Neque Chriſti perſona: nec natura uerbo unita peccare potuit: quam licet in fœmineo ualuit, in uirili tamen ſexu aſſumere uoluit. Harum declarationem textus proſequitur latius.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē A quęritur utrū aſſumpta natura, uel perſona Chriſti: q uerus eſt deus, & homo: potuit ſubiacere pctō. ¶ Quęſtio hęc tribus articulis conſueto more abſoluetur.

¶ Quo ad primū articulū notandū, ꝙ ut Arti. 1. tāgit magr, aliter tūdēdum, & loquēdū

erit de Chriſto ſecundum perſonam,& naturam diuinam:& aliter ſecundũ naturam aſſumptam. Itẽ aliter de natura aſſumpta:ut eſt hæc natura in ſe: aliter ut eſt unita naturę diuinę tam perſonali,quàm beatifica unione. Aliter ſecundum potentiam ordinatam, aliter ſecũdum abſolutam. ¶ Secundò notandum,
Peccare qd é. ꝙ ut habitũ eſt lib. ij. diſt. xxxv. Peccare nihil aliud eſt,quã agere, uel omittere contra dictamen rectæ rationis. Eſt autem ratio recta,quæ eſt conformis diuinę uoluntati. Rectitudinis enim omnium contingentium prima regula eſt uoluntas diuina:unde impoſsibile eſt rationẽ rectam diſcordare a diuina uolũtate,iudicando aliquid eſſe non rectum, quod eſt a deo uolitum. Eo ipſo enim,ꝙ aliquid eſt uolitum ipſum eſt rectum:unde manifeſtum eſt,ꝙ impoſsibile eſt deum peccare:ut latius probatũ eſt lib. ij. diſt. xxxvij. Et quia materia hæc ibidem eſt ſatis declarata:igitur breuiter hic tranſeo. ¶ His præmiſsis, quo ad articulum
Arti. 2. Cõcl. 1. primum, hæc eſt concluſio prima quo ad articulum ſecundum. ¶ Perſonã Chri
B ſti ſecundum naturam diuinam peccare penitus eſt impoſsibile. Patet ſatis ex ultimo notabili:& ex dictis diſtinct.
Cõcl. 2. xxxvij. ſecundi. ¶ Secunda concluſio. Natura aſſumpta in ſe conſiderata potuit admittere peccata. Patet per magiſtrum in textu:nam natura aſſumpta potuit a uerbi dimitti ipſa in eſſe conſeruata:& tunc ſicut alius homo peccare potuit: quia nullam repugnantiam habuiſſet ad peccatum propter uoluntatis libertatem:& per conſequens non plus,quàm alius homo fuiſſet impecca-
Cõcl. 3. bilis. ¶ Tertia concluſio. Natura humana a uerbo aſſumpta non dimiſſa peccare non potuit de potentia dei ordinata Probatur:quia natura illa fuit, & eſt in beatitudine cõfirmata,cui repugnat omne peccatum, quæ beatitudo tolli non poteſt de potentia ordinata: ſicut nec ab angelis confirmatis,& alijs beatis: de quo ſupra lib. ij. diſtinct. vij.
Vtrum autem natura aſſumpta peccare poſsit manens unita. Et an natura peccatrix aſſumi poſsit de potentia abſoluta:tractatum eſt ſecundum duas opiniones contrarias diſtin. j. huius tertij. q. ij. Secundum has igitur opi. ponẽdę eſſent concluſiones oppoſitę: uide
Arti. 3. Dub. 1. ibidem. Quantũ ad articulum tertium, eſt primũ dubiũ contra concluſionẽ pri
C mam. Deus ſecundum naturam diuinã
An deus poſsit mẽtiri, ſeu decipere. põt peccare. Probatur:quia poteſt mẽtiri,& decipere:ergo poteſt peccare Tenet conſequentia. quia omne mẽdaciũ eſt pctm:ſimiliter omnis deceptio. Antecedens probatur:nam deus poteſt dicere falſum ſcitum eſſe tale: nam Ioan. viij. ait. Si dixero,non noui eum:ero ſimilis uobis mendax. Potuit autem hoc dicere,nam dixit totam illam orationem:ergo potuit dicere partem:ſcilicet non noui patrem: & ita mentiri. Item iij. Regum ulti. quærenti domino. Quis decipiet Achab: cum reſpondiſſet ſpũs apoſtata. Ego decipiam,egrediar,& ero ſpiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius. Dixit dominus. Decipies,& prętualebis. Egredere,& fac ita. Et ſequitur. Dedit dominus ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum ſuorum. Ecce dominus mandauit ſpiritui,ut deciperet Achab:ſed qui mandat aliquem decipi, ipſe cenſetur decipere. Et ſi dicitur ad primum, ꝙ licet poſſet proferre orationem falſam:non tamen poſſet eam aſſerere:ut ſoluit Scotus. Contra. Deus poteſt falſum aliquod reuelare alicui:quia poteſt propoſitionem falſam creare in intellectu alicuius, ut talis aſſentiat: immo aſſenſum ipſum creare poteſt in mente alicuius. Eſt enim noticia appræhenſiua ſimiliter,& adhęſiua quædam entitas poſitiua, quia qualitas abſoluta:& per conſequens poteſt deus illã in intellectu,quo uoluerit creare;& per conſequens mentiri,& ita peccare.
¶ Ad iſtam rationem dicitur breuiter,ꝙ impoſsibile eſt deum peccare:qa impoſſibile eſt deum a ſe auerti: impoſsibile eſt etiam deum contra ſuam uoluntatẽ uelle,uel agere,ut oſtenſum eſt loco in cõcluſione prima allegato. Sed an deus poſsit reuelare falſum,non uideo,quin poſsit,prout argutum eſt. Poteſt enim omnem actum peccati poſitiuum facere:non D

De potētia ordinata & de potentia abſoluta remittitur alio.

re:non tamen ideo peccare:ut dictum
eſt diſt. xxxvij. ſecundi libri. Et ſi men
tiri ſimpliciter eſt dicere, aſſerere, uel re
uelare falſum:non uideo, quin deus hoc
poſsit de potentia abſoluta:non tamen
ſic oē mendaciū erit pctūm:ſed ſolū mē
daciū a creatura cōtra legē prolatū. De
illo loquitur Aug. libro contra menda-
ciū ſicut ſup. dictum eſt de angelorum
obſtinatione. Quod probabile eſt dice
re, ꝙ deus tāquam cauſa totalis produ-
cit, uel conſeruat odium ſui, in uolun-
tate angeli apoſtatæ. Nec hoc facien
do peccat:quia demeruit angelus apo-
ſtata habere ſemper in uoluntate ſua
odiū dei in pœnā peccati ſui. Nec hoc
repugnat primæ, & ſummæ, ac eſſentia
li ueritati:nec illud ſummæ bonitati, re
pugnaret autem primę ueritati error in
mente diuina. Sic impoſsibile eſt deum
errare:ſic repugnat primę, & ſummę bo
nitati odiū dei in uoluntate diuina. Si-
cut enim deus errare non poteſt: ita
nec ſe odire poteſt:ſecus in creatura:nā
ſi creatura errat, ſi deum odit, errorem
illū, & odiū cauſat deus, ut cauſa partia-
lis in mente, & affectu errātis, & odien
tis. Quicquid autem deus cauſat, ut cau
ſa partialis:poteſt cauſare ut cauſa tota
lis in genere cauſæ efficientis. Si autē
mentiri, & decipere includunt deformi
tatem:manifeſtū eſt eam non poſſe con
uenire deo. Et ita cōmuniter accipitur
mentiri, & decipere. Huic reſponſioni
concordat Petrus de aliaco q. xij. pri-
mi ſen. art. iij. prope finem. Hæc dico
nihil aſſerendo:ſed tantum recitando
deſiderans in hoc informari, & ſubijci
ſententiæ maiorum meorum. Verum il
lud, quod allegatum eſt ex Ioanne, nō
reſpicit chriſtum ſecundum naturam di
uinā:ſed humanam, ſecundū quā uoca
liter loquebatur:& dicere poterat fal-
ſum, tanquā partē orationis ueræ:ſed
nō potuit aſſerere illud falſum:quia in
beatitudine confirmatus fuit. Licet etiā
quod allegatur ex iij. Reg. ulti. exponi
poteſt ꝙ uerba ſonantia in præceptum,
accipienda ſunt, ut dicant permiſsionē:
ut illa. Egredere, & fac ita: ut tantū ua-
leat:permitto, ut egrediaris, & ita fa-
cias:ut exponit Nico. de Lyra. Tamen
q̃cūq; poſitiua deus permittit:hæc & fa
cit:cum (ut alias dictum eſt) ſine deo
cooperāte nihil poſitiuum fieri poteſt.
¶ Secundò dubitatur iuxta litteram tex
tus. Verū decuit deū aſſumere naturam
humanā de maſſa perditionis de gñe. ſ.
Adā:& nō magis aliunde. Reſpondetur
ſecūdū ſanctū Bona. diſt. pręſenti. ꝙ licet
filius dei potuit aſſumere naturā huma
nā aliunde, q̄ de genere Adā:cōgruen
tius tñ illam aſſumpſit de genere ipſius
Adā. Tū primò propter ſeruādā rectitu
dinem iuſtitiæ:ut. ſ. eiuſdē generis eſſet
ſatisfactor, cuius erat pręuaricator. Iu-
ſtè ſiquidē ab eo exigitur emēda, in quo
reperta eſt offenſa. Secūdò propter ma-
nifeſtādū dulcorē miſericordiæ, quæ ma
ximè apparet in tantę miſericordiæ cō
deſcēſione:ꝙ cōtemptus ab aduerſario:
ut cum redimeret, ſuo generi pſonaliter
uniret. Tertiò ad declarandū ordinē ſa-
pientiæ, quæ ſic decreuit:ut omnes homi
nes deſcenderēt ab uno:ad repræſentā-
dū illud uniuerſale principiū, quod deus
eſt, a quo ſunt oia. Quartò ad cōſeruādū
altitudinē hūanę naturę, quā deus in tā
ta dignitate creauerat:ut nulli alterius
gñis eſſet obnoxia. Ob quā ēt cauſam
deus ipſe uoluit eſſe redēptor, qui crea
uit:qa nō minus eſt redimere, quā crea
re. ¶ Tertiò dubitatur:cū dñs aſſumere
uoluit naturā de maſſa perditionis:qua
re non aſſumpſit naturā indiuidualē ip-
ſius Adā, qui fuit cauſa perditionis. Re
ſpōdet idē:ꝙ nō decuit deū aſſumere ip
ſum Adā, ſecūdum naturā indiuidualē:
aliā tñ ab Adā deſcēdētē:quia non cō-
ueniebat, ut perſona dei aſſumeret natu
rā peccatoris:cū ipſe in forma aſſumpta
debet iudicare peccatores. Et q alios de
pctō iudicat:ipſe nō debet argui d pctō.
Neq; cōuenit homini redimēdo:qa ſi
ille hō, qui ſatisfecit, eſſet pęnę debitor
nō eſſet eius ſatisfactiua paſsio ita deo
grata, ſicut hominis innocentis. Vix.n.
nocē ſufficere ſatisfacere pro ſe:immo
nec p ſe:qa nō acceptat opus niſi ope-
rās ſit acceptus:ſed nocēs, & peccator
deo patri acceptus nō eſt:igit nec opus
eius. Si dicis:iuſtū q peccauit pœnas ſol

Dub. 2. E Cur de' aſſumpſit naturā hūanam de maſſa pditiōis. ſ. de genere Adā.

Dub. 3. F

uit non innocens. Reſpondetur, ꝙ uerum eſt de pœnā ultionis: non autē de pœna placationis. Illa magis eſt accepta, ſi ab eo ſponte exhibetur, qui gratus eſt, & placēs. Propter eandē cauſam non acceptauit naturam humanam ab utroq; ſexu per cōmixtionem ſeminū: quia illa non fit ſine peccati transfuſione, ſi res dimittantur ſuis naturalibus conditionibus. Sed nec naturam humanā aſſumpſit de uiro: ſed de fœmina uirgine: ut qui in cælis habuit patrem ſine matre: in terris haberet matrē ſine patre: ne paternū nomē cōfunderetur, ſi alius eſſet pater chriſti in terris, alius in cælis. Vt quoq; compleretur perfectio uniuerſitatis in modo producēdi hominem in eſſe. Productus .n. erat primus homo ſine uiro, & muliere: ſecundus a uiro ſine muliere: cæteri a uiro ſimul, & muliere: reſtabat productio hominis a muliere ſine uiro. Etiā ne dū omnia fierēt miraculoſè nulla relinqueretur cooperatio naturæ: & per hæc occaſio daretur erroris ueritatē naturæ aſſumptæ negantis. Etiā propter alias cauſas, quas ponunt cōiter doct. Aſſumpſit autē ſexum uirilē: quia caput futurus erat eccleſiæ: quod non conuenit fœminæ: ſed uiro, qui caput eſt mulieris: ne quoq; in aſſumptione peruerteret ordinem inſtitutum. Si enim ſexum fœmineum aſſumpſiſſet, iam fœminas uiris prætuliſſet: & uiros ſua naturali dignitate priuaſſet: nunc autem utrumq; dignificauit: quia ipſe naturam in ſexu uirili aſſumpſit: & eam de uirgine matre accepit. Tantum de iſta quæſtione.

Cur nō de uiro: ſed de fœmina uirgine.

DISTINCTIO. XIII.

SVPERIVS determinauit magiſter de myſterio incarnationis quantū ad naturę aſſumptæ unionē: & in ſe, & quantū ad idiomatum communicationē. Conſequenter in ſequentibus duabus diſt. agit de eodē incarnationis myſterio, quantū ad collatā eidē naturæ aſſumptæ pfectionē. Et primò agit de collatarū perfectionū plenitudine. Secundò diſt. xiiij. de earundem ad diuinas perfectiones cōparatione. Colligitur autem ſententia huius diſt. in his tribus concluſionibus. ¶ Prima. Chriſtus ab inſtāti ſuæ conceptionis gratię plenitudinē recepit: in quo ſpiritusſanctus non ad menſuram: ſed diuinitatis plenitudo corporaliter habitauit. ¶ Secunda. Chriſtus alijs non in ſe ſapientia, & gratia proficiebat: quę moroſa ſui oſtenſione magis, magiſq; hominibus apparebat. ¶ Tertia. Chriſtus ſecundū duplicem ſui naturam, duplicem habuit ſapientiā unam non creatam, ſed genitam: aliam creatam, gratuitoq; donatā.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē quæritur utrum ſumma creabilis gratia ſit animę chriſti collata. ¶ In quæſtione erūt articuli tres. Primus de ſuppoſito: uidelicet utrum creabilis ſit ſumma gratia. Secundus de quęſito, an talis collata ſit animę chriſti. Tertius mouet dubia. A

Arti. 1. ¶ Quantum ad primū, notandū eſt, ꝙ licet multiplex ſit gratia: ut habitum eſt in ij. diſt. xxvj. & ſup. diſt. j. q. ij. tamen hic loquimur de gratia gratū faciente, quæ eſt habitus quidā infuſus animæ a deo immediatè: quo anima eſt deo grata, & charam accepta ad uitam æternā: & eſt eadem realiter cū charitate infuſa: intenſibilis, & remiſsibilis in ſua eſſentia, prout hæc latius tractantur in j. diſtinct. xvij. ubi etiam de modo intenſionis, & remiſsionis gratiæ: & generaliter de augmentatione qualitatū, quæ recipiunt magis, & minus dictum eſt: uariæq; opiniones recitatæ ſunt de hoc, quomodo huiuſmodi augmentatio qualitatū (quā intēſionē dicimus) fiat. Inter quas hāc ſequor opi. q̄ tenet eā fieri p additionē gradus ad gradum in eadē parte ſubiecti ſe penetrātium: numero tantū differentiū, per quam fit totum maius perfectiuè: hoc eſt maius non quantitate molis: ſed quantitate uirtutis, & perfectionis. Intēſio enim fit ēt

Not. 1.

in non habẽtibus extẽſiuã quantitatẽ: ut in qualitatibus animę: & ſimiliter in habẽtibus quantitatẽ extenſiuã: ſine tñ maiori partiũ extenſione: ut in augmẽ-
Intẽſio. to caliditatis, aut albedinis: ut intenſio, ſiue augmẽtatio intẽſiua nihil aliud eſt, quã additio gradus ad gradum: qui ſunt partes formę in eadẽ parte ſubiecti ſimul, & penetratiuẽ exiſtentes, per quã forma ipſa fit perfectior non extenſiuẽ maior. Et hęc cõmemoraſſe ſufficit in
Not. 2. præſenti. ¶ Secundò aduertendũ, q cum
B quæritur de ſumma creabili gratia: ſup
Superla latiuus ſumma ſicut, & quilibet alius du
tiuus ſũ pliciter accipĩ ſecundũ duplicẽ eius ex
ma du- poſitionẽ affirmatiuã, & negatiuã. Af-
pliciter firmatiuẽ ſumma .i. omni alia maior. Vel
accipĩ. negatiuẽ ſumma .i. qua nulla eſt maior. Primò modo nõ põt niſi uni cõuenire. ſecũdo mõ poſſunt eſſe plura ſumma. In propoſito accipitur ſumma negatiuẽ: & non poſitiuẽ, ſiue affirmatiuẽ. Nam primo mõ, ſ. affirmatiuẽ certũ eſt nõ poſſe creari ſummã gratiã poſsibilẽ. Quæcunq; enim talis crearetur in quocũq; ſubiecto: poſſet deꝰ aliã huic ſimilẽ creare in alio ſubiecto exiſtente, uel de nouo creabili gratia exempli. Quãtãcũq; gratiam creet in anima Chriſti: cũ poſſit alia animã aſſumere (ut ſup. dictũ ẽ) poteſt tãtam gratiã in anima alia aſſumpta creare. Et per cõſequẽs gratia in anima Chriſti producta, nõ eſt affirmatiuẽ ſumma: quia nõ maior gratia in alia aſ-
Not. 3. ſumptibili anima creabili. ¶ Tertiò no-
C tandum, q de hoc, an creabilis ſit ſum-
Opinio ma gratia negatiuẽ duæ ſunt opi. extre-
Scoti. mę. Vna Scoti diſt. pręſenti. Alia Ockã: quã tenet in primo diſt. xvij. q. viij. & in. iij. q. vij. Scotus tenet, q in formarũ intenſione eſt ponere ſtatũ, & terminũ ultra quẽ procedi nõ põt: & per conſequẽs dabilis eſt ſumma gratia a deo creabilis. Illã concluſionẽ probat: qa aſcendendo ab infima gratia determinata puta a: aut eſt ſtatus ad aliquẽ ſuprẽmũ gradũ, & habeĩ propoſitũ: aut nõ: ſed põt pcedi in infinitũ: & tũc quia quãtõ magis aliqua excedit a: tãtõ eſt perfectior: & p cõſequens, quę in infinitum excedit eſt in infinitum perfectior: & ita erit in ſe

intenſiuẽ infinita: quod eſt impoſsibile. ¶ Itẽ quicquid uideĩ a deo tãquã unum creabile: põt ab eo creari una creatione: ſed infinitẽ diſtans ab a, uideĩ a deo: ergo ẽ creabile a deo. Et cũ ſit infinita, eſt ſumma: quia infinito non eſt maius; ergo ſumma gr̃a eſt creabilis a deo. Minor principalis probatur: quia maior eſt manifeſta: quia deus uidet omne factibile clarẽ, & diſtinctẽ: & quia aſcendendo proceditur in infinitum: igitur uidet infinitas gratias creabiles: ergo aliquas infinitẽ diſtantes. Itẽ. iij. Phyſ. c. de infinito. Quãtum contingit eſſe in potẽtia: tãtum cõtingit eſſe in actu: ſed infinitas formarũ eſt impoſsibilis: ergo oportet ponere ſtatũ: & p cõſequẽs dare ſummã. Itẽ quãtãcũq; gr̃ã deus põt creare, tãtã põt creare. hæc eſt uera: qa idẽ pdicaĩ d ſeipſo. ponaĩ in eſſe: tantã creat, quantã põt creare: ergo nõ põt aliquã ultra creare. erit ergo ibi ſtatus: & ſic daĩ ſumma. ¶ Alij ad idẽ arguũt: ut tangit Ockã in primo: quantacunq; pfectio põt fieri ſucceſsiuẽ in gratia: tanta põt fieri ſimul: ſed nõ põt fieri ſimul gratia infinita: ergo nec ſucceſsiuẽ põt procedi in infinitum: oportet ergo ponere terminũ. Maior patet: quia ſi nõ: aut eſt defectus ex parte recipientis: aut ex parte dei: aut ex parte gratię, & charitatis. Nõ primum: quia ſubiectum ſpirituale eſt in plena obedientia reſpectu dei: & per cõſequens põt recipere omnẽ gratiã, quã põt deus creare: non. n. exceſſus gratiæ corrũpitur cũ ſit incorruptibile. Nec ſecundum: quia deus ſimul totam uirtutẽ ſuam habet: ergo quicquid põt ſucceſsiuẽ, põt ſimul. Nec tertiũ: quia ei, quod importat infinitatẽ graduum in ſua natura: nõ repugnat poſſe eſſe ſecundum illã infinitatẽ in actu: ſed gratia ſi eſt augmentabilis in infinitum, importat infinitatem graduum in ſua natura. Item ſicut quælibet creatura in eſſe ſubſtantiali eſt limitata: ita q ſecundum illam ſpeciẽ non poteſt eſſe maior: ita in quolibet eſſe eſt limitata: ita q nõ cõtingit in eadẽ ſpecie tranſcendere. Item. viij. Phyſ. Motus rectus non eſt continuus in infinitũ: ſed tãtũ circularis. Cuius ra

tio eſt: quia motus rectus habet terminū a quo, & terminū ad quē, inter quos non poteſt eſſe motus in infinitum: ſed augmentatio formæ eſt motus rectus: quia non redit ad partem prius acceptā: ergo. Itē natura nō incipit moueri ad terminum, quem non poteſt attingere: ſed data hypotheſi non poteſt attingere terminū: ergo &c. Itē ij. de anima c. iiij. Omnium natura conſtantium terminus eſt, & ratio, & magnitudinis & augmenti: ergo & gratiæ (quę eſt res quędā in natura cōſiſtens) eſt terminus aliquis, ultra quē nō pōt ꝓcedi.

Opinio Ockam

¶ Alia eſt opinio tenens, ꝙ in augmentatione

D gratiæ, & alterius intenſibilis formę nō eſt ponere ſtatum ſeu terminum: ſed in infinitū pōt procedi. Quod multipliciter probat. Primò proceſſus in infinitū nō eſt negandus, niſi ad eū ſequatur infinitas aliqua in creatura. Propter iſtā n. negatur talis proceſſus: ſed propter iſtam cauſam non oportet negare: igitur. Minor probatur: quia ultra omnē ignem datū pōt deus facere ignē maiorē. & tñ nō pōt facere ignē infinitū. Sic & ſecūdū philoſophū ij. de aīa. Ignis in infinitū augeri pōt: ſi adſit ſemp cōbuſtibile: & tñ nō ē poſsibilis ignis infinitus. Vel ſi cōcedit, ꝙ deus pōt facere ignem infinitū ęque, cōcedēdū foret, ꝙ poſſet creare gratiā infinitā. ¶ Præterea dato, & admiſſo, ꝙ deus nō pōt facere tot indiuidua eiuſdē rationis, quin poſsit facere plura, nō tñ ideo pōt facere infinita indiuidua in actu ſiue cathegorematicè eadē ratione, quāuis nō pōt tātā gratiā facere, quin facere poſsit maiorem: & tamen non ſequitur, ꝙ poſsit facere infinitam. Aſſumptum probatur: quia ſi ponatur talis proceſſus in infinitum: ſemp illud, qđ ponet in actu eſt finitū: & ita ſemp faciendo plura ſemper quæ faceret eſſent finita: & ideo ſemper faciendo plura finita nunquā faceret infinita: quia finitū addi tū finito, ſemper facit finitum, & nunquā infinitū. Vnde ſicut in infinitum augeri pōt numerus (quia non eſt dabilis maximus) nunquā tamē datur numerus infinitus: ita ſi in infinitū augetur gratia: nō ſequitur, ꝙ dabilis ſit gratia infinita: qa in iſta augmentatione ſemp infinitū additur finito: immo ſi in tali proceſſu deueniretur ad infinitū, iā non procederetur in infinitū: quia in illo infinito terminaretur proceſſus: cū ultra infinitum nō eſt proceſſus. Vnde breuiter ex infinito ſyncathegorematicè non infertur infinitum cathegorematicè. Cū ergo dr̄, ꝙ pōt fieri proceſſus in infinitū: infinitū accipiē ſyncathegorematicè .i. nō pōt procedi ad tot, uel tāta, quin poſsit procedi ad plura, uel maiora. Ex hoc nō ſequitur, ꝙ poſsit procedi ad aliquod infinitum cathegorematicè .i. ad aliquod interminatū in multitudine, uel magnitudine. Vnde licet infinities poſſet procedi: nūquā tñ proceditur infinities, qa proceſſus ſemper eſt finitus, & certo numero cōprehenſus. Vnde licet infinities pōt finitū produci: nūquā tñ infinities producit̄ finitū. Vnde licet. Infinities pōt finitum produci: ſic debet poni in eſſe ꝑ ſingulares inconiunctim ſumptas. Illa uice pōt finitum produci: illa uice &c. uel una uice: duabus uicibus: tribus uicibus poteſt finitum produci: Et quælibet illarum eſt poſsibilis: quia infinitum, & infinities ſunt ſigna cōfuſiua, quę diſtribuunt, & cōfundunt: ut patet exponendo: de quo dictum eſt ſupra diſt. ꝑ. lib. ij. q. iij. Secūdum hanc opinionem eſt hęc concluſio: prout etiam ſupra habitum eſt diſt. xvii. primi q viij.

Quòd unū entiū formæ pōt fieri in infinitū

Quęlibet forma intenſibili poteſt augmentari a deo in infinitum, & ſine termino. Probatur: quia quacunq; forma intenſibili data, poteſt ei deus gradum aliquem de nouo productum unire: & ſic eam maiorem facere: ergo nullus poteſt eſſe terminus augmentationis. Conſequentia nota. Antecedens probatur ſupponendo tres propoſitiones, quæ ſunt ipſius Ockam ubi ſup. q. viii. diſt. xviij. Prima. Quotcunq; indiuiduis datis, ſpeciei habentis plura indiuidua: deus poteſt creare aliud indiuiduum eiuſdem rationis cum eis. Probatur: quia ſi non hoc eſſet: aliud indiuiduum non eſſet factibile: uel qa deus nō poſſet aliud ꝓducere: aut quia producendū ꝑ prioribus repugnaret.

gnaret. Nullum illorum poteſt dici, igi
tur. Conſequentia tenet a ſufficienti di
uiſione. Antecedens probatur. Non pri
mum: quia cuiuslibet ſpeciei habētis plu
ra indiuidua eiuſdem rationis, infinita
ſunt poſsibilia fieri ſucceſsiuē. Nā ſecū
dū philoſophū. Poſita mundi æternita-
te, cuiuſlibet ſpeciei generabiliū infini-
ta indiuidua ſunt futura. Ideo quocūq;
certo numero indiuiduorū dato adhuc
eſt aliquod indiuiduū eiuſdē rationis fa
ctibile. Nec ſecundū: quia deus eſt infi-
nitę potentię, quę impediri non pōt: po
teſt ergo omne factibile facere. Nec ter
tiū: quia indiuidua eiuſdē rationis non
repugnāt adinuicē: multò minus, quā
indiuidua adinuicem contraria: ut albe
do, nigredo. Sed poſito uno contrario
rum, non minus aliud contrariū poteſt
eſſe in rerū natura: licet non in eodem
ſubiecto: ergo quocunq; numero indi-
uiduorū poſito, aliud indiuiduū eiuſdem
rationis poteſt cū eis eſſe in rerū natu-
ra. ¶ Præterea non eſt maior impoten-
tia in deo ad continuandum in infini-
tum indiuidua eiuſdē rationis, quā in
natura: ſed ſi deus conſeruaret corpora
cęleſtia in eodē ſtatu, in quo ſunt: in in
finitū cōtinuarentur generationes ge
nerabiliū p naturā: ergo & deus hoc fa-
cere pōt. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Quocunq;
indiuiduo poſito, pōt deus facere aliud
indiuiduū eiuſdē rationis, priore nō de
ſtructo. Probat: quia quādo aliqua nō
habent formalē repugnātiā adinuicē,
ad poſitionem unius in rerum natura
non ſequitur deſtructio alterius. Ideo
cum indiuidua eiuſdem rationis non
habeant repugnantiā adinuicem: ad po
ſitionem unius non ſequitur deſtructio
alterius. ¶ Pręterea ſummum indiui-
duum in aliqua ſpecie, ſi ponitur, com-
patitur ſecum aliud indiuiduū eiuſdē ra
tionis in rerum natura producendum:
ergo multò magis quodlibet aliud. An-
tecedens patet de gratiæ, & charitate
chriſti, qua ſtāte pōt deus creare in alio
gratiā. Et ſi aliā naturā aſſumeret: poſ
ſet in ea tantā producere quantam nūc
habet. ¶ Tertia propoſitio. Si aliqua
indiuidua eiuſdē rationis ſunt unibilia:
nullis indiuiduis eiuſdem rationis repu
gnat uniri. Patet: quia quicquid cōue-
nit uni indiuiduo: ſimiliter poteſt con-
uenire cuilibet alteri eiuſdē rationis.
Vnde ſi duæ aquæ ſunt unibiles: nulli a
quę repugnat uniri alteri per potentiā
diuinam. Et poſſet probari: quicquid
conuenit primò alicui communi: nulli
eius ſingulari repugnat: ut riſibile pri-
mò conuenit illi cōmuni, quod eſt ho-
mo. Sed unibilitas conuenit alicui pri
mò: & non niſi cōi: ergo &c. Non.n. cō
uenit primò alicui ſingulari. ¶ Ex illis ꝓ
poſitionibus probatur antecedens aſ-
ſumptū. Nā quacunq; forma intenſibi
li data, ipſa cōſtituitur ex pluribus indi-
uiduis .ſ. gradibus eiuſdem rationis: er-
go pōt deus aliū gradū eiuſdē rationis
producere ex prima propoſitione: ma
nētibus prioribus ex ſecūda propoſitio
ne: & productū prioribus unire ex tertia
& per cōſequens ꝑexiſtentē augmētare.
Fit.n. augmentatio per additionē gra-
dus ad gradū: ut nūc ſupponitur ex ha-
bitis diſt. xvii. primi. Non.n. uidetur,
quin quantūcunq; aqua facta, deus pōt
facere unam guttam aquæ, & priori uni
re: & per hoc priorem augmentare. Et
ſecundum hanc cōcluſionē reſpondet
ad rationes prioris opinionis. ¶ Ad pri- Ad primam rationē. E
mā, conceditur ꝙ pōt procedi in infini
tum ſyncathegorematicè, nō cathego-
rematicè. Et cū arguit: tunc quāto ma
gis aliqua excedit a: tātò perfectior eſt
a. conceditur. Et cū infertur, ꝑ conſe-
quens aliqua quæ in infinitum excedit,
eſt in infinitum ꝑfectior. Negetur illa
conſequentia: quia ibi ſubiectū pro nul
lo ſupponit: quia in tali proceſſu nun-
quā eſt deuenire ad aliquā, quæ infinitè
diſtat ab a. Sicut ſi ſucceſsio dierum eſ-
ſet æterna: procedēdo ab hodierno die
in infinitū, nunquā eſt deuenire ad ali-
quā diē infinitè ab hodierno diſtātem:
ſemp.n. adderentur diſtantia finita fini
tæ. Et ita conſequens illud implicat fal
ſum. ¶ Ad ſecundū negetur minor: ꝙ in Ad 2.
finitè diſtās ab a, uidetur adeo: quia nul
la talis eſt, quæ infinitè diſtat: ut ſtatim
dictū eſt: non .n. pōt fieri proceſſus in
infinitū cathegorematicè .i. ad aliquā

gratiam infinitã:ſeu a certa gratia data infinite diſtantem: ſed fieri poteſt proceſſus in infinitum ſyncathegorematice.i. nõ ad tantam, quin maiorem: nõ tñ ad infinitam gratiam. ¶ Et cum arguitur. Deus uidet omne factibile, conceditur. Et conſequenter cũ infertur: ergo uidet infinitas gratias creabiles. Diſtinguendum eſt: quia uel infinitas accipitur cathegorematice: ſicut uidetur accipi de ui ſermonis: tunc negetur: quia nullæ tales ſunt poſsibiles. Aut ſyncathegorematice, ut ualet tãtum .i. uidet in infinitũ gratias creabiles: hoc eſt nõ tot quin plures: cõcedit̃: ſed tũc non ſequitur, uidet aliquas infinite diſtantes: quia nullæ poſſunt infinite diſtare. ¶ Et ſi replicatur. Deus uidet oẽs creabiles: & illę non ſunt finitę: alioquin eſſet ſtatus in illo pceſſu: ergo ſunt infinitę. Reſpondetur, ꝙ uidet oẽs diſtributiue: ſed non oẽs collectiue: quia nullę ſũt oẽs collectiuę: ſicut uidet oẽs partes proportionales cõtinui, in quas continuum eſt diuiſibile diſtributiue: quia uidet illas, & illas, & quaſcunq; demonſtrabiles: ſed non omnes collectiuę: quia tales non ſunt dabiles: quia tunc daretur ultima, qđ eſt impoſsibile. De hoc uide latius in ij. diſtinct. j. quęſt. iij.

Deus uidet infinitas gratias creabiles.

Ad 3. ¶ Ad tertium dicitur: uno modo negando in hac parte philoſophum: quia tenet, ꝙ non eſt poſsibilis maior quantitas cęlo: & ideo quanta poſsibilis eſt quantitas ſcilicet uniuerſi: tanta nunc eſt cõtra fidem. Vel reſpondẽdo ad uerba, ſi ubiq; infinite accipitur ſyncathegorematice, conceditur illatum, ꝙ infinitas contingit eſſe in actu. Contingit.i.poteſt: quia non tot, quin plures: nunquam tamen infinite ſunt actu. Si aũt infinitũ, ſeu infinite accipitur cathegorematice, aſſumpta ſunt falſa, ꝙ proceditur in infinitum.

Ad 4. ¶ Ad quartum: ſophiſma eſt: nec ſic ut arguitur, ponenda eſt in eſſe: ſed ſic, tantum creat, quãtũ creat. Illa enim eſt cõditionalis: quia includit ly ſi. Et ita conſequens nõ debet poni in eſſe ſine antecedente: ſicut illa. Si homo poteſt currere, poteſt moueri, nõ ſic ponit̃ in eſſe. Si hõ poteſt currere, hõ mouet̃, q2 illa ẽ impoſsibilis q2 mala cõſequẽtia: ſed ſic: ſi hõ currit, mouet̃. Itẽ antecedẽs, & cõſequẽs ſunt uniuerſales: ergo debẽt poni in eſſe per ſingulares inconiunctim ſumptas.

Ad 5. ¶ Ad quintũ dr̃, ꝙ a, eſt falſa: ſicut.n. deus nõ põt create tot gratias, quin poſsit creare plures (& per cõſequens nõ põt creare tantã perfectionẽ, quin poſsit creare maiorẽ: quia plus pfectionis eſt in multis gratijs, quã paucioribus cæteris paribus) ita non poteſt creare tã perfectã gratiam, quin poteſt creare perfectiorem. Et qñ dicitur, aut hoc eſt ex parte dei &c. Dicendum, ꝙ eſt ex parte charitatis: quia nulla poteſt fieri gratia, cui repugnat uniri alteri gratię a deo creabili. Et quãdo arguitur, ꝙ importat infinitatẽ graduũ &c. dicit̃, ꝙ uerũ eſſet: ſi tale importaret unũ integratũ ex illis: ſed nulla gratia una factibilis eſt a deo integrata, ex talibus infinitis gratijs, & ideo repugnat eis eſſe ſimul. Poſſet etiam dici, ꝙ repugnantia eſt ex parte infinitatis potentiæ dei; quæ propter ſui infinitatẽ nõ põt terminari: & ideo ſemper poteſt in plura: nec tãta, aut tot ſimul facere, quin poſsit facere plura, & maiora: ideo non poteſt tot ſimul facere, quot ſucceſsiue: hoc enim derogat ſuæ potentiæ infinitæ.

Ad 6. ¶ Ad ſextum cõceditur, ꝙ quęlibet creatura eſt limitata ſecundũ omnẽ perfectionẽ, quia finita: & ſic etiã quælibet gratia: & ideo nulli gratiæ repugnat, ꝙ ea ſit aliqua maior. Si tamen illa limitatio ſic intelligitur: ꝙ in illa ſpecie non poſſet augmentari, negandum eſt quia qualitas intenſibilis, etiam quo ad ſuam eſſentiam, poteſt augeri per additionem gradus: prout deſcendit in infinitum, nec per iſtam augmentationem excedit ſuam ſpeciem.

Ad 7. ¶ Ad ſeptimum dicendum. ꝙ uerum eſt de motu, qui fit ad terminum certum, qui excedi non poteſt. Sic eſt de motu locali recto: qui ſecundum philoſophum non poteſt fieri ultra cælum: ſed per potentiam diuinam extra cælum in uacuo poſſet mobile motu recto in infinitum moueri, ubi certus terminus, ad quem nõ eſt conſti

tutus. Sic in motu augmentationis non eſt certus terminus conſtitutus, ultra quem qualitas non poſſit augmentari. Etiã motu recto deus poſſet mobile mouere ad terminũ infinite diſtantem motu infinito, ſi moueretur ſecundum partes proportionales ſpacij: ſic enim nunquã eſt deuenire ad ultimũ.

Ad. 8. ¶ Ad octauũ dicitur: ꝙ quilibet motus a natura eſt ad certum terminum: quia agens naturale eſt finitæ uirtutis, & gradus: & ultra gradum proprium ſua uirtute non agit. Etiam ſuſceptiuum eſt determinatum ad certum gradum, ultra quem nõ recipit naturaliter. Secus de potentia diuina, quę in actione ſua non eſt limitata.

Ad. 9. ¶ Ad nonum dicitur: ꝙ auctoritas illa allegatur cõtra mentem philoſophi: Immediate enim prẽmiſit. Ignis. n. augmentum in infinitum eſt quouſq; fuerit combuſtibile. Loquitur ergo philoſophus de uiuentibus tantũ; uiuentia quippe ſecundum naturam non poſſunt quãtumlibet augmentari. Determinant enim ſibi certam magnitudinem, quam excedere non poſſunt. Requirunt. n. debitam organizationem partium, quæ eſſe nõ poteſt naturaliter in qualicunq; quantitate. Vnde ibi addit philoſophus hoc autẽ animæ, & non ignis: & magis formę ſcilicet uiuentis, & materiæ: hoc id eſt poſitio termini. Ignis enim nõ requirit figurationem mẽbrorum ad certum terminum: nec hoc requirit materia uiuentis: ſed forma eius: uerum ille terminus non eſt punctualis: ſed habet certam latitudinem. Vnde cuiuslibet uiuentis datur maxima quantitas, quam habere non poteſt propter nimiam paruitatem; & minima quantitas, quam habere non poteſt propter nimiam magnitudinem: utpura ſi quantitas animalis tantũ augmẽtetur, ꝙ deſineret eſſe quãtitas, quæ eſſet in materia in primo inſtanti nõ eſſet animalis, eſt minima, quã animal tale habere non poteſt propter nimiã magnitudinem; hoc eſt inter omnes quantitates, quas non poſſet habere propter nimiam magnitudinẽ: illa eſſet minima. Sic ſi diminueretur in tantũ ut eſſe deſineret quantitas, quæ eſſet in materia: in primo inſtanti non eſſe animalis, eſſet maxima, quam habere non poſſet propter nimiam paruitatem: quia inter omnes paruas, quas habere nõ poſſet: illa eſſet maxima. Verum citra illum terminum poſſet augmentari, & minui in infinitum: ſi fieret augmentatio, & diminutio per partes proportionales quãtitatis addendę uel gradus. Patet ergo, ꝙ rationes illæ nihil demonſtrant. Hæc opinio eſt probabilis ſatis quantum ad qualitatem, ſeu formam, quę poteſt per ſe eſſe extra ſubiectum. ¶ Sed utrum in F
ſubiecto poſſet augmentari infinitum, magis dubium eſt. Vnde poſſet dici, ꝙ ſicut ſubiectum determinat ſibi certas qualitates: ita ꝙ non poteſt qualibet in ſe recipere. Vnde ſubiectum materiale non poteſt recipere qualitatem ſpiritualem: nec ſubiectum ſpirituale qualitatẽ materialem puta lapis non poteſt recipere ſcientiam, aut uirtutem, ſeu gratiam. Nec anima rationalis caliditatem, aut albedinem. Sic & quodlibet ſubiectum determinat ſibi certum gradũ, ultra quẽ nõ põt aliũ recipere perfectiorem: ſtante natura talis ſubiecti. Sed ſi maior introduceretur, ſtatim ſubiectum corrumperetur: ſicut lignum non poteſt recipere calorem quantumlibet intẽſum: ſed ſi augeretur calor in ligno tandem corrumpitur in ignem: & hoc quidẽ uidere eſt in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, cuius ratio nulla alia aſsignari poteſt: niſi ꝗa hęc natura eſt hæc natura: & hęc ratio ſufficit, quãdo factũ eſt euidẽs per naturã. Vbi factũ non eſt euidens per experientiam, uel euidentem rationem: tunc aſsignatio huius rationis non ſufficit. In ſubiectis uero incorruptibilibus, ut angelis, & animabus, nulla eſt nobis experientia nec ratio efficax: ſed ſolum a ſimili hoc dici poſſet: quia ita uidemus incorruptibilibus. Item in incorruptibilibus experientiam quidem habemus: ꝙ per exceſsiuam qualitatem corrumpitur ſubiectum per agens naturale: & hoc quantum ad mixta: non quantum ad elementa uniuerſaliter quantũ ad omnes qualitates. Siquidem nulla

experientia docet ignem corrumpi propter nimiũ calorem, uel ſiccitatem. An autem per diuinam potentiam ſubiectũ conſeruari poſſet ſub qualitate quantũcunq; intenſa non eſt euidens. Nam & pueros conſeruauit in camino ignis cõtra naturam. An etiam ſic conſeruare potuit cũ ſuſceptione caloris ignis, dubium eſt. Non enim id fieri poſſe implicat manifeſtam contradictionem: & a potentia nihil negandum eſt: quod non implicat, apud quem non eſt impoſsibile omne uerbum. Poteſt enim mutare pro ſua uoluntate ordinem naturę inſtitutum, qui omnia quęcunq; uoluit, fecit in cęlo, & in terra. Si ergo tenetur probabiliter, ꝙ ſubiectum ſimpliciter determinat ſibi certum gradum qualitatis, quem recipit: ita, ꝙ maiorem etiam per potentiam dei abſolutam recipere non poteſt: tunc datur ſumma gratia poſſibilis naturæ intellectuali: non tamen ſumma ſimpliciter. Quæ etiam ſumma receptibilis in ſubiecto, ſi per ſe conſeruaretur extra ſubiectum poſſet augmentari: licet nõ in ſubiecto: quia eſt ſumma receptibilis in ſubiecto tali. Poteſt autẽ deus omnem formam ſuſceptibilem in ſubiecto conſeruare extra ſubiectum. Et in talibus formis ſecundum ſe cõſideratis, locum habent rationes pro ſecunda parte ſupra adductæ. ¶ Quantum ad ſecũdum articulum de eo. An ſumma gratia ſit animæ Chriſti collata. Aduertendum, ꝙ difficultas huius articuli in duobus conſiſtit. Primum eſt utrum ſubiectum ſuſceptiuum alicuius perfectionis determinetur ad certum gradum, ultra quem recipere non poteſt perfectionẽ: & de hoc tactum eſt in fine prioris articuli. Et quamuis ita dici poſſet: oppoſitum tamen uidetur probabilius. Tum: quia licet ſecundum potentiam naturalem ſubiectum determinetur ad certam qualitatem, ut ibi dictum eſt. Tum ſecundum potentiam ſupernaturalem, hoc ualde dubium eſt. Non enim facile aſſerendum eſt deum non poſſe qualitatem ſpiritualem: qualis eſt cognitio, ſcientia, uel gratia creare in ſubiecto materiali: puta in lapide, ita ꝙ inhæreat: licet tunc qualitas illa non diceretur cognitio, ſciẽtia, uel gratia propter nominis connotationẽ: quia per eam lapis non intenderet cognitiue in obiectum: nec redderetur acceptus ad beatitudinem: nec per conſequens diceretur cognoſcens, ſciens, uel gratus: nullã enim includit hoc contradictionem. non plus de forma accidẽtali: quã ꝙ formam ſubſtantialem indiuiſibilem, & ſpiritualem: animam ſcilicet intellectiuã producit in ſubiecto diuiſibili corpore. ſ. humano, cui inhęret. Nec uidetur magis impoſsibile, quam ꝙ produceret huiuſmodi qualitates, & conſeruaret extra ſubiectum: quo modo facit de accidentibus materialibus in ſacramento altaris, ubi minus uidetur. Minus .n. uidetur, ꝙ accidens materiale eſſe poſſit ſine ſubiecto, quod eſt imperfectius: quam accidens ſpirituale, quod eſt perfectius. Tum: quia etſi ſubiecta corruptibilia determinata ſunt ad certum gradũ qualitatis receptibilis. Tũ hoc de ſubiecto incorruptili nulla experientia, nec ratio docet. Nã & materia prima, quia incorruptibilis: ſicut nõ determinatur ad aliquam formam materialem quoad ſpeciem: ſed omnem factibilem recipere põt. Ita nec ad gradum aliquem formę ſuſceptibilis: unde non eſt dabilis maxima caliditas in materia prima ex rationibus primi articuli. Vnde nõ uidetur, quin intellectus quamcunq; perfectionem ſecundum ſpeciem ſibi conuenientem quantumcuuq; intẽſa fuerit recipere poſſet: cum per nullam quantumcũq; excellentem corrumpi poſſet. ¶ Secundo dependet difficultas huius articuli ex eo. Vtrum eadem ſit proportio perfectibilis ad perfectibile, quæ eſt perfectionis ad perfectionem. hoc eſt dictu. Vtrum ſicut perfectibile inferioris ſpeciei non poteſt attingere perfectionem eſſentialem ſuperioris ſpeciei, puta intellectus humanus, intellectus angelicus: ita etiam non poſsit attingere perfectionem accidentalem: ita, ꝙ intellectus humanus aliquam cognitionem uel gratiæ gradum attingere, ſeu recipere non poſsit, quam re-

Arti. 2. G

An ſumma gratia ſit animę Chriſti collata.

Vtrũ eadẽ ſit ꝓportio pfectibilis ad perfectibile.

cipere poſſet intellectus angelicus. Quoniam ſi hoc eſſet uerum iam manifeſtū foret: ꝙ anima Chriſti, quæ eſt eſſentialiter, & ſpecie inferior angelo. iuxta illud. Minuiſti eum paulominus ab angelis Pſ. viij. &c. non poſſet recipere ſummā gratiam creabilem in ſubiectum: qa non ſummam receptibilem ab angelis: nec redundaret in derogationem dignitatis Chriſti: ſicut nec ꝙ aſſumpſit naturam hominis, & angeli, quæ eſt excellentior. Et ſicut naturā aſſumpſit: ita ēt omnia naturam eſſentialiter concomitantia: ſed illud non eſt probabile: nec credo ueram. Sed tenendū, ꝙ omnis natura creata intelligibilis eſt eiuſdem capacitatis reſpectu cuiuſcunq; gradus cognitionis, ſcientię, gratię, & charitatis: maxime per potentiam diuinā: nec proportio perfectionum ſequitur proportionem perfectibilium: ſicut in ſimili. Omnis natura ſenſitiua eſt eiuſdem capacitatis, reſpectu ſenſationis cęteris paribus. i. organis æquè diſpoſitis: alioquin propter organorum indiſpoſitionem etiam in eadem ſpecie non eſſet eadem capacitas. Et tamen potētia ſenſitiua in ſpecie ſuperiore eſt pfectior eſſentialiter, quam in ſpecie inferiore, quod indubie eſt tenēdum ſuppoſito, ꝙ in eodem compoſito non ſit niſi una forma ſubſtantialis. Sic enim in potentia ſenſitiua hominis eſt anima hominis, quæ eſt perfectior eſſentialiter anima canis. Sic in non cognitiuis, potētia receptiua perfectior non recipit formam accidentalem perfectiorem. Nā mixta, quæ ſunt perfectiora elementis, non ſunt receptiua qualitatum primarum perfectiſſimarū in ſummo: & eo gradu quo elementa. Vnde breuiter dicitur poſt Sco. ꝙ quolibet gratificabile: hoc eſt ſuſceptibile gratiæ accidentalis: eſt in potentia obedientiali ad recipiēdum quæcunq; gradum gratię a deo, quia reſpectu huius accidentis ſibi inhęrentis ſiue conuenientis: nihil habet gratificabile ex ſe repugnans cuicūq; gradui gratię unde determinet ad certū gradū gratię quā capere poſſet: & non ad ulteriorē. Illa ergo propoſitio ꝙ proportio eſt pfectionis, & perfectibilis: ſi intelligitur ſecundū proportionem pręciſam. ſ. ꝙ perfectius perfectibile eſt ſuſceptiuum maioris perfectionis falſa eſt: immo totum perfectibile in cōi reſpicit totam perfectionem in communi, & quodlibet quālibet: ita ꝙ gratificabile in communi reſpicit gratiam in cōi: & quodlibet gratificabile quālibet gratiā a deo creabilem. ¶ Præterea ſecundū ſanctos nō erit differentia capacitatis angelorū, & hominum in gloria: quia ſingulis eorum ordinibus homines aſſociabūtur ſecundum beatum Greg. in homil. immo uirgo glorioſa in beatitudine pręcellit omnes angelos, ut canit eccleſia. Ecce exaltata es ſup choros angelorū. quod uerum eſt, quantum ad gloriā nō naturā: igitur nō erit diuerſa capacitas gratiæ: cum gloria præſupponit gratiā: immo eſt gratia conſummata. ¶ His p̄miſſis eſt concluſio prima ad iſtum articulum. Anima chriſti nō habuit ſummā gratiam a deo producibilem: ſed potentiam eius abſolutam. Probatur: quia talis gratia nō eſt dabilis: ergo. Antecedens patet: quia potentia dei productiua: cum ſit infinita: non eſt ad aliquem gradum gratię terminata. ergo quamcunq; producit, poteſt ea maiorem producere. ut patet ex art. j. ¶ Secunda cōcluſio. Si capacitas creaturæ intellectualis terminatur ad certum gradum gratiæ: gratia animæ chriſti eſt ſumma poſsibilis naturæ intellectuali creatæ. Probatur: quia qui dat maius, etiam dat minus: ſed natura humana chriſti aſſumpta eſt ad ſummum eſſe ſubſtantiale ſibi communicabile perſonalem ſcilicet unionem cum ſubſtantia diuina, ergo etiam ad ſummam perfectionem accidentalem ſibi poſsibilem. Patet: quia ſumma perfectio naturæ humanæ eſt unio hypoſtatica: igitur non deerit perfectio accidentalis. Patet etiam per magiſtrum in textu: deus animæ Chriſti tantam gratiam contulit: quantam conferre potuit: ſed potuit conferre ſummam, ſtante hypotheſi. & igitur ¶ Tertia concluſio. Anima Chriſti ſummam præcepit gratiam,

Cōcl. 1. H

Cōcl. 2.

Cōcl. 3.

cuius capax eſt creatura intellectua-
lis ſecundum potentiam dei ordina-
tā. Patet per illud Io.j. Vidimus gloriā
eius, gloriā quaſi unigeniti a patre ple-
num gratiæ & ueritatis. Itē nō ad men
ſurā dedit ei pater ſpūm. ergo dedit totā
gratiam dari poſsibilem, ſaltē ſecundū
potētiā ſuam ordinatā. Si enim minorē
dediſſet, dediſſet ad mēſuram. Similiter
non eſſet plenus gratia, ſi maiorem gra
tiam accipere potuiſſet. Item cui deus
contulit ſummam gloriam: hoc eſt glo
riam excedentē gloriā cuiuslibet crea-
turę rationalis: cōtulit & ſummam gra-
tiā: ſed talē gloriam cōtulit chriſto: ne-
dū ſcđm naturā diuinā, quā dedit p ęter
nam generationē: ſed etiā ſcđm naturā
humanā diuinę unitam. ergo ſummam
contulit naturæ intellectuali poſsibilem
ſecūdū potentiā ordinatā. Conſequen-
tia nota, quia talis gratia ſic ſumma eſt
poſsibilis. Præuidit enim diuina ſapien
tia ſummū gratiæ gradū, quem creatu-
ræ rationali dare diſpoſuit. Maior patet
quia gloria reſpondet gratiæ: ideo ma-
ximam gloriam, maxima præceſsit gra-
tia: præceſsit inquā tempore, uel natu-
ra. Minor probatur: q chriſtus aſcēdit
ſuper omnes creaturas ad dexteram pa
tris: ut habetur Mar. ulti. Dn̄s qdem Ie
ſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus
eſt in cęlum: & ſedet a dextris dei. per
dexteram intelliguntur potiora bona
patris, ipſa ſcilicet beatitudo ſecundum
Auguſt. in ſermo. de ſymbolo: cui con-
ſonat illud pſalmus. Gloria, & honore
coronaſti eum: conſtituiſti eum ſuper
Arti. 3. Dub. 1. opera manuum tuarū ¶ Quo ad articu-
lum tertium: dubitatur primò contra p
I bationem tertiæ cōcluſionis ex eo, q dr̄
pater plenus gratia &c. nam & de uirgi
ne matre dicit̄. Aue gratia plena Simili
De differentia plenitudinis chriſti, matris, Stephani. ter de ſancto Stephano dicit̄ Actuū. vj.
Stephanus autē plenus gratia, & forti-
tudine: ergo in illis etiam fuit ſumma
gratia: alioquin non fuiſſent pleni gra-
tia ſicut argutum eſt de chriſto. Ad hoc
reſpondetur ſecundum Alexan par. iij.
q. xij. membro. iij. quē cęteri imitantur
q nomen plenus gratia æquiuocum eſt:
& quādoq; importat plenitudinem ſuf-
ficientiæ: quādoq; plenitudinē excellē
tis pręrogatiuę: qnq; plenitudinē copię:
quādoq; plenitudinem effluentis ſuper
abundantiæ Plenitudo ſufficientię eſt,
uel quę ſufficit ad finem id eſt ad uitam
ęternā habendā: & hęc excludit omne
mortale ſiue ſecundò, quę ſufficit ad ſta
tum illum: uel ad opus, ad quod quis eſt
ordinatus: ſiue etiam tertiò ad gratiam,
ad quam eſt diuinitus pręordinatus, uel
quarto. quæ ſufficit non tantum ad ha-
bēdum auream: ſed etiam aureolā. Hęc
plenitudo tribus primis modis eſt om-
nium ſanctorum, de qua illud accipi po
teſt ad Ephe. iij. Vt impleamini in om-
nem plenitudinem dei. Sed quarto mo-
do accipitur Actuum. vj. Stephanus au
tem &c. quia ſua gratia non ſolum con
digna fuit aurea id eſt præmio eſſentiali
ſed etiam aureola. Meruit enim aureā
& aureolam: quia fuit prædicator, &
marty. Plenitudo excellentis prærroga-
tiuæ eſt, qua ſcilicet habens excellit cæ
teras creaturas puras uerbo non uni-
tas, & hæc excludit omne peccatum
mortale, ueniale, & originale. & hęc eſt
plenitudo uirginis glorioſæ, de qua Lu
cæ. j. Aue gratia plena. Plenitudo gene
ralis copiæ, eſt plenitudo numeroſa in
cludens omne genus gratiæ: & hoc mo
do eccleſia dicitur plena gratiæ. quia
non eſt aliquod genus gratiæ q nō ſit
in eccleſia: quantum ad aliquod mem-
brum eius. Hinc dicit Apoſtolus. Di-
uiſiones gratiarum ſunt: unus autem
ſpiritus. Alij datur ſermo ſapientiæ:
alij ſermo ſcientiæ &c. j. Corint xij.
Plenitudo effluentis ſuperabundantiæ,
eſt gratia ſumma de facto communica-
ta naturæ redundans, & ſuperfluens in
cæteros: & hæc eſt gratia animæ chri-
ſti: quæ nedum abundat in Chriſto
quantum ad omnes uirtutes & effectus
eius imperfectionem non includen-
tes (quod additur propter fidem, ſpem,
pœnitentiam: & ſimilia: quibus anne-
xæ ſunt aliquæ imperfectiones, & ideo
in Chriſto non fuerunt) ſed etiam ef-
fluit tanquam capitis in omnia mem-
bra eccleſiæ. Non quod eadem gratia
numero ſit in Chriſto, & in membris

eccleſiæ, aut aliqua pars gratiæ Chriſti, qui in Chriſto fuit realiter transferatur in membra: ſed eſt luit cauſaliter meritorie: qa Chriſtus p gratiã ſuã meruit omnibus gratiã, & præſeruationẽ uel remiſſionẽ peccatorũ. Et hec plenitudo eſt ſolius chriſti: quę excedit gratiã uirginis intemeratę, & omniũ electorũ, & de hac dicitur quantum ad ſuperabundantiam omnium uirtutum, donorũ, & effectuũ in chriſto. Vidimus gloriã eius gloriã quaſi unigeniti a pře: plenũ grę, & ueritatis. Io. j. Gloria aũt, & gratia unigeniti ppriẽ eſt chriſto. & quo ad effluẽtia dr̃ ibidẽ. Et de plenitudine eius accepimus oẽs gratiã pro gra. Et p hoc patet reſpõſio ad q̃ſtionẽ, ꝙ in pbatiõe concluſionis tertię plenus gratia accipitur pro plenitudine gratiæ ultimo mõ dictę, q̃ eſt propria ſolius chriſti. Aliæ auctoritates loquuntur de plenitudine alijs modis dicta: ut patuit. ¶ Similiter

K Vtrum fruitio aiæ chriſti fuit ſumma poſſibilis creaturæ.

dubium quæſtioni motæ principali moueri poſſet de fruitione humanitatis Chriſti: utrum fuerit ſumma communicabilis naturæ creatæ. Sed ſimili modo reſpondendũ erit ſicut de gratia dictũ ẽ: maximẽ ſi fruitio beatifica eſt effectiuẽ a deo ſolo: ut tenet Ockam. De fruitione uero, quę elicitur ab anima Chriſti eiuſq; uolũtate actiuẽ concurrente: poſſet dici, ꝙ non eſſet maxima, quæ elici põt a creatura: quia perfectior uolũtas eſſentialiter: puta uoluntas angeli, cum ęquali gratia poſſet elicere perfectiorẽ, quãuis de facto nulla perfectior elicitur a quocunq; angelo propter exceſſum gratiæ in anima Chriſti ſup gratiã angelorũ: q̃ ad eliciẽdum cõcurrit actiuẽ cũ

L uoluntate. uide Sco. in q iij. ¶ Sed dubiũ adhuc eſſe uidetur: an uoluntas angeli (ſtanti æquali cognitione, & gratia) poſſit elicere perfectiorem actum fruẽdi deo, quã uoluntas humana, propter libertatem uoluntatis, quæ uidetur eſſe æqualis in angelo, & homine: qui in eliciendo actum ſuum non neceſſitatur a cognitione, neq; per gratiam: nedum quo ad actum, neq; quo ad actus intenſionem. Vnde uidetur probabiliter dici poſſe: ꝙ ſicut non eſt diuerſa receptiuitas uoluntatis angelicæ, & humanæ: ita nec diuerſa actiuitas, ita ꝙ neutra poſſet in actum aliquem, in quem non poſſet alia cęteris paribus ſicut de ſenſualitate hois, & brutorũ: ſi organa ſint ęque diſpoſita: uidetur, ꝙ pñt in eaſdem ſenſationes actiui, & paſſiui, licet ſenſualitas hominis ſit eſſentialiter perfectior, quã ſenſualitas brutorum. ¶ Dubitatur ſecundo de gratia capitis: quia de gratia unionis ſupra diſt. j. q. ij. dictũ ẽ, ꝙ realiter ipſa unio & a gratia gratũ faciente realiter diſtincta, ut probabiliter teneri poteſt. Eſt ergo dubiũ, utrum in chriſto gratia capitis diſtinguatur a gra gratũ faciẽte, quę eſt ſingularis perſonę

Dub. 2. M.

De gratia capitis chriſti.

¶ Pro ſolutione breui huius dubij notandũ poſt Alex. par. iij. q. xij. membro. ij. ar. j. & ſanctum Tho. q. viij par. iii. ſanctum Bona. diſt. præſenti. ꝙ tota eccleſia dicitur corpus quoddã myſticũ. Huius corporis caput eſt Chriſtus, & hoc ppter quaſdã ſimilitudines repertas inter corpus uerũ, & caput uerum ex una: & corpus, ac caput myſticum ex alia partibus. Si quidẽ omnes trãſferẽtes ſcdm aliquam ſimilitudinem ſe trãſferũt. Vnde de utroq; de chriſto, & eccleſia dicit Apoſtolus. Col. j. Ipſe ẽ caput corporis eccleſię. Nam tota eccleſia dicitur unũ corpus myſticũ ppter ſimilitudinem ad naturale corpus hominis, ꝙ ſecundum diuerſa membra diuerſos habet actus toti corpori ſeruientes. Vnde Roma. xii. ait apoſtolus. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem mẽbra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto. Singuli autem alter alterius membra. & conſequenter proſequitur diſtinctionẽ mẽbrorũ. Similiter. j. ad Corin. xii. Sicut corpus unum eſt: & membra multa habet. Omnia autẽ membra corporis cum ſint multi, unum tñ corpus ſunt, ita & chriſtus. ſequitur. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unũ corpus baptizati ſumus, & conſequenter proſequitur neceſſitatẽ membrorũ corpori. huius corporis Chriſtus caput dicitur ab Apoſtolo Epheſ. i ipſum dedit caput ſuper omnẽ eccleſiã: & in alijs pleriſq; locis. Di-

Cur eccleſia dicatur corpus myſticũ, & chriſtus caput.

Quatuor cõſiderantur, q̃ chriſtus ſit caput eccleſiæ.

citur autem chriſtus caput ſecũdum ſimilitudinem humani corporis, in quo quatuor conſideramus: conformitatẽ: ordinem: perfectionem: uirtutem. Eſt enim caput primò naturale conforme corpori in natura: quia eſt compoſitum ex carne, & anima eadem numero, uel ſpecie, qua compoſitum eſt corpus. Eſt ſecundò etiam ordine prima pars hominis incipiendo a ſuperiori. Et inde eſt, q̃ omne principium ſolet uocari caput ſecundum illud Ezechiel. xvi. Ad omne caput uiæ ędificaſti ſignum proſtitutionis tuæ caput, id eſt principium. Eſt tercio caput omnibus membris perfectius, quia in eo uigent omnes ſenſus hominis exteriores, & interiores, cum in mẽbris cęteris ſit ſolus tactus. Et ſecundũ hoc qui perfectior eſt cæteris, & honorabilior, aut dignior, caput eorum dicitur. Hinc Eſa. ix. Longæuus, & honorabilis ipſe eſt caput. Habet deniq; caput quarto uirtutem influxiuam in cætera membra, & gubernatiuam. Influit enim cæteris membris motum, & ſenſum. unde gloſ. Col. i. ſuper illud. Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ ait. Capiti omnia ſubiecta ſunt ad operandum. Id autem ſcilicet caput ſupra locatum ad conſulendum: quia ipſius animæ quodammodo uicem gerit caput, in hoc q̃ dicit ad operandum: oſtendit, quomodo motus eſt a capite ad operandum: & q̃ dicit ad conſulendum: oſtendit, q̃ ſenſus eſt ab ipſo in membris. Hinc & rector, & qui prouidet, ut paterfamilias, & paſtor dicitur caput populi ſecundum illud. i. Re-

N gum. xv. Cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Hæc autem miſtice in Chriſto inueniũtur: quædam ſecundum naturam humanam, quædam ſecundum diuinam: quædam ſecundum utramq;. ideo dicitur methaphoricè caput eccleſiæ. Eſt enim chriſtus ſecundum naturam aſſumptam conformis eccleſiæ. unde Augu. ſuper illo Ioan. xv. Ego ſum uitis uera &c. dicit. Cum eſſet deus cuius naturæ nos non ſumus: factus eſt homo: ut in illo eſſet uitis humana natura, cuius & nos homines palmites eſſe poſſemus. Secundum hanc ergo proprietatem chriſtus eſt caput ſecundum naturam humanã non diuinam eccleſiæ, hominum non angelorum. Secundum ordinem uerò principij eſt caput, nedum hominum: ſed & angelorum, & omnium creaturarum: & hoc ratione deitatis: quę eſt uniuerſale omnium principium. unde Coloſ. j. Ipſe ẽ caput corporis eccleſiæ: qui eſt principium primogenitus ex mortuis: ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens. gloſ ſecundum diuinitatem Ioã. viij. quærentibus Iudæis. Tu quis es. reſpondit dominus, principium, qui & loquor uobis. Secundum perfectionem, & uirtutem influxiuam eſt caput partim ratione diuinitatis: & partim ratione humanitatis: ut dicit ſanctus Bonauen. ſecundum diuinitatem ſolus eſt ſimpliciter perfectus, omnium rex, & dominus, ſecundum humanitatem: quia plenus ſumma gratia, & omni uirtute non habente annexam imperfectionem, excedit perfectione cunctos angelos, & homines: ideo hac conſideratione caput eſt hominum, & angelorum. Similiter ſecundum uirtutem influxiuam caput eſt ſecundum utramq; naturã. Nã influere ſenſum, & motum hoc eſt gratiam, & uirtutes contingit dupliciter: uel per modum præparantis, & diſponentis: aut per modum impartientis, & principalis agentis. Primo modo conuenit chriſto rõne humanę naturę, in qua patiendo, & pro nobis ſatisfaciẽdo meruit omnibus gratiam, & ſalutẽ ac peccatorum remiſsionem. unde Heb. v. Cõſummatus factus eſt omnibus obtemperãtibus ſibi cauſa ſalutis æternę. & c. ix. Sanguis chriſti, qui per ſpiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiẽdum deo uiuenti: & Ideo noui teſtamẽti mediator eſt, ut morte intercedente in redẽptionem earum præuaricationum, quę erãt ſub priori teſtamento, repromiſsionem accipiant, quę uocati ſunt æternæ hæreditatis. Ex quo etiam habetur, quomodo, & ſecundum quam naturam mediator dei eſt, & hominis Influere uero

ſecun-

ſecundo modo per modum principalis agentis conuenit Chriſto ſecundum naturã diuinã: quia ſolus deus eſt, qui principaliter illuminat pias mentes. Solus eſt qui baptizat interius: ſolus, qui gratiã, ac dona uirtutũ infundit: ſolus, qui peccata remittit. Cum dico ſolus Chriſtus: non excludo patrem, nec ſpiritum ſanctum: quoniã quicquid efficit Chriſtus ſecundum naturã diuinitatis, ſimul efficit trinitas tota. Et hoc modo nõ tãtũ pſona Chriſti: ſed & ipſa trinitas caput eſt: pater caput eſt; ſpũſſanctus caput eſt, ſicut, & filius; nõ tria: ſed unũ caput omniũ electorũ hominũ, & angelorum. ¶ Ex his multæ quæſtiones circa illam materiã ſoluunt, quas mouet Alex. & cęteri doc. poſt eũ. Puta an Chriſtus ſit caput tantũ hominũ: an ẽt angelorũ; an tantũ electorũ: an etiã reproborũ: an ſolus Chriſtus: an etiã pater aut ſpiritusſanctus. Et ſecundũ quã naturã aſſumptã, an diuinã, quę ſecundũ diuerſas proprietates unde dicitur caput: diuerſimo de ſunt ſoluendæ. ¶ Per hoc ad dubium, utrũ gratia capitis in Chriſto diſtinguatur &c. Si per gratiã capitis intelligitur illud, ratione cuius dicitur caput: gratia capitis quandoq; dicit gratuitã dei uoluntatẽ, ſecundũ quam creat, gubernat, iuſtificat, acceptat, perficit, beatificat: & ſic nõ eſt gratia habitualis gratum faciens: ſed realiter ipſa diuina eſſentia. Quandoq; etiam dicit ipſam naturam humanam, ſecundum quam conformis eſſe uoluit noſtræ naturæ: nec ſic gratia capitis eſt gratia habitualis. Quandoq; dicit plenitudinem gratiæ habitualis, quam natura humana Chriſti recepit: non ad menſuram, per quam nobis meruit redemptionem, gratiam & gloriam: & per hoc nobis influit ſenſum diuinæ cognitionis, & motum charitatiui amoris: propter quem influxum magis proprie dicitur caput eccleſiæ, ut uult Alex. ſic accipiendo gratiam capitis eſt gratia habitualis Chriſti: quæ ſecundum ſuam plenitudinem, animam Chriſti adimpleuit: & noſtrę gratiæ cauſa meritoria fuit. Et tantum de illo dubio: & de tota quæſtione.

An chriſtus ſit caput tãtũ hominum.

Q.

DISTINCTIO. XIIII.

DISTINCTIONE precedenti egit magiſter de perfectione naturæ aſſumptæ collatarum plenitudine: hic de earundem ad perfectiones diuinas comparatione: unde inueſtigat: an ſciẽtia, & potentia animæ Chriſti æquetur ſcientię & potentiæ uerbi: & continetur ſententia textus in ſubiectis tribus cõcluſionibus. ¶ Prima. Quamuis anima Chriſti omnia, quę deus ſcit, noſcat: nõ tamen ſua noticia dei ſcientiã adęquat. ¶ Secunda. Nõ omnia, quæ deus poteſt, põt anima Chriſti facere: quoniã natura creata non eſt capax omnipotentiæ. ¶ Tertia. Omnipotentiã, quã filius dei ſemper habet naturaliter: hanc ut haberet filius hominis accepit tẽporaliter. Tẽporaliter .n. filius dei factus eſt filius hõis: & ita ex tẽpore hęc facta eſt uera: filius hominis habet omnipotentiam.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quæritur: utrum intellectus Chriſti creatus omnia ſciuit, quæ ab æterno naturaliter uerbum nouit. ¶ In hac quæſtione erũt tres articuli. Primus erit de cognitione rerum animæ Chriſti in uerbo beatifica. Secundus de cognitione rerũ in proprio genere tam abſtractiua, quã intuitiua. Tertius reſoluet dubia. ¶ Quo ad primum notandũ, ꝙ ſcientia hic nõ accipitur proprie, ut diſtinguitur cõtra alios habitus intellectuales, quibus nõ cõtingit aſſentire falſo: ſed generalius, pro qualibet noticia, ſiue ſimplici, ſiue cõplexa: ſiue actuali, ſiue habituali. ¶ Secundo notãdũ, ꝙ in anima Chriſti triplex ponitur cognitio ſicut, & in quolibet beato: ſcilicet cognitio, ſiue ſciẽtia rerum in uerbo, quæ eſt beatifica, quę & & matutina dicitur. Secunda cognitio rerũ infuſa: tertia cognitio rerũ acqſita. Vltimæ duæ dicuntur cognitio rerũ ue

A

Arti. 1.
Not. 1.

Not. 2.
In anima chriſti triplex ponit ſcientia.

ſpertina, ſiue rerum in proprio genere.
de quo tactum fuit in ſecundo, diſt. iij.
q. ij prope finem: & latius in expoſi. caň.
lec. xxxj. Et quamuis quęcunq; cognoſcit
anima christi in proprio genere, clarius
cognoſcat in uerbo: nõ tamen ideo co
gnitio rerum in proprio genere ſuper-
fluit: nam per hoc intellectus perficitur
cum ſua operatione naturali non priua
tur. Item intellectus creatus paſsiuus ẽ
perfectiuè reſpectu cuiuſcunq; cogni-
tionis obiecti cognoſcibilis. Cum au-
tem carere aliqua perfectione poſsibi-
li eſt imperfectionis: & omnis imperfe-
ctio eſt remouenda a christo etiã ſecun
dum humanitatem, quę remoueri põt:
& omnis perfectio attribuẽda, quę attri
bui põt. nunc autem ſcd̃m Aug. iiij. ſup
Gen. ad literam, ſimul ſtãt cognitio in
uerbo: & cognitio in ꝓprio gener: ergo
& Christo eſt attribuendũ. Itẽ nihil erit
ſuperfluum, quod erat uer. humanita-
tis oſtenſiuum. Præterea huiuſmodi co
gnitiones ſunt de ratione ſtatuum chri
ſti, qui fuit uerus uiator, & uerus cõpræ
henſor. Item cognoſcere perfectius, &
imperfectius nõ eſt imꝑfectionis in ho-
mine, & angelo: eſſet aũt imꝑfectionis
in deo, cuius omnia ſunt ſimpliciter ꝑ-
fectiſsima. Verũ ſcd̃m Ockã. q. xij. q̃rti,
cognitio, q̃ res intuitiuè ab intellectu
cognoſcitur in uerbo, & ſimul in ꝓprio
genere, eſt una ſpecie, & numero, quia
habet idẽ obiectum omnino, & idẽ ſub
iectũ. & habet effectus eiuſdẽ rõnis: &
ideo eſt eadem ſpecie. Eſt & eadẽ nume
ro: quia non eſt ponenda pluralitas ſine
neceſsitate: ſed nulla urget neceſsitas
ad ponẽdũ diſtinctionẽ: ſed ſolũ primus
actus eſt auctus: quia alia cauſa concur-
rens augmentat actum. Si uero cogni-
tio rerum in uerbo ſit intuitiua, & in
proprio genere ſit abſtractiua: tunc di-
ſtinguũtur ſpecie. hæc Ockam. & ſi obij
citur, ꝙ maius lumen obfuſcat minus
lumen: ergo non ſtant ſimul cognitio
Q̃ño lumẽ maius non offuſcat minus. rerum in uerbo, & in proprio genere.
Reſpondet Alexan. parte. iij quæſt. xiij.
ꝙ in corporalibus uerum eſt, ꝙ maius
lumen obfuſcat minus lumẽ, non autẽ
in ſpiritualibus. Cuius ratio eſt: quia om-
nia lumina corporalia ſunt ad unum a-
ctum, ſcilicet manifeſtationis, qui actus
uerè, & pleniſsimè eſt a lumine ſuperio-
ri. In quibus in ſpiritualibus autẽ nõ ſicut
nam lumina donorum, aut uirtutum nõ
ſunt ad unũ actũ. Vel ut dicit Bea. Tho.
parte. iij. quęſt. ix. arti. j. ꝙ ſi duo lumina
fuerint eiuſdem ordinis: maius obfuſcat
ſeu abſorbet minus: ſicut lumen ſolis lu
men candelæ: quia ſunt in ordine illumi
nantis. Vbi uero maius lumen eſt in or
dine illuminantis, & minus in ordine il
luminati: tunc maius lumen non obfu
ſcat: ſed auget lumen minus: ſicut ſolis
lumen illuminat lumen aeris. ¶ Tertiò Not. 3.
notandum, ꝙ de materia huius articu- Opi. 1.
li quinque inueniuntur opi. quarum. iiij. Tho.
tractat Scot. quæſt. ij. huius diſtinct. B
¶ Prima eſt beati Tho. in tertio ſcrip.
quæſtio. ij. huius diſtinct. arti. ij. & in iij.
parte quæſtio. x. artic. ij. Vnde tenet, ꝙ
anima Christi uidet omnia in uerbo, q
uidet uerbum ſcientia uiſionis: non au-
tem omnia, quæ uerbum uidet ſcientia
ſimplicis intelligentiæ. Diſtinguit autẽ
in deo duplicem ſcientiam, ſeu cogni-
tionem. Accipit enim ſcientiã largè pro
qualibet notitia, ſcilicet ſcientiam ui-
ſionis, & ſcientiam ſimplicis intelligen
tiæ, de hoc ſupra in j. diſtinct. xxxviij.
& xxxix. Sciẽtia uiſionis, eſt qua cogno De ſciẽtia uiſionis, & ſimplicis intelligẽtię.
ſcit ea, quæ coexiſtunt alicui tempore
præterito præſenti, uel futuro. hoc eſt
quæ ſunt fuerunt, uel erunt, quia illud
propriè uidetur, quod habet eſſe extra
uidentem: de his enim diſtinctam cogni
tionem habet, dum unũquodq; cogno-
ſcit ſcd̃m propriam ideam, ſicut bonũ, uel
per oppoſitum ſicut malum. ſed ea, quæ
nec ſunt, nec fuerunt, nec erũt, & tamẽ
poſſunt eſſe, cum non ſint in aliqua par
te temporis in ſeipſis, nullã in ſeipſis di-
ſtinctionẽ habẽt: nec ſunt niſi in poten
tia ipſius dei, in qua unũ ſunt: unde non
pñt eſſe reſpectus diuerſi, ſcd̃m quos di-
ſtinguantur rõnes ideales horũ poſsibi-
liũ: ideo deus non cognoſcit hęc per i-
deas diſtinctas: ſed per cognitionem ſuę
potentiæ, in qua ſunt, & ideo dicitur
hæc cognoſcere ſimplici intelligentia:
nullus ergo creatus intellectus põt ſcire

omnia, quæ deus poteſt facere, quia sũt
infinita: ſed ea, quæ ſunt, fuerunt, uel
erunt, finita ſunt: unde non prohibetur
aliquis creatus intellectus cognoſcere
ea omnia: ſed unuſquiſque tanto plura
eorum in uerbo cognoſcit, quanto per-
fectius uerbum intuetur, & quia anima
chriſti perfectiſsime uerbũ intuetur in-
ter creaturas ad terminum huius cogni
tionis peruenit, ꝙ ſcit oia, quę ſunt, fue
runt, uel erunt. Quantò enim aliqua
cauſa perfectius uidetur: tantò plures ef
fectus uidentur in ea. Exemplum: quia
quantò aliquis perfectius uidet aliquod
principium: tantò plures concluſiones
uidet ex principio: ideo uidens omnes
concluſiones alicuius principij, com-
præhendit illud principium. ¶ Ex illo
arguitur ad concluſionem huius opi.
Si intellectus animæ chriſti uideret om
nia, quæ uidet uerbum, tunc compræ-
henderet uerbum. Sicut uidens omnes
concluſiones principij comprehendit
principium ipſum: ſed nullus intellectus
creatus poteſt comprehendere uerbum:
ergo nullus intellectus creatus pōt uide
re omnia, quæ ſcit uerbũ, intellectus au-
tem animæ chriſti eſt creatus. Sed con-
tra iſtam opi. arguitur contra rationem
ſuam, in qua fundatur. Ex hoc ꝙ intelle
ctus uidet omnia, quę uidet uerbum, nō
ſequitur, quod compræhendit uerbum.
Probatur: quia ſi ſic: hoc eſſet ex eo: qa
uidens omnia in uerbo, quæ uerbum ui-
det: uideret eius infinitatem: & ita com
præhenderet: ſed propter uidere infi-
nitatem uerbi non ſequitur compræhen
ſio uerbi, nam anima Chriſti, & cuiuſli
bet beati uidet infinitatem intenſiuam:
& tamen propter hoc non compræhen
dit uerbum. ¶ Præterea exemplum de
principio, & concluſionibus non pro-
cedit, nam uidens concluſionem ali-
quam, ut effectum principij non ideo p-
fectius uidet principium, ut cauſam. Nã
cauſa naturaliter eſt prior effectu, & i-
deo cognitio principij non augetur,
nec perficitur ex cognitione conclu-
ſionum ex ipſo deductarum. Vnde ſi om
nes concluſiones ex principio deduci-
biles ſcirentur per principiũ, nō ideo p-
fectius ſciretur principiũ: nō plus, quã ſi
una ſola ſciretur per principiũ. Ideo ex
hoc non comprehẽditur principiũ ꝙ mul
tę aut oẽs concluſiones per ipſum ſciũ-
tur. Nihil enim perfectionis accipit cau
ſa ab effectu: & ita nec principium ex cõ
cluſionibus: ſed e conuerſo: alioquin eſ-
ſet circulus inter illa: unde licet perfe-
ctius cognoſcens cauſam repræſentan-
tem effectum perfectius: uel etiam plu-
res cognoſcat effectus, non tamen e cõ
uerſo. Item contra diſtinctionem ſcien-
tiæ uiſionis, & ſimplicis intelligentiæ.
Verbum æque clare uidet intuitiue poſ
ſibilia, quæ nunquam fuerunt, nec erũt:
ſicut quæ aliquando exiſtunt: alioquin
nõ uocaret ea, quæ non ſunt, ſicut ea,
quæ ſunt ad Rom. iiij. Et ita futurum pri
uſquam fieret, nihil eſt in ſe: ſicut poſsi-
bile quod nunquam fiet, non plus eſt
modo anima Antichriſti in ſe, uel cogni
tione diuina, quã anima poſsibilis crea-
ri, quæ nunquam creabitur, & ita diſtin
cte cognoſcit omnia poſsibilia, & ſingu
la eorum ſicut quãdoq; exiſtẽtia. Nihil
enim accipit intellectus diuinus a re-
bus: ſed ſua eſſentia eſt omniũ cognitio.
Quod de ideis infert: impugnatum eſt
in primo. Et ſi ponendæ eſſent hoc mo
do ideæ aliquo modo in mente diuina
diſtinctæ, quælibet res creabilis propriã
ideam in deo haberet: etiam quæ nun-
quam crearetur: alioquin quomodo poſ
ſet rationabiliter creari a deo tanquam
a rationabili artifice. ¶ Præterea: ani-
ma Chriſti poteſt cognoſcere in uerbo
aliquod poſsibile nunquam factũ: ideo
non eſt ponendus terminus cognitio-
nis aiæ chriſti in cognitione eorũ, quæ
uerbum nouit ſcientia uiſionis. Veriſi-
mile eſt enim: non ſolam animam chri
ſti: ſed & aliorum beatorũ uidere in uer
bo ipſum poſſe creare aliqd, ꝙ non crea
bit etiam diſtincte. Et ita uidere aliquod
poſsibile in uerbo: & qua ratione unũ:
& aliud. & ita de omnibus Ergo ad uitã-
dam infinitatem, oportet alium termi-
num præfigere, quam includendo quæq;
actualia, & excludendo poſsibilia nun-
quã actu exiſtentia. ¶ Secunda opinio Secũda opinio
Henrici de Gandauo quodli. v. q. xiiij.

Hinric. Ganda. C ꝙ anima Chriſti in uerbo omnia poſſibilia uidere poſſit habitualiter: ſed non actualiter. Secundum probatur: quia uirtus finita ſi poſſet in infinita æquaretur infinitæ uirtuti: quæ non poteſt in plura, quàm in infinita. Præterea ubi pluralitas requirit maiorem perfectionem: ibi infinitas requirit infinitam: ſed diſtinctè cognoſcere duo perfectius eſt, quã cognoſcere unum & tria, quã duo. & ſic de alij: ergo diſtinctè cognoſcere infinita requirit perfectionem infinitã. Sed contra hanc opi. ſimili ratiõne, qua probatur pars iſta ſecunda: improbatur pars prima: q̃a ſi habitualiter cognoſcit infinita diſtinctè, ita ꝙ habitus ſit ratio intelligendi infinita obiecta diſtinctè, & ſub ſuis proprijs rationibus: ſequitur, ꝙ habitus ſit intenſiuè infinitus. cõſequens impoſſibile, & probatur conſequentia applicando rationem priorem.

Opi. 3. D ¶ Tertia opinio, ꝙ anima Chriſti uidet omnia, quæ uerbum uidet non ſolũ habitualiter, ſed etiam actualiter, & ita infinita. Et hoc duobus modis poteſt imaginari. Vnu modo, ꝙ fiat unica uiſiõe. Alio modo ꝙ multis, & proprijs uiſionibus, ad quas anima chriſti ſe habet paſſiuè tantum, recipiendo eas non tamẽ actiuè: ſed actiuè ſũt a uerbo. Probatur hæc opi. quilibet intellectus eſt receptiuus cuiuslibet uiſionis creatę diuiſim: ergo & omnium cõiunctim. Tenet conſequentia: quia cuicunq; põt quodlibet ineſſe: ſi ei duo poſſunt ſimul ineſſe, quia non opponuntur: infinita talia poſſunt ſimul ineſſe: q̃a nõ eſt maior rõ impoſſibilitatis reſpectu infinitorũ, quã reſpectu duorum: quia ubi non eſt oppoſitio: quodlibet poteſt cum quocũq; ineſſe: quia ſi duo poſſunt ineſſe: & tria poſſunt: ſi tria, & quatuor: & quartũ non plus opponitur, ſeu repugnat tribus quã tertium duobus: aut ſecundum primo: & ita in infinitum. Et eſt ſimile argumẽtum ei, quo pręcedenti diſtin. probatum eſt, ꝙ gratia poteſt augeri in infinitum. Item Augu. xv. de trini. cap. xvj. Non ſunt ibi uolubiles cogitationes: ergo q̃cunq; nouit habitualiter noſcit actualiter, & ſimul: alioquin anima chriſti haberet cogitationes uolubiles eorum, q̃ cognoſcit in uerbo. ¶ Sed contra iſtam opinionem tunc anima chriſti, quæ eſt finita: cognoſceret actu infinita, quod uidetur contra philoſophũ. ij. Metaph. Non contingit infinita pertranſire. ¶ Itẽ. Si uidet diſtinctis uiſionibus, oporteret ponere multitudinem uiſionum ſiue entium ſeparatorum actu infinitã: cuius non eſt capax ſubiectum finitum. Si unica uiſione diſtinctè repræſentante, illa erit infinita intenſiuè: ut ſupra argutũ eſt.

Opi. 4. Varronis. E ¶ Quarta opinio eſt Guilielmi Varronis: ꝙ anima Chriſti uidet omnia quæ uidet uerbum habitualiter: ſed non actualiter: non per habitum inhęrentẽ: ut ponit ſecunda opinio. Sed ſic, ꝙ per aliquem actum uidet uerbum. & per illũ actum ſunt omnia relucentia in uerbo ſibi præſentia actu primo: quia iſto actu poteſt uidere quodlibet relucentium. & per hoc omnia ſunt ſibi habitualiter nota: quia generaliter loquendo illud, dicitur habitualiter notũ reſpectu cuius habetur actus primus ſufficienter oſtendens ipſum obiectum. Nõ eſt ergo unus habitus in anima chriſti, q̃ unica ratione ſua oſtendit obiecta infinita: ut imaginatur ſecunda opi. Sed ille actus, quo uidet uerbũ primò eſt actus primus, quo ſibi relucet omnia, quę lucent in uerbo. Et hoc quia uerbum eſt ſibi manifeſtũ, ut ſpeculum uoluntarium repræſentans omnia. Exemplũ ſpeculi. Secundum membrum declaratur: quia experimur in nobis, ꝙ attẽtio circa plura obiecta eſt minus perfecta. Et ideo uidetur impoſſibile potentiam infinitam attentione perfecta uidere infinita obiecta ſimul. Similiter ſi actualiter uideret infinita: perfectio illius animæ in infinitum excederet perfectionẽ alterius animæ: quod uidetur inconueniens. Licet ergo uerbum, ut uoluntariè oſtendens omnia, ſit uoluntariè præſens illi animæ: non tamẽ anima illa poteſt omnia ſimul recipere: ſed quodlibet ſigillatim: & ita poteſt aliud uidere ad quodcunq; de numero infinitorum ſe conuertit. ¶ Et ſi obiicitur: ꝙ ita eſt de qualibet anima beata, ꝙ poteſt quodlibet uidere in uerbo non omnia ſimul.

Dicitur

Dicitur, ꝙ uerbum cuilibet alij beatorũ eſt ſpeculum repræſentãs determinata, ultra q̃ nõ põt ille ordinatè uelle uidere alia: ſed huic animæ eſt ſpeculũ repræſentans omnia: & ideo hæc anima põt ordinatè uelle uidere omnia, & quodcunq; infinitorum ad quę eſt in potentia propinqua, ad uidẽdũ, ſicut ſi eſſent ſibi præſentia per propriũ habitũ: uel per aliquẽ actũ primũ cognitionis, qui ſecundũ prædicta poſſet dici habitus. Et huic opinioni magis cõſentit Sco. licet nõ penitus a tertia recedat, quã reputat probabilẽ: & rationes contra eam inductas ſoluit. ¶ Sed contra illam opinionẽ arguitur, & modũ ponendi. Impoſſibile eſt animã Chriſti uno actu nunc aliqua uidere: nũc alia ad quæ ſe conuertit: ergo. Añs probatur: quia actus diſtinguitur per obiecta: & mutato obiecto mutatur & actus. Impoſſibile eſt. n. mutato uiſibili manere uiſionem: ſed per cõuerſionẽ nunc ad hoc, nunc ad aliud mutatur uiſibile in ratione obiecti: ergo & actus uidendi. Hic reſpondet Sco. in. j. di. j. q. ii. Omnis actus habet obiectũ primum, a quo eſſentialiter depẽdet: & habet obiectũ ſecundariũ, a quo eſſentialiter non dependet; ſed tendit in illud uirtute primi obiecti: ſic idem eſt actus uiſionis diuinę eſſentiæ, & aliarum rerũ in eſſentia: ſed eſſentia eſt primum obiectũ: res uiſæ ſunt ſecũdarium obiectũ: licet ergo nõ poteſt manere idem actus, niſi habeat habitudinem ad obiectum primum: poteſt tamen manere idem ſine habitudine ad ſecundum obiectum: quia ab eo nõ dependet: igitur non poſſet manere uiſio eadem, niſi eſſet eiuſdẽ eſſentiæ: poſſet tamen manere eadem abſq; hoc, ꝙ eſſet rerum uiſarum in ea.

F ¶ Contra impoſſibile eſt tranſire de cõtradictorio in cõtradictoriũ ſine mutatione acquiſitiua, uel dep̃ditiua alicuius de nouo; dũ mutatio temporis uerè, uel imaginariè non eſt in cauſa. ut ſupra diſt. xvii. primi patuit: aut motus localis. Sed intellectus uidens primò aliquam creaturam in uerbo poſtea nõ uidens: uel econuerſo: tranſit de contradictorio ad contradictorium: quia de uiſione creaturæ in nõ uiſionẽ eius: uel econuerſo: ergo aliquid acquiritur de nouo, uel deperditur: nec motus localis habet locum hic: nec ſola tranſitio temporis: aut ergo abſolutum: & illud non erit niſi nouus actus uidendi: patet diſcurrẽdo per ſingula, aut corruptio actus prioris, ſi proceditur de uiſione creaturę ad non uiſionem eius aut reſpectus. Sed ille non ponitur diſtinctus ab abſolutis: ut alias probatum eſt. Et ſi ponitur nõ poteſt reſpectu nouus intrinſecus aduenire: nec qui fuit deſtrui: niſi aliquid abſolutum de nouo fiat, uel intereat. Reſpectus autem uiſionis ad obiectum uiſibile eſt reſpectus intrinſecus. ¶ Et ſi di. ꝙ reſpectus uiſionis, & cuiuslibet actus, intellectus ad obiectum primariũ eſt intrinſecus. Cõtra omnis actus cognitiuus in intellectu naturaliter tendit in obiectũ: & naturaliter propriè repræſentat ſuũ obiectũ: ergo ipſo poſito, & obiecto non põt repræſentare: quia intellectus in ſuis operibus non eſt potentia libera, ſed naturalis: & per conſequens reſpectus ſi ponit̃ eſt intrinſecus: quia neceſſariò ponit̃, poſitis, extremis. ¶ Præterea: cõtra hoc, ꝙ uoluntas ſe cõuertit nũc ad unã creaturã, nunc ad aliã: nã uolũtas non poteſt ſe cõuertere de nouo ad aliquam creaturã: niſi p̱ nouũ actũ uolũtatis: ſed actus uolũtatis tẽdẽs in obiectũ, p̃ſupponit cognitionẽ obiecti: q̃ro tũc a quo cauſat̃ illa cognitio. Item ſic cognita ẽ creatura, antequam uoluntas ſe ad eã conuertit. ¶ Prętérea: exemplum de ſpeculo eſt de oppoſitũ: quia ad hoc, ꝙ aliquis de nouo aliquid uideat ĩ ſpeculo, requiritur mutatio aliqua: uel localis ſpeculi: aut uidentis: aut rei cuius imago apparet in ſpeculo: uel noua productio alicuius relucentis in ſpeculo: & præter hoc ſemper eſt noua uiſio: ſi aliquid prius non uiſum de nouo uidetur. ¶ Et ſi dicis. Eſſentia diuina eſt ſpeculum uoluntarium in illo, relucẽt, quæ uult oſtẽdere. Cõtra: hoc eſt cõtra opin. ſuã. n. nõ omnis creatura uiſibilis in uerbo eſſet ſemper præſens, & relucens in eſſentia per actum primum uiſionis eſſe

Contra exẽplũ ſpeculi.

tiæ:&ita non per ſolam conuerſionem
uoluntatis ad hoc, uel illud relucens de
nouo uideret:ſed requireret noua oſtē
ſio creaturæ,& ita noua relucentia. Itē
creaturæ naturaliter relucēt in diuina
eſſentia. Probatur: quia eſſentia diuina
eſt naturalis cognitio omniū creabiliū:
non autē eſt cognitio alicuius nō relu-
centis in ea. Itē:illa relucentia creatu-
ræ in deo dicit aliquod intrinſecū ſiue
in ipſa diuina eſſentia:aut aliquid extrin
ſecū. Si primū:tūc eſt ipſamet diuina eſ-
ſentia cognoſcens:nō pōt autē deus nō
cognoſcere creaturā & quodcunq; co-
gnoſcibile,& per cōſequens nō pōt crea
tura nō relucere in diuina eſſentia. Secū
dū dici non pōt:quia nihil extrinſecum
eſt in deo niſi tanquam in cauſa aut in
cognoſcēte:hoc eſt uirtualiter,uel ob-
iectiuè ita autē omnia neceſſariò ſunt
in deo & ita non eſt eſſentia diuina ſpe
culum uoluntariū:ſed neceſſariū. Item
multa relucent in eſſentia,quæ non ha-
bēt aliquod eſſe extra deum: ut poſsibi
lia non exiſtentia: ergo illa relucentia,
uel nihil dicit uel ipſam diuinam eſſen
Opinio tiā. ¶ Ideo eſt quinta opinio Ockā quā
Ockā. ponit.q.xij.quarti.ſecundū quā reſpon
debitur ad hunc articulum quæſtionis.
Not. 1. ¶ Notādū igitur: ꝙ licet euidenter pro
G bari nō pōt:eſt tamē ualde probabile:ꝙ
actus beatificus,tā uiſio,quā fruitio to-
taliter cauſatur a deo in beatis:ita ꝙ re
ſpectu eorū intellectus, & uoluntas bea
ti habent ſe purè paſsiuè:eos.ſ.recipien
do,non eliciendo:ut ſup.di.j.primi.q.ij.
breuiter patuit. Siquidē:ut uidetur:pro
babilius ē illud,quā eius oppoſitū; quia
uterq; actus eſt pmiū eſſentiale pro acti
bus meritorijs noſtris præcedētibus. Ma
gis autē rōnabile eſt,ꝙ præmiū cōferat
a deo immediatè, & totaliter:quam ꝙ
creatura,quæ meruit præmiū ſuū produ
cat. Tū qa actus illi ſunt excellētiſsimæ
pfectiones,quas creatura recipe pōt. Cū
aūt reſpectu quarūdā pfectionum ſua-
rū,nō habet aliquā actiuitatem propter
earū excellentiā:ut reſpectu gratiæ,uir
tutū,& donorū infuſorū:quæ tñ ſunt in
feriores actu beatifico:rationabile uide
tur,ꝙ nec habeat actiuitatē reſpectu ex
cellentiſsimorū actuū:quia quod nō pōt
in minus:non pōt actiuè in maius. Huic
alludit illud pſal. Gratiā,& gloriā dabit
dominus.ubi gratiæ copulat gloriā: ſi-
cut ergo ſolus dat gratiā:ſolus etiā dat
gloriam. Conſequenter ſicut uiſio uer-
bi beatifica eſt a ſolo deo: ita etiā uiſio
creaturæ in uerbo eſt a ſolo deo. ¶ Co- Cor. 1.
rollariū. ſequitur,ꝙ intellectus creatus
uidens eſſentiam diuinā, pōt nō uidere
creaturā aliquā. Probatur:quia quantū
cūq; obiecta aliqua ſunt realiter,& eſſē
tialiter diſtincta: quodlibet eorū poteſt
uideri ſine alio:& quæcūq; duo ſine ter
tio:& tria ſine quarto. & ecōuerſo. Pro
batur:quia nō magis repugnat aliqua ſe
paratim intelligi intuitiuè,quā abſtra-
ctiuè. Sed quæcunq; diſtincta ſunt:poſ-
ſunt ſeparatim cognoſci abſtractiuè: er
go & intuitiuè. Minor patet: quia alio
quin non poſſet earū diſtinctio cogno-
ſci: nec diſtinctè de eis doctrina tradi.
Maior patet:quia abſtractiua præſuppo
nit intuitiuā. Si ergo creatura pōt elice
re cognitiones diſtinctas rerū diſtincta
rū:multò magis deus pōt illas produce
re,& intellectui beati infundere. Mani-
feſtū eſt aūt,ꝙ eſſentia diuina eſſentiali
ter diſtinguitur a qualibet creatura. ¶ Se 2
cūdò ſequitur,ꝙ eadē ratione pōt intel
lectus bti uidere uerbū, & creaturā ali
quā in uerbo,& aliā non uidere: & hoc
una uel diuerſis uiſionibus. Probatur:
quia deus cauſando uiſionē ſuæ eſſen-
tiæ pōt ſimul creare actum uidēdi crea-
turā unam,uel plures ſicut placet:poteſt
etiam creare unum actum, quo uidetur
uerbū & aliqua creatura,uel plures crea
turæ. Nam ſenſus una uiſione poteſt ui
dere plura realiter diſtincta: puta mōtē
aliquē,& arbores:& quicquid eſt in pro
ſpectu uidentis: ergo & intellectus una
uiſione in eo creata pōt uidere intuiti-
uè uerbum, & creaturam,uel creaturas.
Et ſicut in uiſione corporali totū,quod
uidetur uno actu eſt tāquā unū obiectū ui
ſum:licet in ſe ſit aggregatum ex multis
loco,& ſubiecto diſtinctis. Et quoties ali
quid uariatur in toto,uel in parte,quod
oculis ſubiectū eſt toties cauſatur noua
uiſio. Neq; una uiſiōe manēte cōtingit

aliqđ primò uidere, quã poſtea. Ita pôt creare uerbũ uiſionem in beato, qua uidet uerbũ:& a,& b,creaturas: & illa manente ſemper uidet uerbũ a, & b:& tũc uerbum a,& b,habent ſe ut unum obiectũ talis uiſionis: etſi beatus poſt uidet deũ ſine creatura: aut deum, & alias creaturas: puta c,d. quoties uariatur uiſibile, toties actus uidendi: unde manente eodem actu uidẽdi, in intellectu ſemper idem uidetur. Cuius ratio eſt: q̃a actus uidẽdi intellectui naturaliter repræſentat:& ſignificat quicquid per eam uidetur:& eſt eius naturalis ſimilitudo repræſentatiua: & ideo non pôt in hac ſignificatione mutari: immo illi actus ſic uidendi diuerſa ſpecie diſtinguuntur: ſi.n. eſſent eiuſdem rationis: quicquid cõueniret uni: ſimile cõuenit, aut conuenire poteſt alteri: maximè in his, quæ naturaliter conueniunt. Cũ ergo ſignificare obiectum tale conuenit naturaliter actui intellectus: hoc ipſum cõuenit cui
3 libet actui eiuſdem ſpeciei. ¶ Tertiò ſequitur, q̃ aliquis actus uidendi creaturam in uerbo eſt beatificus: aliquis uero non. Primum patet; quando eodem actu uidetur uerbum, & creatura: ille eſt beatificus, quia eſt notitia intuitiua dei. Secundum patet: quia ſi cum uiſione uerbi producatur actus uidendi aliquam creaturam nõ eſt beatificus: quia non eſt dei tanquã obiecti: immo pôt
4 ſeparari ab actu uidendi uerbũ. ¶ Quartò ſequitur, q̃ ſi primò uideatur uerbũ, & nõ creatura in uerbo: ſecũdò uerbũ, & creatura in uerbo: aut beatificus actus interrũpitur: aut plures actus ſunt ſimul in intellectu. Patet: quia uariato obiecto ſiue totali, ſiue partiali, ſiue primario, ſiue ſecundario, mutatur actus tendens in illud: ideo in caſu aut primus actus ad ſolam eſſentiam diuinam terminatus deſtruitur: & ſuccedit alius actus beatificus ſimul ad eſſentiam diuinam, & creaturam terminatus; aut priore actu manente producitur alius uiſio tantum ad creaturam terminatus. Alius modus non eſt imaginabilis: & uterq; eſt poſsibilis: neuter enim inclu
H dit aliquam repugnantiam. ¶ Nec primò obuiat illud Aug. allegatum fortaſſis non erunt ibi uolubiles cogitationes noſtræ: non enim hoc aſſerit: ſed dubitatiuè profert uolens oſtendere, q̃ etſi uolubiles non eſſent, ut de una tranſiretur ad aliã: adhuc non æquarentur uerbo dei: quod eſt forma non formabilis.i. mutabilis: noſtræ uero etſi ultra nõ mutarentur: tamen fuerunt formabiles; ut ibi loquitur: poſſunt ergo in rerũ cognitione in uerbo actus actui ſuccedere tam beatifici, quã non beatifici. ¶ Nec ſecundò obuiat illud, qui non unum intelligit: nihil intelligit: qđ quidã excluſiuè intelligere uolunt: ut nõ niſi unũ intelligi poſsit ſimul, qđ falſum eſt. Tũ quia ſimul habetur in intellectu notitia intuitiua, & abſtractiua eiuſdẽ obiecti: ut probatũ eſt ſup. q. ij. diſt. ij. lib. ij. Tũ quia quis pôt ſcire ſe beatum, reflectendo ſe ſuper actũ propriũ beatificũ: & ita habebit duos actus, rectum &
reflexũ. ¶ Secundò notandũ, q̃ ut dictũ Not. 2.
eſt in primo diſt xxvj. aliquid dicitur eſ I
ſe in deo propriè: quod eſt realiter, & eſſentialiter in deo. Et ſic in aliquo continetur, quod actualiter & ſecundũ propriã eſſentiam eſt in alio: ut materia, & forma in cõpoſito: ſic nihil eſt in deo niſi eſſentia, relatio, & conſtitutũ ex his: & hoc modo loquuntur ſancti cum dicũt: quicquid eſt in deo: eſt deus. Alio modo aliqua dicuntur eſſe in deo impropriè, & metaphoricè: puta obiectiuè, uirtualiter, aut eminenter. Obiectiuè eſſe in deo eſt cognoſci a deo, ſiue eſſe obiectum diuinæ cognitionis. Eſſe in deo uirtualiter, eſt poſſe cauſari a deo. Eſſe in deo eminenter eſt diuinã perfectionem eſſe excellentiorem ea: ſic creaturam relucere in deo non eſt creaturã aut ſpeciẽ eius eſſe formaliter, aut ſubiectiuè ſeu realiter in deo: quia deus eſt actus ſimplicisſimus, in quo nihil eſt niſi deus. Neq; deus repræſentat creaturam: ſicut quædam ſimilitudo uel ſpecies creaturæ, aut ſpeculum: in quo quaſi uideatur imago creaturæ. Nam nihil poſsibile, aut contingens eſt in deo. Quicquid eſt in deo, eſt naturaliter, & neceſſario in deo: nec aliquo

modo mutabile: immo uerius eſt neceſſario deus: & ita ſi ſecundum hanc imaginationem deus eſſet ſpeculū repręſentans creaturā, in quo creatura reluceret neceſſario repręſentaret omnē creaturam: nec una reluceret plus, nec uideretur in eo, quàm alia. Sed creatura relucet in deo, tanquam in cauſa eius cognitionis productiua. Vnde nihil aliud eſt creaturā relucere in deo, aut deū repſentare creaturā: niſi deū cā re cognitionē eius in aliquo intellectu ipſum uidente. Et ſi bene intelligitur, ꝙ deus eſt ſpeculum uoluntariū, oſtendēs in ſe quæ uult: cętera occultans: nec in eo relucent, niſi quæ uult, a uidente ſe cognoſci: quia deus in intellectu ſe uidentis cauſat cognitionem uoluntarie & contingenter illarū creaturarū, quas uult cognoſci: & quarum cognitionem non cauſat, occultare dicitur. Sibi ipſi autē omnia relucēt neceſſario: quia ipſe eſt neceſſaria, & formalis cognitio omnium, cui nihil occultari poteſt. Et quia de cōmuni lege. Deus non creat uiſiones creaturarū in intellectu angeli, uel animæ: niſi uideatur ipſa diuina eſſentia ſiue uerbū: ideo talia dicūtur uideri in uerbo, ſiue in diuina eſſentia: qa intellectus creatus recipit huiuſmodi uiſionē a uerbo, & diuina eſſentia, ſicut a cauſa efficiente: non aūt uidet res ſicut in libro, uel ſicut in ſpeculo ſecundū falſam quorundā imaginationē. ¶ Iſtis pręmiſsis eſt concluſio prima ad iſtum articulū. Anima chriſti in uerbo poteſt cognoſcere omnia nedū pſentia, præterita, & futura: ſed etiam poſsibilia. Probatur Ioan. j. Plenum gratia, & ueritate. Veritas refertur ad ſapientiā, ſecundū Aug. xiij de trin. nō autē eſſet plenus, ſi aliqd foret poſsibile, qđ nō poſſet cognoſcere. Itē Apoc. v. Dignus ē agnus, qui occiſus eſt, accipere uirtutem, & diuinitatē, & ſcientiā. gloſ. i. omnē cognitionē. Et poteſt pſuaderi: nam ipſe eſt a deo cōſtitutus omniū iudex: quia filius hois eſt. Io. v. ergo cognoſcet oia etiam occultiſsima, cogitatur .ſ. & intētiones hominū. Tenet cōſequentia per illud. j. Ethic. Vnūquodq; bene iudicat, in uno

Cōcl. 1.

K

quoq; eruditus. Quód etiā omnia poſſibilia cognoſcere poſsit: patet: qa pōt cognoſcere in uerbo, ꝙ aliquid eſt poſſibile, quod nunquā producetur: & qua ratione unum: eadē ratione quodlibet. ¶ Corollariū. Anima chriſti infinita pōt cognoſcere in uerbo ſyncathegorematice, non cathegorimaticè. ¶ Secunda concluſio. Anima chriſti non cognoſcit actualiter omnia in uerbo diſtinctè, & ſingulariter. Probatur: quia infinita ſunt cognoſcibilia in uerbo: ſed infinita non ſunt cognoſcibilia ſimul & actualiter, ſingulariter, & diſtinctè ab intellectu creato: ergo. Minor probatur: quia non una cognitione: illa enim eſſet infinita, nec pluribus: quia illæ eſſent infinitę ſecundum numerum actu: ſed neutra infinitas eſſe poteſt in intellectu creato: ut argutum eſt contra tertiā opinionem. Item impoſsibile eſt potentiam finitam attentione perfecta uidere infinita obiecta ſimul: ſed intellectus animæ chriſti eſt potentia finita: ergo. Conſequentia nota cum minore. Maior probatur: quia ut ſup. argutum eſt: experimur, ꝙ attentio circa plura eſt minus pfecta, quā circa pauca: ergo attentio circa infinita erit infinitè imperfecta: quæ eſt nulla. Similiter tunc anima chriſti cognoſcēdo actualiter, & diſtinctè infinita: infinitè excederet pfectionē alterius animæ. conſequens falſum: quia ſic eſſet infinitę pfecta: qđ nō conuenit creaturę. Cōſequētia pbatur: qa uidere diſtinctè duo, eſt maioris perfectionis, ꝙ unum: & tria quàm duo: ergo &c. ergo uidere diſtinctè infinita eſt infinitę perfectionis. ¶ Tertia cōcluſio. Omnia, quæ uerbum nouit naturaliter ab ęterno: intellectus animę chriſti aptitudinaliter cognoſcit diſtinctè in uerbo. Probatur: quia anima chriſti omnia ſcit, quæ deus ſcit: & nō actualiter: ergo aptitudinaliter. Conſequentia nota ex ſufficienti diuiſione. Minor eſt concluſio ſecunda. Maior eſt magiſtri in textu, & Fulgentij dicentis. Anima chriſti per ſapientiam gratis datam in uerbo dei, cui eſt unita: ꝙ etiam perfectè intelligit omnia: ſcit. Item ad Col. ij.

Coroll.

Cōcl. 2.

Cōcl. 3.

In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię abſconditi. Patet etiam ex probatione primæ concluſionis: quia quicquid poteſt cognoſcere, cognoſcit aptitudinaliter: ſed omnia quę uerbum nouit, poteſt cognoſcere ex concluſione prima: ergo. Illa opinio quoad primã cõcluſionem concordat cum ſecunda: quãtum ad hoc, ꝙ cõcedit, ꝙ omnia cognoſcit aptitudinaliter: ſed aliũ modum ponit de habitu improbatum. Concordat etiam quoad ſecundam cõcluſionem cũ quarta: concordat cũ tertia, in eo ꝙ dicit cognitiones rerũ in uerbo recipi ab intellectu creato: ſed ꝑduci a uerbo. ¶ Si dicis, illæ concluſiones ita uerę ſunt de anima cuiuslibet beati: ideo nõ plus de anima Chriſti dici põt, ꝙ cognoſcit omnia, quã de anima alterius beati. Reſpondetur aliquo modo ſicut ſupra in quarta opinione, ꝙ licet quælibet anima beati poſſet cognoſcere omnia in uerbo ſecũdũ dei abſolutã potẽtiam: quia quicquid deus põt producere in uno intellectu creato, põt & producere in alio: quia ſunt eiuſdem capacitatis: & æqualiter in potentia obedientiali reſpectu dei: tamen multò plura cognoſcit intellectus animæ Chriſti in uerbo, ſecundum ordinatam dei potentiam: & omnia quęcunq; uolet cognoſcere: poteſt quoq; ordinatè uelle cognoſcere: quodcunq; cognoſcibile: & forte, ꝙ actu cognoſcit in uerbo omnia præſentia, pręterita, & futura: qa illa omnia ſunt finita, & multa poſsibilia. Et quodcunq; poſsibilium cognoſcere uoluerit diſtinctè: licet non omnia ſaltem collectiuè: quia nulla ſunt collectiuè omnia: hoc autem nulli alij creato intellectui cõuenit: nec humano, nec angelico. ¶ Quãtũ ad ſecũdũ articu-

Arti. 2. lũ, ſupponẽdũ ex dictis diſ. iij. q. ij. lib. ij.

L de cognitione angelorũ: ꝙ duplex ẽ cognitio rerũ in genere proprio. ſ. infuſa & acquiſita: & utraq; duplex: habitualis & actualis. Notitia acquiſita eſt, quã eli-

Notitia citpotentia cognitiua cũ obiecto ſecũdũ ordinem naturæ inſtitutę nõ cõcurrente ſpeciali concurſu dei. Quis aũt ſit ille modus, & ordo ꝓcedendi tã in cognitionibus ſimplicibus, quã complexis: tam appræhenſiuis, quã adheſiuis: require loco ſtatim allegato. Infuſa eſt, quã deus immediatè cauſat in intellectu alicuius non concurrente obiecto, & potentia intellectiua iſtius, in quo producitur effectiuè. Vnde omnem notitiam tã actualem, quãm habitualem: quam producere poteſt potentia intellectiua pręſente obiecto: aut mediante habitu repręſentante obiectum in eius reali abſentia quoad appræhenſiuam: aut mediante notitia intuitiua extremorũ: uel mediante habitu ex prioribus aſſenſibus genito ad ſimiles inclinante quoad notitiam inhæſiuam: ſimiliter & ipſos habitus tam appręhenſiuos: quãm adhæſiuos: poteſt deus immediatè cauſare in potentia intellectiua obiectis non præſentibus: & ita faciẽdo reuelat quãdoq; præterita: qñq; futura: quandoq; præſentia occulta: ſic Moyſi reuelauit notitiam creationis mundi longè pręteritã: ſic prophetis myſterium incarnationis & multa alia longè, uel prope futura: multa deniq; pręſentia occulta, ut patet per decurſum ſcripturarũ utriuſq; teſtamenti. Infundit quãdoq; habitus, quibus poſtea intellectus, negotiãdo acquirere põt multas notitias etiã certas, & euidentes de rebus intuitiuè non cognitis: quæ cognitiones ſunt partim ſupernaturales, partim naturales. Et breuiter oẽm cognitionẽ quã, potẽtia intellectiua acqrere poteſt cũ labore: & ſucceſſiuè obiectorum per pręſentiam, & negotiationem intellectus, poteſt immediatè & multo pfectius cauſare deus in potẽtia intellectiua. Sic inſtantaneè, ſubitò infudit apoſtolis notitiam linguarum omnium: & notitiam omnium ueritatum ad ſalutem ſibi, & eccleſię neceſſariarum: ſic Paulum docuit euangelium, quod nõ ab homine accepit, neq; didicit: ſed per reuelationem dñi noſtri Ieſu Chriſti: ut teſtatur ad Gal. j. Nihil autem perfectionis intellectui creato poſsibile negatum eſt intellectui Chriſti uerbo uniti: unde credendum, ꝙ nihil, quod angelis, & prophetis, & ſanctis reuelatum eſt: negatum intellectui animæ Chriſti: ſed longè plura, & per-

fectiora: quibus breuiter ſuppoſitis eſt prima concluſio. ¶ Anima chriſti non cognouit actualiter ſub proprijs nominibus omnia cognitione intuitiua, & pfecta, infuſa, uel acquiſita. Probatur: quia ſic non cognouit omnia talia cognitione in uerbo: ergo nec in genere proprio. Tenet conſequentia: quia non cognouit plura uel alia in genere pprio quã cognouerit in uerbo. Antecedens patet ex articulo primo. ¶ Præterea infinita ſunt ſic cognoſcibilia: illa autem non niſi cognitione infinita ſic cognoſcuntur: ſed anima chriſti nõ eſt capax cognitionis infinitæ: ergo. Conſequentia nota: & antecedens p omnibus partibus patet ex ſupra dictis. Sola.n. eſſentia diuina, quæ eſt ſimpliciter, & intenſiuè infinita eſt, ſufficiens ratio diſtinctè, & intuitiuè cognoſcendi infinita, qualia ſunt omnia cognoſcibilia. Potuit tamen habere cognitiones diſtinctas infuſas multorum ſingularium: & eorũ, quę nõ fuerũt præſentia: nõ tñ omnium, propter eorũ infinitatẽ. ¶ Secunda concluſio. Anima chriſti nouit oĩa in proprio genere cognitione infuſa habitualiter in uniuerſali, non autẽ habitualiter ſingula in particulari. Prima pars probatur. Anima chriſti receptiua fuit habituũ notitiarũ abſtractiuarũ in uniuerſali oĩa repręſentatiuũ: ſimiliter, & principiorũ, ac ueritatũ, ex qbus poterat procedere ad cognoſcẽdas particulares res ac ueritates: ergo illos recepit. Tenet cõſequẽtia: quia nulla pfectio poſsibilis aię chriſti nõ repugnãs maiori eſt ab ea remouẽda. Habitus aũt illi ſunt pfectio aię: & nõ repugnat maiori pfectioni .ſ. cognitioni rei in uerbo: ut ſupra habitũ eſt. Habẽs aũt illos habitus habitualiter cognoſcit omnia in uniuerſali: ergo illa pars cõcluſionis uera. Secũda pars probat: quia ſicut cognoſcere in particulari actualiter omnia, arguit infinitatẽ. Ita & cognoſcere in particulari habitualiter includit infinitatẽ. Infinitas autem repugnat animæ chriſti: ergo. Conſequentia nota cum minore. Maior probatur: quia cuiuslibet particularis cognitionis actualis poteſt eſſe habitus particulariter ad eam inclinans: ergo tot erunt habitus particulares, quot cognitiones actuales: ſed poſſunt eſſe infinitę actuales: ergo & infinitę habituales. Maior declarata eſt in .ij. diſtinct. iij. q. ij. & minor eſt manifeſta. ¶ Tertia concluſio. Cognitione intuitiua rerũ in proprio genere acquiſita: anima chriſti nouit tantum actualiter præſentia. Probatur: quia cognitio intuitiua naturaliter acquiſita requirit actualem præſentiam obiecti: ut patuit in prologo primi q. j. & loco allegato diſt. iij. ſecundi. ergo acquiri non poteſt niſi obiecto præſente in ſe. uel ut quidã dicunt in aliquo, in quo habet eſſe perfectius, quã nõ in ſeipſo; utputa in eſſentia diuina ſeu in uerbo: ſed quòd ſic cognoſcitur ſecundum illud eſſe, non cognoſcitur in proprio genere. non ergo in proprio genere poteſt cognoſci ſeſſio Petri, niſi ipſo præſente. Et ita cum multa obiecta non fuerunt: nec eſſe potuerunt præſentia illi intellectui .i. aiæ chriſti ſecundum eorum exiſtentiam actualem, non poterat habere notitiam intuitiuam iſtorum. ¶ Sed dices. Potuit habere cognitionem omnium exiſtentium pro quacunq; differentia temporis per ſpecies infuſas. Reſpondetur negando, quia ſpecies infuſæ, ſeu habitus (quod pro eodem accipio: non .n. pono ſpecies intellectuales præter habitus) illæ ergo ſpecies, uel habitus repræſentant obiecta non ſub ratione exiſtentiæ: ſed repræſentant obiecta: ſiue ſint ſiue non ſint actualiter. Notitia enim intuitiua non relinquit poſt ſe habitum, uel ſpeciem: ſed tantum abſtractiua: & ideo ſpecies uel habitus infuſa, uel infuſus non mouet ad cognitionem intuitiuam: ſed tantum abſtractiuam: ut patuit diſt. iij. lib. ij. Nunquam ergo ſciri poteſt ueritas cõtingẽs notitia acquiſita, niſi obiecta ſint in ſe præſentia. Deus autem illam creare poſſet in intellectu: ſed ſic non eſt acquiſita. Et licet deus infundat habitum ſupernaturaliter: tamen per illum habitum non poteſt exire intellectus in notitiam actualem niſi operatione actuali, Sic

Cõcl. 1. M Anima chriſti non cognouit actualiter.

Cõcl. 2. Anima chrĩ cognouit omnia habitualiter.

Cõcl. 3.

licet cæcus ſupernaturaliter acciperet oculos: non tamen per illos uideret niſi naturaliter: nec aliter, quàm ſi eoſdẽ oculos habuiſſet a natura. Hæc eſt intẽtio etiam Scoti.

Cõcl.4.

Quarta cõcluſio. Quãtum ad euidentem contingentium notitiam, anima Chriſti potuit proficere, & nouas quotidie rerum notitias acquirere.

N Aĩa chriſti potuit proficere quãtum ad cognitionem experimẽtalem.

Probatur: quia ad nouam præſentiã alicuius obiecti actualem potuit acquirere eius notitiã intuitiuã, quã ipſo non præſente non habuit: ergo. Ex iſtis quoq; nouis cognitionibus intuitiuis formantur notitiæ abſtractiuę eorundem obiectorum abſtractiuę, a quibus in memoria derelictus fuit habitus, per quem potuit formare notitiam abſtractiuam obiecti prius intuitiuè cogniti, & abſtractiuè, atq; ex pluribus talibus abſtrahere notitias uniuerſales: & cõſequenter procedere ſicut eſt proceſſus in nobis: licet propter intellectus altitudinem ex paucis potuit cognoſcere multa. Sic ergo proceſſu tẽporis multa noſcere poterat experimento in proprio genere, quæ prius non nouerat in tali genere: licet clariſsimè illa nouerat in uerbo, propter quod nihil ignorare, uel neſcire dicitur. Licet non ſingula omnibus modis, quibus erant noſcibilia nouit, ſemper: nam quiſquis rem aliquam certo modo nouit, eã ignorare non dicitur: ut uult Alex. par. iij q. xiij. membro ij. Et ita uerum eſt, ꝙ ignorantiam non aſſumpſit: ut dicetur diſt. xv. & ſecundum hoc patet ueritas textus euangelij Luc. ij. Ieſus proficiebat ætate, & ſapientia, & gratia apud deum, & homines: non ſolum ſecundum apparentiam: ſed etiam ſecundum ueritatem.

Quomodo ꝓfecit gratia, & ſapientia.

Nam ex hoc arguit Amb. lib. de ſpiritu ſancto in Chriſto eſſe alium ſenſum, quã diuinũ: quia ſecundum aliquẽ ſenſum profecit, & non ſecundũ diuinũ: quę probatio nihil ualet: ſi tantũ intelligitur de profectu ſecundum apparentiam: quia ſic ẽt ſecundum ſenſum diuinum profecit plura mirabilia diuinitatis opera ſucceſſu temporis oſtendendo: ſic etiã planè intelligitur uerbũ apoſtoli ad Heb. v. Didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam. Didicit enim per experiẽtiam: quod prius nouerat per habitum. Ad hoc eſt illud beati Augu. lxxxiij. q. q. ix. contra Appollinariſtas. Euangelicę narrant hiſtoriæ, quod factum eſt: & uerum eſt: ideo uerba euangeliſtę uera ſunt, ut exprimuntur: non ſic de alijs ſermonibus tropicis ſcripturæ. Et non uidetur, ꝙ exponendum ſit ſecundum apparientiam tantum. Sed di. ibi dicitur etiam, ꝙ profecit gratia. ſed ex præcedẽti diſt. xiij. patet, ꝙ gratia in eo fuit augmentatata. Reſpondetur, ꝙ licet gratia non fuit in ſe augmentata: tamen uerè profecit gratia: per gratiam continuè operãdo meritoriè: per quod profecit: non quantum ad gratiæ augmentum: ſed per gratiam quantum ad meritum ſibi uel alijs qui ſunt effectus gratię: ſic & profecit quantum ad profectum ſapientię, qui eſt cognitio. Nam profecit quantum ad cognitionẽ experimentalem: etſi non quantum ad cognitionem habitualem uerè ſcientificam.

Arti. 3. Dub. 1.

¶ Quantum ad articulum tertium, eſt dubium primum, utrum in anima Chriſti ſimul fuerunt plures notitiæ eiuſdem obiecti: puta una in uerbo: alia infuſa: alia acquiſita.

O An in aĩa chriſti fuerũt plures notitiæ.

Et uidetur ꝙ ſic: quia potentiæ in quocũq; ſunt perfectè poſſunt in actus ſuos: in anima Chriſti fuerunt intellectus agens, & intellectus poſsibilis perfecti: ergo poterant in operationes ſuas ſcilicet producere notitias, & recipere. Ad illud dubium reſpondetur conformiter ad prædicta in principio huius quæſtionis per duas propoſitiones. ¶ Prima. Cum actuali cognitione rerum in uerbo poterant ſimul eſſe in anima chriſti habitus eorundem obiectorum infuſi, uel acquiſiti in genere proprio. Probatur: quia habitus ſimul ſtat cum actu eiuſdem obiecti, cuius eſt habitus: & ideo nullus actus repugnat habitui reſpectu eiuſdem obiecti. Antecedens eſt manifeſtum: quia habitus per actum ſuum augetur: & ita non corrumpitur. Si dicitur fruſtra ponitur habitus, qui nõ procedit in actum: ſed ubi actus eſt ſtans ſicut cognitio rerũ in uerbo, q̃ nunquã corrũpit: qa

beatifica: ideo habitus reſpectu eiuſdem
obiecti nunquã habebit actũ per eũ ge-
neratum. Reſpondetur, ꝙ quia habitus
ſecundum ſe eſt perfectio intellectus, ſi-
cut & oĩs uirtus: etiã ſi nunquã exiret
in actum: & ꝑ hoc nõ eſt iſta pfectio ab
anima chr̃i remouenda: ut dictũ eſt. Et
licet ꝑ habitũ huiuſmodi nõ poſſet exi
re in actũ ſtãte cognitione obiecti ſui
in uerbo: nõ tñ ideo eſſet fruſtra: quia
poſſet ceſſare cognitionibus obiecti in
uerbo: quia nõ omnis cognitio obiecti
in uerbo eſt beatifica: & tũc habitus exi
re poſſet in actũ ſuum. ¶ Secunda ꝓpo-
ſitio. Cognitione actuali alicuius obie
cti in uerbo in intellectu exiſtẽte, nõ eſt
alia cognitio eiuſdem obiecti ſub eadẽ
ratione repræſentatiua in eodem intel
lectu, infuſa aut acquiſita in proprio ge
nere. Probatio: quia duæ cognitiones
eiuſdem obiecti pfectæ, & ſecũdũ eandẽ
rationem actuales, nõ poſſunt ſimul eſſe
in eodem: ergo propoſitio uera. Cõſe-
quentia nota. Antecedens manifeſtũ:
quia aut utraq; illarũ ęquẽ pfectẽ cogno-
ſcit obiectũ: & tũc una ſuperflueret: aut
nõ: & tũc nõ eſſent repræſentatiuę obie
cti ſub eadem rõne. Et ſi dicis: cognitio
proprio genere eſt æquẽ pfecta cũ co-
gnitione in uerbo. Reſpõdetur: hoc nõ
ſoluit: quia etſi eſt minus pfecta: ergo ma
gis ſuperflua, ſi nõ ſub alia rõne obiectum
repſentat, quã cognitio eius pfectior in
P uerbo. ¶ Ad rationem dubij dicitur, ꝙ
hæc ꝓpoſitio falſa eſt. Potentiæ in quo
cunq; ſunt perfectę &c. ut dicit Scot.
uniuerſaliter: ſed ſolum uera eſt de po-
tentia imperfecta ad terminos ſuarum
actionum. Si autem ab aliquo agente
præueniente potentiã inducti ſunt ter-
mini non poterunt agere ad huiuſmo-
di terminos: non propter imperfectio-
nem ſui; ſed propter poſitionẽ termini
ab alio agente: nec propter hoc ſunt ne
gandę eſſe in natura: quia ſunt ſimplici
ter pfectiões naturę, ſiue habeãt termi
nos ſuos a ſe ipſis, ſiue ab alijs: ſicut po-
tentia generatiua ſibi ſimilis quoad ſpe
ciem nõ eſt fruſtra in homine: licet nũ-
quam habeat terminum a ſe: ſed ſemper
præueniatur a deo formam humanam

creante, ſi ponatur potentia diſtincta a
natura. Si dicitur, cognitiones ſpecie
diſtinctę eiuſdem obiecti ſtant ſimul: ſi-
cut intuitiua & abſtractiua: ſed cogni-
tio obiecti in uerbo, & eiuſdem in gene
re proprio ſpecie diſtinguuntur: ſicut
matutina, & ueſpertina: ergo. Reſpon-
detur, ꝙ cognitiones illæ matutina, &
ueſpertina: hoc eſt in uerbo, & genere ꝓ
prio: ſi ſunt eiuſdem obiecti, & ſecundũ
eandem rõnem: differunt tñ pęnes cau
ſas efficientes: ſicut hõ creatus, & ho-
mo genitus. Sed talis diſtinctio cauſarũ
nõ facit diſtinctionẽ ſpecinocã ſecũdũ
beatum Aug. ad Deo gratias. & ſecun-
dum ſanctum Amb. de incarnatione.
Diſparitas ortus nõ facit diſtinctionem
naturæ: ut patet de Adã, & nobis. Non
ergo differunt dictæ cognitiones ſpe-
cie. Et ſicut dictum eſt de cognitione
actuali: ita etiam de habituali: ita ꝙ ſi
habitus certę cognitionis fuerit infu-
ſus, nõ ponitur habitus reſpectu eiuſdẽ
cognitionis nouus acquiſitus: unde ſi
habitus infuſus exeat in cognitiones
actuales: illæ actuales non generãt no-
uum habitũ: ſed benẽ augmentãt prio-
rem infuſum. Vnde ſi infundantur a-
ctuales cognitiones ſine habitu: illæ co
gnitiones generabunt habitum acquiſi
tum: ſi ſimul infunditur habitus augmẽ
tabunt eũ: & loquor de habitu infuſo
eiuſdem ſpeciei cũ acquiſito: qui imme
diatẽ põt in omnem effectum habitus
acquiſiti: quod dico propter uirtutes
infuſis, fidem, ſpem, charitatẽ: qui ſunt
habitus alterius rationis cum acquiſitis:
& ideo ſtant ſimul cum acquiſitis: ut
infra dicetur, diſt. xxiij. & ſequentibus.
¶ Dubitatur ſecundò utrum anima chri Dub. 2.
ſti intuitiuẽ, & perfectiſsimẽ uidens uer Q
bum comprehendat uerbi infinitatem.
Reſpondetur breuiter, ꝙ nõ ſolũ intel-
lectus animę chriſti: ſed & cuiuſlibet
beati cognoſcit diuinam eſſentiam ut
infinitam: nec alias quietaretur niſi ap
præhenderet obiectum, ut infinitum.
Nec ex hoc ſequitur, ꝙ ſit ęquẽ perfe-
cta ſicut uiſio uerbi increata: licet ſit
eiuſdẽ obiecti ſub eadem ratione: ſ. ſub
ratione infiniti. Neq; actus capiunt

ſuam diſtinctionem, & unitatem ab ob-
iecto formaliter: ſed ſeipſis: intrinſece
uniuntur, & diſtinguuntur, & licet ex
diſtinctione obiectorum arguatur di-
ſtinctio actuum: non tamen ex unita-
te unitas, quia eiuſdem obiecti ſub ea-
dem ratione poſſunt eſſe plures actus: ſi
cut cognitio, & uolitio. Et cognitio in-
tuitiua, & abſtractiua ſunt eiuſdem ob-
iecti ſub eadem ratione: ut in prologo
Cõprę- dictum eſt. Sed an intellectus creatus
hẽdere. uidens uerbum compræhendat ipſum,
eſt notandum, ꝙ compræhendere ac-
cipitur quinq; modis: ut dicit Ockam
quæſt. xij. quarti. Primo modo eſt ui-
dere aliquod uiſibile, ita ut nihil eius
lateat, & ſic compræhendere eſt di-
ſtinctè uidere. Secundò modo eſt ui-
dere aliquod totum, & diſcernere inter
partes eius. Tertio modo eſt uidere ali
quod uiſibile perfectiſsima uiſione, qua
uideri poteſt. Quarto modo compræ-
hendere, eſt cognoſcere aliquid ſub om
nibus prædicatis ſibi conuenientibus.
Quinto modo eſt cognoſcere intelle-
ctione habente talem proportionem
ad alias intellectiones, qualem habet
obiectum ad alia obiecta. Vel ut dicit
Scotus. Compræhendere eſt ſic intel
ligere, ut ſit tanta perfectio in intelle-
ctiuitate intelligentis, quanta eſt intel
ligibilitas intelligibilis: ita ꝙ ſit ibi
quædam commenſuratio: & neutrum
aliud excedat. Et ſic dicit Auguſt. lib.
xij. de ciuit. dei cap. xviij. Quicquid
ſcientia compræhenditur, ſcientis co-
gnitione finitur. quod non eſt intelli-
gendum, ꝙ abſolutè finiatur: ſed fini-
tur cognoſcenti, ut ibi manifeſtè de-
clarat: quia cognoſcitur ſecundum to
tam ſui cognoſcibilitatem: & ita re-
ſpectu eius ſe habet ac ſi eſſet finitum,
eo ꝙ non excedit cognitiuitatem in-
telligentis: ſed eſt ibi cognoſcentis, &
cogniti adęquatio. Primo modo di-
citur, ꝙ quicquid uidet eſſentiam diui-
nam, compræhendit eam: quia uidet eã
diſtinctè. quia non habet partes qua-
rum aliqua poteſt latere aliqua appa-
rere. Secundo modo eſſentia ſeu uer-
bum a nullo compræhenditur: quia
non habet partes, inter quas diſcer-
ni poſsit. Tertio modo non poteſt
compræhẽdi niſi ab intellectu ſuo: quia
omni cognitione creata perfectior eſt
uiſio increata. Neq; aliqua creatura illo
modo compræhendi poteſt niſi a ſolo
deo. Quarto modo ſimiliter non poteſt
compręhendi niſi a ſeipſo: quia ipſe ſo-
lus nouit omnia prædicata ſibi conue-
nientia. Sic, & quinto modo ſolus com-
præhendit ſeipſum: quia ſicut cognitio
increata infinitè excedit omnem co-
gnitionem creatam: ita obiectũ increa
tum infinitè excedit omnem obiectum
creatum. Et tanta eſt intellectiuitas in
intellectu diuino: quanta intelligibi-
litas in eſſentia diuina. quia utrobiq; eſt
infinita. His tribus ultimis modis com-
munius accipitur compręhendere: qui
ſoli deo conueniũt reſpectu obiecti in-
creati ¶ Et ſi obijcit ſi intellectus crea- R
tus cognoſcit diuinam eſſentiam ſub ra
tione infiniti: ſic cognoſcit ipſam ſub
perfectiſsima ratione: quia non eſt per-
fectior ratio, quàm ſit ratio infiniti: er-
go cõpræhendit. Dicendum, ꝙ non om
nis ratio infiniti eſt perfectiſsima: hoc
eſt non omnis ratio, qua aliquid cogno
ſcitur eſſe infinitum, eſt perfectiſsima:
quia inter tales ſunt gradus: quia una
clarior alia: & increata perfectior crea
ta ſicut in ſimili: nihil eſt perfectius na
tura intellectuali: tamen non omnis na
tura intellectualis eſt perfectiſsima. Poſ
ſet moueri dubiũ, utrum perfectiſsima
noticia creabilis tam rerum in uerbo,
quam in proprio genere ſit communi-
cabilis animæ Chriſti: ſed per omnia re
ſpondendum erit ſicut de gratia. ſi ſum
ma cognitio eſt creabilis: reſpondetur
affirmatiuè. ſin autem reſpondetur ne-
gatiuè. ¶ Tertiò dubitatur iuxta tertiam Dub. 3.
cõcluſionẽ textus: utrum animæ Chri S
ſti communicari potuit omnipotentia.
Reſpondetur, ꝙ homini Chriſto attri-
buitur omnipotẽtia per communicatio
nem idiomatum: ſicut cęterę proprieta
tes diuinæ. Sed de humana natura in
Chriſto, quæ eſt creatura: reſpondetur
breuiter, ꝙ omnipotentia nulli creatu-
rę communicari poteſt. Cuius ratio

eſt: quia omnipotētia includit infinita
tē intenſiuā, & extenſiuā quantū ad du-
rationē. utraq; repugnat creaturę: & ra
tio omnipotētię repugnat rationi crea
turę. Primū probatur: potētia producē-
di dicit perfectionem in principio ꝓdu
ctiuo ad minus tantā, quāta eſſe poteſt
in effectu producibili ab eo tanquam a
cauſa totali: ergo omnipotentia dicit ꝑ
fectionē ęquiualentē, aut maiorē perfe
ctionē omniū producibiliū: ſed produ-
cibiliū non eſt terminus: qa quocunq;
producibili dato, pōt produci ꝑfectius,
unde nō eſt dabile ſummū producibile.
Similibus rationibus ſicut de gratia ta-
ctum eſt diſt. xiij. huius ergo ꝑfectionis
principij omnipotentis nō eſt dare ter-
minum: & per conſequens habet perfe-
ctionē infinitā. Secūdum probatur: qa
neceſſe eſt omnipotentem eſſe ęternū,
& ita duratione infinitum. Antecedens
probatur: quia cum nihil poſsit ſeipſum
producere de non eſſe. j. de trini. nihil
generat ſe, neceſſe eſt omnipotentem eſ
ſe improducibilem de non eſſe: quia ſi
eſſet producibilis: cum non habeat po-
tentiam producendi ſe de non eſſe, nō
erit omnipotens: deficit enim ſibi potē
tia ſe producendi: cū tamen ſit produci
bile de non eſſe ad eſſe: & per hoc patet
tertium, ꝙ ratio omnipotentie includit
eſſe principium omnium factibilium de
non eſſe ad eſſe. Hæc autem repugnat
creaturæ: quia nulla creatura poteſt eſ
ſe principium omnium poſsibilium: qa
non ſui ipſius. ¶ Si dicis. Omniſcientia
etiā includit infinitatem: & tamen at-
tribuitur animæ Chriſti. Reſpondetur;
ꝙ eo modo, quo includit infinitatem:
hoc eſt ut includit cognoſcere omnia
cognoſcibilia diſtinctē: ſecundum pro-
prias rationes, non attribuitur animæ
Chriſti: ſed modis ſupra expoſitis, ſecun
dum quos non includit infinitatē. ¶ Ad
ditum eſt notanter producibili de non
eſſe: quia omnipotentia non repugnat
ꝓducibili ſimpliciter: quia filius in diui
nis producitur, & ē omnipotens, ſimili
ter & ſpiritusſanctus. ſed neuter produ-
citur de non eſſe: ut patuit in primo.

¶ DE SACRAMENTO DOminicæ paſsionis.

DISTINCTIO XV.

POSTQVAM magiſter egit de myſterio incarnatiōis: cōſequēter in octo ſequentibus diſtinctionibus agit de ſacramento dominicæ
paſsionis. Et circa hoc duo facit. Primò
agit de paſsione quantū ad eius initiū,
& progreſſum. Secundò quātū ad eius
terminum diſtinct. xxj. Circa primum
primò de paſsione agit quātum ad eius
ueritatem. Secundò quantum ad eius
congruitatem diſtinct. xx. Circa pri-
mum adhuc duo facit: Primò agit de paſ
ſione in ſe, inueſtigando eius poſsibili-
tatem, & neceſsitatem. Secundò quan-
tum ad eius effectum, inquirendo eius
meritum, & utilitatem diſtinct. xvij. Pri-
ma in duas: qa primò inueſtigat paſsio
nis poſsibilitatē. Secundò eius neceſsita
tem diſtinct. xvj. In hac ergo diſtinct.
xv. poſsibilitatem paſsionis Chriſti ex
eo probat: quia corpus uerè paſsibile aſ-
ſumpſit. Vnde huius diſtinct. ſententia
his tribus concluſionibus ſummariè no
tatur. ¶ Prima. Chriſtus ueram na-
turam hominis, animam. ſ. paſsibilem,
& corpus paſsibile accepit; cum pœnali-
bus utriuſq; defectibus: quos ipſum ſu-
ſcipere decuit: & noſtræ ſaluti expedi-
uit. ¶ Secunda. Sicut aſſerere Chriſtū ho
minis ſimilitudinem, non ueritatem aſ-
ſumpſiſſe eſt hæreticum: ita dicere ipsū
in paſsione dolorem in carne, & in ani-
mo triſtitiam ueram non ſenſiſſe eſt a
ueritate deuium. ¶ Tertia concluſio.
Chriſtus defectus pœnales quos aſſum-
pſit non ſcd'm paſsionē. ſed pro paſsio-
nem uolens ſuſtinuit. Pro paſsionē uo- Pro paſ
cat magiſter poſt beatū Hierony. ſuper. ſio.
Matth. dum quis ita timore, uel triſtitia
aut dolore afficitur, ut mens inde a re-
ctitudine, aut de contemplatione non
moueatur. Paſsio uero dicitur cum mēs Paſsio.
turbatione uicta a rectitudine declinat

Hanc Chriſtus non habuit, qui ſicut nō peccare: ita nec a rectitudine, aut perfectiſsima dei contemplatione declinare potuit. Has concluſiones multis auctori corroborat & ad contrarium ſonantes aucto. Augu. & Hila. exponit.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionem quęritur, utrum anima chriſti ſecūdum quamlibet eius partem, habuit maximā triſtitiam, & dolorem. Præmiſsis notabilibus terminorū declarariuis p articulo primo: cōcluſiones ponuntur p ſcdo, cū mouendorum ſolutionibus dubiorum pro tertio. ¶ Quantum ad primum notandum circa illum terminum eius animæ partem, q per partes animę intelliguntur animæ potentiæ, & potentiarum portiones: non enim habet anima chriſti (ſicut nec alterius hominis) partes aliquas ſcdm ſuā ſubſtātiā: cū ſit ſubſtantia ſimplex, & incompoſita, indiuiſibilis: licet componibilis cum materia ad hominis compoſitionē. Quęrit autē quęſtio ſolū de potētijs animę cognitiuis, & appetitiuis: qm nō cognitiuę, nec appetitiuę, neq; doloris, neq; triſtitiæ ſunt capaces: quales ſunt nutritiua, & executiua. Intelligenda ergo eſt quæſtio tantum de potentia ſenſitiua, & intellectiua, non quidem cognitiua: talis enim ut ſic non triſtatur, aut doler cognoſcendo: nam pœnarum cognitio non infert dolorem, uel triſtitiam in cognitiua: licet ſit cauſa mediata doloris, & triſtitię i affectiua. Deus nāq;, & beatis ſed & iudex humanus, & executor ſententiæ pęnas cognoſcūt, non tamē ex hoc triſtantur, neque dolent. Sunt enim dolor, & triſtitia paſsiones ſequētes actus appetitus, ſicut & gaudium, & delectatio: ſed intelligenda eſt de potentia appetitiua, tam ſenſitiua quā intellectiua. Appetitus uero intellectiuus diſtinguitur: ſicut, & intellectus in portionem ſuperiorem, & inferiorem. Superior portio dupliciter accipitur. Vno modo ſtrictè pro illa portione quę circa diuina, & æterna uolenda, & diligenda uerſatur, tanquam circa obiecta tantū. Largè capitur proportione quæ uerſatur circa ęterna, uel temporalia in ordine ad ęterna tanquā circa ſua obiecta. Per oppoſitum dicitur de portione inferiore. Primo modo ad portionē ſuperiorē uoluntatis pertinet tantū fruitio ordinata, ſed ſecundo modo eius eſt tam fruitio, quām uſus ordinatus: & de hoc latius tractatū eſt diſtin. xxiiii. libri ſecundi. ¶ Secundò notandū, q beatus Augu. xiiij. de ciui. dei. c. xv. ponit differentiam inter dolorē, & triſtitiā: nam dicit. Dolor carnis tantū, modo offenſio eſt animæ ex carne, & quædam ab eius paſsione diſſentio: ſicuti animi dolor, q triſtitia nuncupatur, diſſenſio eſt ab his rebus, quę nobis nolentibus accidunt. Vnde patet, q dolor proprie accipiēdo terminū, qa eſt paſsio inexiſtens, animæ a carne pertinet ad partem ſenſitiuam. Triſtitia uero, quę eſt paſsio conſequēs nolitionem rei nobis accidētis, pertinet ad partem intellectiuam, ſiue ad rōnem: ūtrumq; ad appetitum: illa ad appetitū ſenſitiuū: iſta ad appetitū ſiue uolūtatē. Cauſatur autem dolor in appetitu ſenſitiuo ab apphēſione ſenſitiui obiecti diſcōuenientis ſeu lęſiui, & a potētia cōcurrēte deo tāquā cā prima, & nō ab obiecto apphēſo. Qd nō ab obiecto patet p ppoſitionem frequenter acceptā: qa effectus ſufficienter dependet a ſuis cauſis eſſentialibus: ſed deſtructo obiecto, remanente appræhēſione eius in ſenſu nihilominus cauſari pōt in appetitu ſenſitiuo dolor, uel delectatio, ſicut patet cū ſenſus interior, puta phantaſia per notitiam abſtractiuam appręhendit aliquod obiectum nociuum, uel delectabile quantumcunq; obiectum illud annihiletur, pōt cauſari dolor, uel delectatio in appetitu ſenſitiuo. Similiter ſi deus conſeruaret notitiam intuitiuam in ſenſu, deſtructo obiecto aut cauſaret eam abſente obiecto: cauſaretur nihilominus delectatio uel triſtitia, & ideo obiectū apphenſum non eſt cauſa immediata iſtarum paſsionum: ſed tantum cā cauſæ q̄tenus naturaliter cauſat cognitio-

Arti. 1. Not. 1. Per partes aiæ intelliguntur potētiæ & earū portiones.

Supior portio dupliciter

ter accipitur.

B Differētia doloris, & triſtitię

nem intuitiuam in ſenſu, & eam conſer
uat:quę cognitio immediatè cauſat paſ
ſiones prędictas. Primum patet per expe
rientiã in ſomno, & in amentibus rõne
carentibus:q declarantur, & triſtantur
uſq; ad riſum, & fletum obiectis non p̄-
ſentibus: quãuis ab eis appręhẽduntur,
ut p̄ſentia. Secũdum quod adducitur de
notitia intuitiua a deo ſupernaturaliter
cauſata, non uidetur probare: tum quia
naturaliter non poteſt produci, nec cõ
ſeruari notitia intuitiua ſine obiecti p̄-
ſentia: ſed per actum ſupernaturalẽ nõ
tollit rõ cauſę naturalis: ſicut licet deus
poſſet cauſare omnẽ effectũ ſine cauſa
ſecunda ſupernaturaliter: nõ tamẽ ideo
tollitur ratio cauſæ a cauſa ſecunda, ceſ
ſante actu ſupernaturali. Tum quia ſi cõ
ſeruaret deus intuitiuam notitiam de-
ſtructo obiecto, per illã cognoſceretur
obiectum non eſſe, & ita per illã notitiã
nõ cauſaretur dolor, uel delectatio. ¶ Do
lor ergo eſt paſsio conſequens appræhẽ
ſionem obiecti diſconuenientis tanquã
præſentis: & delectatio eſt paſsio con-
ſequens appręhẽſionem obiecti tanquã
conuenientis, & pręſentis: & hoc in par
te ſenſitiua, ſiue obiectũ ſit pręſens ſiue
nõ, & per hoc cauſa doloris, & delecta-

C Dolor quadrũ plicit[er] cauſa[tur] in uolũtate.

tionis eſt appręhenſio cũ potẽtia. ¶ De
triſtitia, quę eſt paſsio uoluntatis aliter
ſentit Sco. in ſuo tertio diſtin. præſen-
ti: aliter Ockam in fine ſui tertij. Sco-
tus ponit quatuor modos, quibus triſti-
tia generari poterit in uoluntate. Pri-
mus, & principalis eſt quando accidit
aliquod nolitum actu elicito: tũc enim
nolitionem illam obiecti appręhenſi per
intellectũ ſequitur triſtitia in uolũtate,
quę nõ eſt actus uoluntatis elicitus: ſed
paſsio naturaliter conſequens appręhẽ-
ſionem obiecti ſic noliti. Nec eſt illa tri
ſtitia in libera poteſtate uoluntatis im
mediatè, quia ſtante præſentia obiecti
quantũ ad eius appręhenſionem, & no-
litionẽ eius, nõ poteſt ſequi triſtitia na-
turaliter. Eſt tamen triſtitia in poteſtate
uoluntatis mediatè: quia mediante a-
ctu nolitionis elicito, qui eſt in libera
poteſtate uoluntatis, unde poteſt non
elicere nolitionem obiecti: immo põt
elicere actũ oppoſitum, quia poteſt ipſũ
uelle: & tunc cedit triſtitia. Sic & gau-
dium in uoluntate generatur naturali-
ter ad pręſentiam (hoc eſt ad apprę-
henſionem) obiecti uoliti tanquã præ-
ſentis. Ex quo patet duplex differentia
inter generationem doloris in appeti-
tu ſenſitiuo, & triſtitiæ in uoluntate.
Prima: quia dolor generatur in appeti
tu ſenſitiuo ad appræhenſionem præſen
tię obiecti ex natura ſua diſconuenien-
tis appetenti: quia ex natura ſua lęſiui.
Triſtitia uero in uoluntate generatur
ad appræhenſionem præſentiæ obiecti
diſconuenientis non ex natura rei: ſed
ex nolitione uoluntatis. Vnde licet
aliquid ex natura ſua ſit conueniens uo
luntati, puta ultimus finis: & aliquid ex
natura ſua diſconueniens, ut corruptio
ſubiecti: tamen fit ultimatè conueniẽs
per actũ uoluntatis elicitũ acceptantis,
& cõplacentis ſibi in p̄ſentia talis obie-
cti, q actus eſt uelle. Et ſimiliter obiectũ
fit diſconueniens ultimatæ uoluntati:
quia nolitum. Vnde breuiter obiectũ di
citur cõueniens uoluntati: q[uia] eſt uolitũ
& diſconueniẽs, quia nolitũ. ¶ Secũda
differentia, quia triſtitia in uoluntate p̄
ſupponit actum uolũtatis elicitũ, a quo
realiter diſtinguitur: non ſic dolor in sẽ
ſu. Primum patet: quia quantumcũq; ra
tio prędſentet aliqđ obiectũ uolũtati, ut
diſconueniens: non tamen ſequitur tri
ſtitia in uoluntate niſi obiectum ſit no
litum in actu uolũtatis elicito, immo ſi fue
rit uolitum. (Poteſt enim uoluntas uel
le obiectum oſtenſum, ut diſconueniẽs
ex ſua libertate: ut patet de ſciẽter pec
cantibus cõtra dictamẽ rõnis rectum)
tũc ſequitur delectatio, ſiue gaudium in
uolũtate. iuxta illud ſapientis Prouer. ij.
Lętantur cum malefecerint; & exultãt
in rebus peſsimis. ¶ Quód autẽ gaudiũ,
& triſtitia non ſit actus ille elicitus, uel-
le uel nolle obiectũ patet: quia poteſt ſta
re actus elicitus obiecti non conſequen
te gaudio, uel triſtitia. Primum patet in
dęmonibus qui multa uolunt, ut pecca
ta hominum, eorumq; perpetuam dãna
tionẽ, & tamen his accidentibus nõ gau
dẽt. Si angeli boni nolunt ſuę cuſtodiæ
commiſ-

commiſſos peccare: & tamen ipſis peccantibus non triſtantur: quia ſicut gaudium miſeriæ: ita triſticia omnis repugnat gloriæ: ideo autem illi nō gaudēt: nec iſti triſtātur: quia deus ad huiuſmodi paſsiones non concurrit: & per hoc cauſas inferiores a ſuis actionibus reſpectu talium paſsionū ſuſpendit: non autē ſuſpēdit reſpectu actuū elicitorū: ad horū.n. productionem cōcurrit. Secundū patet, qa appetitus ſenſitiuus reſpectu obiecti cōuenientis & præſentis apprehenſi, nō habet alium actū niſi delectationem: & reſpectu diſconuenientis nō niſi dolorem: aliū.n. actū nō experimur, nec ponēda eſt pluralitas ſine neceſsitate. Vnde ut dicit Ockā ubi ſup. Appetitus ſenſitiuus nō habet actū aliquem niſi deſiderii & fugę Et illi ſoli ſunt reſpectu obiectorū abſentiū, & non habitorū. Reſpectu illius obiecti aūt quod appetitus deſiderat uel fugit, ſtantibus illis actibus In appetitu nunquā cauſatur dolor uel delectatio in eodē appetitu: ſed qñ obiectū deſideratū habetur, & eſt præſens potentiæ appræhenſiuę: tunc ceſſat actus deſiderij: qa tunc actus deſiderij nō eſt qñ cauſatur hmōi delectatio: & per conſequēs eius cauſa eſſe nō pōt: hos aūt actus deſiderij & fugę. (Actus fugę eſt actus diſplicentiæ) ſequitur in eodem appetitu ſpes & timor, quæ ſunt paſsiones: & patet eorū diſtinctio per ſeparationē: quia ſtat appetitum deſiderare obiectū conueniens & abſens, & tñ non ſperare: quia nō oſtenditur ut poſsibile haberi. Similiter ſtat ad appetitum, refugere obiectū diſconueniens, & non timere: quia nō oſtēditur ut occurſurū.

D ¶ Secundus modus cauſandi dolorē in uoluntate (dolor hic ſumitur largè pro triſtitia) ſecundū Sco. eſt per nolle cōditionatū: ut ſi nolitū conditionata nolitione accidat. Vnde duplex eſt nolle: ſimiliter & uelle: ſ. abſolutū & conditionatum. Nolle abſolutum eſt, quando aliquis ſimpliciter obiectum oſtenſum nō uult actu poſitiuo ſine quacunq; conditione: ut dum uult non mori. Sic uelle abſolutum oppoſito modo quando quis ſimpliciter uult obiectum oſtenſum ſine conditione. Nolle.n. conditionatum eſt: dū quis uult aliquid propter certam conditionem exiſtentem: quod tamen quantum in ſe eſt nollet: ſublata.ſ. conditione tali: ut ſi mercator in periculo maris exiſtens proijcit merces ut euadat periculum: reſpectu proiectionis mercium habet nolle conditionatum. Licet.n. ſimpliciter loquendo uult proijcere: quia non coactus ab aliquo extrinſeco proijcit: tamē nollet proijcere quātū in ipſo eſt: ſi alias nō proijciendo periculum poſſet euadere. Volitio ergo qua uult proiicere merces, exprimitur per uolo: & nolitio conditionata p nolle.ſ. ſi poſſet alias euadere: & talis nolitio conditionata ſufficit ad triſtandum de ſic nolitio eueniente: ſicut mercator cū triſtitia eiicit merces: nec ibi uelle oppoſitum facit tantum habere gaudium, ſicut nolle conditionatum triſtitiam. Talis.n. nolitio & uolitio cōditionata ſufficit ad peccatum mortale: quale forte fuit peccatum angelorū non prius deceptorum quàm peccarēt: quia uoluerunt quantum in eis erat eſſe ęquales deo: ſed noluerunt ſimpliciter: quia hoc uiderunt eis impoſsibile. Similiter qui metu pęnæ mortis idola colit: mortaliter peccat: licet nollet ſi alias mortem euadere poſſet. Similiter, qui uellet occidere proximum ſi impune poſſet: licet ſimpliciter nolit tamen ſic uolendo conditionate peccat mortaliter. Etiam ſufficit uoluntas conditionata ad meritum quale eſt in miſerante corde proximo non potēte ſubuenire in opere. ¶ Tertius modus cauſandi triſtitiam eſt dum obiectum naturaliter diſconuenit: ſiue nolitum eſt ab ipſa uoluntate ut potētia naturali abſq; hoc, ꝙ obiectum ſit nolitum nolle elicito. tunc nihilominus ſufficit (dum tamen oſtēditur per intellectum ut tale) ad triſtitiam in uoluntate cauſandam Hoc probatur: quia ſecundum Aug. in ench. Voluntas ita uult beatitudinē: ꝙ non poteſt uelle miſeriam. Illud autem uelle eſt naturale: igitur uelle naturale alicuius ſufficit ad nō uelle oppoſitū illius. Et p cōſequēs ad nō poſſe na-

Velle & nolle duplex.

turaliter gaudere de illo oppoſito,& ad neceſſarió triſtari de illo: ſicut naturale uelle beatitudinis ſufficit ad triſtandum de miſeria naturaliter. ¶ Quartus modus eſt, dum obiectum eſt diſconueniens appetitui ſéſitiuo & ſibi triſte: & ꝑ hoc ſufficiēter diſconueniēs uoluntati: dum tñ oſtēdatur ſibi per intellectum: propter colligantiá uolũtat s cũ appetitu ſenſitiuo. Nã illa cõnexio uoluntatis cũ appetitu ſenſitiuo preſentato appetibili ꝑ intellectũ uoluntati: ſufficit ad hoc, ut cõueniens appetitui ſenſitiuo ſit cõueniens uoluntati: & diſcõueniens triſte. Si enim ponit̃ aliqua delectatio ſurrepticia prçcedere in uoluntate oẽm actum liberũ uolũtatis. Et ſicut ponit̃ i delectionibus ſurreptitijs: ita poni poteſt in triſtitijs, & doloribus reſpectu obiectorũ triſtiũ: ut ſicut intellectus cooperatur ſẽſui fortiter immutato; ſi non ſit circa alia diſtractus: ita ponat aliquis uoluntatem non neceſſarió coopetari: ſed compati appetitui ſenſitiuo patiẽti: & hoc circa idem obiectũ ſi non impediatur uolũtas per non cõſiderationem intellectus: uel per aliud impedimentum uincens. Hoc modo diceretur ꝙ corrupta uiolẽter, licet condelectetur in uoluntate delectatione appetitus ſenſitiui, non tamẽ peccaret, quia etiam delectatio & delectabile poſſent eſſe non uolita quantũ ad omnem actum elicitum uoluntatis. ¶ Sic ergo recolligẽdo dictos modos, poteſt dici, ait Sco. de quadruplici diſconuenienti uoluntate eſſe triſtitiam proprié. Vno modo de ſimpliciter nolito actu, & habitu eueniente. Scdo mõ de habitualiter nolito & actu conditionaliter eueniente: licet tamen abſolute uolito contra conditionem habitualé. Tertio modo: quia diſconueniens uoluntati ut natura. Quarto modo: quia diſconueniens appetitui ſenſitiuo: cui coniungitur uoluntas non habituata, ſeu inclinata ad oppoſitum uehementius, quàm ſit inclinatio eius ad appetitum ſenſitiuum. ¶ Primis duobus modis conſentit Ockam tanquam ueris, & certis: ſed ultimis duobus modis diſſentit. Nam uidentur eſſe contra experiẽtiam: ſeipſum enim uolũtatiẽ interim non triſtatur ſecundum uolũtatẽ: licet doleat ſcdm ſenſũ: quãuis corruptio illa ſit noluntati diſconueniens, ut naturæ. Itẽ apoſt. gaudentes ibãt a cõſpectu cõcilij: qm̃ digni habiti ſunt pro noie Ieſu cõtumeliã pati. Actuũ. v. & tñ paſsio illa fuit diſconueniens naturę. Sic beata Agatha gloriantet, & cum lætitia ibat ad carcerẽ. Et generaliter ſancti martyres non cum triſtitia uoluntatis: licet cum pęna ſenſus paſsi ſunt: ſed cum gaudio. Non autẽ ſtãt ſimul triſtitia, & gaudium de eodem obiecto, & in eodẽ ſubiecto: nec poteſt dictũ illud probari niſi per experientiã ſicut, nec aliter improbari. Et qm̃ de hoc non eſt habita aliq̃ experiẽtia: ſed magis ad oppoſitũ: ideo uidetur uoluntatium. ¶ Ad rõnẽ pro tertio modo de ſancto Aug. dicit̃, ꝙ eſto, ꝙ non poſsit uelle miſeriam, & per hoc nõ poſſe gaudere de miſeria, quia deficit actus uoluntatis elicitus, puta uelle, quẽ habere non poteſt reſpectu miſerię: non ſequitur, ꝙ neceſſarió triſtetur de miſeria: niſi diceretur, ꝙ oſtenſa miſeria neceſſarió eliceretur nolle eius: & ita auctoritas magis eſt ad oppoſitum. ¶ Ad aliud pro quarta uia de corrupta uiolẽter dici poteſt dupliciter. Vno modo, ꝙ talis licet delectetur ſecundum ſenſũ tactus, non tamen ſecundum uoluntatem, niſi liberé de nouo conſentiret. Hanc ſolutionẽ tangit Sco. ipſe. ¶ Aliter poteſt dici: ꝙ uolitiones ſurreptitię non ſunt in poteſtate uolũtatis, ſed cauſantur naturaliter ex appręhenſione intellectus, & a uoluntate: & poſtea eadẽ naturalitate, ac neceſsitate cauſant delectationem. Eſt tamen opinio Scoti ualde probabilis & conſona cæteris doctoribus: etiam principijs Ockam. Nec eſt certum Ockam tenuiſſe oppoſitũ: quia non inuenitur in operibus ſuis: ſed in quadam additione ultimę q. ſui tertij: neſcio per quem facta. ¶ Conſequenter notandum: loquendo de portione B
ſuperiori ſtrictẽ, & ut libera: ſic portio ſuperior non poteſt ordinatẽ triſtari: quia tale triſtari ſequitur ad nolle deũ in ſe: uel ad nolle aliquam perfectio-

Portio ſupior nō pōt ordinatè triſtari.

nemintrinſecam ſibi ineſſe: cum portio ſuperior, illo modo non habet pro obiecto niſi deū in ſe, & ad ſua intrinſeca: reſpectu cuius obiecti nullū nolle poterit eſſe ordinatū: immo tale nolle deū eſſe, aut nolle perfectū eſſe: ꝙ eſt nolle pfectiones intrinſecas ſibi ineſſe: adeo eſt inordinatū: ut dicit Sco. diſt. pſenti: ꝙ forte eſt pctm̄ in ſpiritūſanctū, & uix damnati ſic peccant: quia ſi nolunt deū eſſe iuſtum, non tamen forte hoc abſolutè nolunt: ſed quia nolunt effectū iuſtitię. ſ. punitionem, quā ſentiūt: & hoc nō ptinet ad portionē ſuperiorē ſtrictè ſumptā. Loquēdo aūt de portiōe ſupiore ſcđo modo: ſic de tribus pōt ordinatè triſtari talis portio. Primō. ſ. de carētia fruitionis reſpectu obiecti eterni. Secundò de pctō ſui, uel alterius uoluntatis. Tertiò de alijs malis ſuo ſuppoſito, uel alijs perſonis ſibi dilectis conueniētibus. Et patet ordo: quia ſicut ſuperior portio largè ſumpta primò uult ſuā fruitionem reſpectu dei. Secundo uult iuſtitiam quamcunq; ad fruitionē ordinatam: & hoc uel in ſe, uel in alio. Tertiò uult ſecundū regulas eternas bona media, & minima ſibi, & alijs in ordine ad maxima: ita habet nolle reſpectu oppoſitorum: & ita triſtitiam de illis ſi accidant. Et tantum de articulo primo terminorum declaratiuo.

Arti. 2. F

¶ Quantum ad ſecundum articulum: quia quæſtio quærit duo primum: utrum Chriſtus ſecundum quamlibet partem animæ habuit triſtitiam, ſeu dolorem. Secūdum, utrū dolor ille, uel triſtitia fuerit maximus, uel maxima. Secundum hæc diuiditur articulus ille in duas partes: in prima ponuntur concluſiones ad primū quæſitū reſponſiuè, in ſecunda ad ſecundum.

In parte ſenſitiua chriſtus uerè doluit.

Cōcl. 1.

¶ Quantum ad partem primam ponuntur concluſiones nouem. ¶ Prima. In parte animæ chriſti ſenſitiua fuit uerus dolor, & ſenſibilis pœna. Patet illa concluſio per m agiſtrum, & aucto. in textu allegatas. Patet etiam ratione. Nam obiectum approximatum tactui Chriſti, & ſuo appetitui ſenſitiuo erat diſconueniens ſenſui: & ille ſenſus erat perfectè perceptiuus: quia ſecundum proportionē diſpoſitionis boni corporis, ē diſpoſitio exiſtentię tactus. ij. de anima. Et illud corpus fuit optimè complexionatū: utpote ſpeciali ſpiritusſancti operatione de puriſsimis ſanguinibus uirginis formatum: ut dicit Dam. ſicut & aīa illius corpis erat pfectiſsima: & per conſequens ex approximatione diſconuenientis, & læſiui tactus percipientis, ſecutus eſt dolor & perceptibilis pœna. Tenet conſequentia: quia his modis naturaliter, & neceſſariò inducitur dolor, & pœna in partē ſenſitiuam: ut patet ex articulo primo. ¶ Secunda cōcluſio. In ſenſitiua chriſti parte fuit dolor tantū de proprij corporis læſiōe. Patet hęc cōcluſio: quia ſenſus tantū pcipit inconuenientiā ſui ſuppoſiti, uel partis eius, & non extrinſeca: ergo nec dolet, niſi de diſcōuenientibus ſuppoſito, aut parti eius: hęc autem ſunt læſiua corporis. ergo &c.

Cōcl. 2.

Cōcl. 3 G

¶ Tertia cōcluſio: ſecūdū primā uiā (opinionē. ſ. Sco.) cui ſatis conſentire uidetur Alex. de Hal. & ſanctus Bonauent. ac Tho. Voluntas chriſti, ut natura ſimiliter, ut ſenſui cōiuncta de eiſdem triſtabatur, de quibus dolebat potentia ſēſitiua. Hanc concluſionem ſic probat Sco. quia ſi ſenſu uehementer patiente, a delectabili, uel triſtabili intellectus poſſet eſſe in uſu ſuo: naturale eſſe uidetur, ut uehementer cooperaretur illi potentiæ inferiori: & uoluntas compatiatur delectando, uel contriſtando ipſi appetitui ſenſitiuo iuxta modum tactum in tertia uia. Sic igitur ad propoſitum: cum in chriſto ratio permanſit in ſuo uſu: & uoluntas non fuit abſorpta a dolore appetitus ſenſitiui: & intellectus p cōſequens intuitiuè dolorē illiꝰ appręhēdit: & uoluntati oſtēdit, illa uoluntas cōdoluit, quia naturaliter inclinabatur ad oppoſitum, quę inclinatio ſufficit ad triſtitiā ſecundum tertiam uiā. Quod etiā ſic declaratur quo ad uiā quartam: qꝛ affectio comnodi, q̄ eſt concupiſcētia, pręſupponit affectionem amicitiæ: quia omnis concupiſcēs bonum, alicuis prius uult illi bene eſſe, quā illi concupiſcat aliqđ cōmodū: ergo ſi aliq inclinatio ad commodum concupitū pōt

Voluntas chriſti ut natura, & ut ſēſui coniuncta de eiſdē triſtabatur de qbus potētia ſenſitiua.

eſſe neceſſaria, ratio contriſtandi de oppoſito multò magis inclinario ad amādum illud, cui bonum concupiſcitur, poteſt eſſe cauſa triſtitiæ de oppoſito bono ipſius amati. Sed uoluntas cū ſit appetitus principal. ſperſonę: ſummè naturaliter inclinatur in bonū commodū perſonæ, & appetit illud: quia quando ſunt multa in eodem, ſuperius dicitur principale inter iſta multa illius ſuppoſiti. Sicut cum ſunt multę in homine cognitiuę potentię: ſuprema cognitiua .ſ. intellectiua potiſsima, dicitur hominis cognitiua, ut homo. Ita ſupremus appetitus hominis, ſcilicet uoluntas dicetur appetitus hominis: ergo ſummè naturaliter appetit bonum perſonæ, cuius eſt tanquam eius, quod diligit amore amicitię: in quo fundatur oīs amor cōcupiſcentiæ, & ita illum amore amicitiæ neceſſariò ſequitur triſtitia de oppoſito: & per hoc corruptio perſonæ neceſſariò eſt triſtis uoluntari ¶ Præterea: quia uoluntas neceſſariò colligatur appetitui ſenſitiuo: ſecundum opinionem uiæ quartæ in primo articulo: & illa colligatio fuit perfectiſsima in chriſto: & intellectus appręhendit illud obiectum triſtabile: quia non fuit abſorptus, nec impeditus ſequitur, ꝙ paſsio triſtitiæ ſiue doloris fuit in uoluntate. ¶ Sic apparent duę uię quomodo poteſt poni Chriſtū doluiſſe in uoluntate. Vna propter inclinationem naturalem uoluntatis ad ſalutem perſonæ. Alia propter colligationem eius cum appetitu ſenſitiuo. ¶ Sed contra illam concluſionem eſt alia opinio ſupra recitata. Nam cum uoluntas ut natura non habet aliquem actum elicitum: ideo non eſt capax triſtitię non magis, quàm appetitus naturalis alterius rei inſenſibilis. Res enim ſenſibilis habet naturalem appetitum ad ſui eſſe, per quem etiam reſiſtit naturaliter corrumpenti: ſed quia non habent aliquem actum elicitum ex eorū corruptione, nō habent triſtitiam, nec dolorem, idem uidetur de uoluntate, ut eſt appetitus naturalis. Sed ad illam replicam: & ut melius intelligatur illa opinio (quātū ego capio, ſi non erro) nō uult illa opinio, ꝙ uoluntas, ut natura non habeat aliquem actum reſpectu lęſionis perſonæ uel doloris ſenſus: ſed ꝙ non habet, ut natura actum elicitum, liberum ad primam oſtenſionem intellectus. Habet tamen quoddam nolle reſpectu læſionis, & doloris, quòd in ea naturaliter producitur ab appręhenſione intellectus, reſpectu cuius uoluntas non eſt libera, ad quam nolitionem lęſionis (quæ tamen ineſt) ſequit triſtitia naturaliter in uoluntate. ſicut infra habetur diſtin. xxiij. quæſt. j in tertio dubio. Etiam ſi uoluntas fuerit concauſa non tamen libera, ſed naturalis: & ideo non dicitur actus elicitus: & per hoc dicitur, ꝙ non eſt ſimile de uoluntate ut natura, & de appetitu naturali rei inſenſibilis. Nam appetitus rei naturalis: quia non requirit pręuiam cognitionem rei appetendę, ideo nullum habet reſpectu eius actum, neq; paſsionem triſtitiæ uel doloris. Sed uoluntas ut natura habet, uel habere poteſt pręuiam cognitionem obiecti: ideo habet actum reſpectu eius non liberè elicitum: ſed uel a ſola appręhēſione, uel ab ea concauſante uoluntate nō liberè, ſed naturaliter productum, quē etiam ſequitur in uoluntate naturaliter paſsio triſtitiæ. Vel poſſet dici, ꝙ ſtatim ad appręhenſionem obiecti diſconuenientis ſequitur in uoluntate triſtitia nullo actu uoluntatis medio: ſicut dictum eſt de dolore ſenſus. Si uero intellectus lęſionē perſonę, aut dolorem non appræhenderetur ſi tantus eſſet, uel tanta, ꝙ uſum. rōnis impediret: tunc neq; dolor, neq; triſtitia in uolūtate generaretur: ſicut nec in appetitu naturali rei inſēſibilis. Cōcordat Greg. diſt. j. j lib. q. ij. ar. ij. ꝙ uoluntas non omnem actum liberè eliciat. ¶ Concluſio quarta. Sicut uolūtas Chriſti ut libera: ſecundum portionem eius ſuperiorem ſtrictè acceptam non habuit dolorem, uel triſtitiam: ita pariformiter ſecundum eandem largius ſumptam de fruitionis carentia: aut peccato proprio nullam habuit pęnam. Prima pars patet: quia nihil inordinatum fuit in Chriſto: ſed in portione ſuperiore ſtrictè ſumpta, uel libera non poteſt eſſe

Cōcl. 4 H Chriſt⁹ ſecūdū portionem ſuperiorē ſtrictè accep. non triſt. ...

eſſe triſtitia ordinata: ut patuit notabili
ult. art. j. igit. Secūda pars cōcluſionis ſi
militer ꝓbat: quia carētia uiſionis noli-
ta nō euenit in morte ipſi chriſto: quia
nō fuit congruū, ut ipſe minus cōiunge
retur ſiniſper fruitionē, ꝑ illud. ſ. mortē,
per quod meruit alios ſini cōiūgi. Frue
batur ergo etiam in morte diuina eſſen
tia: & ita fruitione nūquā caruit. Quòd
etiam pro peccato proprio non habuit
pœnam, manifeſtum eſt: quia nullū pec
catum fecit, nec inuentus eſt dolus in
ore eius. Eſa. liij. & j. Pet. ii. Eū aūt, qui
non nouerat peccatum, pro nobis fecit
peccatum deus. i. ſacrificium pro noſtris
peccatis: ut nos efficeremur iuſtitia dei
Cōcl. 5. in ipſo. ii Corinth. v. ¶ Quinta conclu-
ſio. Chriſtus ſecundum portionem ſu-
periorem largè acceptam non habuit
triſtitiam de morte, ac paſsione ſuæ per
ſonæ: nec membrorum ſequentem no-
litionem eorū abſolutā. Probatur: quia
reſpectu illorum non habuit nolitionē
abſolutam: ergo nec triſtitiam illam prę
ſupponentem: Conſequentia nota. An
tecedens probatur, quo ad paſsionem
propriam: quia ſicut ratio ſuperior non
potuit pro tunc mortem Chriſti, eiuſq;
paſsionem, referendo ad ultimū finem
iudicare malam: ſed determinatè bo-
nam: eo ꝙ uel immediatè ordinabatur
in finem ultimum, propter eius uirtuo-
ſitatem uelle pati, & mori. Vel mediatè,
mediā te ſcilicet ſalute humana pro qua
procuranda fuit mors uolita: ita uolun
tas ſuperior, ut libera non potuit ordi-
natè illam pro tunc nolle: ſed abſolutè
uelle. Non enim tunc rectè noluiſſet:
quia contra rationē rectam: & ita nec
de illa triſtari triſtitia abſolutum nolle
liberū conſequente. Patet etiam de paſ
ſione, & pœna membrorum, apoſtolorū
ſcilicet & cęterorum fidelium, quia il-
las relatas ad ultimum finem, quatenus
fuere pręuiſa a deo, & determinata ſie
ut fierent ordinatè, non poterat uolun-
tas Chriſti abſolutè nolle: igitur nec
ex eis ſic cognitis determinatè futu-
ris potuit contriſtari. Ex illo tamen
non ſequitur Chriſtum ſemper, & ſim-
pliciter abſolutè uoluiſſe mori: ſed

conditionatim pro tunc: dum humanū
genus illo erat modo redimēdum poſt
lapſum in peccatum. ¶ Sexta concluſio. Cōcl. 6.
Voluntas Chriſti ut portio ſuperior lar
gè, & libera triſtitiam habuit de delictis
hominum, atq; culpa. Probatur: quia de Deqbus
infidelitate diſcipulorum, ac crudeli- triſta-
tate Iudeorum proſequentium, om- tus ſecū
niumq; cęterorum peccatis doluit: ſe- dū por-
cundum illud Ambro. ſuper Lucam, & tionē ſu
ponitur in litera. Doles domine non periorē.
tua uulnera, ſed mea. i. triſtaris de pec-
catis meis naturam meam uulneranti-
bus, non de tuis: & hoc triſtitia nolitio
nem abſolutam conſequente. Simplici
ter enim, & abſolutè illa noluit, quæ cō
tra diuinam uolūtatem fore nouit. Nō
enim uult deus peccata ſub ratione pec
cati: licet ea fieri permittat. ¶ Septima Cōcl. 7
concluſio. Chriſti uoluntas paſſa eſt tri
ſtitiam de pœnis ac paſsionibus ſuis, &
aliorum ſecundum portionem ſupe-
riorē: nolle cōditionatum, aut habitua
le conſequentem. Et uocatur nolle cō
ditionatum habituale: in cuius actum
uoluntas prona eſt ex ſe exire niſi aliud
obſtet.. Probatur concluſio: quia illa
portio noluit conditionata nolitione
paſsionem: id eſt noluiſſet, quantum in
ſe fuiſſet: ſi omnia iuſta, & proſpera per
ſe appetibilia ęquè fuiſſent ſine ea: quod
ꝓbatur duplici auctoritate, & rōne poſt
Sco. Vna eſt auctoritas Aug. xiij. de tri-
ni. c. vij. Licet iuſtus per fortitudinem
paratus ſit excipere: & æquo animo fer
re quicquid aduerſitatis acciderit, ma-
uult tamen, ut non accidat: & ſi pōt, fa-
cit: atq; ita paratus eſt in utrunq;: ut
quantum in ipſo eſt alterum optet: al-
terum uitet. Et ſi quod uitat, incurrerit:
ideo uolens ferat: quia fieri non potuit,
quod uolebat: ſupple quantum in ipſo
fuit. Patet ergo, ꝙ ita intendit ſicut li-
tera ſonat: quia per hoc probatur nullū
quantumcūq; uirtuoſum poſſe eſſe hic
beatum: quia hic poteſt pati aduerſa: &
ita non habere quicquid uult: quia alte
rum optat, quantum in ipſo eſt, ſcilicet
proſperum. Alia auctoritas philoſophi.
iii. Ethic. c. viii. Mors, & uulnera triſtia
forti, & uolenti erunt. Suſtinet autem

hęc quoniam bonum, uel non turpe: & quãtò utiq; magis uirtutem habeat omnem, felicior ſit: tantò magis in morte triſtior erit. Tali enim maximè uiuere dignum, & iſte maximis bonis priuatur ſciens: triſte autem hoc. hęc ibi. Quod non eſſet: niſi quantum in ipſo eſt uult oppoſitum: & tale nolle ſufficit ad triſtari. Ratio ad hoc eſt: quia obiectum patientię non uidetur ſecundum ſe eligibile: tunc enim non requireretur patientia: neq; beati aliqua talia eligunt. Non ergo elegiſſet Chriſtus mori per patientiam: ſi aliter iuſtitia, ueritas, & ſalus hominum conſtitiſſet. ¶ Et ſi diceretur ad auctoritates: ꝙ loquuntur de forti moraliter, cuius fortitudo deponit portionem inferiorem, non ſuperiorem. Illud non obſtat: quia ſuperior ſecũdum regulas ęternas nihil aduerſum uidetur iudicare eſſe eligibile, quantum in ipſo eſt: quin oppoſitum eſſet eligibilius, ſi illud iuſtitia non uetaret: alioquin qualiter alligati, & iuncti fini ultimo, ut beati nihil eligunt aduerſum. Hæc omnia Scot.

Cõcl 8. ¶ Octaua concluſio. Voluntas Chriſti
I ut liberè portio inferior de eiſdem triſtata eſt nolitione conditionata, de quibus & ſuperior. Patet concluſio per eaſdem auctoritates, & rationes, quibus probatum eſt de portione ſuperiore. Ille enim hoc ipſum magis oſtendunt de inferiore, quam de ſuperiore.

Cõcl.9. ¶ Concluſio nona & probabilis. Voluntas Chriſti ut libera non eſt contriſtata ſecundum portionem inferiorem de morte ſua, & paſsione tanquam de nolito abſoluta nolitione. Probatur concluſio: quia portio inferior non abſolutè noluit mortem, & paſſionem: ergo. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia eadem potentia circa idem obiectum non poteſt habere actus oppoſitos, maximè quorum alter ſit in ſummo. Sed portio ſuperior, & portio inferior ſunt una potentia ſecundum beatum Aug. xij. de trini. c. iiij. & oſtenſum eſt in ſecundo diſ. xxiiij. Superior autem intellectiua in ſummo dictat ipſam paſsionem eſſe uolendam: & ſuperior portio quantum ad uoluntatem ſummè uult: ergo inferior non poteſt nolle. Item oppoſita demonſtrari non poſſunt: ſed alterum tantum ſophiſticè arguetur. Ergo ſi ratio ſuperior hoc eſſe uolendum demonſtrat, ex nullis principijs niſi ſophiſticè poteſt inferior arguere hoc eſſe nolendum abſolutè. Ratio autem Chriſti errare non potuit, nec ſophiſmatibus illudi: ergo inferior portio rationis concludere non potuit mortem eſſe nolendam: & per cõſequens nec inferior uoluntatis portio, quę a ratione nunquam diſcrepabat, mortem abſolutè non potuit nolle: quod ratio non potuit dictare. ¶ Dixi notanter probabiliter: quia oppoſitum illius concluſionis quidam uidentur defendere dicentes: ꝙ portio inferior abſolutè noluit iſtam pœnam: non ſic ſuperior. Vnde aiunt, ꝙ portio inferior conſiderat paſsionem abſq; ordine ad finem ultimum: quia ſub illa circumſtantia conſiderare eſt rationis ſuperioris. Circumſcripta autem hac circumſtantia non eſt nolenda: & ita nec uoluntas illa uult eam. Et quia non uult eam, quæ tamen euenit: ſequebatur triſtitia tanquam de nolito abſolutè in iſta portione: & ita ex alia cauſa, quàm in portione ſuperiore. Ambas illas opiniones latè proſequitur Scotus diſtin. præſenti. Primam tamen præfert ſecundæ tanquam magis probabilem: ſecundum quam eodem modo dicendum erit de utraq; portione ſuperiore, & inferiore, ut libera ſcilicet, ꝙ neutra triſtata eſt de paſsione, ut abſolutè nolita. Vtraq; uero de ea triſtata eſt, ut de nolita ex conditione. ¶ Ex omnibus præmiſsis poteſt breuiter epilogari: ꝙ Chriſtus ſecundum appetitum ſenſitiuum doluit uerè, & uehementer de corporis læſione. Voluntas ut natura de eadem doluit, tanquam de corruptiua perſonæ, cuius ſalutem naturaliter uoluit tanquam appetitus principalis perſonæ. ¶ Etiam doluit de eiſdem, de quibus ſenſus tanquam coniunctus naturaliter ſenſui in eodem ſuppoſito. ¶ Voluntas, ut libera ſecundum portio

[Left margin: De quibus triſtatus ſecundũ portionem inferiorẽ.]

[Right margin: Epilogus de qbus triſtatus eſt Chriſtus in paſsione ſua.]

nem ſuperiorem ſtrictè ſumptam de nullo triſtabatur. Sed ſecundũ portionem ſuperiorem largè acceptam doluit de peccatis omnium hominum non fuit triſtitia nolitionem abſolutam conſequente. De cęteris malis pœnæ ſuæ perſonæ, & membrorum triſtatus eſt triſtitia nolitionem conditionalem conſequente non abſolutam. De eiſdem pœnis etiam triſtata eſt portio inferior & eodem modo quo ſuperior.

Secũda pars ſecũdi articuli.

¶ Quantum ad ſecundam partem huius articuli de quantitate paſsionis doloris, & triſtitię chriſti Aduertendum, ꝙ cum quęritur:

K

utrum paſsio chriſti (ſub quo nomine intelligo dolorem, triſtitiam, læſionem, & quicquid ad pœnam pertinet à chriſto paſſam) utrum inquam paſsio chriſti fuerit maxima. Cum ſic quæritur; comparatio fieri poteſt ad paſsionem cuiuſcunq; uiatoris. Vel ſecundo ad paſsiones uiam præſentis uitæ excedentes, utputa damnatorum in Inferno: aut ſatisfacientium in purgatorio. Similiter cum de paſsionis magnitudine quęritur: poteſt quæſtio intelligi de magnitudine intenſiuà, uel extenſiua. Intenſiuam uoco paſsionis ac pœnæ acerbitatem: ſiue in pœna ponatur intenſio propriè dicta, quæ fit per additionem gradus ad gradum in eodem ſubiecto ſe unientium: ſiue alias augeatur acerbitas non eſt cura ad propoſitum. Extenſiuam uoco pœnæ multiplicitatem, & numeroſitatem: ſiue illa numeroſitas ſit formaliter in doloribus, & pœnis: ſiue in cauſis, uel in obiectis, aut circumſtantia. Et patet diſtinctio: quia poteſt dolor unus numero de uno obiecto acerbior eſſe pluribus doloribus de pluribus obiectis: ſicut acerbior poteſt eſſe dolor de amiſsione uitæ corporalis, quam dolor de amiſsione multorum temporalium bonorum.

Cõcl. 1.
L

Vtrum paſsio chr̄i minor fuit paſsione

¶ Eſt ergo concluſio prima ad hanc ſecundam huius articuli partem. Minor fuit chriſti noſtri redemptoris paſsio, quàm animæ ſeparatæ in inferno, aut purgatorio. Hæc concluſio eſt ſancti Thom. part. iii. quæſt. xlvi. artic. vi. in ſolutione iii. rationis. Et probatur: quia paſsio animæ ſeparatæ excedit omne malum huius uitæ: ſicut gloria ſanctorum excedit omne bonum huius uitæ.

purgatorij, & inferni.

Vnde beatus Auguſt. de pœna purgatorij, ubi minus uidetur. in de uera, & falſa pœnitentia cap. xviii. ait. Hic autem ignis, etſi æternus non ſit, miro tamen modo eſt grauis: excellit enim omnem pœnam, quam unquam paſſus eſt aliquis in hac uita: nunquam in hac carne tanta inuenta eſt pœna. Cuius ratio adduci poteſt: quia paſsio animæ ſeparatæ eſt de maiori malo clarius cognito, & in ſubiecto magis perceptibili. Eſt enim de carentia maximi mali beatificæ uiſionis, & fruitionis: quæ ſunt maximum bonum creaturæ rationali poſsibile: & tunc cum eſſet debita, & cum eſt feruentius concupita: quod malum clarius cognoſcitur ab anima ſeparata: quæ tantò clarius cognoſcit, quantò tunc immediatè obiecta appręhendit: non egens ſenſuum miniſterio: magis deniq; triſtitiam percipit: ipſaq; magis animum affligit, quæ immediatè animæ inhæret non per corporis organum. Concurrit, & diuinum iudicium, quod ibi grauius, quàm hic punit. Ibi quippe arguit in furore ſcilicet in inferno: in ira, in purgatorio: hic uero in miſericordia, & paterno flagello. Hinc propheta orat. *Domine ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine &c.* Et per carentiam harum circumſtantiarum in hac uita: patet cur hic, non eſt tanta triſtitia de beatitudinis carentia: quia hic debilius credita: minus cognita: tepidè, & minus efficaciter conſiderata: & hic indebita. Cuius etiam concupiſcentiam ſuperant præſentium amor commodorum, & impediunt neceſsitates huius uitæ.

Cõcl. 2.
M

Pœna chriſti maior fuit intenſiuè, & extẽſiuè omni alia pœna.

¶ Secunda concluſio. Pœna chriſti paſſa pro redemptione humana: maior fuit intenſiuè, & extẽſiuè omni pœna quorumcunq; hominum experta in hac uita. Iſta concluſio probatur ſimul de dolore partis ſenſitiuę, ac etiã de triſtitia appetitus intellectiui. Primò tamẽ

de magnitudine extenſiua : ſecundo de intenſiua. ¶ Quo ad primum fuit pœna chriſti inter omnes huius uitæ paſsiones, maxima extenſiue: quia prout colligi poteſt ex doctoribus, & ſanctis Alexand. Thom. Bonauent. & ceteris paſsio chriſti ſe extendit ad omnium cauſarum genera. ¶ Magna ſiquidem fuit chriſti paſsio propter cauſam efficientem, materialem, formalem, & finalem. ¶ Primò propter efficientem, multitudinem ſcilicet cauſarum, & occaſionum ad ſuam paſsionem interiorem, & exteriorem effectiue concurrentium chriſti paſsio fuit maxima. ¶ Paſſus enim eſt ab omni conditione ſexu, & ſtatu. ¶ Ab omni conditione: quia a gentilibus, & Iudeis inimicis gaudentibus: amicis condolentibus: mulieribus flentibus, quarum conſolationi ſe neglecto intendit dicens. Nolite flere ſuper me. Luce. xxiii. A diſcipulis etiam dormientibus præ triſtitia. A compatiente matre in anima, & ſpiritu concrucifixa. Sed a tota trinitate patre dilectiſsimo, ſeipſo, ſpirituſancto. Nam pater filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Roma. viii. Hinc uox illa maximi doloris expreſsiua: hely hely lamaſabatani &c. Matth. xxvii. Tradebat iudicanti ſe iniuſte. j. Pet. ij. Traditus eſt etiam a ſpirituſancto, qui per os Caiphæ pontificis prænuntiauit: quia expedit chriſtum mori pro populo. Io. xj. ¶ Paſſus eſt ab utroq; ſexu: mulieribus ancillis Annæ pontificis, Petrũ ad negationem impellentibus: & ſimiliter a uiris. ¶ Paſſus eſt ab omni ſtatu: principibus, miniſtris, ſimplicibus, doctis, & Scribis, extraneis, & notis, a fugientibus diſcipulis a Petro negante, a Iuda tradente. ¶ Secundò chriſti paſsio fuit maxima paſsio propter cauſam materialem obiectiuam circa quam; & ſubiectiuam in qua. Magna igitur fuit propter obiectorum numeroſitatem. Nam paſſus eſt de omnibus, quæ ad eũ extrinſecus pertinebant ſcilicet de peccatis, & offenſa patris: omnium generaliter, quos redimere uenerat. Specialiter Iudeorum, quibus ſe multipliciter notificauerat. Specialiſsime diſcipulorum, quos ex omnibus in ſui familiaritatem elegerat; & eccleſiæ ſuæ quaſi fundamenta ſolida deputauerat: Petri negantis: Iudæ tradentis: & crucifigentium. Pro quibus primam in cruce totius benignitatis uocem ad patrem emiſerat. Pater dimitte illis: non enim ſciunt, quid faciunt. Luc. xxiij. ¶ Paſſus eſt etiam de proprij ſuppoſiti grauiſsimis, & multiplicibus pœnis: uidelicet ſua iniuſta damnatione: aceti & fellis amaritudine. De corporis multiplici uulneratione; de innocentis animæ, afflictione: de uitæ nobiliſsimæ amiſsione; de quibus omnibus, & alijs quamplurimis tanquam de obiectis nolitis ſimpliciter: uel ex conditione: & tamen accidentibus paſſus eſt, & doluit uehementer. De diffamia nominis, irriſionibus, & blaſphemijs. De ſpoliatione ueſtis: & per hoc omnium temporalium: quia aliud quo ſpoliari poſſet, præter ueſtem non habuit. Vulpes, inquit, foueas habent &c. Matth. viii. De matris condolentis adſiſtentia: de diſcipulorum deſolatorum fuga: & de martyrum, & iuſtorum perſecutione: de omnium miſeria, & tribulatione. Doluit, inquam lapſum Adæ, per quem in uitæ huius miſerias multiplices incidit eius poſteritas, quas ut auferri mereretur, doluit. ¶ Fuit etiam paſsio chriſti maxima propter cauſam materialem in qua: hoc eſt patientis ſubiecti totalitatem. Paſſus eſt enim in toto corpore, & omnibus eius membris: in ſenſibus ſingulis, & mentis qualibet portione: in capite coronam ſpineam, & arundinis percuſsionem: in facie ſputa, & excreationes: in genis, & barba alapas, & uellicationem: in collo, & dorſo colaphos, ac graues illudentium percuſsiones: in ſcapulis crucis pondera: in manibus, & pedibus transfixa clauorũ uulnera: in latere aperturam: in corde profundam lanceæ fixuram: In corporis ſuperficie nuditatem, & dirã flagellatione: in oſsibus, uiſceribus, brachijs, cru-

Quibus paſsio chriſti fuerit aucta pulchrè deducit.

ribus,& iuncturis rigidiſsimam extenſionem:& in membris uitalibus, & uenis totius ſanguinis effuſionem. Et per hoc oſsium dinumerationem, liquefactionem, ariditatem, ſitim, ac nimiam ſiccitatem: ſecundum illud Pſal. xxi. ex perſona chriſti. Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio uentris mei. Aruit tanquam teſta uirtus mea: & lingua mea adhæſit faucibus meis. Et ſequitur. Foderunt manus meas,& pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea. ❡ Paſſus deniq; eſt ſecundum omnes ſenſus: in oculis caligationes, & lachrymas: uidens matris diſcipulorum, ac amicorum turbationem: & inimicorum inſolentes motiones, ludibria, inſultus,& gloriationem: in auditu peccatorum multiplicem blaſphemationem: accuſantiũ dolos,& teſtium falſitatem: in odoratu ſputorum cadauerumq; fœtorem: in guſtu fellis,& aceti amaritudinē: in tactu totius corporis uulnerationem: aſperitatem uentorum, & imbrium. ❡ Paſſus eſt quoq; ſecundum quamlibet membrorum portionem: in ſuperiore triſtatus eſt de omnium peccatis, & patris offenſione: in inferiore de matris, ac diſcipulorum amicorumq; compaſsione: in appetitu ſenſitiuo de propria corporis mortifera læſione. Hinc uerißimē per prophetam dixit. Repleta eſt malis anima mea: malis utiq; pœnę non culpæ. ❡ Tertiò paſsio chriſti fuit maxima quantum ad cauſam formalem, actuum ſcilicet ſuorum peruerſiſsimas interpretationes. Paſſus eſt enim in uerbis contradictores: in prędicatione detractores: in operibus obſeruatores: in miraculis blaſphematores, in meritis ac miſericordiæ operibus ſcandalum accipientes,& udientes: in pœnis irriſores: in morte exprobatores: in ſepultura cuſtodes: in reſurrectione doloſas teſtium ſubordinationes. Siquidem pacti ſunt dare cuſtodibus pęcuniam: ut reſtarentur donum eis dormientibus a diſcipulis fuiſſe ſublatum. ❡ Quantò maxima fuit chriſti paſsio extenſiuè ex cauſa finali propter fructus modicitatem, qui ſequebatur. Nam cum pro omnibus, ac toto genere humano ſit paſſus ſufficienter, pro paucioribus profuit efficienter: quia multi uocati, pauci electi. Et anguſtam regni uiam pauci inueniunt, Mat. vij. Et hoc propter paſſionis contemptum, & ingratitudinem redemptorum. De his omnibus tanquam de ſubiectis multiplicibus paſsus eſt dominus. ❡ Hanc extenſiuam pęnę magnitudinem extenderunt loci temporisq; circumſtantiæ: nam paſſus eſt in locis plurimis. Nam ut uult Auguſt. Paſſus eſt in præſepio indigentiam: adde duritiem, & anguſtiam in Aegypto laborem,& exilium: in deſerto famem,& pugnam: in templo lapidum impetitionem, & reſiſtentiam: in hoſpitio obſeruationem malignam: in itinere fatigationem,& laborem: in ciuitate eiectionem: in monte præcipitij conatum: in horto ſanguineum ſudorem, ac proditoris oſculum: ſed & compræhenſionem, ligationem, & diſcipulorum fugam: in atrijs pontificum alapas, & illuſiones: falſam teſtificationem, conſpuitionem, ac multiplicatam percuſſionem. In prætorio calumnioſam accuſationem, flagellationem, coronationem,& crudeliſsimam mortis adiudicationem: in Caluaria expoliationem ueſtium,& mortale crucis ſupplicium. ❡ Paſſus eſt demum in omni ſuæ uitæ tempore: in infantia anguſtias uteri: fœtorem ſtabuli: indigentiam matris obſequij: circumciſionem ſecūdum legem Moyſi: perſecutionem Herodis aduerſarij: fugam in Aegyptum ſub cura Ioſeph iuſti uiri: in pueritia, & adoleſcentia labores, abſtinentias, uigilias, quas ſcriptura nō exprimit niſi in genere: q ſubditus eſſet matri, & Ioſeph putatiuo patri. ❡ Paſſus eſt paupertatem, uulpes aueſq; uincentem: dum filius hominis non habuit, ubi caput ſuum ſanctiſsimum reclinaret. Nec dubium, quin in illa ætate cruciatus fuerit ſiti, & fame: prolixus in orationibus: fatigatus uigilijs,& laboribus. Creſcente uero ætate creuerunt labores, & abſti-

Omni tēpore uitę paſſus eſt chriſtus

nentiæ. Nam in iuuenilibus annis quadraginta diebus continuò in deſerto inter feras habitans, corpus innocens caſtigans: ſine cibo manſit & potu: tentatus eſt a maligno ſpiritu: ſuper templi pinnaculum, & montem ductus eſt excelſum. Deniq; ſudores, labores, fatigationes ſuſtinuit: in prædicando, currendo de ciuitate in ciuitatem: per caſtella, agros, montes, & maria: ut annunciaret uitam mortuis: redemptionem captiuis: præſtaret beneficia infirmis: atq; collectis diſcipulis, per eos innoteſceret omnibus finibus orbis, in quibus pertulit lachrymas in compatiendo: inſidias in colloquendo: pericula in falſis fratribus, ac mille tales iniurias, & conuitia ab inſidiantibus. Demum elaboratis omnibus ad noſtram redemptionem neceſſariò precurrentibus, conſummaturus opus noſtræ ſalutis: inſtituto paſsionis ſuę memoriali diuiniſsima euchariſtia: ſurgens a cęna hora completorij, tædet, pauet, triſtatur, & factus in agone ſanguinem ſudat in horto. ¶ Hora matutina, compræhenditur, ligatur, ut latro ad Annam primò: deinde ad Caypham ducitur, ceditur, moleſtatur. ¶ Hora diei prima coram pręſide Pilato ſiſtitur, & accuſatur. ¶ Hora tertia linguis Iudeorum crucifigitur: nudatus flagellatur, coronatur, purpura illuſoriè ueſtitur. ¶ Hora ſexta contemnitur, eijcitur, cōdemnatur, cruce oneratur, crucifigitur. ¶ Hora nona in cruce tenſus ſitiens, & clamans uoce magna moritur. ¶ Hora ueſpertina latus lancea perforatus: ac de cruce mortuus deponitur. ¶ Completorij hora ſepelitur: ac ſepulcrum poſitis cuſtodibus clauditur, & ſignatur. Ecce nullum tempus, aut ętas inuenitur, in qua ſalus mundi non pateretur. Ex quibus omnibus alijsq; quam plurimis hic breuitatis gratia omiſsis: in alio quodam ſermone hiſtoriali latius digeſtis patet, ꝙ paſsio chriſti maxima fuit, & omnibus mortalium paſſionibus quantum ad extenſiuam magnitudinem incomparabilis. ¶ Sed magis hoc ipſum deduci poteſt ex paſsionis intenſiua grauitate, & incompræhenſibili acerbitate. Fuit enim dolor patientis Ieſu acerbiſsimus tam exterior, quàm interior. Exterior propter corporis chriſti teneritudinem optimā complexionem: ætatis uigorem: propter quæ pœnæ fuerunt magis perceptibiles, & ita doloris acerbioris cauſæ. Sed & propter mortis genus, quod fuit turpiſsimum, acerbiſsimum, diuturnum. Quid enim turpius, quàm uniuerſorum iudicem mortis ſententia condemnare: cęli terręq; regem illudere: ſummum pontificem crucifigere: mundi conditorem in loco Caluariæ deſpectiſsimo, ac latronum medio, & maledictionis ligno ſuſpendere: innocentiſſimum dominum, ac ſummo honore ſuper omnia uenerandum, ab angelis & cunctis cæliciuibus adoratum: coram tanto populo, toto corpore nudari. Propterquod obtenebratus eſt ſol ſecundum Augu. ut celaret membra creatoris. Omnium conſeruatorem, angelorum, hominumq; conſolatorem, ab omnibus in pœnis ultimis derelinqui. ¶ Fuit & genus illud mortis acerbiſsimum: quia fuerat chriſtus toto corpore uulneratus, in locis maximè neruoſis: pedibus ſcilicet, & manibus confoſſus: articulatim extenſus: ac toto corpore uulneratus: nudus ſoli, & uentis expoſitus. Corpus præ filijs hominum ſpecioſum: quantitate perfectum, & pōderoſum: tribus tantum uel ſecundum alios quatuor clauis ferreis ſuſtētatum. ¶ Fuit etiam pœna diuturna: quoniā ab agonia, & mortali anguſtia ſanguineū ſudorem in horto primi completorij hora in terram fundere cœpit. Et ad nonam horam diei ſequentis pœnarum cōtinua ſucceſsione, earumq; grauatione perdurauit. ¶ Et quamuis paſsio chriſti exterior grauiſsima fuit corporis, & ſenſu nimium doloroſa: fuit tamen interior triſtitia in parte rationali maior, & excellentiſsima. Nam fuit de ſummè nolito .ſ. patris offenſa, & contemptu, ꝑ peccata omnium tunc præſentium, præteritorū, & futurorum. Nunquā aliquis cōuerſorū tātā habuit cōtritionē, & tā

ſtitiam de peccatis proprijs: quantũ in illa hora ſatisfactionis dominus habuit pro peccatis ſingulorũ. Sua .n. contritio ne pro nobis aſſumpta omnium peccata ſufficienter deleuit: & omnem pœnam pro eis debitã ſoluit. Legimus tamẽ nõ nullos propter uehementiam contritionis ſubitò extinctos, quorum tamẽ contritio ad intenſionem triſtitiæ Chriſti nõ peruenit. Quis .n. dubitare poſsit dominum in horto, effuſo ſudore ſanguineo pręmentis anguſtia extinctũ fuiſſe: niſi ad ulteriora patienda fuiſſet præſeruatus ſupernaturaliter a patre, ipſo teſte. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. ¶ Hanc aũt triſtitiã de offenſa patris, omniũq; cæterorũ malorũ pœnaliũ proprij corporis, ac omnium hominũ ſibi in cognitione pſentiũ, auxit animæ patiẽtis perfectio, propter cognitionis claritatẽ tam paterni honoris, quã contẽptus, ac culpæ grauitatẽ. Et propter triplicis amoris integritatem ſumnũ patris: proprij ſuppoſiti, & totius humani generis: qui cum in Chriſto fuit maximus: quilibet in genere ſuo de malis diſconuenientibus dilectis, & accidentibus dolor fuit maximus. ¶ Aucta eſt & paſsio interior ex doloris puritate: propter paternę cõſolationis ſubtractionẽ: ac redundantiæ gaudij ſuperioris portionis prohibitionem: ac omnium dolorem augere ualentium conſeruationem: & omniũ mitigare potentiũ (quæ ceteris martyribus exhibuit) ſubtractionem. ¶ Aucta eſt quoq; propter agentium ſubitationem. Nam quò actio cõtrarij uelocior, eò dolor inflictus intenſior. Hinc actio ignis uehementiorem ingerit dolorem cęteris elementis. Fuit autem actio affligens ſubita, quæ in breui temporis interuallo totum corpus lacerauit: totum ſanguinem elicuit: & tã exteriora, quam interiora pœnis, ac doloribus repleuit. ¶ Item aucta eſt propter uoluntariam maiorum doloris, & triſtitię, quã exteriora affligentia inferre naturaliter poterant: aſſumptionem. Nam ſecundum beatum Thomã par. iij. q. xlvj. ar. vj. Dominus aſſumpſit dolorem uoluntariè propter finem liberationis hominũ a peccatis: ideo tãtã doloris quantitatem aſſumpſit, quæ eſſet ꝓportionata magnitudini fructus inde ſecuti: ſ. remiſsionem omnium peccatorũ cunctorum hominũ. Vnde aſſumpſit triſtitiam, & dolorẽ maximum quantitate: regulã tamen rationis non excedentem. Et quãuis minor dolor ſatisfeciſſet pro peccatis omniũ hominũ propter perſonæ infinitatem hunc patiẽtẽ: uoluit tamen genus humanum redimere, non poteſtate, ſed iuſtitia. Ideo nõ ſolũ attendit quãtam uirtutẽ haberet dolor eius ex diuinitate unita: ſed quãtus ſufficeret ſecundum humanam naturã ad tantã ſatisfactionẽ. Vnde in flagellatione ultra dolorem, quẽ flagella ex uehementia, & percuſsione flagellantiũ intulerunt: dñs ſpõte maiorem aſſumpſit: & ſic ſuo modo de alijs, corona, clauis, & cæteris affligentibus intelligẽdũ eſt. Ex quibus patet: ꝙ nullus unquã mortalis tantũ dolorẽ eſt expertus: licet quidã martyrum aſſati: ut Laurentius, Vincẽtius: quidã articulatim dimẽbrati ſint, ut Quintinus: alijſq; horribilibus pœnis varij ſint extincti: quę pœnæ uidentur cruce fore leuiores; omnibus tñ prædictis ſimul iunctis, patet exceſſus pœnæ Chriſti ſuper omnes allegatas martyrum pœnas: maximè propter interiorem triſtitię puritatem: ſpontaneum earũ augmẽtũ: & ſatisfactionis proportionẽ ſecũdũ diuinã iuſtitiã: & cætera ſupradicta. ¶ Quantum ad tertium articulũ, eſt primum dubium: utrũ in inſtanti mortis fuerit maxima triſtitia in ſenſualitate Chriſti: tũc n. fuit maxima læſio pſonę propter quã deſijt eſſe hõ. Reſpõdet ſecũdũ aliquos, ꝙ ſicut aiæ in mortis inſtãti dat impeccabilitas, ita, & impaſsibilitas. Quod ſi etiã uerũ eſt de anima Chriſti dicitur, ꝙ in mortis inſtanti non fuit maximus dolor: ſed prius triſtabat de morte certiſsimè cognita. ¶ Si di. Non ſciuit futurum contingens niſi uiſione in uerbo: ergo nec de illa triſtabatur, niſi ſecundum uoluntatem, ut ei oſtẽdebatur in uerbo. Iſta autem uolũtas pertinet ad portionẽ ſuperiorẽ: non ergo de hac morte doluit ſecundum ſenſum. ¶ Præ-

Arti. 3.
Dub. 1.
N

rere a illa uiſio eſt beatifica: igitur non eſt alicuius doloris, aut triſtitię cauſatiua. Reſpōdetur: ꝙ non ſolum, mortem ſuam cognouit uiſione in uerbo: ſed et illam oſtendere potuit portio inferior intellectus. Nec hoc ſolum, ſed etiā imaginatiua potuit iſtam, ut terribilem imaginari: & ita appetitus illius partis ſenſitiuę potuit timere. Poteſt tamen dici: ꝙ ſi in alijs animalibus non eſt paſſibilitas in mortis, inſtantia: tamen non ſic in anima Chriſti, in qua omnes uires, ac potentiæ fuerunt per ſpeciale miraculū conſeruatę in ſuis operationibus perfectè uſq; ad animæ ſeparationem incluſiuè: ſicut & anima Chriſti fuit plena ſapientia ab inſtāti ſuę conceptionis. Propter quod ſola anima Chriſti ſenſit: & conſequenter ſecundum rationē intuitiuè appręhēdit mortis amaritudinem. Et ideo dolor maximus fuit in ſenſu: & triſtitia grauiſsima in ratione: quod de nullo alio moriēte credendum eſt: quoniam in cæteris omnibus ante inſtans ſeparationis animæ iam organa ſenſuum deficiunt: & ceſſat operatio omnis ſenſitiua: & per conſequens deficit cognitio intellectus rerum ſenſibilium intuitiua. Et ex hoc patet dolorem mortis, & triſtitiam in uoluntate conſequentem exceſsiſſe dolorem, & triſtitiam omniū hominum uiatorum: eo ꝙ nullus cæterorum dolorem hunc, qui maximus eſt: ſentit, nec percipit.

Solus Xpus ſēſit amaritudīnē mortis.

Dub. 2. O

¶ Dubitatur ſecundò: quomodo dolor Chriſti potuit eſſe maximus: cum tantū doluit ſecundum ſenſum: & triſtabatur tantum ſecundum portionem inferiorem non ſuperiorem ſtrictè acceptā.

Qūo pœna Chriſti fuit maxima.

Reſpōdetur breuiter: ꝙ dolor, ac triſtitia in morte Chriſti de ualis perſonę ſuæ fuit maximus omnium uiatorum einſdem generis: ita ꝙ nullus uiator tantū doluit de morte ſua, ac triſtabatur quantum Chriſtus. Fuit tamen alia triſtitia maior ſcilicet de offenſa patris, ut e dictū eſt: quæ fuit in portione ſuperiore largè. In portione.n. ſupiore ſtrictè ſumpta nō pōt eſſe dolor, ſeu triſtitia ordinata, ut dictū eſt. Maxima autē quātitas paſsionis Chriſti, non ex uno tantum: ſed ex omnibus ſimul, quæ paſſus eſt, colligitur.

Dub. 3. P

¶ Dubitatur tertiò: quomodo ſimul eſſe potuit in chriſto ſumma triſtitia, & ſummum gaudium: cum illa ſint contraria in eodem ſubiecto: non obſtante reſpectu cuiuſcunq; obiecti: quia obiectum habet ſe ad dolorem, triſtitiam, & gaudium, ut cauſa efficiēs. Sed contraria repugnāt in eodem ſubiecto, non cauando a quibuſcunq; cauſis ſtant ſicut calor: & frigiditas, albedo & nigredo ſemper repugnant, in eodē ſubiecto: ſiue ſtant ab igne; ſiue a ſole: ſiue quocunq; alio agente. ¶ Pręterea etſi non eſſent contrariæ, dum ſunt diuerſorum obiectorum: tamen ſecundum philoſophum vij. Ethic. c. ult. Delectatio uehemens expellit triſtitiā, nō tātum oppoſitam: ſed etiam contingentem. Gaudium autem in anima chriſti fuit ſummum: quia beatificum: ergo nō compatiebatur ſecum aliquam triſtitiā. ¶ Item potentiæ impediunt ſe inuicem in actibus ſuis: ut patet in raptu Pauli, qui propter arcana illa, quę uidit, non ſine maximo gaudio neſciuit, an eſſet in corpore, uel extra corpus: & ſi ſic ſe impediunt diuerſæ potentiæ: quantò magis eadem potentia reſpectu diuerſorum. ¶ Item maior eſt triſtitia de obiecto ſimpliciter nolito accidente, quàm de uolito ſimpliciter: & tantum ex conditione nolito. Sed paſsio chriſti fuit ſimpliciter uolita, & nolita ex conditione. ſimpliciter ſi fuiſſet nolita ſecundū omnes portiones, & uires fuiſſet maior: quia uirtus unita maior eſt ſe diſperſa. Minor per propoſitionem ſeptimam de cauſis. ¶ Preterea gaudium ſequitur cordis dilatatio, triſtitiam uero cordis conſtrictio: non poteſt autem ſimul cor dilatari, & conſtringi.

Rñſio.

¶ Ad dubium reſpondetur, ꝙ gaudium, & triſtitia diuerſorum obiectorum non ſunt contraria: ſicut nec ſcientia, & ignorantia. Contrariantur autem reſpectu eiuſdem: ſicut ſtant ſimul gaudium de deo, & triſtitia de peccatis: ſicut ſimul ſtant amor dei, & odium peccati. ¶ Conſequenter dicitur, ꝙ licet cauſæ diuerſæ efficientes non tollant repugnantiam effectuum: dummodo ſunt

præciſè cauſæ,& non obiecta. In propoſito autem obiectū non tantum eſt cauſa efficiens:ſed etiā obiectiua,a quibus, ut talibus eſſentialiter dependet gaudium, & triſtitia: ſimiliter quando per diuerſas cauſas non immutatur ſpecies effectus: tunc diuerſitas cauſarum non tollit contrarietatem,& repugnantiā: ſicut omnes colores:& ſimiliter omnes albedines undecunq; producātur, ſunt eiuſdem ſpeciei: ſecus ſi uariatio cauſarum uariat ſpeciem effectuum: ſicut in propoſito diuerſitas obiectorum uariat ſpeciem cognitionum,& affectionum: & per conſequens paſsionum ſequētiū. Huic concordat ſanctus Bona. diſt. xvj. arti. v. & addit,φ triſtitia,& gaudium nō tantum non ſunt contraria: ſed etiam unum eſt materiale.i.obiectum alterius: & ideo ſimul ineſſe poſſunt eidem ſicut in pœnitente, qui ſimul dolet de peccatis: & gaudet de dolore: ſic & anima Chriſti ſecundum naturam corpori cōpatiebatur: & de compaſsione lætabatur. Et ſubdit. Chrīus fuit uerus cōphēſor,& uerus uiator: ita φ uiatoris cognitio non impediebat cognitionem comprehenſoris: nec affectio affectionem. & hoc fuit in Chriſto ſingulare propter officium mediatoris, quo debebat experiri diuina & humana. Vnde ſicut ſimul, & ſemel poterat cōuerti ad deum,& ad nos: ita φ una cōuerſio aliam non impediuit: ita potuit ſecūdum eandem partē animę ſimul,& ſemel gaudere in deo, & compati corpori ſuo: ita φ nec dolor a gaudio, nec gaudium a dolore minueretur. Hæc Bona. ¶ Ad illud, quod arguitur in oppoſitum ex philoſopho. vij. Ethi. dicendum, φ uerum eſt de facto, φ delectatio magna excludit triſtitiam contingentem, propter colligantiam potentiarum adinuicem: tanta enim poteſt eſſe declaratio in una parte animæ: φ excludit uſum alterius partis animæ. Licet autem in propoſito fuit maximum gaudium in portione ſuperiori uoluntatis Chriſti: tamen ut ait Sco. non excludit dolorem in appetitu ſenſitiuo: nec etiam triſtitiam in portione inferiori: quia illa delectatio non redundabat in portionem inferiorem, ſicut nec gloria: hoc autem fuit factum per nouum miraculum, φ gloria in ſuperiori portione uoluntatis non redundabat in corpus: ſed ſuſpenſa ibi fuit: ut corpus maneret paſsibile. Nec etiā redundabat in eandem potentiam, ut cōparatur ad aliud obiectum: unde ſicut per miraculum erat, φ fuit uiator, & compræhenſor: ita fuit miraculoſum, φ iſta gloria non redūdabat in corpus, nec in uires inferiores. ¶ Sic ad aliud de raptu Pauli dicitur, φ uerum eſt, φ naturaliter potentia intenta uni operatio ni impedit aliam a ſua operatione: contrarium tamen fuit diſpēſatiue in Chriſto: ut dictum eſt. ¶ Ad aliud de obiecto ſimpliciter nolito dicitur, φ licet Chriſtus non triſtabatur de paſsione tanquā de ſimpliciter nolito, ut potentia libera: triſtabatur tamen de eadem tanquā de ſimpliciter nolita, ut natura, & ut appetitui ſenſitiuo coniuncta. ¶ Item de peccato ac diuina offenſa doluit, ut libera tanquam de ſimpliciter nolito ſecundum portionem ſuperiorem. ¶ Item magis noluit conditionem, propter quā paſſus eſt, ſcilicet damnationem humani generis, cuius debitum incurrit propter peccatum: quàm quicunq; alius homo: & ideo triſtitia ex omnibus his alijsq; ſuprapoſitis collecta, fuit maior omni triſtitia uiatoris: licet forte ipſe Chriſtus maiorem aſſumere potuiſſet, ſi fuiſſet nolita ſecundum omnes portiones animæ eius: ſicut arguit ſequēs argumentum. ¶ Ad illud de conſtrictione cordis,& dilatatione, reſpōdet Sco. Credo, inquit, φ non habuit corpus magis dilatatum, quam alij: unde poteſt dici, φ gaudium non redundabat in cor: quia etiam non redundabat in portionem inferiorem: cum gaudium uoluntatis Chriſti, quod habuit circa idē obiectū ęternū: nō redūdabat in eandē potentiā circa aliud obiectum: & hoc per ſpecialem miraculū: ut dictū eſt: ideo nec mirū, ſi nō redundabat in cor. ¶ Vel aliter poteſt dici, φ aut gaudiū, & triſtitia circa cor fuerunt ęqualia: uel non. Si ſic: cor nec mouebatur motu dilatatio

In Chriſto fuit ſimul ſūmū gaudium,& maxima triſtitia.

Vtrum cor Xp̄i dilatatū ē ex gaudio, an ex triſtitia conſtrictū.

nis nec conſtrictionis: quia tunc unum impediret actionem alterius: ſicut ſi ponatur aqua, & ignis pęnitus æquales ſecundum uirtutem agẽdi, & patiendi: & ponatur lignũ in medio: q natũ eſt pati ęqualiter ab utroq;: nec caleſiet, nec frigeſiet. Si autem fuerint inæqualia: tunc unum ſcilicet dolor circa cor dominabatur quantum ad eius cõſtrictionem: quia gaudium non redundabat uſque ad cor, aut corpus: ut dictum eſt.

DISTINCTIO XVI.

OSTENSA dominicæ paſsionis poſsibilitate: in hac diſt. xvj. agit de eius neceſsitate, cuius diſtin. ſententia in his colligitur cõcluſionibus. ¶ Prima concluſio. Chriſtus non tantum moriendi aptitudinem, quę ſine pctõ fuit in ſtatu innocentiæ accepit: ſed etiam neceſsitatẽ patiendi in anima, & moriẽdi in corpore aſſumpſit. ¶ Secunda. Chriſtus patiendi neceſsitatem non ſuſcepit ex conditione ſuæ naturæ: ſed ſola miſericordi uoluntate. ¶ Tertia concluſio. Chriſtus de quolibet hominis ſtatu ante peccatum, poſt peccatum, & ante gratiam, ſub gratia, & in gloria aliquam accepit conditionem. De primo peccati immunitatem. de ſecundo defectus, & pęnam. de tertio gratię plenitudinẽ. de quarto impeccabilitatem, & perfectam contemplationem: nam habuit quędam bona uię, & quędam bona patriæ, ſicut & quędam mala uię. Hęc magiſter ſatis breuiter oſtendit, & probat in textu.

QVAESTIO VNICA.

A
Verum chriſtus habuit moriendi neceſ ſitatem ſecũdũ hominẽ

CIRCA hanc diſtinctionem quęritur, utrum chriſtus ſecundũ hoiem habuit moriẽdi neceſsitatẽ. ¶ In q̃ſtionis huius ſolutione tres erunt articuli. Primus terminos declarabit. Secundus ad quęſtionem reſpondebit. Tertius dubia mouebit. ¶ Quantũ ad primũ, notandũ q chriſtum habere neceſsitatẽ moriẽdi multipliciter intelligi põt. Vno modo comparãdo chriſtũ. i. pſonã uerbi ad naturam aſſumptam. & ſic eſt ſenſus, utrũ perſona Chriſti aſſumpſit neceſſario naturã mortalem. Vel utrũ pſona chriſti habuit ſimpliciter moriendi neceſsitatem ſecundum aſſumptam humanitatem: & huẽ intellectum habet titulus de rigore uerborũ. Secundo modo comparando naturam aſſumptã ad qualitates naturam conſequentes: & ſic erit ſenſus utrũ natura humana in chriſto conſiderata in ordine ad ſuas naturales qualitates eam conſequentes habuit neceſſitatem moriendi. Tertio modo comparando, ſeu conſiderãdo naturã humanã cũ qualitatibus ad gloriam: & eſt ſenſus utrum humana natura in chriſto habẽs gloriam in portione ſuperiori habeat neceſsitatem moriendi. ¶ Quantum ad primum intellectum, qui eſt utrum, perſona chriſti aſſumpſit neceſſario naturam mortalem, aduertendum, q perſona chriſti, q̃ eſt uerbũ; potuit aſſumere naturam humanam ſimpliciter glorioſam: qualis nunc ad dexteram patris. Potuit etiam aſſumere naturam in ſua puritate, & innocentia ſine pctõ: quemadmodum eam de facto aſſumpſit. Potuit iterum aſſumere naturam glorioſam quantum ad partem ſuperiorem ita tamen, q gloria in alias partes non redundaret: quod & fecit. ¶ Secundo notandum, q multiplex eſt neceſsitas. Eſt enim neceſsitas abſoluta, uel ſimpliciter dicta, cuius ſcilicet oppoſitum includit cõtradictionẽ. Alia eſt neceſsitas uiolẽtię, ſiue coactionis, qualis eſt neceſsitas corruptionis ligni poſiti in ignem, qđ uiolenter ab igne corrumpitur. Tertia eſt neceſsitas finis, ſiue conditionata: ſic neceſſarium eſt ad finem, ſine quo finis haberi non poteſt: ſic merita ſunt neceſſaria ad beatitudinem conſequendam, & quælibet duarum neceſsitatum ultimatum accipi poteſt ſecundum potentiam dei ordinatam, uel abſolutam. ¶ Tertiõ notandum ſecundum beatum Tho. in tertio ſcrip. diſt. pręſenti. q. j. q

Arti. 1.
Noc. 1.
Not. 2.
Multiplex neceſsitas
Not. 3.
B

Neceſsitas moriẽdi partim ineſt hoi ex natura, & partim ex peccato. Ex natura quidẽ: qa corpus hois cõpoſitum eſt ex contrarijs, q̃ nata ſunt agere, & pati ad inuicẽ ſecũdũ diuerſas partes organicas, ad quorũ actionem ſequit tandẽ corruptio corporis, corruptis. ſ. qualitatibus ad operationes uitalis requiſitis. Item propter conſumptionem humidi radicalis, & propter uiolentias extrinſecas: de quo in ſecundo dictum eſt latius diſtin. xix. Tamen in ſtatu innocentiæ p donum a deo gratis datum (ſiue id fuerit lignum uitę, ſiue originalis iuſticia: ſiue utrũq; ſimul) largita eſt huiuſmodi immortalis: nam per hoc donum potuit caueri omnis corruptio, & per cõſequẽs mors: ſed propter peccatum donũ illud perdidit: & ideo relicta eſt humana natura (ut dicit Diony. de eccleſ. hie.) in ſtatu, qui debetur ei ex natura ſuorum principiorum: ſecundum q̧ dictum eſt Gen. iij. Terra es, & in terram reuerteris. Et ideo poſt peccatum neceſsitas moriendi ineſt homini ex peccato: ſicut ex remouẽte prohibẽs donũ illud. ſ. uitæ conſeruatiuum.

Arti. 2. ¶ His præmiſsis quantũ ad ſecundum articulum eſt hæc cõclu-

Cõcl. 1. C ſio prima. Chriſtus, qui eſt uerbum patris, non habuit ſimpliciter moriendi neceſsitatem, ſecundũ aſſumptam humanitatem, Pater; qa potuit non mori: ergo non habuit abſolutam moriendi neceſſitatem. Cõſequentia nota. Antecedẽs probatur: quia potuit naturã aſſumptã perpetuò conſeruare: non concurrendo actiuè cum corrumpentibus: & cõſeruando uirtutes naturales, ac q̃litates in ſuo uigore, & uitalibus actionibus. Potuitq; ſuſpenſam glorię redundãtiã relaxare, ut influeret in uirtutes inferiores: ut totum corpus eſſet glorioſum. Potuit etiam naturæ humanæ dare donum uitæ conſeruatiuum, ſicut dedit innocentiam, & peccati immunitatem: & quodcunq; horum feciſſet: mortuus non fuiſſet: & ſic potuit non mori, & per conſequens non habuit abſolutam moriendi neceſsitatem: ſed aſſumptam humanitatem.

Cõcl. 2. ¶ Secunda concluſio. In nullius hominis etiam peccatoris natura eſt moriendi neceſsitas abſoluta. Patet: quia deus ſicut humanitatem ſuam præſeruare potuit a morte perpetuò: ita & cuiuſlibet alterius hominis, ergo nullus hõ ſimpliciter habet neceſsitatẽ moriẽdi. Conſequẽtia nota. Antecedẽs probatur: qa eandem potentiã habet reſpectu cuiuſlibet creaturæ: & ois creatura eſt in æquali obedientiali potentia dei: quia ęqualiter deo ſubiecta. Quòd ergo potuit impendere ſuæ naturæ aſſumptę: potuit, & impẽdere cuilibet naturæ humanæ.

Cõcl. 3 ¶ Tertia concluſio. In natura humana a uerbo aſſumpta fuit moriẽdi neceſsitas ſcd̃o, & tertio modis ex potentia dei ordinata. Probatur: quia uerbum aſſumpſit naturã humanã cum generalibus ſuis d̃fectibus penalibus ſine pc̃tõ: ſed magnus defectus fuit moriendi neceſsitas: ergo & illũ defectũ aſſumpſit. ¶ Præterea aſſumpſit naturam humanã ſine dono uitæ perpetuatiuo: & per conſequens potuit uiolentari, & ſic uiolentatum potuit neceſſariò mori. Item gloriam animæ aſſumpſit ſine redundãtia, ideo ex hac parte natura fuit dimiſſa ſuis naturalibus actiõibus, & paſſionibus ſcd̃m quas fuit mortalis: & per conſequens ſtante illa conditione, fuit in eo neceſsitas moriendi. Quomodo autẽ mors erat neceſſaria neceſsitate finis, dicetur in ſequenti diſtinct. xx.

Cõcl. 4 D ¶ Quarta concluſio. Neceſsitatẽ moriẽdi ſecundũ humanã naturam chriſtus aſſumpſit nulla ſua neceſsitate: ſed ſola miſericordi, & amoroſa uoluntate. Prima pars patet, quia potuit eam non aſſumere: ergo non aſſumpſit neceſſariò. Secunda pars patet, qa ſicut naturã humanã aſſumpſit uoluntariè ex nimia dilectione generis humani: ita etiã eadẽ uoluntate, & amore aſſumpſit conſequentia naturam ad generis humani redẽptionem proficientia (ad excludẽdum peccatum non aſſumpſit) tale autem erat neceſsitas moriendi. Itẽ nullum miraculum uerbum neceſſariò operatum eſt: ſed naturam humanam aſſumptam eſſe mortalem fuit miraculoſum, ergo. Minor probatur; quia miraculoſum fuit, q̧ corpus, cuius aia ſecundũ

chriſtus neceſsitatẽ patiẽdi aſſumpſit uoluntariè non neceſſariò.

aliquã ſui parte fuit glorioſa:erat mortale,& paſſibile.tale fuit corpus chriſti: ergo.Conſequentia nota cum minore. Maior patet : quia per nouum miraculũ impedita,& ſuſpẽſa eſt redũdãtia gloriẽ aiẽ chriſti iam glorioſẽ in corpus:que ſi ſuẽ naturæ fuiſſet dimiſſa : redundaſſet in corpus:ipſumq; reddidiſſet glorioſũ: & per conſequens immortale, ſicut in cæteris beatis.Stante itaq; hac ſuſpenſione redundantiæ gloriẽ animæ chriſti in corpus:& quia non aſſumpſit iuſtitiã originalem:nec ligni uitẽ uirtutem,p̃ſeruantes a corruptione:corpus Chriſti habuit moriẽdi neceſsitatem. Hoc etiã confirmatur auctoritate beati Augu.in de baptiſmo paruulorũ:ubi expreſſe dicit,ꝙ facto illo miraculo habuit neceſsitatẽ moriẽdi. Et tantũ de arti.ij. ¶ Quãtum ad tertium articulum dubitatur primò,utrũ in poteſtate animẽ chriſti fuit non mori ex uiolentia paſsionis.

Arti. 3. Dub. 1. E

De uerbo non eſt dubium:quia uerbum poteſt omne uiuens conſeruare, ne moriatur. Et uidetur,ꝙ ſic tũ,qa anima illa ſcđm uolũtatem dominabatur perfectè appetitui ſenſitiuo, & omnibus uiribus inferioribus : qa in ipſo nulla fuit rebellio ipſarum uirium,ergo dominabatur plenè ſuper corpus:ut poſſet impedire oẽm uiolentiã corporalem. Item Io.x. Poteſtatem habeo ponendi animam meam. Et pmiſit.Ego pono animã meã, & iterum ſumo eam. Nemo tollet eam a me: ſed ego pono eam a meipſo. A meipſo dicit,nõ utiq; a me uerbo : qa nunquã animam depoſuit a ſe uerbo:quia nunquã fuit ſeparata a uerbo:ergo hoc dicit ut homo.Sic enim poſuit animam ſeparãdo eã a corpore.Fuit ergo in poteſtate animæ ſeparari,& non ſeparari: & hoc confirmatur per hoc,ꝙ ſequitur in Ioãne. Hoc mandatum accepi a patre meo. ſ.ponere aiam,ſed nõ recepit mandatũ a patre,niſi ut homo:quia in diuinitate erat ęqualis patri:ergo ut homo:& minor' patre ponit aiam ſuam. Facit ad idẽ, ꝙ cum clamore ualido emiſit ſpiritum. Non poterat autem ſic ualidè clamare, niſi præueniſſet uolens mortis horam,quæ accidit ex uiolentia paſsionis.

Ante horã ergo illam poſuit ex poteſtate.ppriã aiam ſuã:& eadẽ ratiõe potuit tunc nõ feciſſe:nec poſtea:& ita in poteſtate ei' fuit mori,uel nõ mori ex uiolentia paſsiõis. ¶ Ad dubiũ reſpõdetur p tres ꝓpoſitiones. Prima. Si anima chriſti ſibi abſolutè dimiſſa fuiſſet:non mori in eius poteſtate extitiſſet. Probatur, quia anima chriſti fuit glorioſa quantũ ad portionem ſuperiorem, quę gloria niſi per miraculũ impedita fuiſſet:redundaſſet in corpus : & p cõſequens in eius poteſtate fuiſſet non mori ex aliqua paſſionis uiolentia. ¶ Secunda propoſitio. Stante miraculo ſuſpenſionis gloriẽ portionis ſuperioris, non fuit in poteſtate animẽ chriſti nõ mori ex uiolẽtia paſsionis.Probatur:qa eius ſolius eſt immutare legẽ,ꝙ curſum naturę impoſitũ : qui naturã inſtituit, & ordinauit : ꝙ ſolus deus fecit. Et nulla creatura corporalis, nec ſpiritualis auctoritate ſua hoc poteſt:niſi per modum orationis, quomodo ſancti a deo impetrauerunt fieri miracula : quæ tamen ꝓpriè nõ fiebãt a ſanctis:ſed a deo ad ſanctorum orationem.& ideo hoc fuit ſignum diuinitatis chriſti,ꝙ imperando perfecit miracula:non orando ſicut cęteri ſancti : ſed ſcđm legem naturę inſtitutã mors corporis ſequit̃ uiolentiã paſsionis:nam ex prima inſtitutione naturæ eſt, ꝙ aliqua actiua nata ſunt dominari paſsiuis, ideo corpus alterabile,& corruptibile per approximationẽ actiui dominantis animæ Chriſti,ex eadem lege corrumpitur:nõ ergo fuit in poteſtate animæ Chriſti nõ mori, illata tam uiolenta paſsione. ¶ Tertia propoſitio. Si chriſtus non fuiſſet paſſus, nihilominus ſtante lege, & gloriẽ ſuſpenſione, ſenio fuiſſet mortuus. Probatur : nam omne corpus animale conſeruatum nutritione tandem neceſſe eſt deficere: tum ex debilitatione potentiæ nutritiuæ:tum ex impuritate alimenti : nam potentia nutritiua agendo in nutrimentum ad reſtaurationem deperditi repatitur, & debilitatur. Et quoniam eſt finita, tandem debet, ut conuertere non poſsit : ſicut docet experientia in nobis: & hoc niſi per aliud

F

Nõ mori ſtante miraculo de non redũdãtia gloriæ, nõ fuit in poteſtate animę chriſti.

Si chriſtus nõ fuiſſet paſſus ſenio fuiſſet mortu*

aliud donum præſeruaretur:ut per lignũ uitę, de quo in.ii.diſ.xix. Similiter ratione nutrimenti: quia non quodlibet põt generari ex quolibet: ſed determinatum ex determinato: & ideo ex puriori alimẽto, & meliori generatur melior ſanguis: & ex puriori ſanguine ſolidior caro, & permanentior: & ex impuriori alimento generatur caro ualde fluida. Sed alimentum Chriſti reſpectu alimenti Adæ in paradiſo fuit impurũ, ſicut & noſtrũ: & ideo ex parte alimenti non potuit fieri ita perfecta reſtauratio, ſicut deperditio: & ideo licet temperatiſsimè uixit: ſciretq; quantum neceſſe fuerit ſumere ad reſtaurationem deperditi; tamen ex cauſis dictis nõ potuit fieri æqua reſtauratio perditionis.

G ❡ Per hoc ad rationes in principio dubii. Ad primum respondet Sco. & benè, q anima non ſic dominabatur appetitui ſenſitiuo, q appetitus fieret impaſsibilis, quia uere doluit: ut patet ex præcedenti diſt. & ita nec corpori. Quòd uero dicitur, q plus dominatur corpori; quia corpori dominatur diſpoticè: appetitui uero ſenſitiuo politicè: uerum eſt quantum ad potentiam motiuam tantum: quoniam anima poteſt mouere corpus, & membra hinc & inde localiter, & ad hoc opus, & ad illud ſicut placuerit: non tamen quantum ad omnem potentiam, quæ ſe tenet a parte corporis: immo multò minus dñatur ſuper corpus quantum ad potentiam uegetatiuam, quàm ſuper appetitum ſenſitiuum: quia potẽtia uegetatiua eſt omnino irrationalis: ſecũdum philoſophũ. i. Ethico. non obediens in actibus ſuis animæ, quãuis enim ſit in poteſtate aię exhibere materiam, in quã agat. tamen materia exhibita non ſubiacet domino animæ in actibus ſuis quantum ad imperium uoluntatis: & ideo ex aſſumptione alimenti impuri, & debilitate uirtutis in conuertendo fuiſſet corruptio, & mors ſubſecuta.

Qñõ aĩa dominatur corpori aliter, quã ſenſibus.

❡ Ad ſecundũ de Ioãne dicit Scotus, q ly ego, & in ſuppoſito, & appoſito ſtat pro eadem pſona: ego ſcilicet in ſuppoſito: & meipſo in appoſito: ſed nõ ſecũdũ eãdem naturam: ita q ſit ſenſus. Ego ſuppoſitũ uel ſubſ. ſecũdũ naturã diuinam, pono animam meam a meipſo ſecundum naturam humanã: quia animam pono a corpore, non à uerbo: ita q ponere, & ſeparare poteſtatiuè attribuitur uerbo: ſed ſeparare animã terminatiuè, ut a quo, puta a corpore, conuenit ſibi ratione humanæ naturæ.

Exponitur authoritas Ioãnis.

❡ Per hoc ad confirmationem dicitur, q ut homo accepit mandatum ponendi animam .ſ. de complacendo, & patiendo animam poni: ſed non effectiuè: ita q ponere, & non ponere fuerit in poteſtate eius ſecũdum naturã humanam: hoc enim conueniebat ſecundum naturam diuinam effectiuè: licet terminatiuè ſecundum naturam humanam. Et talis expoſitio non eſt extorta: quia eadem litera poteſt exponi partim de capite: partim de membris ſecundum regulas Ticonij de expoſitione ſcripturarum: ſicut hic. Qui potuit tranſgredi, & nõ eſt tranſgreſſus. quantũ ad poſſe tranſgredi exponitur de membris: & quantũ ad non eſt tranſgreſſus, exponitur de capite: ita idẽ poteſt ſecundũ aliquid exponi de Chriſto: ut eſt ſuppoſitũ æternũ in ñatura diuina: & aliquid de natura creata in ſuppoſito.

H ❡ Ad aliud de clamore ualido dicit Scotus, q alterũ fuit miraculũ, .ſ. q clamauit ualidè in hora mortis: quia ex potentia uerbi. Sed alterũ, ſcilicet, q anima fuit ſeparata p uiolentiam paſsionis: hoc fuit naturale ſuppoſito miraculo primo de non redundantiam gloriæ in corpus: quia omnia, quę paſſus eſt, fuerunt quodammodo miraculoſa, licet naturalia: quia quod non poteſt fieri, niſi præſuppoſito miraculo: et ſuppoſito miraculo poſsit naturaliter fieri: in relatione tamen ad miraculum neceſſariò pręſuppoſitum eſt aliquo modo miraculoſum: ſic q patitur chriſtus ſecundum corpus, & animam ſenſitiuã, & portionem inferiorem rationis: hoc fuit ex miraculo: nõ nouo, ſed antiquo, quo gloria non redundabat in corpus, nec in portionem inferiorem: ideo totum, quod patitur fuit miraculoſum, & tamen naturaliter patitur facto illo miraculo: ſicut cęcus illuminatus miraculoſè facto miraculo naturaliter uidet.

De clamore ualido & anticipatiõe horę mortis Chriſti.

An fuerit miraculoſum uel nõ

Quòd uero anima ſeparata fuit āte horam ſeparationis p uiolentiam paſsionis (ꝑpter ꝙ Pilatus mirabatur, ſi iā obijſſet. Mar.xv) hoc ipſum fuit miraculoſū, & de potentia uerbi, & miraculum nouum: & ita quantū ad horā ſeparationis uerū eſt, ꝙ dicit Io.x. Nemo tollit animā meā: ſed ego pono eā. Licet etiā ſi horā non prœueniſſet paſsionis: uiolentia tādem ſeparaſſet: quamuis & textus ille ſic exponi poſſet ſecūdū Nicolaum de Lyra. Nemo tollit eam a me .ſ. uiolēter: nō eſt ſic intelligendū, q̄ ex uulneribus, & paſsione mortuus ſit: ſed q̄ apoterat pſecutores ſuos impedire, & uno uerbo proſternere: & ſic ꝙ ſequitur. Sed ego pono eam a meipſo, interfectores nō impediendo; immo potentiam id faciendi eis cōcedendo, & permittendo, niſi. n. poteſtatem a deo haberēt, nō poſ-

Dub. 2. I ſent facere quicquam ¶ Secundò dubitatur utrum paſsio chriſti fuerit uiolenta. Et uidetur, ꝙ ſic: q̄ a principio extrinſeco paſsio non conferrente uim. Paſſum enim naturaliter ad oppoſitū inclinabatur: ut dictū eſt præcedenti diſ. Sed in oppoſitū eſt: quia tunc paſsio nō fuiſſet meritoria: nam ſi uiolēta: ergo non uoluntaria, & per conſequens nec meritoria. Reſpondetur, ꝙ uiolentū uno mō opponitur naturali. ij. Phyſic. Alio modo opponitur uoluntario. iij. Ethico.

Violentum accipitur dupliciter. Primo modo uiolentum eſt, ꝙ ſit contra naturalem inclinationem rei, ut motus grauis ſurſum. Secundo modo uiolentum eſt, quod eſt inuoluntarium.

Tunc dicitur accipiendo uiolentū primo modo: paſsio chriſti fuit uiolenta animæ, ut naturaliter inclinatur ad perficiendum corpus. Fuit, & contra inclinationem naturalem corporis, ut naturaliter habet perfici ab anima. Accipiendo autem uiolentum ſecūdo modo pro inuoluntario, tunc eo modo, quo ſcd̄m prædicta diſt. præcedenti, paſsio fuit nolita: & tamen euenit: fuit uiolenta: ſed ut acceptata a uoluntate, & uolita ſic non fuit uiolenta: de quo diſt. ꝑcedenti.

Per hoc patet ſolutio rationis ante oppoſitum, quod uerum arguit ſecundum primam acceptionē nois uiolentū. ¶ Ad rationē in oppoſitū, quę arguit, ꝙ non meritoria, ſi fuit uiolēta: dicitur, ꝙ procedit ſcd̄m acceptionē ſecundā uiolēti, & poſſet ratio confirmari: quia ſi uiolenta, ergo non in poteſtate animę, & per conſequens non erit meritoria: qa nullū neceſſariū, & ꝙ non eſt in poteſtate uoluntatis, eſt meritorium. Dicitur igit, ꝙ uoluntas poteſt habere actum meritorium circa obiectū, ꝙ non eſt in poteſtate ſua: Immo ꝙ eſt neceſſarium, imposſibile aliter ſe habere: ſicut poteſt meritoriè amare deum amore amicitiæ uolendo ſibi bonum, omnipotentiam, iuſtitiā, infinitatē &c. & tamē uelit, uolit uoluntas amantis, deus omnipotens eſt iuſtus; & infinitus: ſed meritorium eſt ſic amare complacendo in perfectionibus diuinis, qui amor, & complacentia eſt in poteſtate uoluntatis. Actus ſi quidem meritorius: cum ſit actus uoluntatis eſt in eius poteſtate: non obiectum. Sic martyres licet uiolenter occiſi ſunt, meruerunt tamen acceptando pœnam ꝑpter dei honorem, ita & chriſtus meruit acceptando uoluntariè paſsionem propter bonum ex ipſa conſequens: & quia fuit placita deo: licet certo modo fuit uiolenta.

DISTINCTIO XVII.

POſtquā magiſter egit de paſsiōe in ſe quātum ad eius poſsibilitatem, & ueritatē. Conſequenter determinat de eadem quantum ad eius effectum: inquitendo eius meritum, & utilitatem. Et circa hoc duo facit. Primò de uoluntate, quæ eſt merendi principium inueſtigat diſt. præſenti. Secundò de ipſo merito paſsionis chriſti determinat diſt. xviij. Sententia autem huius diſt. in his tribus abbreuiatur concluſionibus. ¶ Prima ſecundum duas naturas in chriſto plures ſunt uoluntates in eo. ¶ Secunda cōcluſio. Chriſtus affectu rationis, idem quod diuina uoluntate. ſ. pati, & mori uolebat: ſed affectu ſenſuali

tatis hæc noluit: immo refugiebat.
¶ Tertia concluſio. Vt membris formã præberet imminente turbatione clamã di ad dominum, chriſtus pro eo orauit ad patrem: ꝙ illum nouerat non factu-rum. Has proſequitur latius in textu.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionem quęritur, utrum in chriſto fuerũt plures uolũtates ſibi in uolito ſemper cõformes. Tribus articulis quæſtio abſoluetur, notabilium ſcilicet concluſionũ, & dubio tũ. Quantũ ad primũ notandũ, ꝙ ſicut in una Chriſti hypoſtaſi ſunt duæ naturæ uere, & realiter diſtinctæ, diuina ſcilicet, & humana: ut ex ſupradictis patet ita conſequens eſt, quod in ipſa ſint utriuſq; naturæ proprietas, & potentiæ: ut uult Dama. lib. iij. Tamen deſcendendo ſpecialiter ad uoluntatem aduertendum, quod nomẽ uoluntatis accipitur, quãdoque generaliter, & largẽ pro quo libet appetitu, ſiue rationali, ſiue ſenſitiuo, ſiue naturali. Alio modo ſtrictẽ & propriẽ tantum pro appetitu libero, qui ſequitur cognitionem intellectiuã ſiue rationis: unde in homine tot ponũtur appetitus, quot potentiæ appręhenſiuæ: & ita ſicut eſt alia appręhẽſiua guſtus: alia uiſus: alia audit⁹: alia odoratus: alia tactus: ita eſt alia uirtus appetitiua propria huius, & illius: alia quoq; eſt delectatio propria conſequens hanc appræhenſionem, & illam: communiter tamẽ de appetitu ſenſitiuo loquimur, ſicut de uno, qui ſequitur imaginatiuam. Quia ſicut illa uirtus imaginatiua appræhendit obiecta omnium ſenſuum, & in præſentia, & abſentia: ſic ſuus proprius appetitus delectatur in illis, ſi ſint conuenientia: uel dolet ſi ſint diſconuenientia. Sed ſicut non obſtante illo ſenſu communi, qui dicitur imaginatiua apprẽhenſiua omniũ obiectorũ poſsibiliũ, nihilominus ponuntur ſenſus particulares appræhenſiui obiectorum particulariũ diſtinctorum: ut uiſus uiſibilium tãtũ: auditus ſonorũ &c. Sic non obſtante appetitu conſequentia imaginationẽ, ꝙ poteſt appetere ſingula ſenſibilia, ſi ſint cõuenientia: & refutare, ac dolere ſi ſint diſcõuenientia, oportet nihilominus ponere appetitus particulares diſtinctos ꝑter illũ cõmunem ſenſitiuũ, conſequentes particulares potẽtias appręhẽſiuas, quę dicuntur ſenſus exteriores. Et ſicue ponitur diſtinctio in appręhenſiuis: ſic in appetitiuis: qualis autem ſit illa diſtinctio uiſum eſt in. ij. diſtin. xvj. Præter autem illas potentias ponitur appetitus, ſeu uoluntas naturalis: de quo magis dubium eſt, an ſit diſtincta a uoluntate libera uel non. ¶ Pro quo ſecundò notandum, ꝙ uoluntas naturalis accipitur tripliciter. Vno modo generaliter pro inclinatione naturali rei cuiuſlibet ad ſuã propriã perfectionem, & hęc inclinatio non eſt aliquid diſtinctum a re ipſa: neq; eſt aliquis actus elicitus, ſed eſt res ipſa nata ex conditione naturæ recipere ꝓpriam perfectionem, aut talem producere, ſecundũ ꝙ dr̃: materia inclinat, & appetit formã: & agens inclinatur ad agẽdũ. Põt etiã illa inclinatio dici ꝓprietas, ſiue forma accidentalis naturã rei conſequens, ut grauitas, per quã graue mouetur ad locum naturalem. Nec eſt aliquid abſolutum diſtinctum ab appetente, & eius proprietate: & illa inclinatio quandoq; eſt aptitudinalis: qñq; actualis. de qua infra diſ. xxix. q. j. in dub. iij. Sed uide, ne dicta hic aliquo mõ cõtradicant dictis infra. Iſta ergo uoluntas naturalis non diſtinguitur a uoluntate libera in hoie: ſed eadẽ potentia appetitiua, ꝗ eſt realiter aĩa hoĩs, eſt uoluntas naturalis, & uoluntas libera: licet alia rõne dicitur uoluntas naturalis, & alia ratione libera. Libera enim dicitur in ordine ad actum elicitum, quem habet in ſua poteſtate. Naturalis inquantum nata eſt recipere perfectionẽ aliquam, aut receptã cõſeruare a cõtrario. Scdo mõ accipitur uolũtas naturalis, ut diſtinguitur contra potentiam ſupernaturalem: & ſic uoluntas naturalis, ſiue in puris naturalibus exiſtens eſt uoluntas nõ informata donis gratuitis, de quo di-

Arti. 1. Not. 1.

Voluntas.

Not. 2. B Natura lis uolũtas tripliciter accipit.

ctũ eſt in ij.diſt.xxiij. Tertio mõ accipitur uoluntas naturalis pro uoluntate eliciente, uel recipiente actũ conformẽ inclinationi naturali, quę ſemper eſt ad cõmodũ: ſiue illũ eliciat liberè, ſiue neceſſariò ad oſtenſionẽ cõmodi: ut dictũ fuit diſt.xv. & de primis motibus. infra diſt.xxiij.q.j.dub.iij. ¶ Tertiò notandũ,

Not. 3.

C ꝙ uoluntatem unã alteri conformari, eliciendo actum poteſt contingere tripliciter: ut tangit Ockam diſtinct. ulti. primi ſen. ſcilicet in obiecto ſeu uolito: in actu: in modo. In uolito, quando una uoluntas uult idem, ꝙ uult alia: ut dum utraq; uoluntatũ tendit in idem obiectũ. In actu, quando una uoluntas uult illud, quod alia uult ipſam uelle: ita ꝙ iſta actũ elicit, quem alia uoluntas uult eam elicere: licet nõ reſpectu eiuſdẽ obiecti, uel noliti: ut ſi dominus pcipit ſeruo aliquid uelle: quod tamen non uult per eum fieri: ſicut dñs præcipit Abrahæ immolare filium ſuũ Iſaac, quem tamen noluit immolari: Abraam habens uelle elicitum circa immolationem filij, habuit uolũtatem conformem uoluntati diuinę in actu: non autem in obiecto. In modo quando conſimili modo uult una uolũtas, quo modo uult alia; ut ꝙ uelit ſimpliciter, quod alia uult ſimpliciter: aut ſub conditione, quod alia uult ſub conditione.

Confirmatio uolũtatum tripliciter contingit.

Arti. 2. Cõcl. 1

¶ Quantum ad ſecundum articulum, eſt hęc prima cõcluſio.

D In chriſto fuerunt plures uoluntates, diuina ſcilicet, & humana abinuicẽ realiter differentes. Probatur concluſio aucto. per magiſtrum in tex. allegatis, & ratione. In chriſto fuerunt duę naturæ diuina, & humana realiter tanquam increatũ, & creatũ diſtinctę, quarum quęlibet habet uoluntatẽ, uel per idẽtitatẽ, ut diuina, uel ut partem eſſentialem, ut humana: ergo concluſio uera. Conſequentia nota: & antecedens pro prima parte patet ex dictis ſupra diſt.j. & ſeq. Secunda pars patet: quia uolũtas diuina eſt eadem eſſentię diuinę: ut patuit in primò. Et uoluntas humana: quia eſt realiter anima, quę eſt pars eſſentialis: non chriſti ſeu ſuppoſiti uerbi: ꝙ eſt ſimplex, & incompoſitum: ſed naturę humanę aſ-

In Chriſto plures uolũtates.

ſumptæ, quæ quã eſt creatura, differt realiter ſecundũ ſe totã, & oẽs ſuas partes a creatrice eſſentia. ¶ Secunda cõcluſio. Accipiendo uoluntatem largẽ pro quolibet appetitu, in Chriſto triplex eſt uoluntas humana rationalis, ſenſitiua, & naturalis: non re, ſed nomine diſtincta. Prima pars probatur, quia in chriſto eſt humana natura perfecta: ergo in eo sũt quæcunq; ad eius perfectionem requiruntur. Sed hæc triplex uoluntas eſt de perfectione humanæ naturę: quia pars eius eſſentialis, & formalis: ergo &c. Secunda pars probatur: quia illi appetitus in homine ſunt una anima realiter, quæ eſt ſimplex, & indiſtincta: ut habitũ eſt in.ij.diſt.xvj. niſi diceretur, ꝙ naturalis appetitus eſſet tota natura humana, & non anima tantũ: tunc cõſequenter dicendum foret, ꝙ appetitus naturalis diſtinguitur ab alijs, ſicut totum a parte. Tertia pars probatur: quia illi appetitus ſortiuntur diuerſa nomina: quæ nõ ſunt ſynonyma propter diuerſitatem actuum, quos connotant: de quo latius in.ij.loco ſtatim alleg. ¶ Tertia cõcluſio

Cõcl. 2.

In chriſto triplex uoluntas.

Cõcl. 3

Voluntas rationalis uolitione abſoluta in chriſto ſemper cõformabatur uoluntati diuinæ in uolito. Probatur: quia uoluntas rationalis in Chriſto fuit rectiſſima: ſed omnis uoluntas recta conformis eſt ſuæ regulæ in uolito ſcito eſſe tale: ergo. Non enim poteſt uoluntas recta contraria, aut difformis eſſe ſuæ regulæ uolendo aliud, quàm uolũtas, quæ eſt ſua regula, dum nota fuerit: ſed diuina uoluntas eſt regula omnium uoluntatum rationabilium creaturarum: nũc autem uoluntas rationalis in Chriſto nouit per intellectũ omnia uolita a uerbo, tam cognitione beatifica, quã infuſa: igitur. ¶ Quarta concluſio. Voluntas rationalis in chriſto uolitione conditionata, & ſenſualis, ac ut natura, aut ut ſẽſui coniuncta, non ſemper fuit conformis uoluntati diuinæ in re uolita. Patet concluſio quantum ad omnes partes ex dictis ſupra diſtinct.xv. nam uoluntas diuina uoluit Chriſtum pati, & mori: ſed uoluntas humana rationalis conditionata: & uoluntas ſenſualis, quæ eſt appe-

Cõcl. 4

E

titus

ſitus ſenſitiuus; etiam uoluntas,ut na-
tura : & ut coniuncta appetitui ſen-
ſitiuo , paſsionem & mortem horruit:
Cõcl.5. ut dictum eſt ſup. ¶ Quinta conclu-
ſio. Quantum ad uolendi actum quæ
libet uoluntas in Chriſto homine perfe
ctè conformabatur uoluntati diuinæ.
Probatur quælibet uoluntas humana in
Chriſto ſic uoluit,quomodo eam uelle
diuinæ uoluntati cõplacuit:igitur. Cõ-
ſequentia nota. Antecedẽs probat:quia
quamuis deus nõ uellet hoc, quod ſen-
ſualitas,uel uolũtas,ut natura ſenſui cõ
iuncta uolebat : uolebat tamen illum
actum utriuſq; uoluntatis inquantum
ſecundum Dama. permittebat unicuiq;
paſſiuum animæ agere , & pati quod ſibi
erat naturale,& proprium,quãtum ex-
pediebat ad finem redemptionis huma-
næ,& oſtenſionẽ ueritatis naturę: ut di
cit ſanctus Tho.diſ. præſenti q.ij. Vo-
luit ergo diuina uoluntas ſenſualitatẽ
Chriſti,& uoluntatem,ut natura &c. ad
oppoſitum ſui uoliti,& ad commoda na
turæ inclinari ſecundum propriam con
Cõcl.6. ditionem. ¶ Sexta concluſio. Quælibet
uoluntas in Chriſto cõformabatur uo-
luntati diuinę,quoad omnem modũ ſui
actus,quo uoluit eam uelle. Patet;quia
uoluit diuina uoluntas uolũtatẽ huma-
nam rationalẽ abſolutè uelle mortẽ , &
nolle ex conditione:& utrũq; ſic uelle,
& nolle ex charitate. Cætera ſic uelle
ſecũdũ conditionẽ naturalẽ cuiuslibet:
& ſic quęlibet uoluit:ergo in modo uo
lendi uolũtatis humanę cum diuina in
Chriſto plena concordia fuit ¶ Quan
Arti.3. tũ ad tertium articulum eſt primum du
Dub.1. biũ:utrũ in Chriſto fuerit rebellio ſen-
F ſualitatis contra rationẽ. Et uidetur,ꝙ
Vtrum in Chriſto fuerit rebellio ſenſualitatis.
nõ: quia in beatis non eſt talis rebellio:
cum in eis ſit plena ſatietas omnis deſi-
derij,& appetitus: ſed Chriſtus fuit ue-
rus cõpræhenſor,& cæteris beatior:igi-
tur nec in Chriſto fuit talis rebellio. In
oppoſitũ eſt cõcluſio quarta cum dictis
diſ.xv. Itẽ Chriſtus eſuriuit ſecũdũ ſen
ſualitatem. Mat.iiij.& tamen ad tenta-
toris ſuggeſtionem comedere noluit.
Item in cruce ſitiuit. Sitio,inquit. Io.
xix.& tamen dum guſtaſſet , bibere no-
luit. Matth.xxvij.& ſic uoluit aliquid ſe
cũdum appetitum ſenſitiuum, quod no
luit ſecũdum uolũtatem rationis: ergo
rebellio. Reſpondetur ſecundum beatũ
Tho.diſt.preſenti.q.ij.ar.ij.ꝙ pugna,ſeu
rebellio ſenſualitatis ad rationem in no
bis ex tribus cauſatur. Primò ex diuerſi
tate uolitorum : quia ſenſus naturaliter
inclinatur,& appetit carni conuenien-
tia,quę nõnunquam uoluntas rationis
liberè reſpuit:ut patet de cõtinente. Se
cũdò patet:quia ſenſualitas in ſuum uo
litum eſt renatẽ,& ſine regimine ratio-
nis fertur. Tertiò: quia ſenſualitas eſt re
natẽ tendens in ſuum uolitum , motum
rationis retrahit , uel impedit in toto,
uel in parte. Hęc duo ultima in Chriſto
non fuerunt:non enim fuit in appetitu
ſenſitiuo aliqua inclinatio actus, uel de
lectatio contra uolitionem rectam:cu-
ius duas cauſas addit Ockã in ſuo.iij.
q.xij. Vna,quia deus non coegit cũ ap-
præhenſione ſenſitiua ad cauſandum ta
lem actum, uel delectationem. Vel ſecũ
dò:quia habuit multas uolitiones ratio
nis : uel unam intenſam,per quam tales
actus ſenſitiui appetitus impediuntur. Si
cut patet per experientiam,ꝙ aliquis ha
bens actum deſiderij,uel delectationem
in appetitu ſenſitiuo:reſpectu prædicti
actus poteſt tam intenſè cogitare , &
uelle ad oppoſitum: puta cogitare paſ-
ſionem Chriſti:pœnas inferni:uel gau-
dia paradiſi:ꝙ totus ille actus appetitus
ſenſitiui , & delectatio corrumpitur.
Vnde patet, ꝙ uolitio habet propriam
efficaciam corruptiuam, uel producti-
uam ſuper qualitates corporales: ſicut
etiam aliquis per ſolum actum uolendi,
aut triſtitiam acquirit,aut ſanitatem.
In Chriſto autem fuit intenſiſsima con
templatio diuinorum: ideo non potuit
ſurgere in eius ſenſu aliqua uitioſa rebel
lio impeditiua quomodolibet rationis
in actibus ſuis. Etiam ut dicit Thom.
nunquam motus ſenſualitatis in ali-
quid ferebatur , niſi prę ordinaretur a
ratione . Et ſic quamuis uoluntas ra-
tionis nõ uellet illud uolitum, in quod
ſenſualitas tendebat : uoluit tamen ꝙ
ſenſualitas in illud tenderet. Similiter

ſicut dictum eſt de uolunrate diuina, & hunana ſupra concluſione.v.& ſic etiã motus ſenſualitatis non impediebat motum rationis: quia non erat uiolenta redundantia potentiæ in potentiã in chriſto. Et ideo quantũ ad uelle, ſeu appetere fuit ſẽſualitas plen. ſubiecta rationi. Quantum uero ad uoitum fuit rebellio, quantum illam eſſe uoluit uoluntas rationis, & non ultra. Voluit autem quãtum iſtã conducere nouit (ſecundum regulam diuinæ uoluntatis) ad liberationem, ac redemptionem generis humani. Sic ergo omnes motus ſenſitiui & uoluntatis, ut naturæ: & ut appetitui ſenſitiuo cõiunctæ fuerunt uolitia uoluntate rationis: ut per hęc dolor paſſionis augeretur: & copioſa fieret redemptio peccatorũ. Per hoc patet ad dubiũ. ¶ Ad rationẽ ante oppoſitũ dicitur, ꝙ licet Chriſtus fuit beatior cęteris, quãtũ ad portionẽ ſuperiorẽ: tñ eius beatitudo nõ redũdabat in uires inferiores: & ideo nõ fuit in Chriſto ꝑfecta quietatio ſẽſuũ inferiorũ, neq; inferioris portionis rationis, ſicut in cæteris beatis: ideo potuit in Chriſto eſſe aliqua rebellio.

Dub. 2. G Qũo orauit ꝑ calicis ablatione. ¶ Secundo dubitatur de oratione Chriſti facta ad patrem in orto pro paſsionis ablatione: utrũ chriſtus orãs patrẽ pro calicis trãslatione uoluerit liberari ab imminẽte paſsione. Quod ſic: quia alias ficte oraſſet. Ficte.n. orat, q illud, pro quo orat, neq; uult, neq; deſiderat. ¶ In oppoſitum eſt illud Eſa. liij. Oblatus eſt: quia uoluit. Reſpondetur breuiter poſt beatos Tho. & Bona. per quatuor propoſitiones.

ꝑpo. 1. ¶ Prima Orare non conueniebat Chriſto ſecundum diuinitatem: ſed tantum ſecundũ aſſumptam humanitatem. Probatio partes primæ: quia ſecundum Dama. Oratio eſt aſcenſus mentis in deũ: & ita eſt inferioris ad ſuperiorẽ: & minoris ad maiorẽ: ſed Chriſtus ęqualis fuit patri ſecundum diuinitatem: & ideo nihil, quod in minorationem ſonat Chriſto attribuendum: eſt ſecundũ deitatem: ideo ſicut ſecundum illam non obedit patri: ſed cunctis imperat cũ patre: ita ſecundum eandẽ nõ orauit patrem; ſed cum patre orantibus petita conceſsit. Secunda pars patet: quia omnis oratio eſt inferioris ad ſuperiorem pro ſupplemento alicuius defectus, quem inferior nõ ſufficit ſubleuare: ſed Chriſtus ſecundum naturam humanam fuit minor patre: ſecundum illam etiã uarios aſſumpſit defectus: ut moriẽdi neceſsitatem, & pœnalitatẽ, ad quorũ amotionẽ nõ ſuffecit natura humana in chriſto: ut dictum eſt præcedenti diſt. Item ad ſubleuationẽ defectuũ ſpiritualiũ ſuorum membrorũ, & collatione ſpiritualiũ chriſmatum ſecundum humanitatẽ non ſuffecit: cũ ſolus deus peccata dimittit, & gratiã infundit: non ut homo, ſed ut deus: ergo pro his ſecundum humanitatem patrem orare congruebat.

¶ Secunda propoſitio. Chriſtus eo modo pro calicis tranſlatione orauit, quo ipſum a ſe tranſferri uoluit. Patet propoſitio: quia non uoluit eũ transferri ſimplici, & abſolute ſecundũ uolũtatem rationis; ſed conditionaliter: ideo & conditionaliter orauit, dicens. Si poſsibile eſt, .ſ. ſecũdũ diuinã prędinationẽ. Et iterum, Non mea: ſed tua uoluntas fiat. ſuã uoluntatem dicens uoluntatẽ ſenſualem, aut carnis infirmæ: non portionis ſpũalis ad ſufferendum prõptæ. Quõ aũt, & ſecundũ quã animę partẽ pati uoluit: & ſecũdũ quã noluit, ſupra dictum eſt diſ. xv. ꝑpo. 2.

¶ Tertia propoſitio. Quãuis Chriſtus ſecundũ rationẽ, orationem patri propoſuit: hanc tamen ut ſenſualitatis aduocatus in eius perſona obtulit. ꝑpo. 3. Primũ patet: qa ſenſualitas: ut talis patrem deũ noſcere nõ potuit. cũ pater deus ſpiritus ſit: & ita inſenſibilis: & ideo patrem inuocare non potuit. Incognitus n. nõ põt oratione inuocari. Oratio ergo facta eſt, & patri propoſita per Chriſtũ ſecundũ rationem, ſecũdũ quã nouit patrem. Secũda pars probatur: qu. a orando ꝑpoſuit patri appetitũ ſenſualitatis, quæ ſimpliciter pati refugit: ergo pro ſenſualitate nõ ꝑ ratione orauit: ſed ſenſualitatis aduocatus fuit

ꝑpo. 4. H ¶ Quarta ꝓpoſitio. Oratio chriſti in omi eo qđ abſolutẽ noluit, eſt exaudita: nõ aũt in eo, quod uoluit conditionaliter aut uolũtate ut natura. Prima pars patet: quia Chriſtus

abſolutè ſemper uoluit concordare uoluntati diuinæ: ergo quæcunq; illa uolũtate orauit, obtinuit. Hęc autem eſt uoluntas rationis, quæ ſimpliciter, & abſolutè dicitur uoluntas. Et de hac dicit apoſtolus. Heb. v. Qui in diebus carnis ſuę preces ſupplicat ioneſq; ad eum, qui poſſet illũ ſaluum facere a morte, cum clamore ualido, & lachrymis offerens:

Q̃ō exaudit.

exauditus eſt pro ſua reuerentia. Secunda pars patet: quia multa orauit pro ſe, & ſuis membris: quæ tamen nõ ſimpliciter uoluit: ſed ſub cõditione: ut illud in cruce. Pater dimitte illis: quia neſciũt, quid faciunt. Non hoc abſolutè uoluit: ſed conditionaliter: ſi conuerſi pœnitentiã agerẽt. Et per hoc poſſunt multæ ſcripturæ concordari: quarũ aliquæ aſſerunt chriſtum non exauditum, ut illud ps. Clamabo per diẽ, & nõ exaudies. Aliquæ aſſerunt ſemper exauditũ: ut illud Io. xi. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis. ¶ Per hoc ad rationẽ dicitur, ꝙ oratio chriſti non fuit facta. Tum quia non fuit niſi pro eo, quod uolebat appetitus ſenſitiuus, in cuius perſona orationem propoſuit. Tum quia, ut dicit ſanctus Bonauen. quia illæ orationes (licet exauditus non ſit) non tamẽ fuerunt fruſtra. quia magis fuerunt ad noſtrã eruditionẽ, quã ad petiti impetrationẽ. Similiter magis ad ueritatis humanę naturæ oſtenſionem, ac pietatis, & miſericordię. Etiam ad oſtendendũ, ꝙ erat deo obediens, & nõ contrarius, dũ orando eum, ut ſuum principiũ recognoſcebat: ut dicit ſanctus Tho. Itẽ ad noſtræ imbecillitatis confirmationem: ut non diffidamus, ſi pericula paſsionũ perhorremus. & per hoc ſpem erexit in nobis cõtra naturalẽ aduerſitatis timorem. Itẽ ut oſtenderet uoluntatem noſtram diuinę uoluntati in omnibus ſubijciendam: prçſertim in eo, quod addidit in conditione appoſita. Veruntamẽ non ſicut ego uolo: ſed ſicut tu. Et in hoc ordinauit in nobis charitatem, quę effectum noſtrum diuinæ uoluntati per omnia conatur ſubijcere: unde magis in oratione pro nobis orauit, q̃ pro ſe. Hęc Bona. Et ad hoc facit uerbũ Hila. x. de trinit. ſecundum ꝙ allegat, & exponit magiſter in fine p̃ſentis diſt. ¶ Vltimò dubitatur utrũ chriſtus ſecundũ ꝙ homo dubitauit de ſua paſsione: & uidetur ꝙ ſic: quia dicit Amb. iij. de trinit Chriſtus, ut homo dubitauit, ut habetur in littera. ¶ In oppoſitũ: in chriſto non fuit ignorãtia, ergo nec dubitatio: quia dubitatio præſupponit ignorãtiã. ¶ Pro

Dub. 3.
I
An chriſtus ſecũdũ ꝙ hõ dubitauit de morte ſua.

reſponſione aduertendum ſecundũ beatum Thom. dubitatio dupliciter accipitur. Vno modo propriè pro motu intellectus in utrãq; partẽ cõtradictionis cũ formidine determinãdi alterã. Et ſic uidetur eſſe priuatio aſſenſus utriuſq; partis contradictoriarũ eis appræhenſis: nã qui duo contradictoria apprçhendit, & neutri aſſentit; dubitat utrũq; : itaq; uidetur, ꝙ dubitatio nihil poſitiuũ dicat p̃ter apprçhenſionem propoſitionis. ſ. priuationẽ aſſenſus utriuſq; contradictoriarũ. Alio modo capitur dubitatio impropriè, ut transfertur ad formidinem affectus in aggrediendo, uel ſuſtinendo terribile. ſic dicimus de formidoloſo, ꝙ dubitat aggredi inimicos. Primo modo dubitatio cõtingit ex defectu ſcientiæ: quia neſcit, quæ partium ſit uera. Secũdò contingit ex infirmitate, & defectu fortitudinis. ¶ Tunc dicitur ad dubiũ, ꝙ in chriſto non fuit dubitatio de paſsione primo modo, quã certiſsimè nouit imminere ſecundum omnes circumſtãtias: nã plenus fuit gratiæ, & ueritatis. Sed ſecundo modo: quia in chriſto fuit infirmitas carnis, qua læſionem mortis imminentẽ ſenſus trepidauit. Ideo erat talis trepidatio in ſenſualitate: quamuis eſſet ſumma ſecuritas in ratione, quę auxilium diuinum imminere uidebat: qđ ſenſus apprçhendere non potuit. Et per hoc dr̃ ad Amb. ꝙ loquebatur de dubitatione ſecundo modo quantum ad ſenſualitatis timorem, quem dũ oſtendit, uidebatur hominibus dubitare: & nõ quãtum ad rationem. Et hoc eſt, ꝙ dicit magiſter, ꝙ Amb. uoluit, ꝙ chriſtus dubitauit: nõ ſecundum dubitationis affectũ: ſed dubitantis geſsit modũ: ut hominibus dubitare uideretur. Et tantum de illa quæſtione.

DISTINCTIO. XVIII.

EGIT magiſter de paſsione chriſti quã tum ad meriti principium: conſequenter inueſtigat eiuſdẽ paſſionis meritum. Et circa hoc duo facit. Primò oſtendit, ꝙ ſibi, & membris meruit. Secundò modum, quomodo meruit membris ſuis aperit, diſt. xix. Sententia huius diſtinctionis his tribus ſubnotatur concluſionibus. ¶ Prima concluſio. Chriſtus p ſuam paſsionẽ nedũ membris ſuis meruit redemptionẽ: ſed & corpori ſuo immortalitatis gloriam, & animæ impaſsibilitatem. ¶ Secunda concluſio. Manifeſtationem nominis dei, chriſtus ſecundum hominem a principio ſuę conceptionis meruit: quod tamen poſt reſurrectionem ſuam in euidẽti poſitum fuit. ¶ Tertia cõcluſio. Pro nobis chriſtus meruit ſua paſsione, & morte: ut nobis eſſet uirtutis forma, & cauſa glorię.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hãc diſtinctionem quęritur: utrũ chriſtus meruit in inſtãti cõceptionis: & poſt in tpe paſsionis. ¶ Tribus articulis quæſtio hæc terminabitur: ſ. pmiſsione notabiliũ, ſubiũctione cõcluſionũ: & ſolutione dubiorũ. ¶ Quãtũ

Arti. 1.
Not. 1. ad primũ articulũ ſupponit̃ ex dictis lib. ii. diſt. xvij. ꝙ meritũ eſt operatio aliqua liberè a uolũtate elicita: ad pręmij retributionẽ illi, uel alteri acceptata. Radix autẽ omnis meriti propriè loquẽdo de meritorio: conſiſtit in affectione iuſtitię uolũtaris: non in affectione commodi: nec in affectione iuſtitiæ, ut regular affect onẽ cõmodi: ut dicit Sco. di ſ. præſenti. Probat ſic: quia primum obiectũ circa quod aliquis meretur eſt deus, ſecundũ, ꝙ effectione iuſtitiæ uult deo bonum propter ſe, ut eſſe, & bene eſſe: ſcilicet eſſe ſapientem, iuſtũ &c. Sed uoluntas affectione cõmodi reſpicit propriũ bonũ, & aliquando inordinatè: niſi reguletur affectione iuſtitię. Et ideo meritum non conſiſtit primò in affectione iuſtitiæ: ut regular affectionem commodi circa bonum proprium. Sed primò in affectione iuſtitiæ circa deum: uolendo ſibi deo bonum in ſe: ac deinde uolendo ſibi ipſi uolenti, & aliis bonum in ordine ad deum. Nam in affectione cõmodi (niſi referatur ad deũ, tãquam ad ultimum finem affectione iuſtitiæ. i. propter ſe deum ſuper omnia dilectum) nõ cõſiſtit meritũ. ¶ Poteſt hoc idem breuius oſtendi. Nam radix meriti eſt charitas: quę primo inclinat ad diligẽdum deum propter ſe. Nullus autẽ actus eſt meritorius, niſi eliciatur ſecundum inclinationem charitatis. Ideo nõ eſt meritorius, niſi referatur in deum propter ſe dilectum. Hæc autem dilectio dei eſt ſecundum affectionem iuſtitiæ. ¶ Secundò notandũ, ꝙ meritũ pręcedit pręmiũ ad minus ordine naturę: & per conſequens non poteſt eſſe poſterius duratione: licet forte poteſt eſſe ſimul duratione: ut ſtatim dicetur. Et probatũ fuit in ſecundo de merito angelorũ cõtra opinionem magiſtri diſt. v. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ reſpectu boni habiti non poteſt eſſe meritũ: quia tunc pręmiũ pręcederet meritum. Secundò ſequitur, ꝙ in ſtatu perfectę beatitudinis, nullũ poteſt eſſe meritũ reſpectu beatorũ. Nam nihil eſt, quo carent ſecundum utrãq; affectionem: ſunt enim beati ſecundum totam uoluntatem coniuncti fini ultimo deo: quem ſummè diligunt affectione iuſtitiæ. Et ſimiliter habẽt ſummũ cõmodũ iunctũ, ſibi quod appetũt affectione cõmodi: & quicquid iuſtè appetere poſſunt, habẽt, & poſsident: ideo non ſunt in ſtatu merendi ſibi. ¶ Dicitur in ſtatu pfectę beatitudinis: quia illa ratio non ſufficienter probat, ꝙ animæ ſeparatæ beatę non mereantur gloriã corporis per actus fruitionis, & tentionis. Deſiderãt. n. gloriã corporis. Vnde clamãt ſub altare. Vſq; quo dñe ſãctus, & uerus non iudicas, & nõ uindicas ſanguinem noſtrum &c. Apoc. vj. Quod petũt nõ tam cupiditate uindictæ, quam deſide-

Not. 2. B
Meritũ pcedit præmiũ.

rio corporis gloriæ, quę ante iudicium non datur, quo ſanguis ſanctorum effuſus uindicatur. Quod uero non merẽtur: ratio eſt: quia opera eorum, putà uiſionem, & fruitionem, quibus feruentiſſime diligunt deum, non acceptat deus ad præmium quodcunq; pro eis reddẽdũ. Acceptauit autem dilectionem eorum, qua dilexerunt in corpore deũ affectione iuſtitię ad retribuendam gloriam corpori. ¶ Dicitur etiã in ſtatu merẽdi ſibi: quia nõ eſt improbabile: ꝙ animæ ſanctorũ in patria: & beata uirgo: etſi in ea cõpleta eſt reſurrectio, nobis ſua interceſsione mereantur gratiã, & plura dei beneficia: ut tenet Sco. in iiii. diſ. xlv. q. iiii. Nã preces ſanctorũ acceptat deus ad multa beneficia illis tribuenda, pro quibus funduntur: & ita ſunt merita ſãctorũ, nõ pro ſe, ſed pro illis, ꝓ qbus orãt.

Not. 3. C

Omne meritũ propriè acceptũ pertinet ad portionẽ ſuperiorẽ.

¶ Tertiò notandum, ꝙ omne meritũ propriè acceptũ ptinet ad portionẽ ſuperiorem rationis principaliter & primò: ita ꝙ nullus actus imperatus cuiuſcũq; potentiæ põt eſſe meritorius: niſi ſibi correſpondeat actus elicitus meritorius portionis ſuperioris. Nam nullus actus eſt meritorius: niſi referatur in deũ tanquam ultimũ finẽ; hoc eſt dictu, niſi fiat principaliter propter deũ ſuper omnia dilectum. Nullus enim actus eſt meritorius, niſi fuerit a charitate elicitus, uel imperatus. Ille autem elicitur a charitate, qui elicitur a uoluntate ſecundũ charitatis inclinationẽ, cuius eſt omnia finaliter ordinare in deum. Hic autem actus charitatis pertinet ad ſuperiorem portionem ſicut & ipſa charitas. Siquidem ad eandem potentiam pertinet habitus, & actus eius elicitus.

Cor. 1.

¶ Ex quo ſequitur, ꝙ nullus actus circa naturam elicitus, uel imperatus eſt meritorius: niſi quatenus habet annexum actum dilectionis dei ſuper omnia. Patet: quia nullus actus circa creaturã eſt meritorius, niſi eliciatur, uel imperetur propter deũ tanquam propter finem ultimum, id eſt ſuper omnia intẽtum, & dilectum: ergo uel eſt dilectio dei ſuper omnia: ſi eodem actu tẽditur in medium, & finem: aut habet annexam dilectionem dei ſuper omnia: ſi diuerſis actibus tenditur in medium, & finem. Nõ enim actus eſt meritorius pro quanto per eum potentia tendit ad creaturam: ſed pro quantò tendit in deum: quia nõ eſt meritorius, niſi pro quãto eſt actus charitatis, cuius eſt tendere in deum.

Cor. 2.

¶ Secundò ſequitur, ꝙ non exiſtente merito in portione ſupiore nullũ meritũ erit in portione inferiori: neq; in potẽtia ſenſitiua, neq; executiua. Patet: quia nullus eſt meritorius, niſi procedat a dilectione dei ſuper omnia, quæ eſt actus portionis ſuperioris.

Cor. 3.

¶ Vnde ſequitur tertiò: ꝙ quicunq; meretur ſecundum portionem ſuperiorem primò, & principaliter meretur. Nam in actu portionis ſuperioris ſcilicet dilectione dei ſuper omnia tota ratio meriti conſiſtit.

Cor. 4.

¶ Sequitur quartò: ꝙ omnes illæ opiniones deficiunt, quę quærunt meritum Chriſti, uel cuiuſcunq; alterius in potentijs inferioribus abſq; merito portionis ſuperioris. Sunt enim quidam attendentes Chriſtum ſecundũ portionẽ ſuperiorẽ fuiſſe beatum: & ideo dicunt eũ ſecũdũ portionem ſuperiorem nõ meruiſſe, ne cogantur actum beatificum, qui præmiũ eſt: dicere fore meritum, & ſic idem eſſe præmium, & meritum: ſed huius motiui ſolutio patebit ex concluſionibus.

Not. 4. D

Chriſtus in carne mortali fuit uerus cõprehẽſor.

¶ Quartò notandum: ꝙ Chriſtus in carne mortali fuit uerus uiator, uerus comprehenſor: quia uere beatus. Nã intuitiuè & clare facie ad faciem anima eius uidit diuinam eſſentiam perfectiſsimè: etiam ea fruebatur non in ſpe, ſed in re. In his autem duobus actibus conſiſtit eſſentialis beatitudo. Cum autem actus illi ſint perfectiſsimi actus ſupioris portionis: ſequitur, ꝙ fuit beatus ſecundum portionem ſuperiorem: & ita ſecũdum illam fuit in termino. i. eſt in ultima eius perfectione, quæ ultra perfici non potuit: ſaltẽ ſecundum potentiam eius ordinatam, & hoc ab inſtanti conceptionis. Hos actus beatificos uiſionẽ, & fruitionem ſequebatur gaudiũ immenſum, & firma tentio: quæ eſt plena ſecuritas non perdendi hanc beatitudinẽ: & his comprehendit deum: non quidem tan-

tæ quantus eſt cognoſcibilis, & fruibilis. Sic enim eſſentia diuina a ſeipſa tantum; & a nulla creatura comprehenditur. Nam cum res ſit tanta cognoſcibilis, quanta eſt: & tantũ diligibilis, quantum bona eſt: & eſſentia diuina eſt eſſentia infinita, & bonũ ſimpliciter infinitũ: ergo cognoſcibilis eſt cognitione formaliter infinita: & diligibilis dilectione formaliter infinita. Infinitas autẽ repugnat creaturæ: & ideo ſic nec ab anima Chriſti, nec a quocunq; beato cõpræhẽdi põt. Cõpræhenditur autẽ a creatura larg.: quãdo creatura tãta unione unitur deo per uiſionẽ, & fruitionẽ: quantũ poteſt, & decet creaturã uniri deo.

Quomodo deitas comphẽdiẽ a creatura.

¶ Eſt etiã uerus uiator quantum ad uirtutes, & potentias inferiores, & quantum ad corpus: quia quantum ad illa nõ fuit in termino perfectionis: expectabat. n. quãtum ad illa perficidotibus gloriæ. Erat enim mortalis, quo ad corpus, & paſſibilis quo ad animam: a quibus tranſiturus erat ad perfectam eorũ gloriã: ergo quãtum ad illa fuit uerus uiator

Not. 5. E

¶ Quinto notandum: q actum beatificum eſſe meritorium nullam includit contradictionem; neq; in Chriſto: neq; in angelis: nec in cæteris beatis: & hoc neq; ſibi beatis: neq; alijs: etiam neq; quo ad beatitudinẽ eſſentialem: nec quo ad aliud bonum. Primum patet; quia omnis actus acceptus a deo tanquam actus bonus, & laudabilis, pro quo uelit deus aliquid retribuere; uel illi, cuius actũ acceptat: uel alteri, pro quo ſit: eſt meritorius ex ſtatim dictis; ſed talis poteſt eſſe actus beatificus: ergo poteſt eſſe meritorius. Minor probatur: quia actum beatificum poteſt acceptare tanquam dignũ retributione alicuius boni ipſi beato ſi indiget, & capax fuerit: uel alteri. Nihil enim repugnantiæ hic inueniri poteſt: neq; ex parte actus cũ ſit bonus, laudabilis, & digniſsimus. Neq; ex parte dei, qui bona poteſt retribuere omni capaci, cui uoluerit: & pro quocũq: actu bono uoluerit: & per hoc tam beatis, ſi ipſi fuerint maioris, uel alterius boni capaces: quã alijs pro quibus beati illud fieri optarent: immo ſi non optarent: ſicut princeps bene facit, quãdoq; alicui conſanguineo ſui amici, etiã amico ignorante. Et ſic per idem patet ſecundum. ¶ Tertium ſimiliter patet, quia poſſet deus acceptare actum beatificum Lini ad augmẽtandum eum: uſq; ad perfectionem actus beatifici beati Petri. Sicut. n. in uia actus meritorius acceptatur ad charitatis augmentũ; & per conſequens ad perfectiorẽ actũ meritoriũ: ita poſſet acceptare actum beatificũ ad charitatis, & ſuiipſius actus augmẽtũ intenſiuũ uſq; ad terminum charitatis, & actus eius: ſi dabilis eſſet charitas ſumma creata: & ſummus eius actus. Vel in infinitũ ſi terminus charitatis, & actus eius non eſt dabilis. Nullam enim includit contradictionem: quoniam etſi ſic in infinitum acceptaret: nunquam tamen eſſet deuenire ad charitatem infinitam, uel actum dilectionis infinitum: quia licet in infinitum charitas augeretur: nunquam tamen erit infinita: quia tunc eſſet in termino & ultra non augmentabilis. Non enim infinitum poteſt augmentari ſecundum id, ſecundum quod eſt infinitum. Si enim eſſet infinitẽ longum: non poſſet fieri longius, licet poſſet fieri maius, ſi non eſſet infinitẽ latum, uel profundum. Sicut namq; poſſet deus uiatorẽ perpetuare in uia: ita ut quolibet die, uel qualibet hora eliceret actum meritorium: & tunc charitas eius ſine termino augeretur: ſuppoſito, q nõ ſit dabilis ſumma, ſic & beato: nec ex illo ſequitur, q aliquid ſit meritum ipſius: hoc enim reputo impoſſibile. ¶ cum meritum ad minus natura precedit illud, cuius eſt meritum. ¶ Præterea aliquid eſſe meritũ ſui, nihil aliud eſt dicere. exempli gratia: niſi a merere tur actum dilectionis dei: quia meretur. Vel deus acceptat actum talem: quia acceptat. quod nihil eſt dicere. Verum de facto nullus beatus actu ſuo beatifico meretur augmentum ſuæ beatitudinis eſſentialis: quia de facto cuilibet beato deus determinauit certum præmium, & actum beatificum certæ perfectionis ſecundum menſuram ſui meriti præcedentis, dum ſue-

Nihil eſſe ppoteſt meritũ ſui ipſius.

ſit uiator: nec iſtum auget; ſicut nec charitatem patriæ. Et adeo nec beatus ſibi ipſi perfectiſsima dilectione, qua diligit deum: nec illius beato alicui poteſt mereri augmentum beatitudinis: quia nulli actioni quantumcunq; bonæ acceptat deus ad augmentum beatitudinis eſſentialis cuiuſcunq; beati, cuius nulla ratio alia aſsignari poteſt niſi libera uoluntas dei: qui ex ſua mera liberalitate dabit, cui uult: & quomodo uult, ſicut in parabola Mat. xx. An nō licet mihi, quod uolo facere. Volo autem huic dare ſicut tibi: an oculus tuus nequam eſt: quia ego bonus ſum. ❡ Ex illo ſequitur, quod non ſufficienter diſtinguitur ſtatus comprehenſoris a ſtatu uiatoris per poſſe mereri, & non mereri: ita quod omnis exiſtens in termino meriti ſit comprehenſor: & qui in ſtatu merendi ſit uiator. Nam quo ad primum inſtantia eſt de exiſtentibus in purgatorio: illi enim ſunt in termino meriti ſaltem pro ſe: & tamen non ſunt comprehenſores. Quo ad ſecundum inſtantia eſt de beatis, qui ſuis orationibus nobis merentur, pro quibus intercedunt: & tamen nō ſunt uiatores. Quo ad utrumq; in inſtātia eſt in chriſto, qui ſimul fuit comprehenſor, & uiator ſimul in inſtanti præmij, & meriti tā ſibi quam alijs: ut dicetur. ❡ Vltimo notandum, quod ſucceſsio nō eſt de ratione meriti: & poteſt meritum cauſari in inſtanti. Ad producendum enim actum meritorium tria ſufficiunt: ſcilicet potentia perfecta, intellectiua, & uoliitiua non impedita. Secundo obiectum præſens intellectui per cognitionē: nō .n. pōt uolūtas uelle, uel nolle incognitū: & tertio charitas, ſeu gratia. In quocūq; inſtāti illa cōcurrūt pro eodem poteſt uoluntas elicere actū ſuū circa obiectū pſentatum per cognitionem intellectus: quia poſitis cauſis ſufficientibus poteſt poni effectus. Poſſunt autem cauſæ illę poni in inſtāti: quia potentia, charitas, & obiecti cognitio, ſunt res permanentes: ergo poſſunt in certo inſtanti concurrere; puta in primo inſtanti eſſe cognitionis obiecti: nam ipſa cognitio obiecti eſt qualitas permanens: habens totum eſſe ſuum ſimul nec incipit eſſe per motum: ergo incipit per primum inſtans eſſe. In illo ergo inſtanti uoluntas poteſt producere actum ſuū: qui & ipſe eſt qualitas permanens: ſ. uelle obiectum ex charitate, & ita actū meritoriū: nec oportet cōcurrere aliquod impedimentum. Id .n. uel eſſet imperfectio potentię propter defectū charitatis: aut non concurſus primę cauſę: aut libertas uoluntatis, aut ſucceſsio pręſentationis obiecti: aut ſucceſsio actus meritorij: ſed omnia illa tolli poſſunt. De primis tribus certū eſt: de quarto .ſ. libertate uolūtatis ſimiliter patet: quia eo, quod liber eſt, poteſt producere actum: licet non neceſſario. Nec quintū: quia illa pręſentatio obiecti eſt per actū intellectus, qui eſt res permanens: ergo incipit quātū ad eſſe cōpletū per primum inſtans eſſe. Deniq; cognitio intellectiua eſt diuiſibilis, ſicut eius ſubiectum: nec impedit (ſi fuerit intenſibilis) quin ſimul poſsit produci. Similiter nec ſextum impedit: quia actus uoluntatis res permanens eſt, qui totus ſimul producitur a uoluntate: licet productus ſucceſſiue poteſt intendi. ❡ Ex illo ſequitur: quod poſsibile eſt creaturā rationalem in primo inſtanti ſui eſſe mereri. Patet: quia in illo inſtāti poſſunt eſſe omnia ad meritum requiſita: poteſt .n. animæ (quæ eſt ſuus intellectus, & uoluntas) cōcreari gratia: & cognitio obiecti beatifica uel alterius: & in eodem inſtanti primo eſſe animæ intellectus uoluntatis gratiæ, & cognitionis obiecti, quæ ſunt omnia requiſita ad meritū: ergo in eodem (impedimento ceſſante) poteſt uoluntas elicere actum meritorium. i. dilectionē obiecti beatifici ſecundum dilectionem charitatis, qui eſt actus meritorius. ❡ Neq; ad eliciendum actū meritorium ſemper requiritur deliberatio, ut meritum ſit actus electiuus: ſicut omnis uirtutis actus eſt actus electiuus. Nam deliberatio (quę pręſupponit ſyllogiſmum practicum, ac diſcurſum: & diſcurſus moram, & ſic ſucceſsionem) non eſt neceſſaria ad hoc, quod habea-

Not. 6.

F

Succeſſio non eſt de ratione meriti.

Poſsibile eſt creaturā rōnalē in primo inſtāti ſui mereri.

G

tur actus electiuus uoluntatis. Iudicio facto per conclusionem practicam: quia facto iudicio per conſiliū de concluſione, ſtatim uoluntas eligit: & tunc quando uoluntas eligit: ratio practica non diſcurrit. Sed ſententiat facta concluſione practica de eligendo: ſententiat, inquam, aſſentiendo. Si ergo ſententia ultimata poſsit haberi ſine diſcurſu præcedenti, & in inſtanti: ita perfectè pōt uoluntas liberè elicere ſine tali diſcurſu, ſicut cum diſcurſu. Sed perfectus in cognoſcendo non diſcurrit ſicut artifex, ſicut cithareda perfectus non ſyllogizat in percutiendo chordas, alias imperfectè caneret. ut habetur. ij. Ethic. Item actus meritorius circa finem non præſupponit conſilij diſcurſum. Hic enim diſcurſus ſicut, & electio non eſt reſpectu finis: ſed reſpectu mediorum; ideo ad oſtenſionem bonitatis finis, poteſt ſtatim elicere fruitionem finis nullo diſcurſu præuio. Nec operatio præſupponit eſſe tanquā prius duratione, & tempore: ſed tanquam prius prioritate naturæ. Nam ſol in eo instanti, quo productus eſt, produxit de ſe lumen. Et ſi pro a, inſtanti crearetur ignis: pro eodem caleret, & ſplendorem produceret. ut uult beatus Aug. Hæc ſatis ſunt de mente Sco. Ockam, beati Thom. & Bonauent. & aliorum.

Arti. 2. Et hæc de primo articulo. ¶ Quantum ad articulum ſecundum, eſt prima

Cōcl. 1. concluſio. Nobis, & ſibi meruit chriſtus: nō obſtante, φ toto tempore uiæ, compræhenſor fuerat, & beatus. Primæ partis, φ nobis meruit, plena eſt ſcriptura. Nam ad Eph. j. dicitur. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſsionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ. Sed non aliter redempti ſumus per ſanguinē eius: niſi quia effuſione uoluntaria ſui ſanguinis pœnam, quam debuimus, ſoluendo nobis meruit remiſsionem peccatorum, id eſt liberationem a gehenna. Similiter. j. Timot. ij. Vnus eſt mediator dei, & hominum: homo chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus &c. In hoc eſt mediator: quia ſuo merito reconciliauit nos offenſo nobis patri. Hinc ad Col. Complacuit per eum recōciliare omnia in ipſo pacificans per ſanguinē crucis eius. Secundum, φ ſibi meruit, probat magiſter per illud ad Phil. ij Exinaniuit ſemetipſum &c. ſequitur, ꝑpter quod deus exaltauit illū &c. Tertia pars patet: quia ſtatus beatitudinis non repugnat merito: ut probatū eſt notabili v. & infra latius probabitur. ¶ Secūda cō-

H Nobis, & ſibi meruit chriſtus

cluſio. Chriſtus nobis meruit gratiam, & gloriam: nedum actibus imperatis potentiæ executiuæ, ſenſitiuæ, aut portionis inferioris: ſed etiam actu beatifico portionis ſuperioris. Prima pars patet, quia ſeipſum, & omnia opera ſua obtulit patri: ut nobis meritū gratiæ, & gloriæ reparationem. Vnde ad Eph. v. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblatiunē, & hoſtiam deo. Secunda pars patet ex notabili tertio: quia nullus actus imperatus inferioris potētiæ eſt meritorius: niſi ſibi correſpondeat actus elicitus meritorius ſuperioris portionis reſpectu dei, ut finis ultimi. Sed omnis talis actus ſuperioris portionis eſt beatificus: ergo actus beatificus Chriſti fuit meritorius. ¶ Tertia cōcluſio. Chriſtus ſibi meruit beatificā fruitionē: neq; clarā ſuę eſſentiæ uiſionē. Probatur: quia nullū actū ſibi meruit, quo nunquā: ſed nunq̄ caruit uiſione, & fruitione beatifica: ergo. Maior patet: quia ſi meruit: ergo pro inſtanti meriti fruitionem, & uiſionem non habuit: cum meritum pręcedit pręmium: nedum natura, ſed tempore: ut dictum eſt diſtin. v. de motu angelorū lib. ij. ¶ Præterea: ſi meruit, aut igitur illa fruitione: aut alia. Non ipſa; quia idem non eſt meritum ſui ipſius ut dictum eſt: nec alia: quia in Chriſto non fuit, niſi una fruitio continua. Et ſi interrupta fuiſſet, qua ratione una non meruit: eadem ratione, nec alia: cum omnes (ſi fuiſſent plures) fuiſſent eiuſdem ſpeciei. Deus ergo liberaliter ſine aliquo merito præcedente, uel operatione aliqua, coniunxit uoluntatem Chriſti ultimo ſi-

Cōcl. 2.

Cōcl. 3. Chriſtus: ſibi meruit beatificā fruitionem.

ri perfruitionem, unde Auguſt. xiij. de trin. dicit: ꝙ ſumma gratia eſt, ꝙ homo in unitate perſonę coniūctus eſt deo. Et quāuis ibi loquatur de gratia unionis, illa tamen preſupponit gratiā fruitionis, ſine qua nō eſſet gratia unionis ſecundum opin. aliquorum ſupra recitatam q. ij. diſt. j. Unde ſanctus Bona. diſt. præſenti q. iiii. dicit. Anima chriſti non fuiſſet idonea ad unionē. ſ. hypoſtaticā: niſi fuiſſet beatiſsima, & deiformiſsima: quod quidē fuit per influentiā gratiæ: ergo neceſſe fuit illā unionem pręcedere omnia merita ſecundū ordinem naturæ. Et ſic gloria in chriſto præceſsit omne meritū. Hæc ille. Et beatus Tho. q. iiij. art. iij. huius diſt. dicit. Unio, quę eſt in pſona, quę eſt ultima, & completiſsima pręſupponit omnē aliā unionem ad deum. Unde ex hoc ipſo, ꝙ anima chriſti erat deo in perſona coniuncta: debebatur ſibi fruitionis unio: & nō per operationem aliquā ei facta eſt debita. Et ideo chriſtus fruitionē nō meruit. Hæc Tho. Et iſta ualent pro cōfirmatione opinionis ſup. diſ. j. q. ij. ꝙ ſine unione gratuita nō potuit fieri unio pſonalis: ſaltem de facto, ut aliqui uolūt.

Cōcl. 4.
I

Chriſt⁹ fruitione ſua, & oībus ſuis elicitis actibus meruit impaſsibilitatē animę, & corporis gloriam.

¶ Concluſio quarta. Chriſtus ſua fruitione, & omnibus actibus elicitis, & imperatis, meruit ſibi impaſsibilitatem animę, & gloriā corporis. Quōd meruit ſua fruitione, iam probatum eſt: quia ſi non fruitione meruiſſet: nullo alio actu imperato meruiſſet. Quōd uero omnibus actibus imperatis, probat̃: quia chriſtus in omnibus ſummē perfectus nullū habuit actum inordinatum: neq; indifferentem: ſed in omnibus ſuis actibus, & ſua uolūtate elicitis, uel imperatis ordinatiſsimē tenuit punctuale mediū uirtutis: eoſq; p charitatē, quā habuit ſummam, ſeu perfectiſsimam (cuius anima capax fuerat) ordinauit in ultimum finem: & fuit in ſtatu uiæ, qui eſt ſtatus meriti: ergo omnibus illis meruit. Tenet cōſequentia: quia nihil ultra ad meritū requirit̃. Illa. n. quę dicta ſunt: ſufficiūt cū diuina acceptatione, q̄ ibi ſemp affuit. Quōd autem meruit corpori ſuo gloriā &c. pbat̃: qa opera ſua in natura humana mortali accepta fuerunt a deo ad exaltationem retribuendam per reſurrectionem ad corporis gloriā, & animæ impaſsibilitatem: ergo per ea meruit gloriam corporis. Tenet conſequētia, ex quid nominis meriti. Antecedēs probatur per apoſtolum ad Phil. ii. Humiliauit ſemetipſum factus obediēs uſq; ad mortem &c. propter quod & deus exaltauit illum. Illa exaltatio eſt reſurrectio ad gloriam corporis: ut dicit magiſter. ¶ Sed dices illud, quod naturaliter ſequitur aliquod inexiſtens ſine merito, (ſi nō miraculoſē impediretꝰ) nō cadit ſub merito: ſed gloria corporis, & animę impaſsibilitas naturaliter ſecuta fuiſſet beatitudinē aię ſecūdū portionē ſuperiorē in inſtāti conceptionis, quo fuit beata. & illa beatitudo animæ non infuit ex merito: ut dixit cōcluſio iij. ergo non cadit ſub merito. Reſpōdetur, quicquid ſit de minore, negetur maior: quia qñ ſublatio miraculi cadere poteſt ſub merito: etiā illud, quod ſequitur huiuſmodi ſublationē cadet ſub merito: nunc aūt chriſtus meruit miraculi ſublationē; quia fuit miraculoſa ſuſpēſio redūdātiæ beatitudinis in corpus, & portionem inferiorē animæ. Nā ideo fuit ſuſpēſa gloria corporis, ut redimeretur genus humanum per paſsionē chriſti, & mortē: quæ eſſe non poterat in corpore glorioſo. Et paſsio chriſti, & mors acceptata eſt a deo ad redemptionem humani generis: & etiam ad ſublationem ſuſpenſionis redundantiæ beatitudinis: & ita per hoc, ꝙ meruit ſublationē impedimenti; meruit etiam cōceſsionem eius, qđ ꝓpter impedimētū negatū fuit: quia qui meretur antecedēs, meretur & conſequens. Sublatio autē impedimēti fuit antecedens ad gloriā corporis: licet immediatius acceptatū fuit meritū chriſti ad ſublationem ſuſpenſionis: & mediante illa ad collationē gloriæ, corporis.

Cōcl. 5.
K

Chriſtus non tantum meruit

¶ Quinta concluſio. Chriſtus nō tantū meruit in ſua paſsione: ſed ab inſtāti incarnationis in ſua conceptione. Prima pars patet in concluſione ſecunda; & eius probatione. Secūda pars probat̃: quia chriſtus in inſtāti cōceptionis

i r paſsio habuit omnia ad meritũ requiſita.ſ.po-
ne, ſed tenciã pfectam lumine glorię ſecũdũ ſic
ab inſtã loquẽtes:& charitatẽ, & obiectũ pſens.
ti cõce Necfuit aliquod impedimentum: ergo
ptionis in illo inſtanti habuit claram diuinitatis
ſuæ. uiſionem, & beatificam fruitionem.
Fruitione autem meruit, ut ſtatim pro-
batum eſt: ideo concluſio uera. Fuit.n.
in ipſo conceptionis inſtanti uir perfe-
ctus omni gratia, & uirtute ac merito-
ria operatione. ſecundum illud Hiere.
xxxj Nouum faciet dominus ſuperter
ram: mulier circũdabit uirum. &c. Virũ
non ętate, & membrorũ quãtitate, ſed
Cõcl. 6 uirtutũ, & meritorũ pfectione. ¶ Sexta
concluſio. Nõ aliud ſecũdũ idem, quod
chriſtus meruit in paſsione: prius merue
rat in conceptione. Probatur: qa huma
ni generis redemptionẽ: & proprij cor-
poris gloriam meruit in inſtanti conce
ptionis, per obedientiam, qua patri obe
diens uoluntatis actu ſe obtulit ad pa-
tris honorem in mortẽ ſuſtinendã pro
generis humani redemptione: ergo hoc
actu meruit: & idipſum meruit in paſsio-
ne: ergo concluſio uera. Conſequentia
nota. Maior patet: quia ſicut anima chri
ſti non creuit in ulla perfectione gratui
ta, & ſpirituali: ita nec in merito, cum &
meritũ ſit quędã perfectio gratuita: &
omne, ꝙ poſt conceptionem meruit in
ſua conuerſatione, labore, prædicatio-
ne, & paſsione: prius meruit in inſtanti
conceptionis. Minor probatur: qa acce
ptatio paſsionis uoluntaria, qua chriſtus
ſecundum humanitatẽ uoluit pati: fuit
opus perfectiſsimę charitatis iuxta illud.
Maiorem charitatem nemo habet, quã
ut animam ſuam ponat quis pro amicis
ſuis. Ioan. xv. Et omne tale opus eſt me-
ritorium: ergo. Acceptauit paſsionẽ, dũ
dixit patri in horto. Non mea, ſed tua
uoluntas fiat. Item dum ſe uoluntariẽ
obtulit in cruce cum effectu: ergo illo
actu meruit: & non niſi homini ſalutem:
& corpori ſuo gloriam, & animæ impaſ
Arti. 3. ſibilitatem. ¶ Quantũ ad tertiũ articulũ
Dub. 1. dubitatur primo: quõ actus beatificus
L poſsit eſſe meritorius: cum habeat op-
poſitas conditiones ad meritum. Nam
de ratione actus beatifici eſt, ꝙ ſit ne-
ceſſarius. De rõne meriti, ꝙ ſit contin-
gens. Primũ patet, quia niſi eſſet neceſſa
rius non eſſet beatificus: nam beatitudo
eſt immutabilis, & perpetua. Nec poteſt
eſſe beatus, niſi certus de ſua perpetuita
te: ut probat Augu. ſed non eſſet perpe
tua, ſi actus beatificus eſſet contingens.
Secundum probatur: quia ad hoc ꝙ a-
ctus ſit meritorius requiritur, ꝙ proce-
dat ex libertate uoluntatis, omne autẽ
tale eſt contingens: quia libertas uolun
tatis eſt contingens ad utrumlibet, quæ
contingentia repugnat neceſsitati.
¶ Præterea: actus beatific⁹ eſt a ſolo deo
meritum uero a uoluntate eliciente, uel
imperante, quæ non conueniunt eidem.
Primum patet: quia actus beatificus eſt
præmium: ſed prēmium non eſt a merẽ-
te, ſed a præmiante, præmians eſt deus,
ergo eſt a deo. ¶ Quód uero meritum
ſit a uoluntate, iam deductum eſt. ¶ Pre
terea: portio ſuperior quantum ad actũ
beatificum fuit in termino, & per con-
ſequens mereri non poterat ſecundum
illud. Antecedens patet: quia non eſt
tranſire ad actum perfectiorem beatitu
dine: cum actus beatificus ſit terminus
perfectionis animæ. ¶ Ad hoc dubiũ re-
ſpondetur, ut ſupra notabili quinto, ꝙ
actus beatificus in chriſto fuit merito-
rius: non reſpectu ſui: ſed reſpectu glo-
rię corporis, impaſsibilitatis aię, & etiã
redemptionis humanę, & non fuit præ-
miũ in chriſto, licet actus beatificus in
cæteris beatis ſit præmium: quia cũ chri
ſtus in illo inſtanti cõceptionis fuit bea
tus: reſpectu beatitudinis eius non præ-
ceſsit aliquod meritum: ut dictũ eſt.
¶ Per hoc ad rationes ante oppoſitum
adductas, neget, ꝙ actus beatitudinis ſit
ſimpliciter neceſſarius: qa ſiue ſit a deo
immediate: ſiue elicitus a uoluntate, eſt
libere elicitus, & ita contingens. Eſt tñ
immutabilis, & perpetuus, contingen-
ter & non neceſſarió: quia a uoluntate
diuina perpetue conſeruatur: cuius cer-
titudinem habet beatus per diuinam re
uelationem. Eſt ergo beatitudo immu-
tabilis: quia mutabitur, non autẽ immu
tabilis.i. impoſsibilis mutari. Poſſet.n.
deus eam mutare de potentia abſoluta

¶ Ad ſecundum, ꝙ actus beatificus eſt a ſolo deo: dicitur uno modo admiſſo, quod actus beatificus, qui eſt præmium eſt immediatè a deo: & ille non eſt meritorius: ſed cum illo eſt alius actus fruitionis a uolunrate elicitus eiuſdem obiecti beatifici: qui etiam dicitur beatificus, licet priore, quia ſolo deo eſt, ſit imperfectior: quia eſt obiecti beatifici in ſe clare uiſi: & ille eſt meritorius: & de illo intelligendæ ſunt concluſiones. Poſſunt enim illi duo actus ſimul ſtare: quia non habent adinuicem repugnantiam. Et eſt perfectionis in uolūtate beati, ꝙ habeat etiam actū a ſe elicitum reſpectu obiecti beatifici. ¶ Alio modo pōt dici ſecundum illam opinionem, quod in anima chriſti fuit tantum unus actus fruitionis dei: & hic a deo creatus & beatificus, qui nihilominus in Chriſto fuit meritorius. Conſequenter dicitur: ꝙ fuit in poteſtate uolūtatis quantum ad tendentiam in obiectum, non quantum ad eſſe elicitum. Nam uoluntas per hunc actum increatum liberè, & complacenter tendit in obiectum beatificum: licet non liberè contradictoriè: & hæc libertas ſufficit ad rationem meriti. ¶ Si uerò aliqua opinio acceptatur, ꝙ actus beatificus eſt a uoluntate elicitæ eleuata per charitatem perfectam: ꝓſuppoſito lumine gloriæ in intellectu obiectum clarè oſtendente: tunc iſta ratio non procedit: quia falſum aſſumit, ꝙ fruitio in anima in chriſti fuerit a ſolo deo. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ portionē ſuperiorē eſſe in termino dupliciter intelligitur. Vno mō quātū ad pfectam cōiunctionē cū deo p actum beatificum & quantū ad impeccabilitatē: & ſic fuit nedum portio ſuperior: ſed tota aīa chriſti in termino. Alio modo intelligi pōt quantū ad cōſecutionem omnis deſiderij quo ad ſeipſum, & alios. Et ſic beati non ſunt in termino ante generalem reſurrectionem, & iudicium: ſic nec eſt chriſtus. Et illo modo uerum eſt: ꝙ ſic exiſtens in termino mereri nōn poteſt. Non autem ſic de eo, qui eſt primo mō in termino, ſicut fuit Chriſtus uiator: illi enim mereri non repugnat, & per hoc patet ſolutio argumenti. Procedit n. ex equiuocatione huius, ꝙ eſt eſſe in termino. ¶ Secundò dubitatur cōtra eō cluſionem tertiam: nā ꝙ eſt glorioſius, & pfectius eſt chriſto attribuendum, ſed glorioſius, & perfectius eſt habere beatitudinem ex meritis, quàm ſine meritis: ergo illud eſt chriſto attribuendum. Et ita meruit ſuam beatitudinem cuius cōtrariū dicit concluſio. Reſpōdetur poſt Sco. concedendo maiorē rationis. Ad minorē dicit, ꝙ uera eſt de pręmio, ꝙ pōteſt haberi ex meritis: ſed hęc cōiunctio animę chriſti per actū beatificū fuit tā excellens, ꝙ ad illā nō potuit præcedere meritū. Et nobilius eſt habere ex liberalitate dantis actū ita excellentē, ꝙ ad eū nō pōt pcedere meritū, quā actū debiliorē cū merito multo pcedente. Et hoc uidetur rōnabile, ſicut dicit Sco. q̄a ſicut deus in eſſe naturæ creauit naturam ita nobilem, ut naturam angeli: ad quam creandam non potuit cooperari cauſalitas cauſæ ſecundæ, propter perfectionē talis rei in eſſe naturæ. Ita in genere moris, deus creauit aliquem actum beatificum, ad quem non poteſt eſſe aliquis actus meritorius pꝛior: & huiuſmodi fuit actus beatificus animę chriſti. Et hoc ꝓpter nobilitatē, & excellentiā actus, & modi habēdi eū: quia immediatè anteq̄ū haberet aliquem actū circa ea, quæ ſunt ad finē, fuit beatus: & illa minor habet inſtantiam aliam. Nam melius eſt, & nobilius habere beatitudinem per naturam, quam per meritum. Patet de beatitudine, qua deus eſt beatus. Nam pro tantò dignius eſt habere beatitudinem per meritum, quā ſine merito, quia glorioſius eſt habere rem a ſeipſo, quā omnino ab alio: ſed quod quis meret, quodammodo habet per ſeipſum: pro quanto per meritum eſt aliquo modo cauſa habēdi illud. Nūc autem chriſtus magis habuit ex ſeipſo, quod ex unione habuit: quā aliquis habeat id, quod ex operatione acquirit. Habuit enim beatitudinem quaſi naturaliter anima chriſti unita deo: quia ſine ea uniri non potuit: quæ unio fuit nobiliſſima: & ita magis habuit ex ſe, quàm ſi habuiſſet ex meritos Dub. 2. M

ut dicit ſanctus Tho. q. iij. huius diſtinct. art. iiij. ❡ Præterea: eſto, ꝙ actus beatitudinis animæ christi cadere potuiſſet ſub merito: & ſi glorioſius fuiſſet habere ex merito, quam non meruiſſe habēti: non tamē fuit ſimpliciter glorioſius: quia decēs eſt propter alios, & propter perfectionem illius ſtatus: ꝙ ibi inueniātur omnes gradus poſsibiles in actibus beatificis: ut ſic accidentalis beatitudo omnium ſit maior, quia ibi erunt aliqui beati, qui nunquam fuerunt inimici actualiter peccato actuali, licet originali peccato: ut multi innocentes. Fuerunt etiam beati plures, qui aliquando fuerūt inimici, tam actuali, quàm originali peccato: ut mortaliter peccantes, & poſt pœnitentes. Eſt etiam beata mater dei, quæ nunquam fuit inimica actualiter neq; ratione peccati actualis, nec originalis. Fuiſſet tamen, niſi fuiſſet præſeruata: ergo dicens fuit, ꝙ ibi eſſet beatitudo alicuius perſonę ſine omni merito præcedente: & ita talis ſemper beata nunquam fuiſſet inimica: non quia pręſeruata: ſed quia ſemper beata. hæc Sco. ❡ Præterea: præuenire meritum propter dignitatem perſonæ per liberalitatē dātis eſt maioris dignitatis, quàm habere per meritum proprium. & ſic eſt in propoſito. ❡ Tertiò dubitat̄ circa cōcluſionem ſextam. Nam nō uidetur, ꝙ chriſt⁹ in paſsione quicquam ſibi, uel nobis meruit: nam nemo meretur alias ſibi debitum: ſed ex merito chriſti in inſtanti conceptionis, quo eadē charitate ſe obtulit patri ꝓ ſalute mundi, & gloria corporis: uniuerſa ſibi, & nobis conferēda fuerunt ſibi debita: ergo nihil mereri potuit in paſsiōe. ❡ Pręterea: nemo põt idē bis mereri: ſicut idem non poteſt ab eodem bis emi: ſaltem non alienatum poſt primam emptionem: ſed omnia merenda chriſtus meruit in inſtanti cōceptionis: ergo non poterat iterato mereri in paſsione. ❡ Ad iſtud reſpondetur poſt ſanctum Tho. q. v. huius diſtin. ꝙ tribus modis contingit mereri, ſecundū ꝙ ꝑ meritum triplicitèr aliquid ſit merenti debitum. Vno modo quando res, quæ meretur, ſit de non debito debitum. Sic primo actu charitatis poſt iuſtificationem impij iuſtificatus facit ſibi uitam ęternā debitam, quę prius fuit ſibi indebita. Alio mō, quando de debito facit ſibi magis debitum, quod contingit, dum per actum meriti charitas augetur. Tertio modo quando aliquid, quod uno modo eſt ſibi debitum, facit alio modo ſibi debitum: ſicut puer baptizatus, cui debet̄ uita æterna ex habitu gratiæ in baptiſmo infuſo: quando uſum liberi arbitrij habere incipit, facit ſibi eam debitā ex actu a charitate elicito. Primo modo meruit chriſtus in primo inſtanti ſuæ cōceptionis gloriam corporis, impaſsibilitatem animæ, ſibi & nobis uitam æternā: quę prius nō erāt debita: non .n. erat debita gloria corporis: nec impaſsibilitas animę chriſto ex cōditione naturæ corporis, aut animę in ſe conſideratę, neq; ex neceſsitate unionis: ſicut gloria fruitionis, ut dictū eſt. Secundo mō chriſtus mereri non potuit: quia charitas in aīa chriſti non eſt augmētata, q̄ in primo inſtanti accepit tantā charitatem, quantæ fuerat capax. Tertio mō chriſtus meruit omnibus actibus ſuis poſt primum inſtans ſuę cōceptionis, q̄a oēs actus ſui ꝓceſſerunt a charitate: & ſic ꝑ quemlibet eorū fecit ſibi debitū, ꝙ alias fuit ſibi debitum: ſeu ꝙ prius alijs actibus debebat̄: ſic enim quolibet actu ſit debitū, quicquid illi actui deberetur: ſi prius debitū non eſſet: & ita cuilibet actui charitatis puri uiatoris debita ſit ęterna uita: etiā ſi prius non fuiſſet debita: quia quilibet talis acceptatur ad uitam æternam: etiā ſi prius ſibi debita non eſſet. Et ſic forte poſſet probabiliter concedi: ꝙ chriſtus licet non meruit fruitionem beatificā, quam ſemper habuit, meruit tamen eius continuationem per actus charitatis, ſicut corporis gloriam. ❡ Per hoc dicitur ad primū: nam maior eſt falſa: ꝙ nemo meretur prius ſibi debitum ſecundū tertium modum merendi. ❡ Ad ſecundum dicitur conceſſo, ꝙ nemo poteſt idem mereri, ſaltem ſine interruptione: quia bis importat interruptionem, q̄ nō fuit in debito in Chriſto: quia quicquid ſemel fuit debitum chriſto, ſemper māſit ei de-

Dub. 3. N

Mereri contingit tripliciter.

eidebitum : & ita debitum nunquam
ſuit interruptum. Et ſic conceditur
illatum: q non poterat aliquid iteratò
mereri: ſi iteratò etiam importat debi-
ti interruptionem. Et ita probatur, q
chriſtus nihil meruit primo modo per
paſsionem: non autem probat, q non
meruit tertio modo. Et quantum ad
hoc, q res ſit alicui debita eſt aliquo
modo ſimile de emptione: quia quis rẽ
emptam poſſet ſibi alio modo facere
debitam: & rem prius ſibi debitam poſ-
ſet quis etiam emptione facere ſibi de-
bitam. Si tamen emere dicit alietatem
rei empte immediate precedere emptio
nem. patet: quia non eſt ſimile: hoc
enim non importat mereri: ſed planè
importat facere rem ſibi debitam: ſiue
prius debitam: ſiue prius etiam fuerit
Dub. 4. debita ſiue non. ¶ Vltimò dubitatur:
quomodo chriſtus ſecundum portionẽ
ſuperiorem mereri potuit: ſecundum
quam fuit uerè beatus: & tamen alij bea
ti ſecũdum eam mereri poſſe negãtur.
Reſpondetur breuiter, q ratio ſupra ta
cta eſt: quia opera chriſti ſecundũ ean-
dem portionem acceptata ſunt a deo,
ad retributionem gloriæ corporis chri
ſto, & uitæ ęternæ nobis. Et ſic non eſt
de actibus cęterorũ beatorũ, cuiꝰ rõ nõ
eſt niſi diuina uoluntas: & tamen aſsi-
gnabilis eſt aliqua congruitas: ut dicit
Sco. Nam ſicut meritum non reſpicit,
ſeu conſiſtit tantum in actu elicito: ſed
etiam aliquo modo in conditionibus
elicientis actum. Sic acceptatio diuina
non ſolum reſpicit actum: ſed conditio
nes perſonæ elicientis. Exemplum, ut
remittens offenſam propter ſupplica-
tionem alicuius: non tantum attendit
uerba ſupplicationis: ſed etiam condi-
tionem perſonæ, ſi fuerit amica, uel ini
mica. Ita acceptatio diuina reſpicit in
perſona conditionem uiatoris. Nam
quia beati totaliter ſunt extra ſtatum
uiæ ſecundum totum ſubiectum, actus
eorum non acceptat deus. Chriſtus ue
ro etſi fuit beatus: tamẽ ſecũdũ aliquid
ſui fuit in ſtatu uiatoris: ſ. ſecundũ cor-
pus, & ſenſualitatem, ac portionem in-
feriorẽ. Et propter hoc omnis actus il-
lius perſonę cuiuſcunq; portionis erat
acceptus, & meritorius ꝑ ſe, & illis ꝑ qui
bus offerebatur deo. Et propter eãdem
cauſam, actus Chriſti nunc (licet ex ea
dem charitate procedant ſicut nunc)
non ſunt meritorij: quia nunc ſecun-
dum nihil ſui eſt uiator &c.

O Q̃io chriſtus ſecundũ portio- nẽ ſupe riorẽ po tuit me reri.

DISTINCTIO. XIX.

OSTENSO q Chri
ſtus paſsione ſua ſibi,
& membris ſuis me-
ruit. In hac diſt. xix.
modum, quo merue
rat ſuis membris, ape
rit. Summatur autẽ
ſententia textus in tribus ſubnotatis cõ
cluſionibus. ¶ Prima. Chriſtus deus, &
homo per mortem ſuam a peccato, & a
diabolo nos liberauit: charitatem in no
bis nimiæ ſuæ charitatis oſtenſione ex-
citando: & ꝑ fidẽ eiuſdẽ ſuæ paſsionis,
ac mortis peccata noſtra relaxãdo. ¶ Se
cunda. Chriſtus ꝑ pœnã, quã in cruce ꝑ
nobis innocenter tulit, ab omni pecca
torum pœna, ſufficienter nos redemit.
¶ Tertia. Chriſtus non ſolus, ſed cum pa
tre, & ſpũſãcto redẽptor eſt nos iuſtificã
do propter uſum poteſtatis: ſolus autẽ
mediator dicit̃ ſecũdũ naturã aſsũptã,
propter exhibitionem obedientię, & hu
militatis. Declaratio lata eſt in textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ A
quęrit̃: utrũ Chriſtus ſua paſ
ſione benedicta omnibus ꝓ-
pagatis, & ꝓpagabilibus ex
Adã, meruit ſufficiẽter peccati remiſ-
ſionẽ, gratiã, regni aptionẽ, & gloriã.
Primò ponũtur notabilia: ſecundò con
cluſiones: tertiò dubia. ¶ Quãtũ ad pri- Arti. 1.
mũ notãdũ: q aliqd eſſe meritũ reſpectu Not. 1.
alicuius conferendi alteri dupliciter põt
cõſiderari. Vno mõ quãtũ ad ſufficien-
tiam. Alio modo quantum ad efficiẽtiã.
Meritũ ad ſufficientiã eſt, quãdo actus Meri-
merentis acceptatur ad retributionem tum.
faciendam conditionaliter: ſcilicet ſi

is, cui merer antecedentia ad retributio
nem ordinata non omittat: neque im-
pedimentum præſtet. Vnde ſi quis me-
retur apud principem, ut omnibus cha-
racterem ſuum habentibus, & tali hora
curiam principis intrantibus daret unū
florenū iſte ſufficiēter meruiſſet unum
florenum; etiā eis, qui characterem ſuū
non acciperent, aut curiam hora deter-
minata non intrarent. Meritum ad effi
cientiam eſt, ꝙ ſimpliciter acceptatur
ad aliquid retribuendum realiter, & cū
Not. 2. effectu ¶ Secundò notandum, & ſuppo-
nēdum: ꝙ infiniti ſunt propagabiles ab
Adam. Nam generationem hominum
deus, poſſet in perpetuum continuare, ſi-
cut poſſet mundum perpetuò conſerua
re: & ſic infiniti generarentur. Infiniti
ſyncathegorematicè: ſed non cathego
rematicè: quia licet mundus in infinitū
duraret: nunquam tamen geniti eſſent
infiniti: ſed ſemper certo numero com-
Not. 3. prehenderentur. ¶ Tertiò notandum: ꝙ
B meritum eſſe infinitum tripliciter po-
Triplici teſt accipi. Vel ratione propriè perfe-
ter me- ctionis, idest ut actus ipſe dicitur infini-
ritum ē tus. Vel ratione perſonæ merentis. Vel
infinitū ex uoluntate acceptantis. Primo mo-
do nullum meritum dici poteſt infinitū:
quia infinitas pfectionis repugnat crea
turæ: omne autem meritum eſt, quid
creatum: actus nanque diuinus non eſt
meritum: ſed dator præmiorum: quic-
quid enim in deo eſt, eſt deus. Velle er-
go animæ chriſti, ſiue eius fruitio, qua
perfectiſsimè, quātum creaturam decet
fruebatur, ſecundum ſe finita fuit, & fini
tum, quia creatura. Secundo modo me
ritum Chriſti potuit dici infinitum, qa
actus perſonæ infinitæ. Siquidem omnia
opera chriſti fuerunt uerbi tāquam ſup
poſiti, quod fuit infinitum, licet illa opa
humanitatis chriſti nō fuerunt uerbi ſe-
cundum naturā infinitam diuinā: ſed ſe
cūdū naturā finitā humanā. Tertio mo-
do meritū dr̄ infinitū extenſiue, ꝙ acce
ptatur pro infinitis: & hęc infinita, ſicut
& ſecunda non eſt infinitas ſimpliciter,
ſed ſecundum quid. Non autem requi-
ritur infinitas in merito, ut acceptetur
pro infinitis. Vnde dicit Sco. diſtinct.

præſenti. Sicut omne aliud a deo, ideo
bonum eſt, quia a deo uolitum, non ecō
uerſo, ſic meritum in tātum meritū eſt,
pro quāto acceptatur. Nā ideo meritū
eſt, qa acceptatur: non ecōuerſo: quia
meritū, & bonū ideo acceptatū. Poteſt
autē meritū quodcūq; tantū, & pro tan
tis acceptari paſsiuè: quātum & pro quā
tis uult tota trinitas acceptare actiuè:
quia quantum uult, tantum poteſt. Nec
ut pro infinitis acceptetur, requiritur
formalis ratio infiniti in merito. Nec
requiritur infinitas ex circumſtātia ſim
pliciter: ſed benè de congruo: propter
quod magis congruū fuit meritum in ſe
finitum (ſed tamen perſonæ infinitæ)
acceptari pro infinitis extenſiuè, quàm
perſonæ finitę: quia ibi nec ratione ope
ris in ſe: nec ratione operantis eſſet con
gruitas acceptationis eius pro infinitis.
¶ Quartò notandum, quòd meritum Not. 4.
chriſti non tantum acceptatum fuit, ut
exhibitum: ſed etiam ut præuiſum, ſiue
ut exhibendum ad aliud tamen ut præ-
uiſum: & ad aliud ut exhibitum. Exem- Exem-
plum Anſel. ſecundo cur deus homo. c. plum de
xvj. Si multi offenderunt regem, & pro merito.
offenſa ſunt exulati: uenit unus in-
nocens de ſanguine eorum, & promit
tit facere unum opus pro rege certo die
a rege ſtatuto: ut rex remittat eis offen
ſam: & reconcilietur eis: rex acceptans
ſeruitium promiſſum remittit offen-
ſam: ita tamen, ꝙ nullus offendentium
intret palatium, donec ſeruitium pro-
miſſum exhibeatur. Hoc caſu poſito,
opus illud promiſſum, ut præuiſum me
retur reconciliationem: & ut exhibitū
meretur palatij apertionem. ¶ Quan- Arti. 2.
tum ad ſecundum articulum eſt conclu Cōcl. d
ſio prima. Chriſtus Adæ, & toti ſuæ C
poſteritati ſufficienter meruit gratiam, chriſtus
& apertionem regni. Probatur: quia me Adæ, &
ritum paſsionis chriſti ſatis fuit in ac- toti po
ceptatione diuina pro omnium pecca- ſteritati
torum remiſsione, ſaltem eorum, qui in meruit
chriſtum crediderunt: ac legi obedie- gratiam
runt. Et quoniam ueritas huius ſtat in & aper-
facto, & eſt in ſe contingens: & ideo ſuf tionem
ficienter demonſtrari non poteſt: licet regni.
apparētes perſuaſiones adduci poſſunt,

quarũplures beatus Anſel.colligit in libro. Cur deus homo : efficax autẽ probatio eſt aucto. ſcripturę. unde Lu.xix. Venit filius hominis quęrere, & ſaluum facere,quod perierat. Et j. Timo. j.Fidelis ſermo,& omni acceptione dignus, qu a uenit chriſtus Ieſus in hunc mundum peccatores ſaluos facere.Et Ioan. iij.Sic deus dilexit mundũ,ut filium ſuũ unigenitum daret:ut omnis , qui credit in eum,non pereat:ſed habeat uitam ęternam . Non enim deus miſit filiũ ſuũ in mundum,ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mũdus per ipſum.Nõ autẽ ſalutẽ pręſtitit mũdo inquantum filius hois principaliter,& auctoritatiuè:q hoc ſolius deitatis ẽ:ergo meritoriè &c.Hinc Mat.xx.Venit filius hominis dare aiam ſuã in redemptionẽ pro multis.Itẽ Dilexit nos , & lauit nos in ſanguine ſuo. Apoc.j. Et alia innumerabilia in ſcriptura,quibus teſtatur omnibus ſibi per fidem,& ſacramẽta unitis meruiſſe præmia æterna . Vnde Mar.ulti. Qui crediderit,& baptizatus fuerit , ſaluus erit. qui uero non crediderit, condemnabit. In qua actoritate etiam hoc innuitur, q meritũ chriſti nõ omnes ſaluat,quia nõ eos,qui non uniuntur chriſto fide, & ſacramentis:hic tamẽ defectus non eſt ex inefficacia meriti chriſti,ſed ex indiſpoſitione ſubiecti cauſę ſalutis non debitè approximatæ.Hęc enim approximatio eſt per incorporationem Chriſto, quæ fit per fidem,& ſacramentorum participationẽ. ¶ Secũda cõcluſio.Chriſtus paſſione ſua tanquam merito ſufficiẽti , ut õuiſa præcedentibus obtinuit remiſſionẽ peccatorũ , & gratia.ſed ut exhibita apertionẽ regni,& gloriã.Primũ patet, q paſſio hois chriſti innocẽtis præuiſa ab ęterno fuit tantum trinitati accepta, q propter eã in tẽpore exhibẽdã , & ex ſumma charitate creaturę poſſibili ipſi offerendam omnibus eam credentibus tã exhibẽdã,quã exhibitã:& per eã ſalutẽ ſperantibus remitteret pctã , & gratiam infunderet,ſi pœnitere uellent,nõ tamen ante eius exhibitionem regnum apperiret:ſed ipſam,ut exhibitam acceptauit:non tantum ad remiſſionem offenſæ,& collationem gratiæ : ſed etiam ad apertionem regni,& collationẽ gloriæ:nam ante exhibitionem ſancti omnes in limbum deſcenderunt:& nulli ianua regni patuit:quę claue crucis oibus debito pœnę , & culpę remoto aperta fuit.Hinc quo ad primum,qui præcedebant,& qui ſequebantur,clamabãt oſanna filio Dauid.Mat.xxj. Quo ad ſecundũ dicitur in Pſal.Aſcendens chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem &c. ¶ Tertia concluſio.Licet meritum chriſti ſecundum ſe finitum fuit ſimpliciter pro infinitis tamen Adæ filijs(ſi futuri eſſent)acceptatũ eſt ſufficienter.Prima pars patet ex notabili tertio:quia meritum chriſti actus fuit,aut paſſio humãæ naturę,q cũ omnibus ſuis actionibus,& ꝓprietatibus creatura erat : & per cõſequens finitum.Secunda pars patet:quia acceptatũ eſt tãquã ſatiſfactio ſufficiẽs, & reconciliatio pro omnibus ſibi obtẽperantibus:licet infinitis,nullis penitus excluſis:& ſalus & redẽptio. unde Heb. v Cũ eſſet filius dei, didicit ex his,quæ paſſus eſt obedientiam , & cõſummatus factus ex omnibus obtẽperantibus ſibi cauſa ſalutis. Cauſa non principalis conferens ſalutẽ ſecundum humanã naturã:ſed cã meritoria principalis. ¶ Quarta concluſio . Paſſione,& morte,quas pro hominum reparatione Chriſtus patri obtulit:tantũ prędeſtinatis gratiam finalem,& gloriam efficaciter meruit. Probatur concluſio.nam illis tantũ chriſtus meruit gratiam finalem,& gloriam efficaciter,q eas per meritũ ſuę paſſionis cõſecuti ſunt aut cõſequentur:tales aũt tantum ſunt prædeſtinati:ergo concluſio uera.Conſequentia nota cũ maiore. Minor probatur: quia nemo conſequitur ſalutem finaliter,niſi fuerit prędeſtinatus ab ęterno.plures enim pręſciti gratiam conſecuti ſunt: ſed non finalẽ ſecundũ illud Mat.xxv.Venite benedicti patris mei:poſſidete paratum uobis regnum ab origine mundi. Gloſ. ad obtinendam gloriam , ad quam prædeſtinati eſtis a conſtitutione mundi. Et ad Rom. viij. Quos prædeſtinauit, hos & uocauit ; & quos uocauit, hos

Cõcl. 3 Meritũ chriſti pro infinitis Adæ filijs fuit acceptatum.

Cõcl. 4

E

& iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos magnificauit. Vocauit per fidem, iuſtificauit per gratiam: finaliter magnificauit per gloriam. ¶ Sed dices: prędeſtinatis gloria debita eſt ex ipſa prędeſtinatione: ergo reſpectu eius non eſt aliquod meritum. Tenet conſequentia, quia debitum alias non acquiritur merito. Antecedens patet, quia eo ipſo, quo prædeſtinati ſunt, ius habent ad gloriã: & ſic iure prædeſtinationis, quę prior eſt acceptatione paſsionis Chriſti eſt gloria eis debita: igitur non ex merito paſsionis. Quòd autem prædeſtinatio ſanctorum ſit prior præuiſione paſsionis chriſti: patet per ordinem, quem ponit Scotus diſtin. præſenti. Vnde dicit. Incarnatio chriſti non fuit occaſio naturaliter præuiſa: ſed ſicut bonum fini propinquius immediatè præuidebatur a deo ab æterno, ita ꝙ Chriſtus in humana natura, cum ſit propinquior fini: cęteris prius prædeſtinabatur (loquendo de his, qui prædeſtinantur) quam quicunque alius: & quilibet alius prius ordinatur ad gloriam, & gratiam quã præuidebatur eius caſus. uide Scotus diſtinctione xlj. primi. & diſtinctione ſeptima huius. Vnde ille fuit ordo in præuiſione diuina. Primò deus intellexit ſe, ut ſummum bonum. In ſecundò intellexit omnes creaturas. In tertio p̄deſtinauit aliquos ad gratiã, & gloriam Et circa aliquos habuit actũ negatiuum nõ prædeſtinando. In quarto uidit oẽs illos, & illas in Adã caſuros, ſcilicet prædeſtinatos, & nõ prędeſtinatos. In quinto pręordinauit, & pręuidit de remedio, quomodo redimerentur per paſsionem filij ſui: ita quòd Chriſtus in carne: ſicut omnes electi prius præuidebantur ad gratiam, & gloriam, quàm præuideretur paſsio chriſti, ut medicina contra lapſum. Sicut medicus prius uult ſanitatem hominis, quàm ordinet de medicina ad ſanandum eum: ergo ſicut prius prædeſtinantur electi, quàm præuidebatur paſsio Chriſti ut remedium contra lapſum eorum: ita tota trinitas prius præordinauit prædeſtinatos, & electos ad gratiam, & gloriam finalem quantum ad efficaciam, quã præuidit chriſti paſsionem tanquam medicinam acceptatam pro electis cadentibus in Adam. Hęc Sco. Ex illo ordine apparet gloriam prius fuiſſe debitam electis, quàm paſsio chriſti fuerit præuiſa, ergo non eſt facta debita ex merito paſsionis chriſti. ¶ Reſpondetur admiſſo, quòd gloria fuit debita ex ipſa prędeſtinatione, negetur conſequentia. ꝙ igitur eius nõ ſit aliquod meritum. quoniam ſicut prædeſtinauit deus electos ad gloriam: ita & præuidit media, quibus perueniendum fuit ad gloriam. Vnde non ſimpliciter præuidit eis gloriam, ſed præuidit eis gloriam per chriſti paſsionem, tãquã per meritum ad hoc præordinatum aſſequendam. ¶ Sed contra hanc reſponſionem militant illa prioritatis ſigna, quæ ponit Sco. Ad quæ dicitur, ſicut & in primo habitum eſt diſtinct. ix. ꝙ illæ prioritates in diuinis non ſunt ponendę: ſicut nec pluralitas actuum ordinatorum ſecũdum imaginationem doctoris ſubtilis. Vnus enim eſt actus in diuinis, re & ratione indiſtinctus, qui eſt ipſa eſſentia diuina, quo ipſa unica cognitione præuidit chriſti incarnationem: omnium electorum futuram beatitudinem caſum, & reparationem per chriſti paſſionem. Nec unũ prius: aliud poſterius: & ideo non eſt ille ordo in diuinis. ¶ Et ſi dicis, ſaltem ibi eſt ſecundum noſtram conſiderationem. Dicitur autem, noſtra conſideratio imaginatur talem ordinem ueré eſſe in diuinis, & ſic noſtra cõſideratio eſt ſpeculatio falſa: aliter rem eſſe intelligens, quàm ſit. Aut noſtra cõſideratio prius conſiderat chriſti prædeſtinationem ſecũdum hominem: & poſt prædeſtinationem aliorum electorum: deinde eorum caſum &c. ſic erit ordo noſtræ conſiderationis per diuerſos actus cognitionis in noſtro intellectu, ſed hæc ordinata conſideratio nullum ordinem ponit diuinis: alioquin ſi primò conſiderarem deum, ut creatorem: deinde tres perſonas: exhinc eſſentiam diuinam: talem oporteret ponere ordinem in diuinis: ut potentia creandi eſſet prior eſſentia, & perſonis: & perſonę priores

De ordine p̄deſtinatiõis ad meritũ pręuiſũ.

priores eſſentia. Item ſi ſequitur, q̃ ſi Chriſtus paſſus non fuiſſet: electi nihilo minus eſſent ſaluati: quia prius prçuidit deus electos ſaluãdos, quàm Chriſti paſſionem. ¶ Quinta concluſio. Quamuis omnibus Adæ filijs ſalutẽ principaliter meruit Chriſti paſsio: cooperabatur tamen ſaluandorum operatio, tanquam meritum de congruo, uel cõdigno. Prima pars patet ex concluſione prima. Secunda pars patet: quia ad hoc, ut per meritum paſsionis Chriſti, alicui peccatũ remittatur: aut gratia infundatur: ſiue primò iuſtificans: ſiue ſequens primam, & priorem augmentans, ſi fuerit adultus, requiritur bona diſpoſitio uoluntatis, & motus bonus in deum: ſiue ſit attritio, aut compũctio de peccatis uitæ prçteritç: aut amor dei, ac ſalutis deſiderium, uel uoluntaria ſacramentorum ſuſceptio quæ ſunt merita de cõgruo: aut quo ad gratiam ſecundam augmentandã requiritur operatio bona ex priore gratia procedẽs, quæ eſt meritum de condigno. Si uero infans fuerit, uſum rationis non habens: tunc ſine ſacramẽto: aut ſacrificio aliquo non purgatur ab originali: oportet ergo, q̃ cõcurrãt offerentes paruulum, & diſpenſantes ſacramentum, uel ſacrificium, quorũ operatio eſt meritum de cõgruo Et percõſequens illa pars concluſionis uera. Ex illo ſequitur, q̃ licet Chriſti paſsio ſit principale meritum, propter quod confertur gratia: apertio regni, & gloria: nũquam tamen eſt ſola, & totalis cauſa meritoria. Patet: quia ſemper cum merito Chriſti concurrit aliqua operatio tanquam meritum de congruo, uel de condigno recipientis gratiam, uel gloriam: ſi fuerit adultus rationis uſum habens: aut alterius pro eo, ſi caret rationis uſu. Probatur: quia ſi meritum Chriſti eſſet totalis cauſa meritoria, maximè apertionis regni, & amotionis obſtaculi: ut hominibus in gratia recedentibus aperiretur: ut uult Sco. diſtin. præſenti. Quod probat: quia tanta fuit abundantia meriti in antiquis patribus: quanta nunc in Chriſtianis: ſed nullus eorum, nec beata uirgo potuit amouere obſtaculum: quin omnes tranſirent ad limbum &c. Sed quamuis ablatio obſtaculi eſt remiſsio peccati tam originalis, quàm actualis. Apertio regni eſt collatio gloriæ. Ad utrumq; tamen (licet minus principaliter reſpectu meriti Chriſti) aliquod meritum patrum cooperabatur, quo meruerũt remiſsionem peccatorum de congruo: & apertionem regni de condigno: ſine quo nec peccatum fuiſſet remiſſum: nec regnum apertum: licet non ſtatim poſt mortem ſequebatur gloria: quia non ante ſolutionem precij per paſsionem Chriſti: ſequebatur tamen ſtatim redemptionis precio ſoluto. & ideo cum merito Chriſti tãquã principali, ſemper cooperatum eſt meritum electorum de lege communi. Quod additur propter ſanctificatos in utero, quorum ſanctificationis cauſa meritoria fuit paſsio Chriſti totalis, & ſola. Et tantum de articulo ſecundo. ¶ Quantum ad tertium articulum, eſt primum dubium contra concluſionem ſecundam, qua dicitur, q̃ paſsio Chriſti ut prçuiſa meruit prçcedentibus remiſsionem peccatorum, & gratiã. Si illa concluſio eſſet uera, ſequeretur, q̃ præmiũ præcederet meritum: nã collatio gratię in antiquis patribus præceſſit meritum Chriſti, quo meruit illis gratiam: quod eſt contra dicta in. ij. diſt. v. contra magiſtrum tenentem, q̃ in angelis præmium præceſsit meritum. ¶ Præterea ſic dici poſſet, q̃ prima gratia caderet ſub merito recipientis: quia poſſet deus acceptare bonum uſum gratiæ ſequentem, tamen præuiſum: ut meritum reſpectu gratiæ primę infundendę: contra apoſtolum Rom. xj. Si autem gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia. ¶ Præterea ſi paſsio Chriſti præuiſa ab æterno, & acceptata, fuit meritum, & cauſa conferendi gratiam patribus antequam exhiberetur in effectu: ſic paſsio ab æterno præuiſa, & acceptata trinitati potuit eſſe ratio prædeſtinandi electos: & ita prædeſtinatio electorum potuit habere cauſam meritoriam, quod eſt inconueniens. ¶ Ad illa reſpondetur. ad

Cõcl. 5. F

Merito paſsionis chriſti cooperatũ ad ſalutẽ operatio ſaluandorum.

Arti. 3. Dub. 1. G

Premiũ qñq; p̄cedit meritum. primũ cõcedẽdo, q aliquod premiũ precedit meritũ: ſed non premiũ finale, qđ eſt beatitudo ipſa. Nam etſi paſſio chriſti, ut preuiſa, cauſa fuit collationis gratiæ patribus priuſquã exhiberetur: nõ tamen fuit cauſa meritoria gloriæ non exhibita: ut dictũ eſt: & hoc fuit reprobatum in ſecundo, q angeli non meruerunt beatitudinem ſuã iam habitã per ſequentia miniſteria nobis impenſa. ¶ Ad ſecundum dicitur, q gratia prima non cadit ſub merito condigni recipiẽtis gratiã: cadit tamen ſub merito chriſti, qui omnibus meruit gratiã. Nec aliquis ex Adã ſecũdũ naturalem propagationis curſum deſcẽdẽs unquã ſortitus eſt gratiã ſine merito paſſionis chriſti exhibitæ, uel preuiſe: ſic gratia prima cadit ſub merito cõgrui etiã recipientis gratiã: quia (ut dictũ eſt) in adultis præcedit diſpoſitio ſubiecti ad gratiã: bonus .ſ. motus uoluntatis in deũ, qui eſt meritũ congrui ¶ Ad tertiũ: an predeſtinatio habet cauſam meritoriã, uel nõ; uideatur diſt. xlij. primi: ubi de hoc latius eſt tractatũ. Vnde dicitur, q eo modo, quo reprobationi aſsignatur cauſa demeritoria: ita & predeſtinationis cauſa meritoria. ¶ Multa dicũt p̄deſtinatio, & reprobatio, .ſ. actũ aliquem eternũ in deo: & aliquid creatũ in electo, uel reprobo ipſi in tẽpore dandum. Quantũ ad primum quod dei eſt: non aſsignatur cauſam meritoriam. Quantum ad ſecundum utriuſque prædeſtinationis, & reprobationis aſsignatur cauſa meritoria: quia gloriæ illorum: & pœnę iſtorum: de quo latius in primo. ¶ Secun-

Dub. 2. H dò dubitatur, quomodo per chriſti paſſionem liberati ſumus a culpa, a pœna, a poteſtate diaboli, & ab obligatione chirographi decreti. Licet horũ ſolutio ſatis patet ex præmiſsis: tamen ut habeatur breuis, & ſummaria reſpõſio, notandum, q per peccatũ primi hominis, quo deus toti humano generi offenſus eſt: homo cecidit in reatum, ſeu debitum mortis eternæ: & per hoc in poteſtatem diaboli tanquã tortoris pœnam infligentis. Hoc deniq; debitũ pro-

Chirographũ quãto obligat hominem ad pœnã luendã, dicitur chirographus decreti: quia ſicut chirographus teſtimoniũ eſt, uel certitudo quędam debiti; ita obligatio, qua homo debitor eſt mortis æternæ ex diuino decreto (quia certa eſt) metaphoricè dicitur chirographus decreti. Col. ij. Nunc autem remiſſo debito: quod eſt ordinatio hominis ad pęnam propter peccatum cõtractum, uel cõmiſſum, liberatus eſt homo a culpa, a pœna, a poteſtate diaboli, & ab obligatione chirographi decreti: quia remiſſo debito, iam non eſt ordinatus ad pœnam: ſed aſſumptus per gratiam ad dei amicitiam, & per hoc non habet culpã: nec obligatur ad pœnã: & per cõſequẽs nec ſub poteſtate diaboli, nec eſt ſub obligatione chirographi. Fit autem hęc remiſsio per paſsionem chriſti: quia ordinauit diuina ſapiẽtia hominẽ ipſum non ordinare ad uitam: & ita nec remittere culpam, nec pœnam: niſi ab aliquo innocente obſequium ita gratũ offerretur, quantum culpa fuit diſplicens, & ingrata: Chriſtus ergo ſecundum hominem ex ſumma charitate uoluntariè mori eligens, ad gloriã dei obſequium tale obtulit: nam plus placuit deo hęc uoluntas hominis chriſti ex tanta charitate elicita, quàm omnium hominum diſplicuere peccata: nedum præſentia, preterita, & futura: ſed etiam poſsibilia. Ideo propter opus tam acceptabile chriſti, qđ pro recõciliatione hoĩs trinitati obtulit: trinitas omnibus chriſto incorporatis peccata, & peccati reatũ remiſit: ac ordinatos prius ad pœnam, rurſus ordinauit ad gloriã: & per hoc ab omnibus predictis liberauit. Hæc colligi poſſunt ex Anſel. lib. ij. Cur deus homo. Et per hoc patet reſponſio ad dubium, & ad omnes eius partes. ¶ Dubitatur tertiò, utrum ſolus chriſtus dicẽdus ſit humani generis redemptor: an tota trinitas. Reſpondetur; q dupliciter aliquis dicitur redẽptor. Vno modo principaliter: quia reſtituit captiuũ libertati precio accepto. Alio modo diſpoſitiuè, & quaſi inſtrumentaliter: quia liberationis precium tribuit. Primo modo tota trinitas hominem redemit; Dub. 3. I

decreti quid eſt.

quia tota trinitas pręciū datum.ſ.ſatiſfactoriam paſsionē acceptauit, propter quam peccatum remiſit non imputando ad pœnā: & gratiam contulit ordinādo ad gloriam: & per hoc libertati reſtituit. Secundò modo ſolus Chriſtus ſecundum humanam naturā, ſecūdū quā paſſus eſt, precium ſoluit: quia patiēdo
Dub. 4. ſatisfecit. ❡ Vltimò dubitatur, utrum ſo
K lus Chriſtus dicendus ſit mediator dei, & hominum. Reſpondetur ſecundum ſanctū Bonaue. q̄ refert dicere mediū,
Mediū; & mediatorem: quia mediū dicitur ha-
Mediator. bens aliquod commune cum utroq; extremorum. Mediator ſuper hoc addit officium recōciliationis Eſt ergo chriſtus medium inter deum, & hominē per participationē utriuſq; naturę diuinę, & humanę: & ſimiliter proprietatum utriuſq; naturæ: nam habet iuſtitiam, & innocentiam, & beatitudinem cū diuina: mortalitatē & paſsibilitatē cū humana. Primò modo eſt medium ſecundum ambas naturas: ſecundò modo tantum ſecūdū humanā. Eſt etiā mediator: quia exiſtens medium, officium reconciliationis exhibuit ſecūdum naturā humanam tantū: ſecundum quā ſacrificium dignū pro peccatis hominū obtulit. Ex quibus patet, q̄ tantum Chriſtus, nō pater, aut ſpiritusſanctus mediator eſt dicendus: quia ſolus medius, ut patuit. Et harū duarū dubitationū ſolutio latius patet in textu. Et tātum de quæſtione.

DISTINCTIO. XX.

SVPRA egit magiſter de paſsionis chriſti ueritate. In hac diſ xx agit de paſsionis cōgruitate. Vnde tribus ſequētibus cōcluſionibus ſentētia magiſtri explicatur. ❡ Prima. Alius humanę reparationis modus poſsibilis fuit deo: ſed nullus conuenientior ſanandę miſerię, qua liberaretur homo. ❡ Secunda. Hoc modo redemptionis homo à deſperatione liberatur: & diabolus non potentia, ſed iuſtitia ſuperatur. ❡ Tertia. Quia Chriſtus a patre, a ſeipſo, a Iuda, a Iudeorum populo eſt traditus: ideo eius paſsio (licet diſsimiliter) tamen dei, & Iudeorum eſt opus. Pulchrè deducit has concluſiones magiſter in textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē A
quæritur, utrum reparatiò generis humani neceſſariò facta fuit per paſsionem hominis Chriſti. ❡ In ſolutione huius quæſtionis tres erunt articuli. Primus notabilium pro declarationibus terminorū. Secundus concluſionum ad quæſtionē reſpondentium. Tertius dubiorū ſoluēdorum. ❡ Quantum ad primum nota, q̄ Arti. 1.
beatus Anſel. can. archieps, hāc quæſtio Not. 1.
nē ſoluendo in duobus libris. Cur deus homo. quatuor per ordinem oſtendere nititur, per quę quęſtio illa ſoluitur. Primum. q̄ hominē ad beatitudinem creatum, & a iuſtitia lapſum neceſſe fuit reparari: ne deus in ſuo opere fruſtraretē: & in uanum fecerit, quod de tam ſublimi natura facere cepit. lib. ij. c. iiij. Secūdum, q̄ homo ſine ſatisfactione redimi non potuit: quia peccando honorē deo abſtulit, quem ut ſatisfaciendo pro peccato redderet, debitor fuit: quādiu igitē non ſatisfecit, in culpa fuit. Item deum relinquere peccatum impunitum, iniuſtū eſt, & indecēs. Si autem ſine ſatisfactione peccatū dimitteretur; impunitū relinqueretē Hæc lib. j. ca. xj. & ſequenti præſertim. c. xix. Nec impotētia ſatisfaciendi hominem excuſat: quia ſua ſponte in illā impotentiā cecidit. Nec ſola miſericordia remittere pōt ſine ſatisfactione; quia tunc dimitteretur peccatū inordinatū: cū nihil aliud ſit peccatum ſine ſatisfactione ordinate, quam ipſum punire. In regno aūt ſuo nihil pōt inordinatū dimittere. Tertiū, q̄ ſatisfactio illa fieri nō poteſt niſi per hominem deū: quia ſatisfactio fieri non poteſt, niſi redatur maius, quàm ſit illud, pro quo nō debuit peccare. Non debuit autem pro tota creatura peccare: igitur maius

Vtrū neceſſariò generis humani reparatio fuit facta p paſsionē hominis Chriſti.

aliquod tota creatura reddẽdum erat: illud eſſe non poteſt niſi deus: nec debuit niſi homo: igitur neceſſe eſt, ut eã faciat deus hõ: ut tangit. c. xxi. lib. j. & lib. i j. c. v. & vj. Quartũ, ꝙ oportuit deũ hominẽ ſatisfacere per paſsionẽ, & mortẽ: quia ꝗ per ſuauitatẽ peccauit; ꝑ aſperitatem ſatisfacere debet: ut lib. ij. c. xi. & c. xix. latè quomodo ablatio uitæ ſanctiſsimę per mortem, quã ſpõte pro honore patris ſuſtinuit; pro omniũ peccatis ſufficientiſsimè ſatisfecit.

B ¶ Sed quamuis rationes illæ beati Anſel. deuotę ſint, & apparẽtes: tamẽ niſi procedant ex ordinatione diuina prę̈ſuppoſita, nihil probant. Dum autem ex illa procedunt, inferunt quidem neceſsitatẽ conſequentiæ non conſequentis: quia ſequitur, deus ita prę̈ordinauit hominẽ redimi: ergo ſic eſt redemptus. Cum qua neceſsitate cõſequentiæ ſtat cõtingẽtia antecedẽtis, & cõſequẽtis. ſicut neceſſe eſt me moueri, ſi curro: q̃a ſequit̃ curro, igit̃ moueor: & tñ antecedens eſt contingens. ſimiliter, & conſequens: nõ autem probant neceſsitatem ſimpliciter dictam: neq; redemptionis, neq; modi redimendi, cuius oppoſitũ includit contradictionem. Vnde quoad primum articulum nõ fuit ſimpliciter neceſſe hominẽ reparari, ſicut nõ fuit neceſſe hominẽ creari.

Rationes Anſelmi nõ probãt.

¶ Præterea deus potuit, & poſſet omnẽ rationalem creaturã, ſiue beatã, ſiue uiatricẽ, ſiue damnatam ãnihilare: nã ſicut cõtingenter creauit: ita contingenter cõſeruat. Poteſt igit̃ nõ cõſeruare, & ita ãnihilare. Et argumentũ, quod fundatur in hoc, ne deus in ſuo fruſtraret̃ opere, &c. ita poteſt fieri de angelis apoſtatis, & quolibet præſcito. Nã cũ quęlibet creatura rationalis facta eſt adeo, ut beatè uiueret cũ deo: in his, quæ beatitudinẽ nõ attingunt, fruſtratur deus: nõ quãtũ ad uoluntatẽ beneplaciti cõſequentẽ: ſecũdũ quã deus fecit, quæcunq; uoluit in cęlo, & in terra: ſed quãtũ ad uoluntatẽ antecedentem, ſecũdũ quã pręcedẽtia ad ſalutem cõtulit: qui quia prę̈ſciti acceptare noluerunt, ſalutem conſecuti non ſunt. Non ergo plus arguit illa ratio de toto genere humano, quàm de uno prę̈ſcito: nec plus de ſpecie, quã de indiuiduo. ¶ Similiter ratio quoad ſecundum non probat: nã ſine ſatisfactio ne per ſolam non imputationem peccatum remitti potuit: ſecundum illud. Beatus uir, cui nõ imputauit dñs pctũm. Nec ꝑ pctũm aliquid in deo exiſtens aufert: nec honor diuinus in ſe minuitur: itaq; non eſt, quod reſtitui poteſt deo: ſicut nihil auferri. Vnde non oportet peccatorem in culpa manere, donec ſatisfaciat: ſed donec deus ſatisfactionem ſibi, quę facienda eſſet, remittat: nec ſi gratis remitteret peccatum ſine ſatisfactione, aliquod inordinatum eſſet in uniuerſo: tũc enim aliquod inordinatum eſſet in uniuerſo: quando aliquid heret, aut eſſet contra uolũtatem dei beneplaciti. Sola enim uoluntas dei eſt regula omnis ordinis, & iuſtitię: ut uult Aug. iij. de trinit. & ideo nihil poteſt eſſe inordinatum in uniuerſo: quia nihil ibi eſſe põt cõtra uolũtatem dei. Et ꝙ nunc peccatũ uerius peccator per pœnã ordinat, ita eſt: quia ſic deo placuit, & hũc ordinem inſtituit, quem tamen mutare poſſet. ¶ Etiã eſto, ꝙ ſatisfactio pœnalis eſſet neceſſaria ad peccati remiſsionẽ: nõ tñ ꝓbat, ꝙ illa neceſſariò fieret ꝑ deũ hominẽ: ut in tertio argumento probare nititur: nã nõ fuit abſolutè neceſſarium, ꝙ ſatisfactio fieret ꝑ hominẽ: licet ſolus hõ debitor fuit: quia qui nõ eſt debitor, poteſt pro alio ſatisfacere. Nã & chriſtus ſatisfecit, qui nõ fuit debitor: & ita ſi placuiſſet deo, potuit unus angelus bonus ſatisfeciſſe, offerendo deo aliquod placitũ pro nobis, quod acceptaſſet pro omnibus peccatis: cum (ut pręcedenti diſt. dictum eſt) tantò acceptabile eſt omne donum bonum, pro quantò deus uoluerit acceptare. Sic & purus homo, quem deus ſine peccato cũ ſumma gratia ꝓduxiſſet, ſatisfacere potuiſſet: nec propter hoc obligarentur redempti tñ ei, ſicut deo: immo ſimpliciter obligarentur deo: q̃a quod ipſe haberet, eſſet totũ a deo. Obligaremur tñ multũ ſibi, ſicut obligamur beatę uirgini, & alijs ſanctis,

ſanctis, qui meruerunt nobis: & ſanctis angelis, qui nos cuſtodiunt, ſemper tamen finaliter, & ſummè obligamur deo tanquam ei, a quo omnia bona aliorum prouenerunt. ¶ Itē de poſsibili quilibet ſatisfacere potuit pro ſe, ſi data fuiſſet prima gratia ſine merito: ſicut data eſt Chriſto ſine merito proprio, & alieno: quia licet modo quilibet fuerit filius iræ: dat tamen primam gratiā ſine merito proprio, qua habita meretur beatitudinem; ergo potuit & meruiſſe deletionem culpæ, ut arguit Sco. Sed hic dici poſſet, ꝙ per actum elicitū a gratia nullus meretur deletionem culpæ: quia infuſione gratiæ culpa deletur: etiam nullo adhuc actu elicito. Et quod dicit beatus Anſel. ꝙ non ſatisfit deo, niſi offeratur aliquid maius, quàm tota creatura: quia quā ſit illud, pro quo peccare non debuit. Si illud intelligitur de maiori bono formaliter ſecundum perfectionē: ſic ſatis fuiſſet offerre maius bonum deo in acceptatione eius: quàm fuiſſet malum illius hominis peccantis: ita ꝙ oblata ſatisfactio magis placuiſſet, quā peccatum diſplicuiſſet. Vnde ſi Adā per gratiā datam, & charitatem habuiſſet unum, uel multos actus diligendi deum propter ſe ex maiori conatu liberi arbitrij, quàm fuit conatus in peccando: talis conatus ſuffeciſſet ad remiſſionē peccati: nā ſicut pro amore creaturæ ut obiecti diligibilis peccauit: quod pro tota creatura facere nō debuit: ita offerendo aliquid maius obiectiuè, quā ſit tota creatura, ſcilicet amorē dei propter ſe: q excedit obiectiuè totius creaturæ amorē (ſicut deus creaturam) ſatisfacere potuit. Vnde ſicut peccauit ꝑ amorem obiecti in infinitum ignobilioris: ita potuit ſatisfacere per amorem obiecti in infinitum nobilioris: & hoc acceptari potuiſſet a deo, ut ſufficiens ſatisfactio, ſi ita deo placuiſſet: & tamē ille amor dei non fuiſſet maior omni creatura: ſicut nec amor Chriſti, quo nobis meruit ſalutem, fuit maior omni creatura: quia non maior humanitate chriſti, quæ fuit creatura nec maior gratia Chriſti; nec maior ſeipſo amore, qui fuit creatura. Ex eodem patet, ꝙ quartum non probat: quia ſicut ſuauitas in peccato fuit finita: ita per amaritudinem finitam compenſare potuit uoluptatem, quam tamen non oportuit eſſe ſummā: ſicut nec delectatio in peccando fuit ſumma, & ſicut peccādo ſuā uoluntatem prætulit uoluntati diuinę præceptiuè: ita mortificando uoluntatem ſuam per plenā uoluntatem uoluntati diuinę potuiſſet ſatisfacere de poſſibili. Et ita patet, ꝙ rationes beati Anſel. non demonſtrant ſimpliciter: ſed tātum ſtante lege æterna, qua ab ęterno ordinauit hominem caſurū ſic debere reparari: quæ tamen ordinatio, ſicut & prædeſtinatio non fuit ſimpliciter neceſſaria: ſed merè contingens dependēs ex libera uoluntate dei, cui licet, quod uult facere. ¶ Quantum ad articulum ſecundum eſt concluſio prima. Sicut non fuit neceſſaria reparatio humani generis: ita nec modus ille redemptionis. Primum patet: quia nullū opus dei ad extra eſt ſimpliciter neceſſarium: cū de us ad extra nō niſi cōtingenter agit: ſed reparatio fuit opus ad extra: ergo. Præterea deus potuit genus humanum non redimere, ſicut potuit non creare: ergo. Secunda pars probatur per beatū Auguſtinum, & Leonem papam dicentes, ꝙ alius modus redimendi hominem non defuit deo: ut patet in textu. Et ſatis patet probatio utriuſq; partis cōcluſionis ex improbatione rationum beati Anſelmi epiſcopi. ¶ Secunda concluſio. Modus redemptionis per unigeniti paſsionem fuit congruentiſsimus omnium modorum, quibus redimi potuit humanū genus. Probatur: quia ille modus præuiſus eſt, & præordinatus ab infinita ſapientia trinitatis, & ex nimia dilectione hōis: ſicut dicit apoſ. Epheſ. ij. Deus, qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati. Ideo eum modum, ordinauit, qui magis homini profuit; & congruentior fuit. Huius autem congruentię uarias cauſas ponunt ſancti,

Arti. 2.
Cōcl. 1.
D
Reparatio generis humani nec modus eius ſimpliciter neceſſarius.

Cōcl. 2.

quarũ aliquas, & bene notabiles ponit magiſter in textu, alias quoq; adducũt doctores, ſanctus Tho. ſanctus Bonauẽ. Alex. & cæteri. Et tantum de illo articulo. ¶ Quãtum ad articulum tertiũ eſt dubium, quomodo Chriſtus nos ſua paſſione, & morte redemit. Reſpondetur ſecundum Sco. ꝙ Chriſtus ſponte animã ſuam obtulit pro iuſtitia ad patris honorem pro nobis, quã oblationẽ pater acceptauit, tanquã ſatisfactionem pro omnium peccatis. Vidit enim Chriſtus mala iudæorum, quę fecerunt, pro quibus eos arguit. & quomodo inordinata, & diſtorta affectione afficiebatur ad legem dei: ut ꝙ ſuam ſtatuerunt in fraudem diuinæ legis: ut patet de honore parentum, & iuramento in atrio tẽpli: nec permittebant hominẽ curari in ſabbato: cum ipſi extraherent bouẽ de puteo in ſabbato: & multa alia. Chriſtus ergo uoluit eos ab illo errore reuocare per opera, & ſermonem: unde ait. Si ueritatem dico uobis: quare non creditis mihi. Io. viij. Ipſoſq; in fide errantes, & ſcripturas malè intelligentes inſtruere; quod audire nolebant. Et cum ueritas eis protunc erat dicenda, maluit mori, quàm tacere. Dicendo autem eis contra eorum uota iniuſta: mortale odium eorum incurrit, & mortẽ ſuſtinuit. Hoc ergo uelle mortem pro iuſtitia, & patris obedientia, liberè ordinauit pro nobis. i. uoluit, ut trinitas hanc ſuam obedientiam, patientiam, & mortis uoluntariã ſuſtinentiam acceptaret pro ſatisfactione peccatorum omnium in ſe credentium, & legem dei obſeruãtiũ: ut ſic trinitatis honor: & laus ex hominibus, & in terris, & perpetuò in beatitudine impleretur. Hanc Chriſti oblationẽ trinitas ſic acceptauit pro omnium peccatis remittendis quantumcunq; grauibus, & multis: etiam pro peccato crucifigentium: quoniam ex maiori charitate proceſsit Chriſti actus, & oblatio; quàm fuerit odium Iudæorum crucifigentium. Et feruentior, atq; intenſior fuit conuerſio animæ Chriſti per actualem amorem in deum, quàm auerſio Iudæorum, & quorumcunq; peccatorum per amorem ſui a deo. Maiorq; reuerentia Chriſti, quam contemptus tranſgreſſorum. & ideo magis deo placuit actus Chriſti, & oblatio in bono: quàm diſplicuerunt ſibi peccata omnium hominum in malo. ¶ Secundò dubitatur contra ſecundam concluſionẽ. Nam non uidetur, ꝙ ille modus fuit cõgruentiſsimus quia ille uidetur cõgruẽtiſsimus, propter quem magis deo obligati fuiſſemus: ſed ſi nõ fuiſſet alius modus redẽptionis poſsibilis: nec per aliũ tunc magis deo obligaremur. Si enim aliquis bonum aliquod acceptum ab uno poſſet etiam ab alijs recepiſſe: minus obligaretur illi, a quo accepit: quã ſi ab eo ſolo recipere potuiſſet: ſic etiã de modo redemptionis. Reſpondetur, ꝙ ratio illa magis eſt ad oppoſitum: nam multò magis tenemur deo: eo ꝙ Chriſtus alio modo redimere potuit: & hunc pœnalẽ modum redimendi propter nos elegit, quo magis ad fructum redemptionis aptaremur: cum tamen alio minus pęnali modo nos potuiſſet redimere: nam per hunc modum, quo nobis palam oſtendit amorem ſuum per hoc, ꝙ in nullo pater filio pepercit: ſed nec filius ſibi ipſi nos ualidiſsimè ad ſuũ amorem allexit, ſine quo amore nihil nobis prodeſſet eius redẽptio: unde nihil magis indiguit ad amandũ, quàm amor prçueniens: ut pulchrè oſtendit Aug. in de cathe. rudibus. Vnde duriſsimus eſt, quem redamare piget prius amantem. Deniq; etſi per alium potuit fieri redẽptio: tamen in hoc magis tenetur homo deo: quia facta eſt per deum. ut nõ ꝓpter ſui redemptionem homo teneretur alteri, ſicet principaliter non poſſet redimi niſi a deo: quia redemptio principaliter conſiſtit in acceptione operis tanquam meriti ſalutis omnium: quæ acceptatio ſolius dei eſt. Et tantum de illa queſtione.

DISTINCTIO XXI.

PRIORIBVS diſtinctionibus magiſter egit de paſsione dominica quantum ad eius initiũ, & progreſſum. In ſequẽtibus duabus diſtinctionibus agit de ipſa quantum ad eius terminum. Et quia in morte chriſti conſummata eſt eius paſsio: mors autẽ ſeparatio eſt animæ a corpore. Ideo primò agit de animæ corporis, ac deitatis ſeparatione diſt. præſenti. Secundò de ſeparatorũ cõſequẽti denominatione diſt. xxij. Colligitur autẽ ſententia textus in his tribus ſubnotatis concluſionibus. ❡ Prima concluſio. In morte chriſti ab humanitate ſeparauit ſe diuinitas foris ad defenſionem: non tamẽ intus defuit ad unionis ſolutionem. ❡ Secunda concluſio. Potentia deitatis anima diuiſa eſt a carne; ſed neutrum a uerbo dei in chriſti morte. ❡ Tertia concluſio. Quicquid patitur caro unita uerbo, debet dici deus pati: licet uerbũ nec mori, nec corrũpi potuerit, nec mutari. Ex hac cõcluſione elicit, & infert, q ſanè dici põt: deus eſt mortuus, & non mortuus: paſſus eſt dei filius, & non paſſus: ſed ſecundum alteram naturam paſſus: ſecundum alteram impaſsibilis.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionẽ quæritur utrum propter ſolius animæ ſeparationem a carne, chriſtus fuerit uerè mortuus manẽte unione diuinitatis cũ utraq;. ❡ In huius quæſtionis ſolutione, quę ex prędictis pendet tres ſuccedent articuli. Primus notabiliũ: concluſionum alter: tertius dubiorum.

Arti. 1. ❡ Quantum ad primum, ſupponitur ex ſupradictis, q in chriſto duplex fuit unio. Vna partium humanę naturę inter ſe animę ſcilicet ut formæ: & carnis, ut materiæ, per quam ex ipſis cõſtitutum eſt cõpoſitum ſubſtantiale uiuum in natura humana. Secunda fuit unio ſuppoſitalis, ſiue hypoſtatica naturę humanæ, & utriuſq; eius partis cum natura diuina in perſona uerbi, de qua latius dictũ eſt ſup. diſt. j

Duplex fuit unio in chriſto, conſimiliter du-

❡ Secundo notandum, q ſecundum duplicem naturam in chriſto, duplex fuit uita in chriſto. Vna diuina ſumma, & æterna: qua perſona chriſti: quę & perſona eſt uerbi, uiuit ſeipſo neceſſariò inalterabiliter, & immutabiliter: quæ ab illa perſona tolli nõ poteſt. Secunda eſt uita naturæ humanæ aſſumptę, qua anima chriſti uiuit immediatè eſſentialiter: caro mediatè formaliter, & uerbum earum aſſumptione per communicationem idiomatum contingenter. Natura enim humana in hoc uiuere dicitur: quia habet animã, quæ eſt uita ſubſtantialiter tanquam ſui partem. Anima uero uiuit immediatè eſſentialiter: quia ſecundum propriã naturã operationum uitalium eſt productiua. Caro uiuit: quia eſt ſubiectum formæ uitalis.ſ. animę ipſam informantis, & perficientis. Verbũ uero hac uita humana, quã contingenter aſſumpſit, uiuit, per idiomatum communicationẽ, ſecundũ quã proprietates naturę aſſumptę cõmunicantẽ pſonę aſſumenti: ſic nãq; uerbũ uiuere nõ eſt aliud, quã uerbũ in natura uiuente ſubſiſtere: de quo ſup. diſt. vij. B

Duplex uita.

❡ Tertiò notandũ, q mors hominis nõ ẽ niſi ſeparatio animę a corpore. Hac.n. aia a corpore ſeparata totũ cõpoſitum moritũ: quia deſinit eſſe cõpoſitũ: caro moritur: quia priuatur forma, quę eſſentialiter ẽ uita. Anima et ſi ãnihilari põt: manens tamen mori nõ põt: quia ſeipſa uiuit eſſentialiter: & nõ per aliquid ſuperadditũ. Vnde impoſsibile eſt animã eſſe, & non uiuere: ſicut impoſsibile eſt animã eſſe, & nõ eſſe animã. Verbũ per idiomatũ cõmunicationẽ moritur, qñ deſinit ſubſiſtere in natura aſſumpta uiuente. Hęc breuiter de articulo primo.

Quid ẽ mors hominis: & unde caro dicitur mori.

Arti. 2. Cõcl. 1. C

❡ Quantum ad ſecundum articulum eſt concluſio prima. In paſsione chriſti anima realiter, & uerè ſeparata eſt a carne. Probatur: quia inclinato capite tradidit ſpiritum. Ioann. xix. & Matt. xxvij. Clamans uoce magna emiſit

ſpiritū. Illa traditio, & emiſsio ſpiritus

Cócl.2. fuit ſeparatio animę a carne. ¶ Secunda concluſio. Separatione animę chriſti a carne non ſolum chriſti humanitas, & corpus: ſed et ipſe chriſtus uerè fuit mortuus. Probatur: quia uerè moritur, qui uita, quā habuit, priuatur: ſed tā humanitas chriſti, quā corpus: & ipſe chriſtus, ſeu uerbum in ſeparatione animæ priuatum eſt uita, quā habuit. De humanitate patet: quia per ſeparationē animę deſijt eſſe humanitas: ergo deſijt habere uitam: quia quod nihil eſt, in ſe non habet uitam. De corpore manifeſtum eſt. De chriſto, ſeu uerbo patet: quia ſeparata anima a carne, deſijt uerbum ſubſiſtere in natura humana uiuente. Tum quia poſt ſeparationem caro, & anima chriſti non fuere natura humana. Tum quia illud, quod aſſumpſit. i. natura humana non fuit uiua. Item mortuum uerè prędicatur de natura humana, quæ fuit: & de eius ſuppoſito proprio, ſi aſſumpta non fuiſſet: ergo etiā uerè prędicatur de ſuppoſito diuino per communicationem idiomatum. Conſequentia patet ex dictis ſupra diſt. vij.

Cócl.3. ¶ Tertia concluſio. Quamuis in morte chriſti facta eſt animæ, & carnis ſeparatio: manſit tamen diuinitatis cū utraq; indiſſoluta unio. Prima pars patet ex concluſione prima. Secunda probatur: quia chriſtus ſepultus eſt, & ſimul deſcēdit ad inferna: ut dicit ſymbolum: non autem deſcendit, nec ſepultus eſt ſecundum diuinitatem, ſecundum quam eſt immutabilis: igitur ſecundum naturam aſſumptam ſibi unitam. Nihil autem aſſumptę naturæ fuit in ſepulcro niſi corpus: nec in inferno niſi anima: & chriſtus utrobiq; fuit: ergo utrobiq; fuit natura diuina unita naturę aſſumptæ: in ſepulcro carni: in inferno animę. Patet etiam auctoritate magiſtri, & allegatorum per eum in textu. Ad idem beatus Bonauent. adducit rationes, quę cōgruitatē oſtendunt, non tamen ſufficiēter factum probant. ¶ Quantum ad ar-

Arti. 3. ticulum tertium eſt primū dubium: cū

Dub. 1. (ut dicit magiſter diſt. ii.) diuinitas uni-

D ta eſt carni mediāte anima: ergo ſeparata anima a carne ſoluta eſt unio: nā ſublato unionis medio tollitur unio. Ad hoc pōt dupliciter reſponderi, ſecundū duplicē opinionem, quę tactæ ſunt ſup. q. ii. diſt. j. ibi uideatur ſatis latè. ¶ Secū- Dub. 2.

do dubitatur: utrum caro chriſti fuiſſet E

reſoluta, ſeu putrefacta in ſepulcro: ſi dilata fuiſſet reſurrectio. Reſpōdetur, ꝙ licet caro chriſti in ſepulcro habuit cauſas intrinſecas, & extrinſecas naturales ad ſui reſolutionem non obſtante unione eius cum uerbo: non tamen fuiſſet reſolutum: ſed a putrefactione conſeruatū nouo miraculo. Primum patet: quia fuit intrinſecus humor, & calor: ſimiliter extrinſecus ſicut in alio corpore mortuo: nec impediebat unio: quia illa non obſtante corpus fuit paſſibile, mortale, & mortuū, & non glorioſum. Item per actionem caloris naturalis, etiā per ſudores aliquid corporis chriſti reſolutum fuit: quia uerè nutritum eſt, uerè ſudauit: ut ſupponitur: quę non fiunt ſine reſolutione corporis: nec quantū ad illa impediebat unio: ergo ſimiliter ex ratione unionis non fuit impedita inciueratio. Quòd autē non fuerit, nec fuiſſet in ſepulcro reſolutū: patet per illud ps. Non dabis ſanctum tuū uidere corruptionē. Gloſ. Nec corpus ſanctū, per quod & alij ſanctificandi ſunt, patieris corrumpi putrefactione. Quamuis enim chriſtus aſſumpſit corpus noſtrum cum defectibus pęnalibus corporis uiui, non tamē cū opprobrijs corporis mortui. Illis enim meruit nobis ablationem eorum; iſtis autem mereri non potuit: quia tempus merendi morte terminatur. Inutiliter ergo iſtos aſſumpſiſſet: imnio non ſolum inutiliter, ſed etiā in periculum fidei noſtræ: quia in incredulitatem reſurrectionis. Vnde ps. xxix. Quę utilitas in ſanguine meo; dum deſcēdo in corruptionem gloſ. Aug. Si. n. ſtatim non reſurgo, & corpus corrūpitur; nemini annuntiabo; nullum lucrabor. Quòd etiam corruptio corporis fuit impedita nouo miraculo: patet: qa per miraculum fuerunt cauſę corruptiuę tam intrinſecę, quàm extrinſecę ſuſpenſę ab actione corruptiua: illa au-

An caro chriſti fuiſſet putrefacta in ſepulcro, ſi dilata fuiſſet reſurrectio?

tem ſuſpenſio fuit miraculoſa: quia ſupernaturalis. Quòd autẽ fuerit nouum miraculũ (dicũt.n.quidam, ꝙ de nouo: ſed antiquo miraculo, quo corpus illud fuit indiſſolubiliter unitum uerbo: contra quos probatur, ꝙ nouo miraculo) quia illo miraculo antiquo, quo corpus uniuit uerbo, non impediuit corporis, ſed nec animæ impaſsibilitatẽ: cũ illud corpus ſit paſſum, & mortuum. immo ſi eius paſsionẽ impediuiſſet: ex quo corpus fuit paſsibile: nõ obſtante illa unione hoc fuiſſet nouo miraculo: ſic ꝙ prohibuit eius reſolutionem poſt mortem, cum fuerat corruptibile; fuit nouũ miraculũ. Ita ſentit Sco. Verũ, ſiue nouo ſiue ueteri miraculo, certũ eſt, ꝙ miraculoſe ſuſpenſæ ſunt cauſæ naturales corpus naturaliter reſoluere potentes. ¶ Sed di. uidetur, ꝙ corpus chriſti; ſit in ſepulcro corruptum. Probatur: quia fuit forma cadaueris informatũ: & hęc eſt magna corruptio, ſi corpus prius uiuum ſit corpus cadaueris. Antecedẽs probatur: quia aut ſeparatiò animę à carne ſucceſsit alia forma ſubſtãtialis; uel nulla. Si nulla tigitur materia ſtetit nuda. Si aliqua non uiuens: ergo cadaueris. Reſpondetur tenendo unitatem formæ ſubſtantialis in compoſito: dicendum, ꝙ nulla ſubſtantialis forma ſucceſsit ſeparationi animę: ſed materia corporis chriſti fuerat nuda, quantum ad formas ſubſtantiales: non habens in ſe per illud triduum, quo fuit in ſepulcro, aliquam formam ſubſtantialẽ: habuit autem formas accidentales: nec magis hoc eſt impoſsibile, quàm dicere, ꝙ materia ſtetit ſine forma ſpecifica: quia ſicut per naturam non poteſt ſtare nuda: ita nec ſine forma ſpecifica: & ergo ſi diceretur, ꝙ ſeparata forma ſubſtantiali ſpecifica ſcilicet anima intellectiua: ibi manſit forma corporeitatis (quia ſenſitiua non manſit, alias non fuiſſet mortuus) oportet cõcedere, ꝙ materia corporis ſtetit ſine forma ſpecifica: aut ꝙ ſubintrauit forma cadaueris.

Dub. 3. ¶ Tertiò dubitat, utrũ ipſa ſeparatione

F anima chriſti facta ſit impaſsibilis. Hic reſpondet ſanctus Bon. ꝙ nõ eſt certum ex auctoritatibus, utrum anima Chriſti ſtatim poſt ſeparationem facta ſit impaſsibilis: aut in corporis glorificatione: ideo quodlibet horum ſine periculo ſentiri põt. Veruntamen probabilius uidetur, ꝙ ſtatim fuerit facta impaſsibilis poſt ſeparationem: quia anima Chriſti non fuit paſsibilis: cum ſemper fuerit beata: niſi per miraculum, & A

propter noſtram ſalutem: ut ſua paſsione mereretur nobis impaſsibilitatẽ: ſed poſt ſeparationem non erat locus merendi: ideo tũc anima non debuit pati. Et ſubdit: nec hoc ſolum de anima chriſti probabile eſt: ſed etiam de cuiuſlibet uiri iuſti, in quo non reperitur poſt ſeparationem aliquis reatus peccati: ꝙ talis a prima ſeparatione a corpore ſtatim fuit impaſsibilis: dũ tñ ſeparatur ſeparatione diffinitiua, & finali, non ad tempus propter glorię manifeſtationẽ, ſicut factũ eſt in Lazaro, & alijs reſuſcitatis. Nec obſtat, ꝙ caro Chriſti non ſtatim fuerit glorioſa, & impaſsibilis facta; qa anima erat propinquior ad gloriam (qa beata) quam caro. ¶ Præterea dilatio impaſsibilitatis in carne faciebat ad fidei confirmationem: ut oſtenderetur chriſtus uere paſſus, & mortuus. Hæc ſanctus Bonauen.

DISTINCTIO. XXII.

EGIT magiſter de animę Chriſti, & corporis eius ſeparatione. In hac diſt. xxij. agit de conſequẽte ſeparationis denominatione: inueſtigat enim, an Chriſtus in triduo mortis fuit homo. Et colligitur ſententia magiſtri in hac diſt. in tribus concluſionibus quę ſequuntur. ¶ Prima. In mortis triduo Chriſtus fuit homo uerus, & rationalis: non mortalis, nec immortalis. ¶ Secunda concluſio. Chriſtus in triduo fuit ubiq; ſecundum diuinitatem: non autem ubiq; fuit homo: ſed tantum in inferno, & in ſepul-

cro ſecundum humanitatem. ¶ Tertia concluſio. Chriſtus totus. & perfectus eodem tempore fuit in inferno totus: totus in ſepulchro: totus in cęlo. nō tamen totum deus fuit, nec totum hō.

QVAESTIO VNICA.

A

CIRCA hanc diſtinctionem quęritur, utrū chriſtus in triduo fuerit uerus hō. ¶ Tribus articulis quæſtio terminabitur. In primo termini declarabuntur.
Arti. 1. In ſecundo per concluſiones reſpondebitur. In tertio dubia ſoluentur. ¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ de materia quæſtionis apud ueteres fuerunt opiniones. Nam uenerabilis Hugo de ſancto Victore lib. ij. de ſacramentis parte j. c. penul. tenet chriſtum fuiſſe hominem in triduo mortis: q̃a ponit animā eſſe hominem, utentē tamen corpore: uerū, ꝙ utatur corpore, accidit animæ: ideo anima etiam non utens corpore actu eſt homo. Dicit etiam animam per ſe eſſe ſuppoſitū. Et quia chriſtus habuit animā in triduo ſibi unitam: ideo ponit chriſtum eſſe hominē in triduo: & hoc non ſolum dicit de chriſto, ſed de quo libet homine mortuo. Vnde dicit animas beatorum eſſe homines: licet ſint ſeparatę a corpore. Magiſter cōcordat in cōcluſiōe. ſ. ꝙ chriſtus in triduo fuit hō: ſed nō concordat in modo ponēdi. Nā tenet: ꝙ ad rationē hōis requiritur corpus, & anima: neq; eſt homo, ſi alterum deſit. Et requiritur etiam coniunctio illorum, uel inter ſe mutuo, uel cū eodem termino. Et quia in cæteris hominibus nunquā coniunguntur per unionem tertio: ideo nō ē ibi homo niſi uniātur ſibi mutuō. In ſolo Chriſto manet coniunctio, ſiue unio utriuſque cū uerbo ſeparatis ab inuicem: ideo ſolus Chriſtus eſt homo in triduo: licet in illo anima fuerit ſeparata a corpore: q̃a utrumq; fuit unitū uerbo. Sunt etiam, ut recitat Scotus, qui tenēt generaliter, ꝙ ſola forma eſt de per ſe ratione quidditatis, & non materia. Et per hoc dicunt, ꝙ quicquid habet formā, habet totam quidditatem rei. Et ideo habēs animam intellectiuam, habet totam quidditatē humanitatis: & p conſequens ē homo. ¶ Sed illa opinio ſatis improbata eſt in ij. diſtin. xij. q. j. ubi probatum eſt, ꝙ materia eſt entitas poſitiua, & pars eſſentialis compoſiti ſubſtantialis: & per conſequens pars quidditatis eius, ſiquidem nihil eſt quidditas, niſi eſſentia rei. Vnde materia, quę eſt altera pars compoſiti: licet non ſit de quidditate formæ, ſicut nec eſt pars formæ: eſt tamen de quidditate totius compoſiti, cuius ē uera pars eſſentialis. Et ideo ſicut forma, ita & materia eſt de ratione quidditatis compoſiti ſubſtantialis. Secundō Not. 2.
notandū: ꝙ ſanctus Bona. q. j. huius diſ. B
ad concordandum opi. Hugo. & magiſtri cum opi. communi tenente partem quęſtionis negatiuam: ponit quandam diſtinctionem huius, quod eſt eſſe. unde ait. Notandum, ꝙ hoc eſſe de hoc, pōt tripliciter dici: aut ſecundum eſſe actuale: aut ſecūdū eſſe aptitudinale: aut partim ſecūdū eſſe aptitudinale. Primo modo prædicatur, dum ſubiectum eſt actu, & prædicatum actu inhæret ſubiecto, ut homine exiſtēte: dico homo eſt animal. Secundo modo dicitur hoc de illo: quādo nec ſubiectum eſt actu: nec forma p̄dicati actu inhęret: ſed neceſſario eſt ordinatio unius ad alterum fundata ſuper principia naturæ: ſicut nulla roſa exiſtente: hæc conceditur: roſa eſt flos. Tertio modo dicitur hoc de hoc, quando ſubiectum eſt in actu: forma uero prædicati non ineſt ei ſecundum actum: ſed ſecūdum neceſſariam ordinationē fundatam in principijs naturæ: ſicut chriſtus in triduo fuit homo: quia in triduo chriſti perſona erat actu. Forma tamen unitatis ſeruata fuit in aptitudine cōiūctionis animę ad carnē. Et ſcdm hos triplices modos prędicandi poſſet poni dictæ opiniones Hugo. magiſtri, & communis doctorum. Vnde ſubdit, cū quæritur: utrum chriſtus in triduo fuerit homo. Si loquamur de prædicatione ſecūdum eſſe aptitudinale: non tantum uerum eſt de chriſto: ſed etiam de omni

Not. 1.

Vtrum chriſtus in triduo fuerit uerus homo.

homine mortuo: quia ſecundum fidem noſtram, quando homo moritur, remanent principia eius, in quibus ſalua eſt ordinatio: nō ſolum reſpectu hominis: ſed etiam reſpectu huius hominis: alioquin non eſſet uera reſurrectio; & hæc fuit opinio Hugo. ¶ Si autem loquamur de prædicatione partim actuali, & partim aptitudinali, ſic concedi poteſt de chriſto: ſed non de alijs hominibus, Hęc poſitio fuit magiſtri. ¶ Si autem loquamur de prædicatione actuali ſimpliciter, nec de chriſto: nec de alio homine uerum eſt dicere, ꝙ ſit homo: quandiu anima ſeparata eſt a carne. Nō. n. eſt hō in actu: niſi illa fuerit coniuncta. Et hec eſt opinio cōis doc. & ſcđm hoc poſſũt concordari oēs opiniones: ita ꝙ quælibet dicat uerũ: licet ut poſtea declarat: nō præciſe fuit illa ſentētia Hugonis, neque magiſtri: ut patet intuenti uerba eorum.

C ¶ Hęc autem, quæ dicta ſunt de triplici modo prædicandi, poſſunt clarius ita exprimi, & reſolui: quia modus prædicandi conſiſtit in ſermone copulæ, quæ prędicat unum de altero.

Verbũ, ē, tripliciter capitur.

Copula iſ eſt, poteſt tripliciter accipi. Vno modo ut importat eſſe actuale reſpectu utriuſque extremi. Et ita uerum eſt: ꝙ ad ueritatem propoſitionis affirmatiuę, de copula eſſe requiritur, ꝙ extrema ſupponant pro re actualiter exiſtente: & ſic illę ſunt ſimpliciter falſæ: roſa eſt flos. homo eſt animal. ſortes eſt ſortes: nullo flore, nec hoie, ne ſorte exiſtēte. Secundo modo accipitur eſſe, ut dicit eē aptitudinale, & ita tantum ualet eſſe, id eſt poſſe eſſe in natura. Et ita omnes illæ eſſent concedendæ. Homo eſt currens. homo eſt albus. nullo homine exiſtente: non minus, quàm illæ, homo eſt animal homo eſt homo. roſa eſt flos: immo illa, roſa eſt. homo eſt. ſortes eſt nullo homine, uel roſa exiſtēte, quia in omnibus illis eſt, ualet tantũ id eſt poteſt eſſe. In caſu autem poſito

D uera eſt: hęc homo poteſt eſſe animal. homo poteſt eſſe currens &c. Tertio modo, ut dicit actuale reſpectu ſubiecti: & poſſibile reſpectu prædicati. Et tunc illa Chriſtus eſt homo: ualet illam, Chriſtus actu exiſtens poteſt eſſe homo ſecundum principia humanitatis actu exiſtentia natura: & ille modus non eſt uſitatus, niſi in illa chriſtus eſt homo in triduo apud eum concedentes. ¶ Conſequenter apud ſic diſtinguentes: dicitur, ꝙ eſt ex communi uſu: in prędicatione quidditatiua: ſ. generis de ſpecie: eiuſdem de ſeipſo dicit eſſe aptitudinale. In prędicatione uero accidentali, & in propoſitione de eſt ſecundo adiacente, dicit eſſe actuale: & ideo illa conceditur: homo eſt animal, nullo homine exiſtente: & non illa, homo eſt albus: nec illa, homo eſt. quia ex uſu loquentium, eſt ęquiuocatur in illis. Et propter hoc negāt conſequentiā ab eſt tertio adiacente, ad eſt ſecundũ adiacens in quidditatiua pđicatione: quia ibi, eſt ęquiuocatur in antecedente, & conſequente. In antecedente dicit eſſe aptitudinale: in cōſequente eſſe actuale. Sed ſi ly eſt, accipitur eodem modo in antecedente, & cōſequente: uniuerſaliter ualet illa cōſequentia in nō ampliatiuis. Nos autē ſecundũ uiā noſtrā dicimus: ꝙ differētia eſt inter eſſe, & poſſe eſſe: ideo eſſe ſemper dicit eſſe actuale. Poſſe eſſe ſemp dicit eſſe aptitudinale ſecũdũ potētiā naturę: uel ſimpliciter ſecundũ potentiā quācũq; diuinā, uel naturalē: ideo oēs has negamus. roſa eſt flos. cęſar eſt homo. nulla roſa, nullo ceſare exiſtente. ¶ Et dicimus uniuerſaliter cōſequentiā, ab eſt tertio adiacēte, ad eſt ſecũdũ adiacēs in affirmatiuis, & nō ampliatiuis eſſe bonā, & formalem.

Not. 3. E

De acceptiōe huius termini homo.

¶ Tertiò notādũ: ꝙ diuerſitas illarũ opinionũ magis uidetur conſiſtere in quid nominis termini homo (quod diuerſimode apud eos aſsignatur) quā in re. De re. n. ipſa eſt cōcors ſententia omniũ illorum opinantium. Certum enim eſt apud omnes: ꝙ in triduo anima rationalis in chro fuit ſeparata a carne ſine materia: loco, & ſubiecto. Loco: q̄a nō erat ſimul: quia n. fuit in inferno cũ patribus: caro in ſepulcro. Subiecto: quia anima non informabat carnē, ſicut forma ſubiectũ: ut patet ex præcedenti diſtinctione. Certũ. n. ē, ꝙ nec caro, neq; ani

ma fuit unquã ſeparata a uerbo poſt eiꝰ aſſumptionẽ:quia uerbum, quod ſemel aſſumpſit, non dimiſit ſecundum Dam. ut ex prædicti: oſtenſum eſt. ¶ Vtrum autem ſuppoſitum uerbi, quod ſubſiſtit in carne, & anima a ſe mutuò ſeparatis, & uerbo unitis debeat nominari hõ: de hoc eſt quæſtio: & de hoc ſunt opiniones. Intellecta ergo ſignificatione huius uocabuli homo, quæſtio non manet dubia. Cum autem nomina ſint ad placitum: & apud diuerſos diuerſimodè accipiantur: uel propter diuerſas impoſitiones: aut propter diuerſum uoluntatum uſum, qui habet uim impoſitionis. Hinc contingit idem nomen de eodem uerè, & falsè prædicari propter diuerſas acceptiones apud diuerſus. Nec hoc mirum eſt: quia etiam apud eundem, idem terminus prædicatur de eodem uerè, & falsè. Et eadem propoſitio uocalis, & ſcripta eſt ſimul uera, & falſa propter terminorum eius æquiuocationem. Poſſet autem terminus homo recipi, ut ſignificaret omne ſubſiſtens in natura rationali, capiendo rationale ut diſtinguitur contra intellectuale: & ſic anima rationalis ſeparata eſſet homo: apud illos, qui dicunt animam ſeparatam eſſe perſonam. Hõ. n. quia concretum eſt: non ſupponit niſi pro perſona, ſeu ſuppoſito: & ſic accipiẽdo opi. Hug. uera ẽ. ¶ Poſſet iterum accipi ſiue ex impoſitione, ſiue ex uſu: ut ſignificaret ſubſiſtens in corpore, & anima rationali cõiũctis: ſiue inter ſe: ſiue tertiò: & ſic opinio magiſtri eſt uera. ¶ Poſſet tertiò accipi pro ſuppoſito ſubſiſtente in natura cõpoſita ex materia, & anima rationali tanquã ex forma ipſam materiam informãte: & ſic uerbum eſt uerus homo: ſed nõ in triduo. Quæ autem acceptio ſit propria: colligi oportet ex auctoritatibus, & cõmuni modo loquendi: & ſecundum hoc uidetur, ꝙ tertia acceptio ſit propria. Nã apud oẽs philoſophos, homo deſcribitur animal rationale; & omne animal eſt corpus: qa animal ſpecies eſt corporis: ſed omne corpus compoſitum eſt ex materia, & forma. Vel ſaltem ſuppoſitum ſubſiſtens in natura cõpoſita &c. propter eos, qui diſtinguũt iter naturã, & ſuppoſitũ. Iterũ apud oẽs hõ eſt ſuppoſitũ ſubſiſtẽs in hũanitate. Humanitas aũt eſt natura cõpoſita ex materia, & forma rationali: alioquin anima rationalis cũ materia, cui nunquam fuit coniuncta, eſſet natura humana: ꝙ nullus concedit. Vnde & illo tertio modo acc piendo ponentur concluſiones. Hæc de articulo primo. Quantum ad articulum ſecundum, eſt hæc concluſio prima. Chriſtus in mortis triduo non ſuit uerus homo. Probatur, quia in illo triduo perſona chriſti nõ ſubſiſtebat in natura humana: igitur nõ fuit uerus homo. Tenet conſequentia ex quid nominis huius termini homo: etiã ſupra diſt. vij. Antecedens patet: qa in illo triduo caro, & aĩa, in quibus ſubſiſtebat perſona uerbi: non cõſtituerunt humanitatẽ: nec ꝑpter ſui ſeparationẽ cõpoſuerunt unam naturã. Humanitas autẽ eſt natura cõpoſita ex materia, & forma. ¶ Item ſi in triduo corpus chriſti, & anima fuiſſent ſibi dimiſſa, niſi fuiſſet homo: nec partes hominis: igitur nec uerbum, cui ũnita fuerunt in triduo fuit homo. Antecedens manifeſtum eſt: & cõſequẽtia probatur: qa nulla denominatio cõcretiua cõuenit ſuppoſito uerbi ratione naturæ aſſumptæ: q̃ nõ cõueniret ꝓprio ſuppoſito naturæ aſſumptæ ſi dimitteret a uerbo: ut patet ex dictis ſupra. diſt. vij. ¶ Secunda concluſio. In triduo perſona uerbi nõ potuit ꝓpriè chriſtus nominari. Probatur: quia ut ſupra diſt. vj. q. ij. dictũ eſt. Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti in duabus naturis diuina, & humana ſubſiſtentis. In triduo autem non fuit natura humana: igitur nihil ſubſiſtebat in natura humana. Nomen itaque Chriſtus in triduo pro nullo ſuppoſuit: & conceptus eius in ſe falſus fuit: ut dicit Scotus diſt. præſenti. ¶ Tertia concluſio. Licet ſecũdum ſermonis proprietatem illæ. Chriſtus in triduo fuit in ſepulchro, aut in inferno ſunt falſæ: ſimiliter tamen illæ. Chriſtus iacuit in ſepulchro: Chriſtus deſcendit ad inferna ſunt concedendæ. Prima pars patet: quia chriſtus cum illa determinatiõe in triduo, pro nullo ſuponit;

Arti. 2.
Cõcl. 1
F

Cõcl. 2

Cõcl. 3.

ponit: ergo cum ſint affirmatiuæ ſunt falſæ. Secunda pars probatur: quia perſona uerbi, quę eſt, uel fuit Chriſtus iacuit in ſepulcro: igitur &c. ab æquiualenti ad ęquiualens. Poſſet tamen prima concedi: ſi ly in triduo, determinaret ly iacuit, uel fuit: ſecus ſi determinat ly Chriſtus: quia tunc Chriſtus alienatur. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò: cum omne inexiſtens, uel unitum alicui ſufficit ipſum denominare, cui ineſt: & in triduo uerbo unita fuit caro: ſimiliter & anima. Dubitatur, quam denominationem ſibi tribuit. Et uidetur, ꝙ caro, uel corpus: non aliam, quam corpus, uel corporeū: & anima non aliam dedit niſi illam, quæ eſt animatum: quod ſi conceditur, tunc conceditur, tunc ultra: quia genus aut ſuperius non prędicatur de aliquo ſingulari, qui n aliqua ſpecialiſsima generis de eo prædicetur. Nulla autem alia ſpecialiſsima corporis, aut animati prædicatur de uerbo, quā homo: igitur in triduo fuit homo. ¶ Ad illud dubium reſpōdetur: ꝙ caro ſiue corpus, & anima aliquam denominationem tribuit uerbo in triduo, & hoc impoſitam ſiue imponendam. Non tamen hanc denominationem corpus, uel corporeum, animal uel animatū, ſiue rationale accipiendo illos terminos, ut ſunt genera ſubſtantię: uel differentię ſubſtantiales prout accipiuntur in arbore porphyriana: quia ſicut omnes illi termini ſupponunt pro ſubſiſtente in natura compoſita, & forma corporea animata, uel rationali. In triduo autem uerbum non ſubſiſtebat in tali natura compoſita propter ſeparationem animę a materia. Si autem uox aliqua imponeretur ad ſignificandum ſubſiſtens in carne, aut in materia carnis: & aliqua ad ſignificandum ſubſiſtens in anima rationali: tales denominationes communicarentur uerbo. Et ſi corpus corporeum, animatum rationale ꝑ nouā impoſitionē imponerēt ad ſignificādū habēs carnē, uel aiā ſibi unitā: tūc denominarēt uerbum. Sed tunc non eſſent genera, aut differentię coordinationis porphyrij: & tunc non haberent ſpecies ſpecialiſsimas hominem, uel aſinum &c. ſed ſpeciem de nouo imponendam. Benè loquitur ad propoſitum Sco. diſt. præſenti iuxta finem ponens exemplum. Si albedo ſuſtentaretur, ſiue ſuppoſitaretur ſine informatione ſubiecti, tunc diceretur hoc ſuppoſitū ſuſtentans albedinem: ſed tñ non diceret albū ꝑpter defectū informationis. Loquitur ad idem Ockam in cētilogio cōcluſione. xiij. ¶ Secundò dubitatur, utrum concedendum ſit: ꝙ ille homo demonſtrando chriſtum eſt ubiq;.

Arti. 3. Dub. 1. G — Dub. 2. H

Reſpondetur primò de re: ꝙ cum in chriſto ſint duæ naturæ, humana, & diuina realiter diſtinctæ: ſola diuina natura propter ſui infinitatē eſt ubiq;. Sola enim natura humana diuina eſt infinita: natura autem humana in chriſto: quia pura creatura, & finita, eſt in loco determinato: puta in cęlo, aut in ſacramento. Vnde Inno. dicit, ꝙ chriſtus eſt alicubi perſonaliter: alicubi ſacramentaliter. alicubi localiter: in cęlo localiter; in altari ſacramentaliter: ubiq; ꝑſonaliter: ſacramentaliter & localiter ſecūdū naturā humanā: ubiq; ſcdm naturā diuinā. Hęc de re. ¶ Quantū ad rōnem nois ſupponitur, ꝙ ly hō non eſt nomē naturę, ſed ſuppoſiti: ubi natura diſtinguit̃ a ſuppoſito: ſicut in chriſto natura humana realiter a uerbo. ¶ Secundò. ꝙ in chriſto nō eſt niſi unū ſuppoſitū, ꝙ eſt perſona uerbi: nec alia eſt perſona uerbi: alia perſona hominis. Et ita non alius deus: alius homo: ſed una indiſtincta, & indiuiſa perſona uerbi æterna eſt deus, & homo. Et ideo quicquid prædicatur de uerbo, prædicatur etiam de homine chriſto. & econuerſo: per communicationē idiomatū; ut latius dictū eſt ſupra diſt. vij. Et hoc uerū eſt ſimpliciter id eſt ſine addita determinatione: q̃a ſi additur determinatio determinans ſecundū hanc, uel illam naturam, tunc datur inſtantia. Vnde quando ly ubiq; additur: uidere oportet, an determinet ſecundū idem uel diuerſa. ſi ſecundum idem, propoſitiones ęquiualent: ſecus ſi ſcdm diuerſa. Et quia dū additur huic termino homo chriſtus aut uerbum, determinat

Quia chriſtus eſt alicubi perſonaliter, alicubi ſacramētaliter, alicubi localiter.

quælibet horũ terminorũ, ſcd̃m illud, ꝙ cõnotat. Hoc eſt: ſi additur huic termino homo: quia cõnotat naturam humanã determinat ipſum ſcd̃m naturã humanã. i. denotat ꝙ eſſe ubiq; cõueniat humanæ naturę. Si determinat ly uerbum, quod connotat naturam diuinam: denotat, ꝙ eſſe ubiq; conueniat naturæ diuinæ. Si determinat ly chriſtus, quòd connotat utramq; naturam, diuinam, & humanam: denotat, ꝙ utraq; natura ſit ubiq;. & ſecundum hoc facile eſt diſtinguere inter illas: Ille homo eſt ubique: & ille demonſtrando idem ſcilicet perſonam chriſti eſt hõ ubiq;. Prima uera: quia ualet illã: ille homo. i. perſon, q̃a eſt homo ſcilicet uerbum eſt ubiq;. Secunda ualet tantũ: ille i. perſona hæc eſt hõ ubique, id eſt ubiq; habet humanitatem ſibi unitam, quæ eſt falſa. Et in eodem ſenſu illæ negantur, chriſtus inquantum homo eſt ubiq;: chriſtus ſecundũ humanitatem eſt ubiq;. & hoc ſi illa determinatio inquantum homo, uel ſecundum humanitatem determinat ly ubiq;. Si autem determinaret ly chriſtus eſſent uere, q̃a ualerent tantum, quod eſt Chriſtus inquantum hõ: uel ſecundũ humanitatẽ, eſt ubiq;, quę uera eſt: quia uerbũ, ꝙ ſcd̃m humanitatẽ eſt chriſtus: eſt ubique. Verũ, ꝙ illæ ſpeciuocatiões ſcd̃m, ſcd̃m ꝙinquantũ, multipliciter accipiũtur: ut habitum eſt ſupra diſt. vij & ſcd̃m hoc uarie eſſet reſpondendum, uide ibi.

Dub. 3. ¶ Tertiò dubitatur circa tertiam concluſionem textus, ad quem infernũ deſcendit chriſtus: & quouſq; permanſit. Reſpondetur breuiter, ꝙ ſcd̃m beatum Tho. præſenti diſtinct. quæſt. iij. artic. ij. quadtuplex eſt infernus. Profũdiſsimus eſt damnatorum, in quo ſunt tenebræ: & quantũ ad carentiam diuinæ uiſionis & quantũ ad carentiam gratiæ, & cum hoc pęna ſenſibilis. Secundus iſto ſuperior eſt limbus puerorum: in quo ſunt pœnę duplices prædictę: ſed nulla pœna ſenſus. Tertius ſuper hunc, in quo ſunt tenebræ carentiæ diuinæ uiſionis, non autem tenebræ gratiæ: ſed eſt ibi pœna ſenſus, in quo ſunt animæ purgãdæ. Adhuc ſupra hunc eſt quartus tenebroſus quantum ad carentiam luminis gloriæ, non gratiæ: & nulla pœna ſenſus, in quo fuere patres ab omni debito peccati purgati. Ad hunc deſcẽdit chriſtus: & ſecundum multos doctores etiã ad locum ſecundum purgatorij omnes ſuos amicos: id eſt gratia ſibi incorporatos eripiens: non autem ad limbum puerorum: nec ad infernum damnatorum. Vnde nullum de his locis liberauit. Quilibet tamen horum locorum etiam limbus patrum quandoque dicitur infernus inferior. ut in Pſalm. Eduxiſti animam meam de inferno inferiori; uel profundiſsimum inferni. Iob. xvij. In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea. Non cõparatione ad patres in inferni ſed ad cęlum, & aerem caliginoſum, qui etiam dicitur infernus demonum: quo profundior eſt limbus patrũ, permãſit autem ibi uſque in diẽ reſurrectionis.

Quadruplex eſt infernus.

Dub. 4. Cur nõ ſtatim educti ſunt patres de inferno. ¶ Quartò dubitatur: cur non ſtatim educti ſunt patres de limbo ſoluto per mortem chriſti debito. Reſpondetur ſecundum ſanctum Bonauent. ꝙ ſtatim ſoluto debito chriſto deſcendente ad eos lumẽ æternũ, & beatitudinem cõſecuti ſunt, & ſic patuit eis cęlũ, quãtũ ad beatificũ pmiũ, ſed non quantũ ad locũ. Cuius rõ eſt iſta, q̃a chriſtus in omnibus primatum debuit habere. Vnde omniſi aſcenſio differri debuit uſq; ad aſcenſiõnẽ chriſti, ſicut & reſurrectio ad gloriã uſq; ad reſurrectionem chriſti, quę dilata fuit triduo, ut probaretur ueritas mortis chriſti. Et poſt reſurrectionem dilata fuit aſcenſio uſq; ad diem quadrageſimum, ut probaretur ueritas reſurrectionis per multas operationes, & argumenta. ut dicitur Act. j. Præbuit ſemetipſum uiuum poſt paſsionem ſuam in multis argumẽtis per dies quadraginta apparens eis. Sic ergo manſit aĩa chriſti in inferno uſq; ad diem tertiũ reſurrectionis, quo limbus factus eſt paradiſus, propter apertam dei uiſionẽ: in quo & latro receptus eſt secũdum ueriſsimã chriſti promiſsionem. Et tantum de iſta quæſtione, & de tota materia incarnationis, & paſsionis Chriſti: quæ ut menti eo facilius inſideat: placuit poſt præ-

dicta annotare quædam puncta ſumma-
ria: materiam: dominicæ incarnationis
quaſi epiloganτia.

PVNCTA SVMMARIA
materiam dominicę incarna-
tionis epiloga ntia.

¶ Incarnatio eſt aſſumptio humanæ na
turæ a uerbo in unitatem ſuæ perſonæ
propter quam deus factus ē homo: ſiue
deus uere dicitur homo: & homo deus.
¶ Omnis natura aut in ſe ſubſiſtit, aut al
teri innitit̄: uel ut pars toti, uel ut forma
ſubiecto: uel ut natura ſuppoſitanti, uel
ut conſtituens conſtituto. Quód in ſe
ſubſiſtit, id eſt alteri non innititur: eſt
ſuppoſitum. & ſi fuerit natura intelle-
ctualis eſt perſona.
¶ Natura humana a uerbo aſſumpta ad
unionem perſonalem, non eſt perſona
neq; uerbum: ſed perſona uerbi ſubſi-
ſtit in ea: & quodā̄modo terminat eius
innitentiam: & hoc eſt ſuppoſitare, uel
perſonare naturam aſſumptá: & in hoc
natura aſſumpta ſuppoſitatur, ſiue per-
ſonatur.
¶ Incarnatio dicit aliquod poſitiuum p̄-
ter naturas aſſumptam, & aſſumentem,
per cuius poſitionem natura dicitur aſ-
ſumpta: & eius remotionem dicitur di-
miſſa. Patet: quia alias heret tranſitus
ſine mutatione.
¶ Illud poſitiuum ſecundum aliquos eſt
entitas abſoluta ſecundum alios entitas
purè relatiua informans naturam huma
nam: non uerbum. Et poteſt dici proba
biliter gratia unionis: & illa qualitate
abſoluta natura humana formaliter di-
citur unita: ſicut qualitatibus eiuſdem
ſpeciei ſubiecta formaliter dicuntur ſi-
milia.
¶ Entitas illa (ſi ponitur abſoluta) ē qua
litas accidentalis, & perfectio naturæ
aſſumptæ: & nō eſt de aliqua ſpecie qua
litatis poſita ab Ariſto. ipſe enim hanc
ignorauit. Poſſet tamen reduci ad pri-
mam ſpeciem: quia eſt perfectio naturæ
aſſumptæ, diſponens eam ad melius, nō
quidem ad operationem: ſed ad maio-
rem dignitatem. Vel tamen poteſt redu
ci ad tertiam ſpeciem: quia eſt qualitas
inhęrens, non tamen ſenſibilis.
¶ Entitas illa, qua formaliter fit unio,
non poteſt conſeruari in natura unita
ſoluta unione: nec poteſt corrumpi ma
nente unione, ſicut non pn̄t conſeruari
albedines in Ioanne, & Petro: quin ſint
ſimiles. Nec pn̄t eē ſimiles deſtructa albe
dine in altero, uel ambobus. Et ſicut ſub
iectum non poteſt eſſe non album exi
ſtente in eo albedine: nec poteſt eſſe al
bū deſtructa albedine, ita in propoſito.
¶ Incarnatio realiter non eſt quid unū,
ſed eſt natura aſſumens, & natura aſſum
pta, & unionis gratia: ſicut albefactio ē
ſubiectum album, & producens albedi-
nem: & albedo de nouo introducta: &
neutrum illorum ſeorſum.
¶ Per unicam unionis gratiam animæ
inhęrentem, ipſa anima, & caro eius ma
teria, ac proprietates eis exiſtentes aſſu
muntur.
¶ Perſonari extrinſecé non eſt eſſe per-
ſonam: ſed eſt uniri perſonæ, uel aſſumi
a perſona modo ſupradicto. Vnde non
ſequitur: natura humana pſonatur in
uerbo: ergo eſt perſona: ſed magis ſequi
tur oppoſitum: igitur non eſt perſona.

De his q̄ aſſumi, & quę aſſumere pn̄t.

¶ Tametſi omnem entitatem abſolutā
creatam ſuppoſitum diuinum poſsit aſ-
ſumere: quia tamen ſolam naturá ratio-
nalé de facto aſſumpſit pro humāi gene
ris redēptione, poſſet probabiliter, & hu
milicum ſubmiſsione teneri, ꝙ de facto
ſola illa natura aſſumi pōt a uerbo, quæ
eſt capax gratiæ unionis, aut tali unita.
Vnde ſolum natura angelica, & anima
humana immediaté aſſumi poſſunt: me-
diaté autē quę ipſi animæ ſunt unita: ut
materia ſiue corpus, & proprietates eis
inhęrentes actu, uel inclinatione.
¶ Gratia unionis pręſupponit gratiā ca
pitis, & gratiā pſonę ſingularis. Et ideo
natura nō gratificabilis nō eſt immedia
té aſſumptibilis: mediaté uero quæ natu
rā beatificabilē perficiunt, aut in ſe reci
piūt, ſaltē ſtante opinione præmiſſa, qua
non admiſſa ſecus dicendum uenit.
¶ Aſſumere non eſt agere: ſed termina-
re innitentiam, ſiue dependentiam ſup-
poſitalē naturæ aſſumptæ: ſic & incarna

ri nō eſt pati: ſed per omnia idem, quod aſſumere carnem. Vnde aſſumere, & incarnari neutralia ſunt ſignificatione: & nec actiua, nec paſsiua. Incarnari uero actiuū eſt, cuius paſsiuum eſt aſſumi, uel uniri. Nam actio illa, quæ eſt unire, ſiue facere unionem, ut trāſit in obiectum: tranſit in naturā aſſumptam non in uerbum. Et ideo natura aſſumpta patitur: & eſt in potentia obedientiali.

¶ Tota trinitas incarnat uerbum, & unit naturam humanam uerbo. Solum autem uerbum aſſumit, ſeu incarnatur: q͞a ſolum uerbum terminat dependentiam ſuppoſitalē naturæ humanæ aſſumptę.

¶ Licet una perſona non poſsit terminare dependentiam cauſalem: ſeu conſeruati ad conſeruans ſine alia: tamen una poteſt terminare dependentiam ſuppoſitalem ſine alia: ut docet ſcriptura cano. Vnde unam perſonam incarnari ſine alia ideſt alia non incarnata: expreſsè continet ſcriptura, & fides catholica: non autem habet, ꝙ una cauſet, aut conſeruet ſine alia. Nihil autē, quod conceditur de aliquo; negandum eſt de eo, quod eſt illi idem ſiue cum eo eadem res, & eadē eſſentia: niſi hoc expreſsè habeatur ex fide, ſcriptura, aut determinatione eccleſiæ.

¶ Eadem perſona diuina aſſumere poteſt plures naturas numero, & ſpecie differentes: ut plures humanas: ut Petri, & & Pauli, aut plures angelicas: uel ſimul humanam, & angelicā: ut Petri, & Pauli: uel Michaelis, & Gabrielis: aut omnes illas ſimul. In quo caſu non eſſent plures homines, uel angeli: quia non plura ſuppoſita: licet Petrus eſſet Paulus: & Gabriel eſſet Michael: & homo eſſet angelus: ſicut ſi plures ſcientiæ inſunt uni intellectui: & albedo, & dulcedo eidem ſubiecto: non ſunt propter hoc plures ſcientes: nec plura qualia, ſed bene grammaticus eſt logicus: & album ē dulce. Ita in caſu eſſet unus homo, unus angelus: ſicut deus, & homo unus eſt Chriſtus.

¶ Si quæris, aſſumat uerbum naturā Petri, & Pauli, quam figuram habebit homo ille, an Petri, an Pauli: ſimul enim utraſq; habere non poteſt. Item utrum in caſu corpora Petri, & Pauli eſſent ſimul penetratiuè, aut in diſtinctis ſitibus. Non ſecundum: quia tunc idem diſtaret a ſeipſo puta Petrus a Paulo, qui in caſu eſſent idem. Nec primum: quia nō ſunt commēſurabilia: cum unus ſit alio maius, ut ſupponitur. Solutio ſecundi. utrumq; eſt poſsibile, ꝙ corpora ſeu totę naturæ Petri, & Pauli ſint ſimul, uel in diuerſis ſitibus. poſſet enim uerbum aſſumere unam naturam Romę, & aliā Pariſijs: quia uerbum eſt ubiq;. Non tamen oportet ob hoc naturam aſſumptā eſſe ubicunq; eſt uerbum aſſumens. nā humanitas chriſti eſt in cœlo, & in euchariſtiæ ſacramento tantum: uerbum uero ubiq; eſt. ¶ Et neutrum ſuperius ꝓpoſitorum includit contradictionem. Non tamen propter hoc Petrus diſtaret a Paulo: quia ſuſtentans naturā Petri non diſtaret a ſuſtentante naturam Pauli: cum idem ſcilicet; uerbum utramque ſuſtentet: & in utraq; ſubſiſtat.

¶ Per hoc ad primum dicitur, ꝙ quodliber corpus ſeruare poteſt ſuam formā. Si uero ſe penetrarent, quod eſt poſsibile, ſeruaret formam, quam deus uellet ſiue Petri, ſiue Pauli: ſiue alterius cuiuſcunq;. Patet ex dictis: ꝙ idem indiuiduum poteſt contineri ſub diuerſis ſpeciebus ſpecialiſsimis ſubſtantiæ: quia idē in caſu eſſet homo, angelus, & deus. Et ſtante opinione alia, ꝙ omnis natura ſit aſſumptibilis: hæc eſſet poſsibilis: eſt lapis, lignum, leo &c.

¶ Plures perſonę poſſunt ſuppoſitare eādem naturam, ut pater, & filius, & ſpiritus ſanctus poſſunt aſſumere eādem naturam, quæ dependeret ſufficienter dependentia ſuppoſitali ad quamlibet perſonarum aſſumentiū: licet nō totaliter: non tamen una, ſed diuerſis unionum gratijs ſecundum opi. ſuperius tactam: & hic ſuppoſitam ut probabilem. Sicut idem effectus poteſt cauſari a diuerſis cauſis ſufficientibus: ſed non totalibus. Cauſa ſufficiens eſt, quę, alia circumſcripta, adhuc cauſaret. Cauſa totalis, quæ ſine concurſu alterius cauſat, uel cauſare poteſt. In caſu iſto eſſent tria ſuppoſita:

ſita: licet tantum una natura aſſumpta. Nec concedendũ, ꝙ idem hõ eſt pater, & filius, & ſpiritusſanctus: neq; ꝙ pater eſt filius, aut ſpiritusſanctus: licet eadem natura humana eſſet in patre, & filio, & ſpiritusſancto: ſicut ſi eadẽ ſcientia numero eſſet in Petro, & Paulo, eſſẽt duo ſcientes, una ſcientia: oppoſitum huius tenet Scotus.

¶ Eſſentiã diuinã aſſumere naturã humanã ad unitatẽ ſuppoſitalẽ tãquã primũ terminũ huius unionis: eſt problema neutrũ. Nã ſi de rõne aſſumentis eſt, ꝙ habeat ſubſiſtentiã incõmunicabilẽ: ſic eſſentia diuina nõ põt aſſumere. Si uero ſufficit, ꝙ ſit res ſingularis eadẽ pſonę incõmunicabili: qa hoc cõuenit eſſentiæ, põt eſſentia aſſumere primò naturã humanã: licet illa aſſũptione quęlibet perſona eandẽ naturã aſſumat quaſi ſecũdariè: pro quãto eſſentia, q̃ eſt primus terminus depẽdẽtiæ ſuppoſitalis eſt intrinſeca cuilibet perſonę. Neq; eſſentia ratione ſuæ cõmunicabilitatis pſonaret naturã aſſumptam: niſi eſſet eadem perſonæ incommunicabili.

¶ Probabile eſt ſuppoſitũ creatũ poſſe aſſumere aliã naturã creatã terminatiuè, nõ effectiuè; eiuſq; dependẽtiã ſuppoſitalẽ terminare, agẽte hoc potẽtia dei abſoluta. Hoc .n. nullã includit impoſſibilitatem, ſeu contradictionem ex parte dei. Nec exigit infinitatem in creatura: aut aliquod ultra limites creaturę. Sic ꝙ quodlibet ſuppoſitũ creatũ eſt in potentia nõ naturali, ſed obediẽtiali ad ſuppoſitandũ quamlibet aliam naturã creatam, maximè imperfectiorẽ. Nec propter hoc neceſſe eſt ſuppoſitans induere formã exteriorẽ ſuppoſitati: põt enim alterum eorum dimittere formam ſuam: & nihilominus interminari alteri: nõ illapſu generali, & ſanctificatiuo: quia deficit pręſidentia regitiua, quę requiritur ad illapſum ſoli deo propriũ.

¶ Incarnatio actiua attribuitur ſpirituiſancto, ſine tamen excluſione aliarum perſonarum: ut ſupra habitum eſt: quia facta eſt ex nimio amore dei ad creaturam. Spiritus autem ſanctus amor eſt: nec tamen ſpiritusſanctus, nec tota trinitas, pater chriſti dici poteſt: non enim ſecundum diuinitatem, ſecundum quã a ſolo patre eſt genitus: nec ſecundum humanitatem: quia illa eſt alterius rationis a natura trinitatis.

¶ Maria uirgo uera fuit mater dei chriſti, & hominis: tamen ſecundũ naturam humanam. Et cooperata eſt ſicut alia mater ad corporis chriſti formationẽ. In cõcipiendo materiam miniſtrando, conceptum fouendo in utero; ipſumq; ſalua uirginitatis integritate pariendo: partumq; lactando, & nutriendo ubere de cęlo pleno: ut canit eccleſia. Conceptio uero inſtantaneè facta eſt cum unione: cętera ſucceſsiuè.

¶ Humanitas chriſti fuit nata ex uirgine: non tamen filia uirginis: quia filius eſt nomen ſuppoſiti: uerbum ergo eſt filius uirginis, & natum ex uirgine: licet fuerit ante uirginem: quia uerbum ex ea recepit nouum eſſe ſubſtantiale: .ſ. eſſe humanum. Nam illud de nouo generatur, quod recipit nouũ eſſe ſubſtantiale: ſiue prius fuerit ſiue non. ſicut illud alteratur, quod recipit nouũ eſſe accidentale: nec tamen omne, qđ naſcitur ex matre, eſt filius uel filia. Nam partes, caput, manus naſcuntur: & tamen non ſunt filij: quia non ſunt ſuppoſita.

¶ Humana natura a uerbo aſſumpta nũquam fuit in ſe perſonata: unde nunquam fuit homo: & ideo uerbum non aſſumpſit hominem. Quoties autem inuenitur ſuſcepiſſe hominem, concretũ accipitur pro abſtracto .i. pro humanitate ſeu natura humana.

¶ Sed gratia unionis eſt qualitas abſoluta ſoli animę inhęrens: ipſa anima immediatè unitur uerbo, & corpus, & proprietates mediante anima: per illam nãq; unionis gratiam uerbũ terminat dependentiã ſuppoſitalem. Nõ tantũ animę: ſed omnium ad animam pertinentiũ: .ſ. corporis, & proprietatũ. Si uero eſt entitas purè relatiua: tot ſunt uniones, quot unita diſtincta: & ſic quodlibet unitum diſtinctum ab alio ſpeciali unione immediatè unitur uerbo.

¶ Corpus chriſti in ſepulcro ab anima ſeparatũ unitũ fuit uerbo ſuppoſitaliter

per gratiam unionis animæ inhærentē ſalua opinione pręmiſſa. Illud nāq; corpus etiā ad animā ſeparatā habet inclinationē: & in ipſo manet quędā impreſſio ab anima unita poſt animę ſeparationē, p quā eſt aliqd ptinēs ad animā: & p gratiā unionis in anima: ita uerbū ſibi unit corpus ſeparatū, ſicut cōiūctū qđ habet talē ordinē ad animā ſeparatā. Vnde ſi ſolueretur unio aiæ ex cōſequēti, & ſolueret unio corporis, ſeparati: & poſita unione in anima, unitur, ex cōſequenti, & corpus habēs ordinē ad ipſum. Sētentia eſt Alex. p iij. q. xi. ar. x.

¶ Natura diuina licet ſit unita naturæ humanę in uerbo, nō tñ aſſumpſit naturā humanā: quia naturæ humanæ ſuppoſitalis depēdentia nō determinat ad naturam diuinam: alioquin & pater eſſet homo, & ſpiritusſanctus, ſicut & filius: quia ęqualiter eſt natura diuina in tribus: ſed terminatur ad perſonam uerbi: igitur ſola perſona uerbi aſſumpſit.

De idiomatum communicatione.

¶ Idiomatum communicatio in chriſto eſt mutua pdicatio concretorū utriuſq; naturæ de ſeinuicem, & de nomine ſuppoſiti in his ſubſiſtente.

¶ Dixi concretorū: quia abſtracta nō prædicātur de ſeinuicem: quoniam etſi hō eſt uerbū, chriſtus deus: tñ humana natura non eſt diuina natura: nec humanitas eſt diuinitas: nec humanitas eſt uerbum deus, nec chriſtus.

¶ Cōcreta in propoſito ſupponunt pro ſuppoſito, & cōnotāt naturā. Vel ambas, ut chriſtus. Vel alterā tātū humanam, ut homo mortalis genitus ex uirgine, paſſus, ſepultus, reſurgens, aſcēdens: & ſic de alijs. Vel diuinā, ut deus, uerbum, filius patris, creator, immortalis, impaſſibilis, æternus, infinitus &c. Omnia hæc pro eodē ſupponunt: quia pro ſuppoſito, quod unum eſt ſubſiſtens in duabus naturis. ſed non idem connotant: chriſtus enim connotat utrāq; naturam: cętera uel humanā tantum, uel diuinam tantum.

¶ Ponendo quid nominis concreti loco concreti: patebit facile, quæ propoſitiones ſunt in hac materia cōcedendæ quæ negandæ. Diffinitur autē quodlibet cōcretum prædicabile de aliquo mediatē per ly ſubſiſtens: & abſtractiuum abſtracti naturæ, quā cōnotat ſumptum cum prepoſitione in. ut chriſtus eſt ſubſiſtens in natura diuina, & humana: deus eſt ſubſiſtens in natura diuina: uerbū ſubſiſtens in natura diuina genitū, ſeu dictū a patre: ſic filius creator ſubſiſtens in natura creante: immortalis ſubſiſtēs in natura immortali: & ſic de alijs: homo ſubſiſtens in natura humana: mortalis ſubſiſtens in natura mortali &c.

Sed notanda eſt hic diſtinctio illorum terminorum impaſſibilis, immortalis &c. quia accipiuntur quandoq; poſitiuè: & ſic diffiniti ſunt ſtatim ſupra: & ſic nō ſunt contrarij neq; oppoſiti. Et concedendæ ſunt illæ: mortalis eſt immortalis: paſſibilis eſt impaſſibilis. Alio modo accipiuntur negatiuè: ut immortale pro eo, quòd nō pōt mori: impaſſibile pro eo, qđ nō poteſt pati: & ſic non prædicantur de ſuis oppoſitis, mortale, paſſibile. Quòd uero additum eſt concretum prædicabile de aliquo mediatē ex ſequentibus declaratur.

¶ Concretorum triplex eſt differentia: quædam non prædicātur niſi de his, quibus immediatè cōueniūt, & quibus cōueniunt non ratione alicuius diſtincti, nec ratione unius partis præciſæ: ut ſunt idem, diuerſum, finitum, infinitum, limitatum, & illimitatum, ſubſtātiale, accidētale, eſſe, ſubiectum informare, eſſe partem, eſſe totum, & ſimilia. Alia ſunt concreta, quæ non prædicantur: niſi de his, quibus mediatè conueniunt, & de nullis prędicantur immediatè: ut albū, calidum, dulce: hęc enim, & ſimilia prædicantur de ſubiectis accidentiū ratione accidentium ab eis diſtinctorum: & de nullis alijs, quā ſubiectis. Tertia ſunt concreta, quæ indifferenter prędicantur de his, qbus cōueniūt immediatè. & de his, quibus conueniunt mediatè: ut calefactiuum, frigefactiuum, diſgregatiuum. Diſtinctio hęc in terminorum impoſitione, & uſu loquendi fundatur.

❡ Concreta, quæ tantum prędicantur immediatè nõ communicantur ſuppoſito diuino ratione naturæ aſſumptæ. Ideo uerbum, ſeu homo Chriſtus non dicitur limitatus, finitus, creabilis, creatura, & annihilabilis &c. Sed cõcreta ſecundi, uel tertij ordinis utriuſq; naturæ, nata prędicari de ſuppoſito, prædicãtur de Chriſto & de ſe mutuò: ut hõ, animal mortale &c. intelligere, uiuere. Et dicitur notãter in prima parte ratione naturę aſſumptę: quia eſſe nõ prædicatũ niſi immediatè: & tñ cõmunicatũ ſuppoſito diuino: ſed non ratione naturę aſſumptę: ſed ratione ſuiipſius ſuppoſiti. Dicitur in ſecunda parte: nata prędicari de ſuppoſito propter illa concreta aſſumi, ſuppoſitari, perſonari. quę de ſuppoſito non prędicatur: nec creato, nec increato.

❡ Creatura, creari, licet ſecundũ ulm ſermonis poſſunt prædicari de Chriſto, ſicut genitus ex tẽpore, generari ex tempore: ne tñ uideamur fauere hęreſi Arrianæ: Chriſtus negatur eſſe creatura. licet ſancti patres frequenter conceſſerũt: ſic dicitur de filio adoptiuo: ſed cũ aditione ſecundum humanam naturã. utreq; ab omnibus conceduntur.

❡ De ãpliatiuis, fieri, incipere, deſinere.

❡ Fieri, incipere, deſinere dicta ſimpliciter. i. ſine addito, non prædicantur niſi de eo, cui immediatè conueniunt. Non enim dicitur res fieri, incipere, uel deſinere ſine addito propter quodcunq;, quod non eſt ipſa. Non enim propter formam de nouo receptam res dicitur fieri: nec propter partem de nouo additam. Ideo ſine addito nõ prædicãtur de Chriſto. unde illę falſę ſunt, Chriſtus factus ẽ, Chriſtus incepit, Chriſtus deſijt: quia Chriſtus fuit ab ęterno: ſed cum addito prędicati: quod quandoq; prędicatur de pronomine demonſtrante rẽ ſubiecti: qñq; non poſſunt prædicari de ſuppoſito uerbi, ut Chriſtus, deus, uel uerbum incepit eſſe homo: incepit eſſe Chriſtus: non autem concedendum, ꝙ homo factus eſt deus: niſi impropriè in ſenſu cõpoſito. i. factũ eſt, ꝙ homo eſt deus: quia quandocũq; ly deus prędicatur de aliquo ſubiecto ſemper prędicari potuit: & poteſt, & poterit de pronomine demonſtrante rem ſubiecti: ideo nunquam incipit de eo prædicari. Ratio dictorum eſt, quia quãdo, fieri incipere &c. prædicantur ſecundum adiacens important factionem, inceptionem, deſitionem ſimpliciter rei ſignificatę per ſubiectum. Quando uero prædicantur tertium adiacens, important factionem ſecundum id, ꝙ prædicatur: ut homo fit albus: homo incipit eſſe albus. ❡ Si dicitur: ſi Chriſtus, aut deus factus eſt homo: aut factus eſt aliquid, uel nihil. Itẽ uel creator, uel creatura a ſufficienti diuiſione: ſed nullum illorum eſt uerum: igitur. Solutio: quælibet pars diſiunctiuę eſt falſa: & licet aliquid, nihil, creator, creatura, diuidunt omne ens: uerũ eſt ſimpliciter: ſed non cum addito, ſcilicet factum eſt, aut ſimili.

De reduplicatiuis, & ſpeciuocatiuis.

❡ Signa reduplicatiua, inquantum, prout, ſecundum ꝙ, & ſimilia. Sed ly ſecundum, non eſt reduplicatiuum, ſed ſpeciuocatiuum: ſed ſępius diminuit, aut diſtrahit. ❡ Ad ueritatem reduplicatiuę, aut ſpeciuocatiuę: dum ſignum ſpeciuocatiuum non diſtrahit, uel diminuit, requiritur ueritas prǽiacentis, licet non ſufficiat. Patet: quia prima exponens eſt præiacens: unde illæ ſunt falſę; Chriſtus ſecundum ꝙ, homo eſt creatura: Chriſtus inquantum homo eſt finitus: incepit eſſe filius adoptiuus de rigore uerborum. Sed conceduntur loco illarum: Chriſtus ſecundum humanam naturam eſt creatura: unde multum differunt ſecundum, & ſecundum ꝙ, ſecundũ ſpeciuocat, & frequẽter diminuit: ut æthiops eſt albus ſecũdũ dẽtes, qui cõceditur: quia ly ſecũdũ additũ ly dẽs, facit ipſum ſtare, p eo, cuius pars eſt alba. Falſę ſunt: Chriſtus ſecũdũ ꝙ eſt albus, chriſtus uerbum, ęternus &c. quia tertia & quarta exponentes ſunt falſæ. Illę autem ueræ: Chriſtus inquantum Chriſtus, inquantum homo eſt rationalis, eſt animal, eſt corporeus, eſt ſuppoſitũ, ſi exponitur concomitanter. Similiter illę: Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt

perſona capiendo reduplicatiuè concomitanter: non tamen accipiendo ly ſecundum ꝙ, ut ſpeciuocat rationem ſecũdum quam prædicatum ineſt ſubiecto: ſic enim falſa eſt: quia humana natura non eſt ratio, ꝙ Chriſtus eſt perſona.

¶ Hęc breuiter, & humili cum ſubmiſsione ſuccinctim ex prædictis elicere placuit: ꝑ qualicũq; incipiẽtiũ eruditione.

¶ Sequitur nunc tractatus de perfectione uirtutũ, donorũ, & gratiæ. Et primò de uirtutibus theologicis fide, ſpe, & charitate: pręmiſſa quæſtione generali de uirtutibus, & actibus uirtutum.

DISTINCTIO. XXIII.

QVIA in præcedentibus xxij. diſt. magiſter determinauit de ſolo capite Chriſto noſtro redemptore. In ſequẽtibus xviij. diſt. proſequitur de eodem ſimul & membris, quantum ad perfectiones uirtutum, & donorum, & gratiæ. Et quoniam harum perfectionum quędam ſe habent ut habitus: quędam ut actus. Primò agit de habitibus, donis ſcilicet, & uirtutibus. Secundò de pręceptis a domino actibus, diſt. xxxvij. Prima in duas. Primò determinat de uirtutibus. Secũdò de donis ſpiritusſancti, diſt. xxxiiij. Circa primum: primò de uirtutibus theologalibus tractatũ ꝓmittit. Secundò de cardinalibus doctrinam annectit diſt. xxxiij. Prima in tres, ſecundum tres theologicas uirtutes. Primò namq; agit de fide. Secundò de ſpe, diſt. xxvj. Tertiò de charitate, diſt. xxvij. ¶ De fide determinat primò ſecundum ſe quantũ ad fidei habitũ ſimul, & actum. Secundò quantum ad obiectum. Tertiò quantum ad ſubiectum, diſt. xxv. In hac ergo diſt. magiſter agit de fide ſecundum ſe: & quantum ad eius ſubſtantiam, ſeu quidditatem. Nam determinat de eius d ffinitione, formatione, unitate, & ordine ſiue prioritate. Cuius ſententia abbreuiari poteſt tribus concluſionibus, quę ſequuntur. ¶ Prima. Fide accepta pro habitu, quæ uirtus eſt, qua creduntur ad religionem pertinentia, quæ non uidentur: ac quæ eſt fundamentum, & ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium: non ſolum creditur deus aut deo: quod etiam dæmonum eſt, & malorũ: & ſed in deum cum charitate firma: quod uerorum tantum eſt Chriſtianorum. ¶ Secunda concluſio. Vtrumq; dici poteſt ſine periculo: & ꝙ fides informis accedente charitate tranſeat: & ꝙ manente charitas ſuperueniens formet, & perficiat. ¶ Tertia concluſio. Et ſi fides multipliciter accipitur: una tamen eſt non numero, ſed genere: & quantum ad obiectum, & quantum ad habitum: primaq; uirtutum naturali ordine. Has concluſiones quantum ad ſingulas ſui clauſulas latè declarat magiſter in textu.

QVAESTIO. I.

CIRCA hanc diſtinctionẽ, A
quæ cæteris latior eſt: quęrendum primò erit de uirtutibus in genere, ut ſequentibus fundamentum ſolidius iaciatur. eſt ergo quęſtio. Vtrum uirtus ſit habitus, potentia, paſsio, uel actus.

¶ Solito more tribus articulis quæſtio abſoluetur. Primò pręmittentur notabilia terminorum declaratiua. ſecũdò cõcluſiones inferentur: & tertiò mouebũtur dubia. ¶ Quãtũ ad primũ notãdũ, Arti. 1.
ꝙ licet uirtus multipliciter accipitur in ſcriptura: aliquãdo ꝑ potẽtia. ut in Pſ. xxxij. Verbo dñi cęli firmati ſunt: & ſpũ oris eius omnis uirtus eorũ. Et. j. Paral. xxix. In manu tua uirtus, & potẽtia. Quãdoq; pro fortitudine corporali: ut in pſ. xxj. Aruit tãquã teſta uirtus mea. Quãdoq; ꝑ uictoria. Iudith. xiij. Nobiſcum deus, qui fecit uirtutẽ in Iſrael. Qñq; ꝑ armatura bellica. j. Macha. j. dicitur de Alexãdro magno. Cõgregauit uirtutẽ, & exercitum forte nimis. Qñq; ꝑ fructu rei. Iohel. ij. Lignũ attulit fructũ ſuũ: ficus

Virtutis multiplex acceptio.

cus

eus, & uinea dederunt uirtutem ſuam. Quandoq; pro operatione, aut actu exteriori. Mar.vj. Non poterat ibi ullam uirtutem facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit. & in pſ. cx. Virtutē operū ſuorum annunciabit populo ſuo. Quandoq; pro principali agente: ut Mat.xxiiij. Virtutes cœlorū commouebuntur, aliiſq; multis modis ſparſim in ſcriptura poſitis: hic tñ accipitur pro qualitate accidentali principio operatiuo inhærente: ipſum & opus eius, ad quod inclinat, perficiēte; & ſecūdū hāc acceptionē dicit in Pſ. lxxxiij. Ibūt de uirtute in uirtutē: uidebit deus deorum in ſion. Et ſecundū hanc acceptionē conſequenter fiet ſermo de uirtute.

B

Not. 2. ¶ Secūdo notādū, q̄ philoſophus ij. Ethic. inueſtigans diffinitionē uirtutis moralis: præſupponit eā eſſe aliquid in anima. Et iō inquirit, quæ ſint in anima: ut iſtis cognitis, inquirat̃, quod horum ſit uirtus.

Tria in anima. Aſſerit autem tria eſſe in anima. c.v. ſ. paſsiones, potentias, & habitus. inferēs quód horum aliquod erit uirtus. Videndum itaq;, quid per illos terminos importetur.

Paſsionis diffinitio. ¶ Paſsio igitur diuerſimodè accipitur. Vno modo multū generaliter pro acquiſitione, uel de perditione alicuius formę: aut inceptione, uel deſitinitione alicuius rei: quo mō ſubiectum quodlibet acquirendo formā, aut perdendo acquiſitā. ſimiliter omne, quod generatur, aut corrumpitur, dicitur pati: & forte adhuc generalius accipitur, ut eſt generaliſsimum prędicamēti paſsionis. Scđō mō accipit̃ aliquantulū ſtrictius pro quacūq; inclinatione rei in aliqđ acquirendū, uel cōſeruādū: ſiue ſit inclinatio naturalis indiſtiсta a potentia: ſiue diſtincta ſiue rei ſupaddita: & ſub hac generalitate loquitur de paſsione Gerſon cancel. Pariſ. in ſuo trac. de paſsione animę. Et ſic non ſemper diſtinguitur a potentia inclinata: ſic etiam naturalis inſtinctus; qui nihil ſuperaddit naturæ: dicitur paſsio. His autem duobus modis nō accipitur in propoſito: ſicut nec illis modis accipit philoſophus ij. Ethic. Tertiò accipitur ſecūdū mentē philoſophi, prout diſtinguit̃ contra potentiam, & habitum: pro forma aliqua in potentia appetitiua nata regulari ratione recta. Et hoc modo accipitur tripliciter. Vno modo generaliter pro qualibet huiuſmodi forma potentię appetitiuę: ſiue ſit actus elicitus, ſiue qualitas actum elicitū conſequens: ut delectatio, uel triſtitia: ſiue ēt appetitus ſit ſenſitiuus, ſiue intellectiuus. Secundo modo ſtrictius pro huiuſmodi forma appetitus ſenſitiui: & ſic excluduntur paſsiones partis intellectiuę. Tertio mō ſtrictiſsimè pro ſolo actu elicito appetitus ſenſitiui: & ſic excluditur qualitas ſequens huiuſmodi actus; & ita uidetur accipere philoſophus cū. ij. Ethic. c.v. dicit delectationes, & triſtitias ſequi paſsiones. Et addūt aliqui adhuc magis uocabulum reſtringentes: q̄ ſtrictiſsimè accipitur tantū pro actu elicito intenſo uehemēter ad actum exteriorem impellente: & illo modo actus remiſſus non dicitur paſsio; nec habens actus remiſſos dicitur paſsionatus: ſed qui tales habet intenſos. Prima acceptio ultimarum triū ſatis cōmunis eſt: & ſecundū hanc pōt paſsio ſic deſcribi. Paſsio eſt forma, ſeu qualitas diſtincta a cognitione exiſtens ſubiectiuè in potētia operatiua requirens cognitionem actualē ad ſuū eſſe exiſtere. Per primum excluditur omnis cognitio actualis, ſiue ſenſitiua, ſiue intellectiua. Per ſecūdum excluduntur omnes habitus cognitiui: quia illi non inhærēt potentiæ appetitiuæ, ut talis eſt. Per tertiū excluduntur oēs habitus appetitiui in ſenſu, uel uolūtate: immo generaliter omnes habitus, q̄ poſſunt eſſe ſine actuali cognitione: ut in dormiente. Ex illo ſequitur, q̄ oīs actus appetitiuus tā ſēſitiuus, quā intellectiuus: hoc eſt omnis ſenſualis appetitio, & omnis uolitio actualis, etiam delectatio, uel triſtitia cōſequens in appetitu ſenſitiuo, aut in uoluntate eſt paſsio: nā quodlibet horū eſt forma diſtincta a cognitione. Eſt ēt ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo, uel intellectiuo regulabile ratiōe mediatè, uel immediatè. Mediatè in appetitu ſēſitiuo immediatè in uolūtate. Et requirit actualem cognitio

Actus appetitiui ſunt paſsiones.

nem adſui exiſtentiam. Primum patet,
ꝙ actus eliciti appetitus ſenſitiui ſint
paſsiones: tum quia philoſophus exēpli
ficās de paſsione dicit. Dico autem paſ-
ſiones quidem concupiſcentiam, iram.
timorem, audaciam, gaudium, amicitiā,
odium, deſideriū. Hęc autem ſunt actus
appetitus ſenſitiui, quos conſequuntur
delectatio, uel triſtitia: ut ibi dicit phi-
loſophus. Nec accipiuntur ibi pro habi
tibus; quia ab illis diſtinguit paſsiones:
& ꝙ dicant actus clarius exprimit. c. vj.
ubi ait. Virtus autem medij erit con-
iectatrix: dico autem moralem: hoc
enim eſt circa paſsiones, & operationē:
in his autem eſt ſuperabundantia, & de
fectus, & medium. Et exemplificans de
paſsione ait. Puta, & timere, & audere,
& concupiſcere, & auerti. i. fugere, & ira
ſci, & miſereri. quę omnia dicunt actus
potentiæ appetitiuę: tū quia ſecundum
philoſophum tria ſunt in anima: ut di-
ctū eſt. Manifeſtum eſt autem, ꝙ in ani-
ma ſunt actus, & operationes, quæ non
ſunt potentia: neq; habitus: ergo paſſio
nes. Et niſi paſsio eſſet actus non ſuffi-
cienter probaret, ꝙ uirtus eſt habitus: ꝑ
hoc, ꝙ probat, ꝙ nō eſt paſsio, nec potē
tia: quia dici poſſet, licet nō ſit potētia,
nec paſsio: eſt tn̄ actus. Tū ēt quia ubi in
trāſlatione ueteri habet paſsiones: noua
trāſlatio hēt affectus. Affectus autē eſt
actus potētiæ affectiuę: nihil. n. poni pōt
in appetitu niſi actus, quē præcedit ap-
pręhenſio obiecti: & cōſequēs delecta-
tio, uel triſtitia, & habitus: nā poſita appꝛ
hēſione, ſeu cognitione obiecti ſēſibilis
ſiue intuitiua ſiue abſtractiua: ſtatim ge
neratur actus in potētia appetitiua, quo
proſequitur, amat ſeu deſiderat, ſi fuerit
cōueniēs: aut quo fugit, odit uel timet:
ſi appræhenditur ut diſconueniēs: & il-
lū ſequitur delectatio uel triſtitia: nec
aliud ponit̃ in potentia appetitiua exce
pto habitu. his. n. omnia poſſunt ſalua-
ri. Quicquid ergo eſt in potentia appe-
titiua præter habitum, eſt actus aut de-
lectatio, uel triſtitia cōſequens actū: &
ꝑ cōſequēs paſsio: q̄a uniuerſaliter quic
quid eſt ꝑuiū delectationi, uel triſtitię ſe
C cundum philoſophum eſt paſsio. ¶ Si
dieeres. Tunc omnis cognitio rei actua
lis eſt paſsio: quia nec potentia nec ha
bitus. Reſpondetur, ꝙ cognitio non eſt
paſsio: ſed eſt pręuia paſsioni: & cauſa
eius partialis, quę cum potentia cauſat
paſsionem: nec requiritur obiectum ad
productionem actus appetitus: quia ſine
obiecto per ſolam notitiam abſtractiuā,
quę haberi poteſt in abſentia obiecti, &
potentia, elicitur primus actus appeti-
tus. Obiectum autem ſine cognitione
intuitiua, uel abſtractiua non mouet ap
petitum ad actum proſecutionis uel fu-
gę. ¶ Conſequenter dicitur ad philoſo
phum, ꝙ ſolum loquitur de anima, ut
appetitu, In quo tantum eſt uirtus mo-
ralis: de qua ibi tractat. Vult igitur, ꝙ
anima, ut eſt potentia appetitiua: nihil
eſt niſi paſsio. potentia & habitus: &
hoc ſufficit ſibi ad probandum, ꝙ uir-
tus moralis ſit habitus. Nec obſtat, ꝙ
philoſophus dicit, ꝙ propter paſsiones
non dicimur ſtudioſi, uel praui: nec lau
damur, neq; uituperamur. Secundum
actus autem laudamur, & uituperamur.
Laudabilis quippe eſt, q bene agit: quo-
niā ſicut propter paſsiones; ita propter
actus ſecundum ſe conſideratos ſimpli-
citer: ut ſunt actus appetitus ſenſitiui:
non ut conformiter, uel difformiter ra
tioni rectæ ſunt eliciti, nullus lauda-
tur, uel uituperatur: ſed ſecundum paſ-
ſiones, & actus ut conformes, uel diſ-
formes rationi rectæ laudamur, uel ui-
tuperamur: ſatis oſtendis. Et probat
dictum ſuum philoſophus ſimul oſten-
dens per paſsiones intelligi actus, cum
ait. Et quoniam ſecundum paſsiones
neq; laudamur, neq; uituperamur.
Non enim laudatur, qui timet: neq; qui
iraſcitur: neq: uituperatur, qui ſimpli-
citer iraſcitur: ſed qui qualiter ſcilicet
timet, uel iraſcitur ſecundum uel con-
tra rationem. Ecce de paſsione loquēs
exēplificat de actibus timere, & iraſci.
Vult ergo philoſophus, ꝙ laus, & uitu
periū nō cōuenit paſsionibus intrinſe-
cē eſſentialiter, & ex ſe: ſed per quādam
denominationem extrinſeeam: ſcilicet
per moderationem uirtutis: ut ſtatim ſe
quitur. Ex quo etiā ſequit̃, ꝙ quando ali

Cognitio nō ē paſsio.

quis eſt magis paſsionatus, ſicut oportet, & quando oportet, & propter qđ oportet &c. tantò laudabilior eſt, & uirtuoſior: & econuerſo. *Magis paſsionati, ut oportet ſunt magis uirtuoſi & ecõuerſo.* Magis paſsionatus ſicut non oportet, & quando non oportet &c. eſt magis uituperãdus, magiſq; uitioſus. Et ſicut uirtus habet ſedare paſsiones: ita, & actus appetitus ſenſitiui. Virtutis enim excitare paſsiones, & actus, quod idem eſt, quãdo oportet: puta iraſci, timere, audere &c. quia uirtus poteſt horum eſſe cauſa partialis: mediante tamen ſuo actu elicito: ut infra dicetur. Eius etiam eſt ſedare paſsiones uitioſas, & refrenare, ſeu ſuperabũdantes ſiue deficientes: & reducere ad medium ſecundum debitas circumſtantias: hoc ẽ cohibere appetitũ ſenſitiuũ: ne eliciat actus cõtra rationẽ: & excitare, ut eliciat ſecundum rationẽ: ¶ Sed ſuppoſitum: .1. ꝙ omnis uolitio actualis ſit paſsio: patet: quia in uoluntate ponitur amor, odiũ, ſpes, metus, & gau-

D dium. Similiter delectatio, & triſtitia, q̃ ſunt paſsiones: ſed amor eſt quoddã uelle; odiũ nolle. Et qua ratione unus actus uolendi eſt paſsio: eadẽ & alius. ¶ Item quod uirtus moderatur, eſt paſsio: ſed uirtus primò moderatur actus uoluntatis & mediantibus illis cæteros: ergo actus uoluntatis ſunt paſsiones. ¶ Tertium ſcilicet. ꝙ delectatio, & triſtitia ſint paſsiones ſatis ab omnibus conceſſum eſt: hęc autem non ſunt actus, ſed conſequuntur actus: qđ ex eo patet: quia actus poſſunt remanere ſine delectatione, & triſtitia: ſicut patet de dęmone, qui neceſſariò diligit ſe: & tamen in hoc nullo modo delectatur. Similiter angelus bonus habet nolle reſpectu alicuius, quod euenit. Nollet.n. hominem peccare, ad cuius cuſtodiã deputatus eſt: & tamen ex hoc, ꝙ hõ peccat mortaliter, nullo modo triſtatur: qa ſicut in dãnato non eſt delectatio: ita in beato nulla eſt triſtitia. Naturaliter tamen delectatio, & triſtitia non poſſunt eſſe ſine actibus appetitus: quia ab eis cauſantur: & ab eis conſeruantur: & ſicut de uoluntate, ſic de appetitu ſenſitiuo. ¶ Si uero paſsio accipitur ſecundo mõ: diffiniatur, ut priùs duntaxat, ubi dicitur in potentia appetitiua, dicatur in appetitu ſenſitiuo: & ſic excludit̃ paſſio in uoluntate. Et illo modo deſcribit Damaſ. lib. ij. Paſsio eſt motus appetitiuę uirtutis ſenſibilis in imaginatione boni, uel mali. Et Euſtratius. Eſt motus appetitus ſenſitiui in phãtaſia boni, uel mali. Et accipitur motus pro inclinatione actuali, qua appetitus actualiter tendit in bonum proſequendum, aut in malum fugiendum: aut in adepto bono quieſcendum, quod additur propter uoluptatẽ, & delectationẽ, ſecundum quã non inclinatur appetitus in aliud: ſed ꝑ eã ſiſtit, & firmatur in opere, uel obiecto. unde x. Ethic. Coauget autem operationem propria delectatio. Et ſatis concordat cũ diffinitione ſupraſcripta, in qua licet nõ ponitur clauſula in imaginatione, ſeu phantaſia. i. in appręhenſione boni, uel mali tñ ſatis innuitur in eo, ꝙ dicitur requirens cognitionem actualem. Nam cognitio actualis repræſentat obiectum appetitui ſub ratione boni. i. conuenientis, aut mali. i. diſconueniẽtis. unde hæc clauſula. in imaginatione boni uel mali, nihil excludit, uel includit: ſed exponit obiectum paſſionis. Obiectum enim proprium actus appetitus eſt bonum, uel malum appręhenſum. Si tertiò mõ accipitur: diffiniatur ſic. Eſt actus elicitus appetitus ſenſitiui requirens cognitionem pręuiã ad ſui exiſtentiã: & ſic ꝑ primũ actus elicitus excluditur delectatio, & triſtitia: ꝑ *Not. 3.* ſecũdũ habitus. Tertiò notãdũ, ꝙ potẽ- *E* tię ſecũdũ philoſophũ, dicunt̃ ſecundũ quas poſsibiles hatũ dicimur: puta potẽtes iraſci, triſtari, miſereri. Vbi nota, ꝙ potentia dicitur a poſſe: eſt autem poſſe agere: & poſſe pati. Et ſecundũ hoc eſt duplex potentia, actiua, & paſsiua: & poteſt ſic in genere deſcribi. *Potẽtię deſcriptio.* Potentia eſt principium principale agendi, uel patiendi. Dicitur principale propter principium minus principale, determinatiuum, uel inſtrumentale & per hoc excluditur habitus, qui non principaliter producit: ſed determinat potentiam ad certum modum agen-

di. In propoſito benè, uel malè: excludũtur etiam diſpoſitiones qualitatiuę in materia, quę determinant materiam ad huius, uel illius formæ ſuſceptionem. Voco autem principium principale, cui primò ſiue ex ſe non per aliud conuenit poſſe agere, uel pati: ſicut intellectus, cui primò conuenit intelligere, & homini per intellectum: & ideo homo non eſt potentia intelligendi, aut uolendi: quia ſibi non conuenit intelligere, & uelle primò immediatè per ſe: ſed mediatè, mediante alio, ſcilicet intellectu, & uoluntate. Vtrum autem anima ſit potētia: an intellectus, & uoluntas diſtinguãtur ab anima, dictũ eſt lib. ij. diſti. xvj. diffuſè. Appetitus ergo eſt potentia actiua, & paſsiua reſpectu paſsionum: quia ipſas efficit, & recipit. Ipſe enim primò iraſcitur, ipſe miſeretur, ipſe triſtatur, ipſe amat, odit, &c. producendo huiuſmodi actus, & in ſe recipiendo. & utrũq; tangit philoſophus: potētiam recipiendi cũ dicit: paſsibiles harum dicimur. Tranſlatio noua habet. Quibus ad hos effectus ſuſcipiendos idonei eſſe dicimur. Potentiã agendi cum addit: puta iraſci, miſereri &c. Nam iraſci eſt appetere uindictam. miſereri petere ablationem miſeriæ: & ſic de alijs. Et per hoc patet

Differētia inter habitũ, & potētiam. differentia inter potentiam (ut hic accipitur) & habitum: quia potentia eſt principium principale, & principium quod: quod primò denominatur ipſa actione, uel paſsione. Habitus eſt minus principale, & principiũ quo: quod non denominatur actione uel paſsione. non enim dicitur habitus intelligere, aut uelle, amare, uel odire: ſed ipſo habitu potentia diſponitur ad intelligendum, uolendum, amandum,

F ſic uel ſic: benè uel malè. ❡ Quartò notandum circa illum terminum habitus, φ licet multipliciter eſt ęquiuocus: ut uult philoſophus in poſtprędicamentis: tamen in propoſito accipitur, pro qualitate quadam animæ quę determinat potentiam in agendo. unde dicit philoſophus. Habitus, dico ſecũdum quos ad paſsiones nos benè, uel

Not. 4. Habitus ęquiuocatio.

malè habemus: puta ad iraſci: ſiquidem uehementer, uel remiſſè malè habemus: ſi mediè benè. Poteſt ergo habitus ſecũdum hãc acceptionem ſic deſcribi accipiendo pro habitu acquiſito: nã de habitibus infuſis poſtea tractabitur. Eſt ergo habitus acquiſitus qualitas abſoluta, difficulter mobilis, ex actu uel actibus potentię uitalis genita ad ſimilium actuum productionẽ potentiæ inclinatiua. ❡ Dicitur qualitas, quòd accipitur pro qualitate accidentali, ad excludendendam formam ſubſtantialẽ, & potentiã, quę identificatur formę: ut dictum eſt in i j. quę ſunt principia actiua principalia ſuorum actuum, & operationum. Habitus deſcribitur.

❡ Dicitur abſoluta, quia habitus non eſt reſpectus, nec tãtũ modus rei. Primũ patet: quia habitus eſt productiuus actus: ut dicetur. Reſpectus autẽ nõ eſt de numero actiuorũ. Præterea habitus ab abſoluto cauſatur, & eſt cauſa abſoluti, ergo & ipſe eſt res abſoluta: cũm cauſa ſit præſtantior effectu. Relatio autem eſt minimæ entitatis. Antecedens probatur: quia cauſatur ab actu potentiæ appræhenſiuæ, & affectiuæ: & eſt cauſa actus huiuſmodi, ut dicetur: talis autem actus eſt res abſoluta: quod probatur de uno actu tali: & eadem ratio eſt de omnibus, ſimiliter de habitibus. Probatur autem de actu beatifico ſcilicet uiſione, & fruitione dei. Ille enim actus eſt qualitas abſoluta: quia eſt maxima perfectio accidentalis creaturę rationali poſsibilis: ergo eſt quid abſolutum: cum abſoluta perfectiora ſint relationibus, quæ, ut dictum eſt, minimæ ſunt entitatis. Præterea reſpectus huiuſmodi non ſunt ponendi, ut oſtenſum eſt in. j. diſtinctio. xxx. queſtio. j. Secundum probatur, φ non ſit modus rei, & non res: quia quæro, quid in rel ligis per modum rei: aut aliquid inhęrens rei, a quo res, cui ineſt, ſortitur denominationem connotantem habitudinem rei accidentalem: & ſic omne accidens eſt modus rei, cui inheret: ſed hoc nõ obſtãte, accidẽtia ſunt qualitates abſolutæ. Aut ꝑ modũ rei intelligit aliquid in re ab ipſa indiſtinctũ

realiter: nõ tñ omnibus modis eadē ſibi
ſed nihil tale eſt ponendum in creatu-
ris: eo ꝙ omnia habentia eſſe ſubiectiuū
in creaturis non eadem omnibus modis
diſtinguuntur realiter, & eſſentialiter.
Siquidem præter diſtinctionē realem, &
& eſſentialem in habentibus eſſe ſubie-
ctiuū: & rationis in habentibus eſſe obie
ctiuū, aut aggregatum ex his in iſtis, & il
lis, nulla alia diſtinctio reperitur in crea
turis: ut nunc ſupponit ex primo. ¶ Præ
terea, etſi aliqua non identitas alia, pu-
ta formalis poneretur in creatura: tamē
quod eſt idē rei realiter eſt uera res: igi-
tur modus rei (ſi eſt idē rei realiter cu
ius eſt modus) eſt uera res, ſicut res ipſa,
cui eſt idem. ¶ Dicitur difficulter mobi-
lis, per quod excluduntur actus potentię
cognitiuę, & appetitiuę, q faciliter cor-
rumpuntur: nõ enim permanent ceſſan
te potentia obiecti in ſe, uel in aliquo
ſui repræſentatiua. Habitus autē manet
tranſeunte actu, etiam dū ſe potentia cõ
uertit ad aliud: ut patet in dormiente: &
ſe ab actuali obiectorum cõſideratione
auertente. ¶ Dicitur ex actu, uel actibus
potentiæ, ſcilicet elicitis genita propter
ſpecies ſenſibiles, & intelligibiles imme
diatè ab obiecto cauſatas, ſi ponantur:
quia licet inclinent potentiam ad pro-
ductionem actus cognoſcendi: non ta-
men ſunt habitus: quia nõ cauſantur ab
actibus potentię elicitis. ¶ Et dicitur no-
tanter immediatè ab obiectis cauſans:
quia illud, quod relinquitur poſt primā
notitiam abſtractiuam in ſenſu interio-
ri, uel intellectu, inclinans ad ſimilem
notitiam abſtractiuam, ſiue dicantur ſpe
cies memorię, ſiue ſecundum alios in-
tentiones, uerè ſunt habitus. Item po-
nitur etiam hæc clauſula ad excluden-
dum uirtutes naturales, de quibus lo-
quitur philoſophus. vj. Eth. c. ulti. quæ
ſunt qualitates, & diſpoſitiones quędam
naturales diſponentes ad uirtutes: ſi-
cut molles carne apti mente dicuntur.
ij. de anima. Quidam enim per comple-
xionem corporis diſponuntur ad uirtu
tes, quidam ad uitia: ut cholerici na-
turaliter inclinantur ad iram: ſangui-
nei ad manſuetudinem: per qualitates
corporales, calorem ſcilicet frigidita-
tem, humorem, ſiccitatem, & eorum ua
ria temperamenta: quę qualitates præ-
cedunt omnes actus potentiarū: & ideo
propriè non ſunt habitus. Inueniuntur
enim tales uirtutes ſeu diſpoſitiones in
pueris, & brutis: ut dicit philoſophus:
in quibus nõ pręceſſerunt actus, ex qui
bus generentur. ¶ Dicitur potentia ui-
talis: quia ex actibus potentiarum me-
rè naturalium ad actum unum determi
natarum: quę per actus ſui frequentiā
non aliter aſſuefieri, aut magis ad ſimi-
les inclinari poſſunt: non cauſatur ha-
bitus: ut dicit philoſophus. ij. Ethico.
c. j. Nullum natura exiſtentium aliter
aſſueſcit: puta lapis naturaliter deorſum
iactus, non utiq; aſſueſcet ſurſum ferri:
neq; ſi decies millies aſſueſcet quis eum
ſurſum iaciens: non tamen omnis actus
potētiæ uitalis eſt generatiuus habitus:
non enim illi, per quorum frequētatio
nem potentia non plus inclinatur ad ſi
miles actus, quàm ſine huiuſmodi fre-
quentatione. Vnde notitia intuitiua
non generat de ſe habitum: quia ſi mil-
lies uideatur obiectum, non plus incli-
natur potētia ad uidendum obiectum,
quàm dum primò præſentatum eſt ui-
ſui. Siquidem non inclinatur potentia
ad uidendū intuitiuè obiectū niſi ipſo p̄
ſente: & eo p̄nte nõ põt nõ uidere, ſi nõ
fuerit impeditum. Qui autem actus, &
quarum potentiarum generent habi-
tus dicetur in dubijs. iij. art. ¶ Dicitur G
ultimò ad ſimilium actuum productio-
nem inclinatiua idest ſimilium actuum
cum potentia productiua: inclinare eſt
concauſare: in hoc enim inclinat habi
tus potentiam ad productionem ſimi-
lium actuum: quia eſt cauſa partialis
productiua ſimilium actuum cum po-
tentia. Quòd autem habitus ſit cau-
ſa productiua actuum ſimilium eis, a
quibus ipſe productus eſt, probatur
communi medio: nam cauſa eſt, ad
cuius eſſe ſequitur aliud: quod intel-
ligitur de cauſa efficiente, non mate-
riali; igitur. Quando aliquid ſic ſe
habet, ꝙ ipſo poſito aliud ponitur in
eſſe ſimpliciter, uel in eſſe perfecto.

aut intenſo: & eo ſubtracto aliud non
poteſt poni in tali eſſe ſimpliciter ſcili-
cet: uel ita perfecto ſicut eum ipſo: illud
eſt cauſa eius. Sed poſito habitu in po-
tentia poni poteſt actus ſimpliciter, uel
in eſſe perfectiore, quàm eo non poſito
ergo habitus eſt cauſa actus: & nō alia,
quàm efficiens. Cōſequentia nota. Ma-
ior probabit̃ infra arti. iij. Maior patet:
quia nullum aliud medium eſt, quo pro
bari poſſet aliquid eſſe cauſam alterius.
¶ Præterea qñ aliquid dependet ab alio
eſſentialiter: ita ꝙ ſine eo nō poteſt eſ-
ſe naturaliter: hoc enim eſt depēdere ab
alio eſſentialiter: illud aliud habet ſe ad
ipſum in ratione cauſæ: quia omnis effe
ctus ſufficienter dependet a ſuis cauſis
ſufficientibus: alioquin ſufficientes nō
eſſent; ſed aliquis actus in eſſe ſimplici-
ter, uel in eſſe tali eſſentialiter dependet
ab habitu: ita quod ſine eo produci nō
poſſet in eſſe ſimpliciter, uel tali, ut in-
fra probabitur: igitur habitus ille habet
ſe ad ipſum in ratione cauſæ: & non ni-
ſi ratione efficientis. ¶ Item quando
aliquid effectiuè poteſt in aliud, in quod
prius non potuit; habet aliquid, quod
ē cauſa effectiua eius, in quod prius non
potuit: aut caret aliquo impedimento,
propter quod prius in tale non potuit.
Sed potentia ante habitum non potuit
in certum actum, in quem poteſt exiſtē
te habitu: ut infra patebit. Nec eſt im-
pedimentum aliquod amotum: ergo ha
bitus erit cauſa effectiua talis actus par-
tialis ſaltem cum potentia. Maior ratio
nis patet: quia; alias nulla aſsignari
poſſet ratio, cur prius non potuiſſet ſub
lato impedimento: niſi quia prius aliqua
cauſa neceſſaria defuiſſet. Exiſtentibus
enim omnibus neceſſarijs ad effectus
productionem poteſt poni effectus. Re-
linquitur igitur, ꝙ habitus eſt cauſa a-
ctus: nec impedit, ꝙ actus eſt cauſa ha-
bitus. ¶ Nec impoſsibilis eſt circulatio
in cauſis eſſentialibus reſpectu eorun-
dem effectuum ſpecie, ſed numero di-
uerſorum: ſic primus actus eſt cauſa ha-
bitus: & habitus eſt cauſa actus (non
primò actus, a quo ipſe cauſatus eſt: quia
& omnem habitum præcedit. j. c. & ij.

Ethico. Virtutes accepimus operantes
prius. ſequitur. Aedificantes ædificato-
res ſiunt) ſed actus alterius ſequentis
priori ſimilis ſpecie. Habitus enim non
inclinat ad primum actum numero: ſed
ad actus alios iterum eliciendos æqua-
les prioribus: unde habitus eſt genitus:
dicit, ut diffinitio habitꝰ. Et ꝑ hoc patet
declaratio diffinitionis habitus. ¶ Ve-
rum quandoq; habitus accipitur gene-
ralius pro qualibet qualitate inclinan-
te potentiam ad actuum productionē,
ſiue ſit genita ex actibus ſimilibus, ſiue
non. Sic philoſophus nominat uirtutes
naturales habitus: quando tamen ſunt
qualitates corporales omnes actus præ-
cedentes. unde ait. Etenim pueris, & be
ſtijs naturales exiſtunt habitus, & loqui
tur de uirtutibus naturalibus Sed diffi-
nitus eſt habitus propriè acceptus ſe-
cundum quod eſt genus uirtutis mora-
lis. ¶ Adhuc circa illum terminum uir- H
tus, accipiendo, ut ſupra dictum eſt: pro
qualitate proficiente operantem, & o-
pus eius quo modo philoſophus dicit Virtus.
ſecundo Ethicorum capit. ſexto. Virtus
eſt, quæ habentem perficit: & opus bo-
num reddit. Notandum poſt Ockam
in ii. ſenten quęſt. x. quòd uirtus in pro-
poſito nihil aliud eſt, quàm habitus in-
clinans ad actum uirtuoſum. Cum enim
habitus generetur ex actibus: ex uirtuo
ſis actibus generatur habitus uirtuoſus:
& ex uitioſis uitioſus. Ex quo ſequitur,
quod uirtuoſum eſſe primò conuenit
actibus, & per actus habitibus. Vnde. ij.
Ethicor. cap. j. Oportet operationes æ-
quales reddere: ſecundum harum enim
differentias ſequuntur habitus. & cap.
tertio. Omnis animæ habitus actibus,
a quibus innatus eſt, fieri deterior, uel
melior: ſi efficitur. Eſt autem inna-
tus fieri ex operibus: ut ibidem præmi-
ſit philoſophus. cap. ſecundo. Pro di-
cendorum in quæſtione illa generali
clariori, & diffuſiori intellectu pluri-
mum ualet Ockam. quæſtio. x. xj. xij.
xiij. tertij. ſentent. Item quęſtio ſex-
ta. quarti quodlibet de connexione
uirtutum: quæ omnimodè eſt eadem, cū
quæſtione. xij. tertij. ſenten. Item quęſt.

xiij.xiiij.& ſequẽtibus tertii quodlibet
& quæſt. xvj. ſecundi quodlibet &c.
1 ¶ Suppoſito itaq;, quod eſſe uirtuoſum pri-
mò conuenit actibus. & per actus habi-
tibus, eſt conſequenter notandum, quod ad
Quę ad actũ uirtuoſum requirũtur. actum eſſe uirtuoſum tria requiruntur,
ſecundum philoſophum.ii. Ethic.c. iiii.
Primum eſt, quod eliciens actum opere-
tur ſciens non caſu, uel ignoranter: ſed
ex ratione ſciens, quid faciat. Et hic req
ritur, quòd actus talis ſit eliciendus ſe-
cundum dictamen rationis. Secundum
quod operetur eligens, & propter hoc.
Et hæc quidem conditio duo includit,
quę ambo pertinent ad uoluntatem: ſi-
cut primum ad intellectum, ſeu rationẽ.
Oportet ergo, quod operetur ex electione
libera: ita quod uoluntas ad oſtenſionem ra
tionis non neceſſariò: ſed liberè eligat
operationem ipſam: hoc eſt liberè uelit
oſtenſum, uel dictatum a ratione: non
neceſſariò ex ſurreptione, uel paſsione
timore ſcilicet aut dolore, uel coactio-
ne. Nec ſufficit ſic elicere ex electione:
niſi eliciatur propter hoc. i. niſi eliciatur
propter hoc, quia ſic dictatum eſt a ra-
tione recta: non propter lucrum, com-
modum, delectationem: aut aliam quam
cunq; cauſam, quam non dictat recta
ratio. Hinc Ockam. quæſtio. xiii. tertii
dicit prudentiam actualem neceſſariò
requiri ad actum uirtuoſum: immo ita
eſſentialiter ſicut uoluntatem: cum tam
uoluntas, quàm prudẽtia actualis ſit cau
ſa efficiens actus uirtuoſi. Et prudentia
actualis eſt aliquo modo prior actu uir-
tuoſo: ut ibidem latius deducit Ockã:
erit enim prior actu: ſicut cauſa prior
eſt ſuo effectu, uel ſaltem, quod ſi-
mul producatur cum illo actu: ſimul di-
co tempore licet de facto natura ſit pri
or illo actu uirtuoſo: quia poteſt ſepa-
rari ab eo, & non econuerſo. Hæc il-
le. Et in quæſtione de connexione uir-
tutum: & eſt quæſtio. xii. tertii ſenten-
tiarum: & quæſt. vi. quarti quodlibet in
articu. iiii. articuli tertii principalis pul-
chrè oſtendit actum prudentiæ eſſe ue-
rè cauſam efficientem actus uirtuoſi:
ſic quòd impoſsibile eſt actum eſſe uir-
tuoſum ſtante ordinatione diuina, quæ
nunc eſt: ſine actu prudentię: uide ibi.
Tertium, quod ponit philoſophus: eſt
quòd firmè, & immobiliter operetur:
& hoc quidem reſpicit rationem habi-
tus, qui eſt difficulter mobilis, ſecun
dum quem habens eum operatur con-
ſtanter quoad ſeipſum, & immobiliter
quoad exteriora impedimenta, ita quod
per nulla exteriora moueatur, quin ope
retur eligens propter hoc. Verum illa
tertia conditio non requiritur ſimpli-
citer ad omnem actum uirtuoſum: ſed
ſolum reſpicit actum ab habitu proce-
dentem: patet autem, quòd multi a-
ctus uerè uirtuoſi præcedunt habitum:
ut dictum eſt. Ideo primæ duæ condi-
tiones, uel tres (ſi ſecunda ſubdiuiditur
in duas) ſufficiunt ad hoc, quod actus
ſit uerè uirtuoſus. ¶ Ex illis ſequitur co- Cor. 1.
rollariè: quod nullus actus poteſt eſſe uir
tuoſus ſine recta ratione. Patet: quia o-
portet, quod eliciens ſit ſciens. Scientia
autẽ ad intellectum pertinet, & ratio-
nem: unde carentes uſu rationis actus
uirtuoſus habere non poſſunt: ut pue-
ri amentes, & furioſi. ¶ Secundò ſequi- a
tur ſecundũ Ockã ubi ſupra. q. xiij. &. q.
xij. tertij ſen. quod ad actũ eſſe uirtuoſum
nõ ſufficit conformitas ad rationem re
ctam aptitudinaliter. Et dico illũ actũ
conformem rectæ rationi aptitudina-
liter, quæ elicitur ſicut ratio dictaret eũ
eſſe eliciendum, ſi ineſſet: licet non in-
ſit de facto: tunc probatur: tum quia nõ
habẽs uſum rationis poteſt elicere actũ
conformem rationi rectæ, ſi ineſſet: ut
poteſt indigenti dare eleemoſynam: &
tamẽ talis actus nõ ẽ uirtuoſus: quia nõ
operatur ſciens. hinc dicit philoſophus.
ii. Ethi. c. iiii Iuſtus, & temperatus eſt, nõ
qui hęc. ſ. iuſta, & tẽperata operatur: ſed
qui ſic operatur, ut iuſti, & temperati o-
perantur: quia impoſsibile eſt, quod aliquis
actus contra dictamen rationis, ſiue re-
ctum, ſiue erroneum elicitus ſit uirtuo-
ſus, quia qui contra cõſciẽtiã agit, ædifi
cat ad gehennam. ſumitur ex gloſ. ſuper
illud Rom. xiiii. Omne, quod non eſt
ex fide, peccatum eſt. Ex fide gloſ. ideſt
contra conſcientiam. Sed uoluntas põt
ex libertate ſua uelle aliqd cõtra cõſciẽ

tiam erroneam: quod eſſet conforme rationi rectę, ſi ineſſet, ut dare panẽ indigenti, quem crederet errando non indigere: & tamen tale dare contra conſcientiam eſſet uitioſum, & peccatum: licet conforme rectæ rationi aptitudinaliter. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ ad actum eſſe
3 uirtuoſum non ſufficit conformitas ad rationem rectam habitualiter: hoc eſt non ſufficit, ꝙ habitus rationis rectæ inſit, cui actus conformetur. Probatur: quia habitus unus nunquam inclinat ad actum alterius habitus cauſando, uel regulando: niſi mediante actu proprio, ad quem immediatè inclinat: ſicut habitus principij non inclinat ad actum concluſionis: niſi mediante actu principij, ad quem primò inclinat: ergo habitus prudentiæ ſiue rationis rectæ non reddit actum uirtuoſum, niſi quẽ regulat. Nec regulat actum uoluntatis niſi mediante actu proprio: ſequitur ergo, ꝙ ad regulandum actum uoluntatis requiritur actus prudentiæ: & ita non ſufficit ſolus habitus. Et ſi quæritur, quid eſt actum elici conformiter actum rationi rectę. Reſpondet Ockam ubi ſupra. q. xiij. tertij, eſt ipſum elici ſecundum rectam rationem regulantem, & dictantem talem actum eſſe eliciendum: quod quidem dictare, ſiue regulare non eſt aliud, quàm ſpeciali modo actum illum cauſare. Siquidem ſuſpenſa actiuitate uoluntatis, uel prudentię, nullo modo diceretur actus ille uirtuoſus. Et ratio eſt, quia uirtuoſum, & uitioſum ſunt nomina connotatiua: & ſignificant actum non abſolutè, ſed connotando cum hoc actiuitatem uoluntatis, & prudentię. Et quando aliquod horum connotatorum deficit; non dicitur eſſe actus uirtuoſus. Hec
4 ille. ¶ Quartò ſequitur, ꝙ ad actum eſſe uirtuoſum non ſufficit cõformitas eius ad prudentiam, ſeu rationem rectam actu inhęrentem. Probatur: quia ſtat prudentiam dictare aliquid eſſe uolendum certo modo: & ꝙ uoluntas ex ſua libertate ita uelit: non tamen quia ita dictabit ratio recta: ſed quia ita placet: uel ꝓpter lucrum aliquod, aut delectationẽ, in quo caſu uelle illud, licet ſit conforme rationi rectæ actualiter inexiſtenti: non tamen eſt actus uirtuoſus: quia nõ eſt elicitus propter hoc, exponendo, ut ſupra. ¶ Præterea nullus actus eſt uirtuoſus, qui eliceret a uoluntate ad nudã appræhenſionem obiecti: uel etiam appræhenſionem obiecti cum certa circumſtãtia, quam recta ratio non dictaret: ſed uoluntas, quæ elicit uelle alicuius obiecti, quod ratio recta dictat eſſe uolendũ ex ſola ſua libertate: aut propter delectationem, uel aliam cauſam, quã ratio recta non dictaret: etiam eliceret uelle illud ad nudam oſtenſionem obiecti: uel ad oſtenſionem eius, cum circũſtantia, quam ratio non dictaret, ergo non eſt uirtuoſus. ¶ Quintò ſequitur, ꝙ ad hoc, 5
ꝙ actus uoluntatis elicitus ſit uirtuoſus, requiritur, ꝙ eliciatur conformiter rectæ rationi actualiter inexiſtenti, tãquã obiecto actus ſic eliciti. ¶ Partes huius corollarij patent ex prioribus uſque ad ultimã, ſcilicet ꝙ ratio recta eſſe debet obiectum actus eliciti, quę ſic patet: quia quicquid tendit in aliquid propter alterum, tendit in utrumq;, tanquam in obiectum: ſic ut diligens proximum propter deum, diligit etiam deum, ſic & uoluntas uolẽs aliquid propter aliud, uult utrumque: & per conſequens tendit in utrumq;, tãquã in obiectum. Quicquid enim uult uoluntas, eſt obiectum eius: nunc autem ad hoc, ꝙ actus uoluntatis ſit uirtuoſus: requiritur, ꝙ ipſum eliciat propter rectam rationem eum ſic elici debere dictantem: ergo uoluntas ſic uolendo, uult etiam ipſam rationem rectã taliter dictantem: ergo ratio recta erit eius obiectum partiale. Et hoc quidam breuius exprimunt dicentes, ꝙ ad actũ uirtuoſum requiritur, ꝙ eliciatur conformiter rationi rectæ actu inexiſtenti. Hoc autem eſt elicere conformiter rationi rectę uelle dictatum a ratione recta propter hoc quia eſt a ratione recta dictatum: ita tamen non accipitur cõformitas in quarto corrollario: ſed largius pro actu elicito ſecundum dictamẽ ratiõis: ſiue eliciatur propter hoc, quia ſic dictatũ eſt, ſiue propter cauſam aliã. ¶ Eſt etiam notandum poſt dicta in ij. K
diſtin.

Actus uirtuoſus eſt duplex.

diſt. xlj. ꝙ actus uirtuoſus eſt duplex: quidam eſt uirtuoſus intrinſecè, uel eſſentialiter, ut quidam loquuntur. i. non denominatione extrinſeca, uel ut alij dicunt formaliter. Quidam uero eſt uirtuoſus contingenter ſine denominatione extrinſeca: uel ſecundum alios materialiter. ¶ Actus uirtuoſus intrinſecè, ſeu ſecundum modum loquendi aliquorum eſſentialiter, & nō denominatione extrinſeca eſt, qui manēs idem numero naturaliter nō poteſt fieri uitioſus, ſeu non uirtuoſus. Exemplum: ſicut omnis actus uoluntatis elicitus cōformiter rectæ rationi includendo in ly conformiter rationi rectæ omnes ſuperiores conditiones ad actum uirtuoſum requiſitas. ¶ Actus uirtuoſus contingenter, & denominatione extrinſeca per oppoſitum, eſt actus uirtuoſus: qui idem numero naturaliter poteſt fieri non uirtuoſus: ut ſunt actus imperati a uoluntate. Et ſuo modo poteſt diſtingui inter actū intrinſecè, ſeu ſecūdū alios extrinſecè, ſeu denominatione extrinſeca, ſiue eſſentialiter uitioſum, & uitioſū cōtingenter. ¶ Dicitur naturaliter: quia ſupnaturaliter actus intrinſecè uirtuoſus pōt fieri nō uirtuoſus: puta ſi actus elicitus cōformiter rectæ rationi a uolūtate concurrente deo: ſimiliter & prudentia actuali, depoſt a ſolo deo cōſeruaretur: tūc actus ille prius uirtuoſus, poſtea dū a ſolo deo cōſeruatur, eſt nō uirtuoſus: quia tunc nō eſt in poteſtate uoluntatis: quia iā prudentia nō cauſat illū actū: neq; uoluntas: ſed ſolus deus cōſeruat actum. Conſeruare autem: cauſare eſt. ex conſequenti actus ille nec eſt laudabilis, nec uituperabilis: neq; meritorius. Virtuoſus enim, & meritorius ſupponunt pro actu ut patuit: & connotant actiuitatem liberam uoluntatis, & prudentiæ. Quòd autem aliquis actus ſit intrinſecè, ſeu eſſentialiter uirtuoſus: probatur ſic: aliquis actus eſt determinatè uirtuoſus: aut ergo intrinſecè ſeu eſſentialiter, & habetur propoſitum. Aut contingenter, & denominatiuè denominatione extrinſeca: & ſic erit determinatè uirtuoſus per aliū actū uirtuoſum. Quero de illo, aut eſt intrinſecè, & eſſentialiter uirtuoſus: & habetur propoſitum: aut contingenter, & ita per alium. Non. n. poteſt actus cōtingenter uirtuoſus, qui quādoq; eſt uirtuoſus, qñq; non fieri determinatè uirtuoſus, niſi per aliū actū uirtuoſum, cui cōformatur: ſi. n. ex ſe eſſet uirtuoſus: iā eſſet eſſētialiter uirtuoſus: hoc. n. eſt actū eſſe primò intrinſecè, ſiue eſſentialiter uirtuoſum: ut patuit: tunc quæro de illo tertio actu, ſicut de ſecundo: & tandem dabitur aliquis actus uirtuoſus intrinſecè ſeu eſſentialiter aut primò, uel etiam neceſſariò: ut Ockam loquitur. q. xiij. tertij quodlib. tā etſi dicat ibidē, ꝙ de ui ſermonis nullus actus eſt neceſſariò uirtuoſus. probat: quia nullus actus eſt neceſſarius; eo ꝙ poteſt fieri a ſolo deo contingenter ad extra agente. Ponit tamē & alium intellectum quæſtionis, cum quæritur, an aliquis actus ſit neceſſariò uirtuoſus. Concludit, ꝙ ſic: de actu dilectionis dei ſuper omnia. uide ibi latius. Et in cameracen. in quæſtione, quæ fuit principium in primum ſententiarum. Sic ergo tandem dabitur aliquis actus eſſentialiter uirtuoſus: aut procedetur in infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis: quod eſt impoſsibile. Verum ſi actus dicatur neceſſariò eſſentialiter, intrinſecè, aut primò uirtuoſus ſeu denominatione intrinſeca: dum conſtat de re: fruſtra concertatur de nomine: cum diuerſi diuerſimodè loquantur: & terminis quandoq; ad placitum utantur. Illud eſt de mente Ockam. q xiij. tertio ſen. cum inquit. Actus intrinſecè uirtuoſus non poteſt fieri non uirtuoſus negatiuè, etiam per naturam: quia ſi corrumperetur actus prudētię, neceſſariò corrumpitur actus uirtuoſus, cuius prudentia erat directiua: neceſsitate dico naturali pro eo, ꝙ talis actus prudentię eſt cauſa efficiens, & obiectū: ut actualiter inhęrens neceſſariò requiſita ad cauſandū actū uirtuoſum, ꝙ ad conſeruandū ſubiungit: Tamen per potentiā dei abſolutam poteſt fieri cōtrarium. Hæc ille. Quō aūt prudentia dicatur directiua actus, patuit in

corollario.iij.eo,quòd eſt modo quodã ſpeciali actus illius cauſatiua De quo la tius uide.quæſtio.xij.tertij ſenten.& q. vj.iiij.quodlibet Ockam de connexio ne uirtutum in articu. iiij. tertij. articuli principalis

L q Si quæris, quis eſt primò,ſeu eſſentialiter uirtuoſus exterior, uel interior intellectus, uel uoluntatis. Reſpondetur poſt Ockam quæſt.vi.iiij. quodlibet,& iii. quodlibet. quæſt.xiii. Item.quæſt.x.& xii.tertii ſentẽ.Primò, ꝙ actus omnis cuiuslibet potentię alterius à uoluntate uirtuoſus eſt accidentaliter,ſeu contingenter uirtuoſus.Patet:quia quilibet talis poteſt idẽ manẽs primò eſſe uirtuoſus:poſtea uitioſus, & ecõuerſo:ergo. Antecedens patet de actu exteriori,puta tranſitu ad ecclesiã, qui poteſt primò fieri propter ſui oſtenſionem,aut alium finem malum:& tunc eſt uitioſus. Et continuato eodem fieri poteſt ille tranſitus(mutata intentione)propter deum, & ſic erit uirtuoſus. Similiter patet de actu ſenſus exterioris,uel interioris:puta videre,audire,tãgere,phantaſiari,quatenus ſubſunt imperio uoluntatis. Patet quoque de actu intellectu,ſcilicet intelligere, ſtudere, ſpeculari &c. qui poteſt primò fieri ex uoluntatis imperio propter finem debitũ,& alias circũſtantias:& erit ſpeculatio uirtuoſa:& poteſt continuari mutata intentione uoluntatis ꝓpter finẽ malũ,& erit ſic uitioſa. Secũdò dicitur, ꝙ

Solus actus uoluntatis eſt eſſentialiter: ad primò uirtuoſus.

ſolus actus uoluntatis elicitus conformiter rationi rectæ quantum ad finem, & cęteras circumſtantias, eſt primò intrinſecè.& eſſentialiter uirtuoſus, & ſolus actus uolũtatis elicitus dictamen rectæ rationis eſt eſſentialiter,& primò uitioſus.Probatur:quia ſolus talis actus ſic eſt uirtuoſus,ꝙ manẽs idẽ naturaliter, non poteſt fieri non uirtuoſus : ergo. Cõſequẽtia tenet ex quid nois actus eſſentialiter uirtuoſi . Antecedens patet: quia(gratia exempli)uelle intrare ecclesiam cõformiter ad rationẽ rectam, ſcilicet propter diuinum præceptum, oportet:& ſicut oportet,&c.ſic eſt uirtuoſus : ꝙ naturaliter non poteſt manens fieri nõ uirtuoſus,& ſic eſt de quo libet alio uelle,& nolle conformiter ad rõnẽ rectã elicito.Et accipio cõformiter ad rõnẽ rectã elicito.Et accipio conformiter ut ſupra ſtrictè, ut includit oĩa reqſita ad actũ uirtuoſum.Aſſumptũ probatur:qa ſi actus ille poſſet fieri uitioſ⁹: hoc cõtingeret propter hoc, qa fieret difformis rationi rectę propter mutatione intẽtionis finis,uel alterius circũſtãtię:ita, ꝙ uellet intrare eccleſiam non propter deum:ſed propter alium finem malum:uel intrare quãdo non oportet, uel qũo non oportet &c. cõtra dictamẽ rationis rectę:ſed hoc non. Maior ẽ manifeſta. Minor patet:quia mutata intentione finis,uel alia circumſtantia nõ manet idem uelle elicitum . Non enim eſt idẽ uelle in uoluntate,uelle intrare eccleſiã propter diuinũ præceptũ: & uelle intrare propter uanam gloriam . Quod probatur:nã illorum duorum actuũ,nõ eſt idem obiectum : immo ſunt obiecta diſtincta ſpecie.& per cõſequẽs illa duo uelle diſtinguuntur ſpecie . Cõſequẽtia tenet,quia diſtinctio actuũ arguitur ex diſtinctione obiectorũ.ii.de aĩa. Antecedens probatur : quia illi duo actus habẽt diſtinctos fines in caſu : ergo diſtincta obiecta. Conſequentia tenet:qa finis ẽ principale,& primariũ obiectũ actus eliciti.Similiter,& oẽs aliæ circũſtãtiæ recta.ſ.ratio,tempus,locus,modus &c.ſũt obiecta ſecundaria partialia actus eliciti uoluntatis: ergo quocunque illorum mutato,mutatur actus elicitus.Antecedens probatur de fine, ſicut ſupra probatum eſt de recta ratione:nã illud ẽ obiectũ actus eliciti,ꝙ uoluntas actu elicito uult,uel poſito nõ uult:ſed uoluntas uolens aliquid propter finem, magis uult finẽ:ſcdm regulã philo.j poſteriorũ.Nã propter, ꝙ unũ quodq; tale &c. ergo finis ẽ principalius obiectũ ipſius uelle,quã id quod uult propter finẽ.Similiter ď aliis circũſtãtiis,loco, tpe &c. nam uolens actũ aliquẽ exteriorẽ ſecũdũ rectã rationem in certo loco , & tẽpore: per idem uelle etiã tendit in locũ illum,& tempus: quia eodem uelle, quo uult aliquid ſecundum omnes circũſtantias a ratione recta dictatas, uult ẽt illas.

circūſtantias:licet minus principaliter uelit illas circūſtantias tēporis,loci &c. quā illud,quod uult in loco,& tpe:ergo ſunt obiecta actus eliciti:licet ſecūdaria uel minus principalia. Finis uero(ut dictū eſt)eſt obiectum primarium,& principaliſſimū:cū magis uult uolūtas finē, quā

M media. ¶ Si quæris:quare dicuntur circūſtantiæ, ſi ſunt obiecta. Reſpondetur poſt Ockam iij quodliber. quæſt.xv. quod ſunt circumſtantiæ actuum imperatorum,aliarum potentiarum,qui ſunt uirtuoſi tantum denominatione extrinſeca. Tales enim actus,quia poſſunt eſſe uirtuoſi,& uitioſi:& manent ijdem uariatis circumſtantijs(ut comedere)nō uariantur propter uariationem intentionis finis,uel loci: quia ex his uariatis poteſt continuari idem actus comedēdi:& per conſequens non ſunt obiecta: ſed circumſtantiæ. Circumſtantia enim actus eſt aliquid non de eſſentia,uel cauſa actus,quo uariato actus in ſe non uariatur:ſic de actu intellectus, ſtudio,ſpeculatione:qui idem manens poteſt fieri,& bono fine,& malo:ſed & contra dictamen rectæ rationis. Et breuiter omnium actuum uirtuoſorum per denominationem extrinſecam,ſcilicet per cōformitatem ad actum eſſentialiter uirtuoſum finis,locus,tēpus &c.ſunt circūſtantiæ. Sed actuum primó,& intrinſecé ſeu eſſentialiter uirtuoſorum ſcilicet elicitorum a uoluntate conformiter rectæ rationis ſunt obiecta ſecundaria,pēter finem,qui eſt obiectum primarium, & principale, & cauſæ partiales huiuſmodi actus eliciti. Exemplum dictorum declaratiuum ponit Ockam.q.x. tertij ſenten. in dubio.iiij.quod dubium notādum eſt pro intellectu,& concordia dictorum in j.diſtin. j.an ſcilicet uolūtas poſsit uno actu diligere finē, & id,quod eſt ad finē:& an actus diligendi deum propter ſe,& propter aliud ſint actus diſtincti ſpecie. Item an ex uariatione obiectorum primariorum mutetur actus:an denique fines ſunt obiecta primaria uoluntatis,uide ibi ponamus ergo, quod ad hoc,quod uelle orare deum ſit actus perfecte uirtuoſus;requirantur illæ circumſtantiæ,quod uelit orare propter honorem dei ſecundum dictamen rationis rectæ in tempore ſtatuto,puta die dominica. in loco debito.puta in eccleſia:tunc ille actus elicitur uirtuoſus. ſic licet uelle ſic orare deum.habet honorem dei pro obiecto principali:actum orandi pro obiecto communi.rationem rectam,diem dominicam &c. & eccleſiam pro obiectis ſecundarijs,& partialibus:ita quod reſpectu actus uoluntatis eliciti, ſcilicet uelle ſic orare, illæ circumſtantiæ ſunt obiecta,& cauſæ effectiuæ partiales. Sed reſpectu actus exterioris,puta actus orādi non ſunt obiecta partialia:quia actus ille dicitur obiectū cōmune uolūtatis,& actus ab eo eliciti: nec hēt illas circūſtātias pro obiectis:ſed actus orandi habet pro obiecto uerba orationis actus comedendi cibum,ambulandi uiam. Sed circumſtantiæ nihil faciunt ad actus illos:ſed tantum circumſtant ſine aliqua cauſalitate: quia actus illi exteriores eē pñt ſine circumſtātijs illis omnibus, uel quibuſdam:& etiā cum eis. Et ideo actus exterior intētus dī obiectū actus interioris uolūtatis:principale quidē,& cōmune:ſed non primū: qa finis principalior eſt:qa magis uolitus. Principale:qa principaliter intentum a uoluntate. Cōe qa pōt idem manere reſpectu multorū actuum uolūtatis:ut ſi primó uelim orare p honore dei:ibi orare eſt obiectum commune. Si poſt uelim orare tempore ſtatuto:iam uariatur actus uoluntatis:& poteſt manere idem actus orandi. Si adhuc uelim orare ad honorem dei,& tempore ſtatuto:& propter rationem rectā ſic dictantem,actus uoluntatis interior uariatur. Sed actus exterior orandi manet idē,& ideo dicitur obiectū cōmune: qa poteſt manēs idē,eſſe obiectum multorū actuū uolūtatis non ſolū dictorum : ſed etiam difformiū rationi rectæ:ut ſi uelit orare propter uanam gloriam:& reſpectu illius actus exterioris finis, locus, tempus ſunt circumſtantiæ: quia poteſt manere cum illis circumſtantijs, & ſine eis. ¶ Sed eſt dubium,an ſit aliquis actus indifferens elicitus uoluntatis, ſicut eſſe poteſt in alijs potentijs. Du- N

Finis, locus, & tēpus, quorum actuum: ſunt obiecta, & quorū circumſtantiæ.

Differētia inter obiectū commune, & principale.

Vtrum in volũtate poſſit eſſe actus indifferẽs

bium iſtud tangit Ockam in iij. quæſt. x. dubio ulti. & reſoluit ibidem. de quo etiam & de alijs dictum fuit in. ij. diſtin. xlj. Itaq; poſt prædicta reſpondetur ſub diſtinctione: quia aut tenetur, ꝙ in uolũtate poſſunt eſſe ſimul plures actus uolendi naturaliter: aut non. Si non: tunc in uoluntate poteſt quidem eſſe actus indifferens idest nec bonus, nec malus moraliter: ut actus, quo uult aliquid ad eius ſimplicem appræhenſionem: neque conformiter rationi rectæ: neq; diſformiter: ſed non poteſt eſſe in uoluntate actus indifferens, qui ſit primò nec bonus, nec malus: & poſtea fiat bonus, aut malus: quia non poſſet fieri bonus niſi per conformitatem ad alium actum uoluntatis intrinſecè bonum: ſed ille non poteſt ſimul cum eo eſſe in uoluntate, ſecundum ſic dicentes. Si uerò duo actus uolendi poſſunt naturaliter ſimul eſſe in uoluntate: quod probabilius eſt: ſic poteſt in uoluntate eſſe actus indifferens hoc modo: ut ſi uoluntas primò uelit dare eleemoſynam indigenti, non ordinando in finem aliquẽ: nec quia ratio dictauit; poſtea accedente rationis dictamine uoluntas uult illũ actum continuare conformiter ad rationem rectam: & quia ſic dictauit ſecundũ omnes circumſtantias: tunc actus primus ſic continuatus eſt uirtuoſus denominatione extrinſeca, propter actũ uoluntatis conformiter rationi rectę elicitum, qui eſt eſſentialiter uirtuoſus. Recte, ſicut ſi diligo aliquem hominẽ ſimpliciter, & abſolutè, non attendendo aliquam circumſtãtiam bonam, uel malã: tunc ille actus diligendi eſt neuter, nec bonus: nec malus: & ita indifferẽs: ſi tũc ſtante illo actu, uolo hominem diligere propter deum, conformiter ad rationẽ rectam ſecundum omnes circumſtãtias requiſitas: ille ſecundus actus eſt perfectè, & intrinſecè uirtuoſus. Et primus, qui fuit indifferens eſt nunc uirtuoſus denominatione extrinſeca, quatenus continuatur conformiter actui eſſentialiter uirtuoſo, a quo imperatᷣ eius continuatio. Quod notãter dicitur: qa ſi non imperaretur a uolũtate per actũ, quo uellet illum primũ continuare conformiter ad rationem rectam, nullũ haberet ordinem ad actum uoluntatis intrinſecè uirtuoſum: & ita propter eum non eſſet uirtuoſus contingenter, ſeu denominatione extrinſeca. Similiter exemplificari poteſt de actu exteriori: ut comedere, ambulare, ſubuenire indigenti &c. qui ſinguli poſſunt eſſe indifferẽtes boni, uel mali: & mutari de uno in aliud propter alium, & alium uoluntatis actum eorum continuationem imperantem, indifferentem, uirtuoſum, uel uitioſum. ¶ Et nota, ꝙ ad hoc ut actus indifferens fiat uirtuoſus: non ſufficit aſsiſtentia rectę rationis, cui cõformetur: ſed oportet, ꝙ eliciatur actus nouus uolũtatis intrinſecę uirtuoſus eius continuationem conformiter ad rationem rectam imperans, hoc eſt nouum uelle, quo uoluntas uult actũ illum indifferentem, ut prius malum cõtinuare cõformiter ad rectam rationẽ: & hoc uelle ẽ eſſentialiter uirtuoſum. Hoc probatur. Tum quia ſi recta ratio ſolum aſsiſteret actui, actus indifferens non plus continuaretur propter hoc nunc, quàm ante aſsiſtentiam rationis rectæ: & ita ſicut prius cum non aſsiſteret actui, actus fuit indifferens, & non uirtuoſus: ſic & nunc cum ſolum aſsiſtit actui: nõ facit de indifferenti uirtuoſum. Ex conſequenti ſola aſsiſtentia rationis rectæ non ſufficit: ut latius tangit Ockam. q. xiij. tertij ſenten. Tum ſecũdo, quia tũc actus non uirtuoſus fieret uirtuoſus per aliquod merè naturale, quod non eſſet in poteſtate noſtra. Et eodem modo de non meritorio meritorius. Conſequẽs eſt abſurdum: quia laus, & uituperium, q̃ conſequuntur actus uirtuoſos, & uitioſos, propter ſolam uoluntatem (& non propter aliquẽ actum naturalẽ) attribuũtur, cũ in inuoluntarijs neq; laudamur, neq; uituperamur. iij. Eth. & ibidẽ. c. xiij Virtus uoluntarium eſt: nihil minus, & malitia uoluntarium utiq; erit ſimiliter. Probatur autem conſequentia: quia ſi per ſolam poſitionem actus prudentiæ fieret actus indifferens uirtuoſus, qui prius propter carentiam illius actus non

fuit

fuit uirtuoſus: cum actus prudentiæ ſit merè naturalis: ut infra dicetur in diffinitione uirtutis: in uer. electiuus: & nullo modo in poteſtate noſtra: puta aſſenſus dictaminis prudētiæ ſiue rationis rectæ (hoc enim intelligitur per actū prudentiæ, requiſitum ad uirtutem, non appræhenſio dictaminis) ſequitur, ꝙ per poſitionem, uel remotionem actus merè naturalis: de non uirtuoſo actu fieret uirtuoſus, uel econuerſo. Et per merè naturale, quod nō eſt in poteſtate noſtra: de indigno uita æterna fieret dignus uita ęterna conſonat Ockam. q xv. tertij quodlibet.

P ¶ Ex his patet, quid bonitas moralis ſuperaddit ſubſtantię actus uirtuoſi. Nam ſubſtantiæ actus eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſi nihil ſuper addit: quia bonitas eius moralis eſt met actus ille. Nec poteſt eſſe actus ille, quin ſit bonus moraliter: licet habeat plures cauſas partiales, ſcilicet potentiam, rationem rectam, & omnes circumſtantias, quæ ſunt eius obiecta partialia, & cauſæ partiales: ſed illa nihil ſunt ſubſtātiæ actus: ſed ſunt cauſæ partiales integrātes unam cauſam totalem cum deo, a quibus actus habet ſuam ſubſtantiam, & bonitatem.

[Margin: Quid ſuperaddat bonitas moralis actui.]

¶ Sed bonitas moralis actus uirtuoſi contingēter addit ad actū uoluntatis eſſentialiter uirtuoſum actū contingenter uirtuoſum conformiter ſibi fieri, uel continuari imperantem. Addit quidem, non ut ſit aliquid actus contingenter uirtuoſi: ſed quia actus contingenter uirtuoſus ſine eo non poteſt eſſe uirtuoſus, licet ſine eo poſsit eſſe idem actus, qua prius. Vide ad propoſitum Ockam. iij. quodli. quęſt. xiiij. & x. iij. ſent.

¶ Sicut autem dictum eſt de actibus: ita ſimiliter dicendum eſt de habitibus ex actibus genitis. Nam & habituum quidam ſunt eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſi: quidā tantum extrinſecè, ſiue contingenter. ¶ Eſſentialiter uirtuoſi ſunt, qui geniti ſunt ex actibus uolūtatis elicitis eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſis: & hi tantum ſunt in uoluntate. ¶ Habitus cōtingenter uirtuoſus eſt, qui gignitur ex actibus contingēter uirtuoſis: ſicut habitus aliarum potentiarum: puta intellectus ſenſus, aut potentiæ executiuę, dum generantur ex actibus a uoluntate imperatis. Omnes enim illi indifferenter inclināt ad actus laudabiles, & uirtuoſos, & uituperabiles ſeu uitioſos: quia inclinant ad actus ſimiles eis, ex quibus generantur, qui aliquando ſunt uirtuoſi: quandoq; uitioſi extrinſeca denominatione. Hæc eſt .n. ſententia bea. Tho. in. iij. ſcrip. diſ. xxiij. q. iiij. ubi dicit: ꝙ ſolus habitus uoluntatis eſt bonus formaliter. Cæteri ſunt boni materialiter; non bonitate ſui generis: ſed bonitate ſuę uoluntatis: hoc intelligens per ly formaliter, quod ſupra dictum eſt eſſentialiter: neceſſariò, uel intrinſecè: & hoc per materialiter: quod ſupra per ly extrinſeca denominatione, uel cōtingenter.

¶ Sed di. uidetur, ꝙ nullus habitus ſit extrinſecè, ſeu eſſentialiter uirtuoſus. Tū quia habitus non eſt in poteſtate uolūtatis: naturaliter enim generatur ex actibus. Tū quia naturaliter inclinat ad actus ſimiles: & non ex electione uoluntatis. Tum tertiò: quia omnis habitus eſt indifferens ad actum, tam uirtuoſum, quàm uitioſum; quia naturaliter inclinat ad actum ſecundum ſubſtantiam actus non attendendo circumſtancias: ſiue utrum actus ipſe illo fine, ſiue alio eliciatur a uoluntate: ſicut patet de habitu temperantiæ, qui inclinat ad comeſtionē frugalem, quacunq; intentione, loco, uel tempore fiat.

¶ Ad prima duo reſpondet philoſophus. iij. Ethicorum. c. xiij. Habitus non ſunt in poteſtate uoluntatis eo modo, quo actus, & operationes: operationum enim domini ſumus a principio uſq; ad finem: quia ſicut uoluntariè uolumus: ita uolentes uelle continuamus. Habitus autem uoluntarij ſunt in principio: quia in noſtra poteſtate fuit ſic operari, ex quibus actibus geniti ſunt. Similiter eorum augmentatio in noſtra eſt poteſtate pro quanto actus, ex quorum frequentia augmentantur ſunt in noſtra poteſtate: & propter hoc dicuntur uoluntarij. Et per hoc patet ad primum: ꝙ licet habitus naturaliter

[Margin: Habitus aliter ē in poteſtate uolūtatis, quàm actus.]

generantur ex actibus: tamen ipſi actus
ſunt uoluntarij:& per hoc & habitus di
cuntur uolũtarij Nam in poteſtate uo
luntatis eſt promouere,uel impedire ge
nerationem habituum. ¶ Ad ſecundum
ſimiliter dicitur: licet naturaliter incli-
net ad actus ſimiles:quia tamen habitus
ipſe eſt in poteſtate uolũtatis ſaltem re
mota quoad eius generationẽ, & aug-
mentationem:etiam eius inclinatio eſt
uoluntaria modo dicto. Et licet habi-
tus naturaliter inclinet ad actum,quan
tum eſt de ſe:tamen actus, ad quem in-
clinat, non producitur naturaliter, ſed
liberè: quia ſolus habitus non ſufficit
ad producendum actum: ſed requiritur
potentia ipſa,ſcilicet uoluntas, quę nõ
neceſſariò,ſed liberè utitur habitu,cum
uult. Cum uero non uult: non utitur
quantumcunq; intenſus fuerit.¶ Ad ter
tium dicitur:ꝙ ratio procedit de habi-
tu genito ex actibus uirtuoſis denomi-
natione extrinſeca, quę ſunt indiffe-
rentes ſicut eorum actus: poſſunt ijdẽ
eſſe uirtuoſi, & uitioſi ſucceſsiuè. Sed
habitus geniti ex actibus eſſentialiter,
& intrinſecè uirtuoſis non manent ijdẽ
mutatis circumſtantijs:quia circumſtan
tię ſunt eorum obiecta:& ſicut uariant
ſubſtantiã actus:ita & habitus: quia uni
uerſaliter tanta eſt diſtinctio habituũ:
quanta actuũ,ex quibus generantur:ut
in primo patuit in prolo. Vnde & habi-
tus temperantię intrinſecè uirtuoſus,q
eſt uirtus perfecta non inclinant niſi ad
actum temperantię elicitum conformi
ter rectæ rationi quãtum ad omnes cir-
cumſtantias dictatas a ratione recta: &
ad nullum alium, & ita non ad quemli-
bet actum frugalem:ſed tantum ad fru-
galem eſſentialiter,& intrinſecè uirtuo
ſum:ex talibus enim dumtaxat eſt geni
Q tus.¶ Ex his poteſt colligi intellectus diſ
finitionis uirtutis moralis acquiſitę,quã
Virtutis diffinitio ſecundum philoſophum. ponit philoſophus.ij.Ethi.c.vij. Virtus
eſt habitus electiuus in medietate cõſi-
ſtens quoad nos determinata ratione:
& ut utiq; ſapiens determinabit.qui po
teſt ſic exponi. Virtus moralis acqui-
ſita eſt habitus electiuus in medietate
conſiſtens ideſt habitus acquiſitus ex
actibus ex electione uoluntatis elicitis,
uel imperatis genitus medium inter abũ
dantiã, & defectum tenens quoad nos.
i.ſecundum congruentiã obiectorum,
& circumſtantiarum determinata ratio
ne prout ſapiens determinabit.i.ſecũdũ
determinationem prudentiæ,prout ſa-
piens.i.recta ratione utẽs dictabit.¶ D
citur in diffinitione, uirtus moralis ac-
quiſita: quia de uirtutibus intellectuali
bus,aut infuſis in illa diffinitione nõ lo
quitur Ariſto. ¶ Dicitur in diffinitione
habitus: quod ponitur pro genere, quo
excluduntur actus uirtuoſi paſsionis,&
potentię:licet enim actus ſint primò uir
tuoſi:& eſſe uirtuoſum conuenit habi-
tui ratione actuum:ſiquidem actus ſunt
magis in poteſtate uoluntatis,quã ha-
bitus:ut patuit. Actibus.n. meremur nõ
habitibus. Vnde.j. Ethi.c.x. Queadmo
dum in olympiadibus nõ optimi,& for-
tiſsimi coronãtur,ſed agonizantes: ita
& eorum,qui in uita bonorum, & opti
morum operantes rectè illuſtres ſunt:
propter actus primò laudamur, & uitu-
peramur.propter habitus autem ſecũda
riò inquantum ex actibus bonis,uel ma
lis generantur, & ad ſimiles inclinant: Actus nõ ſunt uirtutes ſed habitus.
nihilominus actus non ſunt uirtutes:qa
uirtus eſt manſiua, & difficulter mobi-
lis:actus uero non:& ideo ſolus habitus
eſt uirtus,non actus. Cuius finalis ratio
non eſt niſi impoſitio, & uſus termino
rum.¶ Dicitur electiuus &c.propter ha-
bitus intellectuales ſcientiam, pruden-
tiam.artem &c.Hi enim habitus nõ ge-
nerantur ex actibus electiuis:non enim
eligit uoluntas,cui uero aſſentiat intel-
lectus ſiue ſpeculatiuo: ſiue practico.
Nam uero euidenti intellectus diſſenti
re non poteſt·nec falſo aſſentire: neq;
in hoc ſubeſt imperio,aut poteſtati uo-
luntatis.Verum habitus inclinãs ad ſpe
culandum,ad ſtudendũ,ad ueritatem in
quirendam,ad arguendum,ad ſyllogizã
dũ,& ad quãcunq; operationem intelle
ctus,aut ſenſus uel potentiæ executiuæ,
quam imperare poteſt uoluntas: poteſt
eſſe uirtus denominatione extrinſeca,
& actus elicitus uolũtatis:talis actus im
perans conformiter rõni rectæ eſt eſſen

Pura ſpeculatio ē praxis. tialiter uirtuoſus. Omnes.n.tales operationes etiam puriſsima ſpeculatio praxis eſt, & imperio uoluntatis ſubiecta: poteſt.n.uoluntas imperare intellectui, ut ſpeculetur:& prohibere,ne ſpeculet: & hoc conformiter,uel difformiter rectæ rationi.& p conſequens uirtuoſe, uel uitioſe: licet non poſſet imperare intellectui,ut aſſentiat falſo:aut diſſentiat uero apparenti. Et hoc bene notandum eſt: unde habitus inclinans ad prædicandum ſtudēdum,docendum,faciēdum calceos,moralis eſt. Nō autē habitus inclinans ad aſſentiendū principijs, & concluſionibus ſcientiarum prudentię,aut artium. ❡ Dicitur in medietate conſiſtens:in medietate ſcilicet abundātię,& defectus propter uitia,quę exiſtūt in extremis:dum.ſ.uel plus, quam oportet:uel minus agitur. Hęc aūt medietas non accipienda eſt ſecundū rē,ſiue pro portionem arithmeticā. Nā inter comedere.xx uncias,& vj.uncias medium reiçqualiter diſtās ab extremis eſt.xiij. & hoc quidē uni eſſet multū, alij nimis modicum. Et ideo medium accipiendū eſt quoad nos:hoc eſt quoad obiecta ſines,& cęteras circumſtantias, ſecūdū ꝙ nobis conueniunt.❡ Dicitur determinata ratione &c.quia illud medium ſumendū eſt, ſecundum ꝙ ratio recta,ſiue prudentia ſingula cōſiderans determinat, ſiue dictat. Et per hoc excludūtur actus indifferentes,qui eliciuntur ad nudā appræhenſionē obiecti,nullo rationis dictamine directiuo precedente:horū habitus etiam ſi medium tenerent,nō eſſent uirtutes. Similiter ſi præcederet dictamen rationis:& tamen nō propter hoc eliceretur actus, habitus eius nō eſſet uirtus:ſicut nec actus uirtuoſus,ut dictum eſt. Et pōt diffinitio breuius hic poni in forma. Virtus moralis acquiſita eſt habitus inclinans ad actum uolūtariū elicitū,uel imperatū conformiter ad dictamē rectæ rōnis.❡ Quātū ad articulū

Arti. 2. Concluſio reſpōſiua. ſecūdū,ponit̄ cōcluſio unica ad qōſtionē reſponſiua. ❡ Virtus nō eſt potentia, paſsio,nec actus: ſed habitus ad rationem rectam conformiter elicitus,uel imperatus. Iſta cōcluſio ſatis patet,quātū ad ſingulas particulas ex prædictis præcedēti art. Philoſophus tñ eā probat.ij. Ethi.c.v.quantum ad ſingulas partes,ꝙ non ſit potentia: quia propter potētias neq; boni dicimur,neq; mali:nec laudamur, nec uituperamur. uirtute autem dicimur boni,& laudamur:& uitijs mali ac uituperamur:ergo potentia non eſt uirtus. ❡ Præterea potentiæ inſunt nobis a natura:uirtutes autem ex electione uoluntatis (ad intellectum prius expreſſum) ut ſupra dictum eſt in notabili tertio. Item uirtus eſt principium quo: potentia aūt principiū: & p cōſequens non eſt potentia. Quód etiam uirtus non ſit paſsio:probat ſimiliter, quia ſecundum paſsionē neq; boni, neq; mali ſumus:neq; laudamur, nec uituperamur. & hoc ſimpliciter, & abſolute conſideratas, non ut diriguntur a ratione recta. Nemo.n. quia iraſcitur, aut timet ſimpliciter bonus eſt, aut malus. Sed ſi iraſcitur, uel timet: quō, aut quando oportet &c. bonus: ſi quō nō oportet, malus. ❡ Pręterea:uirtus eſt ſecūdū electionē:paſsiones uero nō:quia frequēter pręueniunt deliberationē, & uoluntatis electionē. ❡ Præterea: ſecūdū paſsiones dicimur moueri: quia ſunt actus appetitus ſenſitiui, ſecundū quos mouemur immediatē,& etiam ad actus exteriores. Sed ſecundū uirtutes (quia ſunt habitus) non mouemur immediatē: ſed benē diſponimur ad producendū actus uirtuoſos, qbus benē mouemur. Quód nō ſint actus uirtuoſi, uel uitioſi: pbat. c.iiij. quia uirtutes ſunt firmę,& immobiles.i. difficulter mobiles: actus uero tranſeunt,& ſunt facilē mobiles. Quód autem ſint habitus:probat:quia ſecūdū oēs uirtus eſt aliquid in anima,& nō paſſio,nec potētia: & ſub paſsione cōpręhendit̄ actus:ergo habitus. Cōſequentia tenet a ſufficienti diuiſione: Hæc.n. tria dūtaxat ſunt in anima. Quód etiā ſit habitus rectę rationis cōmēſuratus: oſtēdit,quia uirtus commēſuratrix eſt medij,quod dirigit,ac determinat ratio recta. ❡ Pręterea:concluſio illa quātum ad omnes ſui partes ſatis patet ex diffinitione uirtutis, & eius declaratione.

Arti. 3. Dub. 1. Tantum de arti. ij. ¶ Quantum ad articulum tertium, dubitatur circa ea, quę dicta ſunt de habitu. Et eſt primum dubium in qua potentia ponendus eſt habitus. Pro illo dubio uide Ockã q. xj. & x. tertij ſent. & q. xvi. ij quodlib & q. xvij. iij. quodlib. Itaq; poſt Ockã: reſpondetur per aliquas propoſitiones.

ppō. 1. ¶ Prima. Neceſſe eſt ponere habitus in potentia executiua corporali. Probat: quia potentia executiua corporalis poſt

In quibus potẽtijs ſit ponendus habitus.

multos actus corporales elicitos poteſt in conſimiles actus facilius, q̃ ante huiuſmodi actus elicitos: ut manifeſtũ eſt in ſcriptoribus, & in citharedis, & ſimiliter in alijs artificibus: ergo in illis potẽtijs executiuis (puta corporalibus mẽbris) eſt aliquid additum, uel ablatũ, per quod iã poſſunt, quod prius non potuerunt. Nihil aũt eſt ablatũ, ut patet: ergo aliqd additũ, ſed illud eſt habitus, ut patet ex diffinitione habitus ſupra poſita. Eſt. n. qualitas genita ex actibus. Nulla. n. corporis diſpoſitione, aut medicina ſine frequentatione actuũ põt induci. Non enim niſi citharizando citharistę ſimus: ut dicit philoſophus: ergo. Ita habet Ockã q. xvii. tertij quodlib.

ppō. 2. ¶ Secunda propoſitio. Neceſſe eſt ponere habitum in potentia cognitiua tã ſenſitiua, quã intellectiua. Probatur: quia potentia cognitiua poſt cognitionẽ intuitiuã, & primã abſtractiuã põt in ſimilem cognitionẽ abſtractiuã abſente obiecto & priori cognitione, in quam non poſſet, niſi præceſſiſſet cognitio intuitiua, & abſtractiua: ut patuit in ij. diſt. iij. ergo aliquid eſt derelictum, per quod potentia (tranſeuntibus prioribus cognitionibus, & obiectis) poteſt quod alias non poſſet. Illud autem derelictum eſt habitus. quia ex actibus genitum &c. inclinans ad ſimiles. Verum illud derelictum quidam nominant ſpecies ſenſibiles, uel intelligibiles intentiones, aut phantaſmata. Sed ſiue hę, ſiue aliter nominentur, ſunt habitus. cũ eis cõueniat tota diffinitio habitus. ¶ Similiter põt argui de notitijs adheſiuis. Experimur enim, q propoſitioni primò ignotæ, uel dubitatæ poſt primum aſſenſum per rationem acquiſitum, eiuſq; frequentiam, aſſentimus ad nudam eius appræhenſionem, non cogitantes de ratione probãte, cui ante primũ aſſenſum nullo modo aſſentiremus: ergo eſt aliquid derelictum in potentia, quod prius nõ fuit a primo aſſenſu: nunc ad ſimilem inclinante, & hoc eſt habitus: alioquin intellectus nõ eſſet aliter in potẽtia poſt actum, q̃ ante omnem actum: quod falſum eſt. Cum poſt primum actum poteſt in aliquos actus, in quos nullo modo potuit ante primum actum. Et hæc eſt ratio philoſophi iij. de anima ad ponendum habitus intellectuales: quia per habitum intellectus cũ uolumus intelligimus, etiam obiecto deſtructo. Itẽ ſecundum Ockã q. xvij. iij. quodli. in potentia appręhenſiua, ſimiliter & adheſiua poſt frequentes actus imaginandi redditur quis prõptus ad conſimiles actus, ad quos nullo modo redderetur prompti ante omnem actum imaginandi: ergo ex illis actibus imaginandi relinquet aliquid, quòd nihil aliud eſt, quàm habitus. ¶ Si dicis, ut idem arguit: phantaſia quandoq; exit in actus imaginandi ſine omni actu conſimili præuio: ſicut patet in furioſis, & phrænetici: qui multos habent actus imaginandi: & iteraq; loquuntur, quæ prius in ſanitate non imaginabantur. Similiter patet in ſomniantibus, aut dormientibus: qui multa ſomniant, quæ prius non imaginabantur. Reſpondetur: q in talibus eſt multitudo actuum diuerſimodè ordinandorum, qui aliter ordinantur in ſanitate, & aliter in infirmitate: aliter in uigilante, & aliter in dormiente. Et quilibet illorũ actuũ pſupponit aliquẽ ſibi ſimilẽ in ſano, & uigilante. Et illo modo dormiens format propoſitiones, & ſyllogizat: quia uigilans audiuit propoſitiones, & terminos, & cõſimiles imaginatur tales adinuicẽ ordinãdo, & cõponẽdo, alio ordine, q̃ uigilãs audiuit. ſicut puer nõdũ peritus ſermone uoces, quas audiuit alio ordine imaginat, & repetit. Hæc ille.

ppō. 3. ¶ Tertia ppoſitio. Non põt ſufficienter, & euidenter probari, q aliquis habitus ſit in appetitu ſenſitiuo

ſitiuo ponendus. Probatur poſt Ockā.
q.xvj. ſecundi quodlib. quia omnia quæ
experimur nobis ineſſe poſt frequen-
tiam actus: experimur quandoq; in no-
bis per tranſmutationem corporalem ſi
ne frequentia actus appetitiui. Quod
probatur: quia omnis talis inclinatio,
puta ad gulā, ad delectationem carnis:
poteſt induci per qualitates corporales:
ac per artem medicinę, & alias uias. Nā
medici per artem ſuam diminuūt cōcu-
piſcentias: & ſic diſponunt ad actus ca
ſtos. Tales etiā inclinationes auferūtur
per tranſmutationē corporalē: puta per
generationē caloris, uel corruptionem
caloris, aut frigoris ſine omni actu appe
titus ſenſitiui. ¶ Pręterea: poſt magnum
exercitium actuū appetitus ſenſitiui: ſi
corpus notabiliter tranſmutetur per in
firmitatem, potationem, uel comeſtio-
nē: ita fortes paſsiones, & actus inſurgūt
in appetitu ſenſitiuo: ſicut ſi nō præceſ-
ſiſſent huiuſmodi actus exercitiorū lau
dabiliū: propter augmentum caloris, fri
goris, & aliarū qualitatum: quod nō ui-
detur poſſe, ſi habitus poneretur in appe
titu ſenſitiuo. Illi.n. ſi ineſſent, mitiga-
rent huiuſmodi paſsiones. Non igitur
poteſt ſufficienter probari, ꝙ habitus
generentur ex actibus in appetitu ſenſi
tiuo immediatè ſubiectiuè exiſtentes in
appetitu ſenſitiuo, quāuis ex actibus ap
pręhenſiuis multi habitus immediatè ge
nerentur, ut refert Ockā ubi ſup. Nec
poſt multos actus appetitiuos experitur
quis ſe magis inclinatum ad conſimiles
actus immediatè per habitus: ſed ſolum
mediatè. Puta quando appetit comede
re, & bibere: tunc poſt comeſtionē ali-
cuius calidi, experitur ſe magis inclina-
tū ad actum concupiſcentię, quā ante
actus appetendi: ſecus in cognitiua ſen-
ſitiua. ¶ Si quęritur. Quid ergo eſt illud,
quod manet poſt actus appetitiuos. Ad
hoc reſpondetur ſecundū mētem doc.
pręfati, ubi ſupra: ꝙ ſecundū philoſophū
quandoq; ſunt paſsiones ſuperabundan
tes, quandoq; deficientes. Quando ſunt
paſsiones ſupabundantes: tunc ad eli-
ciendum actus uirtuoſos, oportet ali-
quam qualitatem deſtruere in homine,
quę ad talem paſsionem inclinat, & iſta
qualitas frequenter forte eſt calor. Exē
plum. Intemperatus, & incontinens: in
quibus tales paſsiones concupiſcentię
ſuperabūdant, per macerationē carnis,
& ſubſtractionem cibi remittit qualita
tem illam inclinatiuam ad paſsiones cō
cupiſcentiæ. Et poſsibile eſt, ꝙ eo ipſo,
quo talis qualitas inclinatiua ad paſsio-
nem concupiſcentię remittitur, uel ex-
tinguitur: generetur ſimul qualitas cor
poralis inclinans ad actus temperatos.
Siquidem remiſsio qualitatis corpora-
lis ſit per contrariam uoluntatem. De
hoc tamen magis ad medicos. Si autem
ſint paſsiones deficientes: tunc primò
generatur aliquod inclinatiuum ad paſ
ſionem talem: ſiue aliqua qualitas prçce
dens corrumpatur, ſiue non: quia forte
non ſemper quando aliqua qualitas cor
poralis generatur: alia ſtatim corrumpi
tur. Non tamen oportet dicere, ꝙ tales
qualitates inclinatiuę ad actus conſimi-
les immediatè generentur ex actibus ap
petitus ſenſitiui: ſed ſolū mediatè. Actus
enim poſteriores actibus appetitiuis ge
nerāt immediatè tales qualitates; ut do
cet doc. ubi. ſupra, uide ibi. Et ſicut dictū
eſt de uirtute temperantię, cuius actus
maximè excitantur per tranſmutatio-
nes corporales: ita etiā uidetur poſſe di
ci in alijs uirtutibus: licet in alijs ſit mi
nus euidens. Non tamen uidetur neceſ
ſitas ponendi habitus generatos imme-
diatè ex actibus appetitiuis, ſenſus incli
nantes ad ſimiles actus, quin omnia poſ
ſunt ſaluari per qualitates corporales, ut
de actibus fortitudinis, & ſimilibus.
¶ Quarta propoſitio. Probabile eſt, & ppc.
auctoritatibus conſonum in appetitu
ſenſitiuo ponere habitus ex actibus ap-
petitiuæ potentiæ immediatè genitos,
ad actus ſimiles inclinantes. Probatur:
omnis potentia, quę poſt actus frequē-
tatos poteſt in conſimiles, & non con-
trarios: requirit habitum inclinantem
tales actus: appetitus ſenſitiuus eſt hu-
iuſmodi: niſi impediatur per uolunta-
tis imperium: ergo. Maior uidetur no-
ta ex præcedentibus. Minor proba-
tur: quia experimur, ꝙ poſt frequentes

actus fortitudinis: aliquis facilime, & cũ delectatione aggreditur terribilia: ad quę primò ante frequẽtiam actuum nõ niſi cum quodam timore, ac difficultate aggreſſus eſt. Nec uidetur hic ſufficere corporis diſpoſitio: quia etiam in corpore ęqualiter diſpoſito experimur maiorem promptitudinem ad actus fortitudinis poſt frequentiam actuum, quã ante. ergo præter qualitatem corporalẽ (puta accenſionẽ ſanguinis circa cor, quę prouocat iram ad appetitum uindictę,) oportet ponere aliud inclinatiuũ ad actus fortitudinis: quoniam poſt frequentiam actuum etiam non irati: inclinantur ad ſimiles actus: hoc autẽ inclinatiuum nihil aliud eſt, niſi habitus. ergo. ¶ Item potentia de ſe indifferens ad plures actus, in quorum unum aliquando fertur determinatè: ita, ꝙ non in oppoſitũ: niſi per imperium uoluntatis tã quam potentię ſuperioris: indiget habitu ex actibus genito inclinante ad huiuſmodi determinatẽ. Sed appetitus ſenſitiuus eſt huiuſmodi: ergo. Maior patet: quia huius determinationis magis nunc, quàm prius oportet aſsignare cauſam. Et hæc non ſemper eſt qualitas corporalis: ut ſtatim argutum eſt; nec imperium uoluntatis. Nam in furioſis uſu rationis carẽtibus patet, ꝙ in ſimiles actus tendunt eis, quos prius frequentarunt: nec ab eis retrahuntur niſi per triſtitiã aliquam uincentem non plus, quàm brutum. ergo in eis eſt habitus ex prioribus actibus derelictus, eos ad ſimiles inclinans, & determinans. Huic concluſioni uidentur concordare dicta cõia. Nã ibi ponẽdi ſunt habitus benè, uel malè dirigentes: ubi ſunt paſsiones dirigibiles: tales ſunt in appetitu ſenſitiuo ſecundũ prędicta: ergo. Itẽ. j. Ethi. c. ulti. Virtutes morales ſunt in parte irrationali, quę tamen participat rationẽ, & eſt obedĩetialis rationi. Hæc autem pars eſt appetitus ſenſitiuus. Itẽ. iij. Ethi. c. ij. Poſt hæc de tẽperantia dicamus. Videntur. n. irrationalium partium hę eſſe uirtutes. Loquitur de fortitudine, & temperãtia per partes irrationales, obediẽtiales tñ rationi: intelligit appetitũ ſenſitiuũ. ut j. Ethi. exponit ſan. Tho. & idẽ uidetur ſentire commentator commen. ulti. j. Ethic. ¶ Verum nec auctori. illæ uidentur negare uirtutes a uoluntate; eſt aduertendum, ꝙ philoſophus ꝑ partem irrationalem obedientialẽ tamen rationi (quod additur propter appetitum naturalẽ) intelligit omnem appetitum cognitionẽ ꝓſupponẽtẽ, tã ſenſitiuũ, quã intellectiuũ. Vnde. j. Eth. c. ulti. ponit duplex irrationale, & ſimiliter duplex rationale in homine.

Irrationale duplex.

Nam quoddam eſt irrationale, quod nõ participat ratione ſicut plantatiuũ, & potentia nutritiua in homine. Quędã aliqualiter participant ratione, ſecũdũ ꝙ ſunt nata obedire rationi: exemplificat ſicut concupiſcibile. i. appetitus ſenſitiuus, qui cõcupiſcit. Nam frequẽter philoſophus nomina in bilis ponit loco nominum uerbalium in tiuus, quę dicunt actum. Et uniuerſaliter appetibile. i. appetitiuũ: quod dicit propter intellectiuum appetitum: ſcilicet uoluntatem. Nam appetitus tam ſenſitiuus, quàm uoluntas perſuaderi poteſt increpari, & admoneri, ut procedat, uel nõ procedat ad actuum ſuorum executionem. ¶ Similiter diſtinguit duplex rationale.

Rõnale duplex.

Quoddam eſt rationale principaliter, & in ſeipſo: ſiue (ut alij dicunt) per eſſentiam ſicut intellectus. Quædam ſunt rationalia, quia obediũt rationi ſicut filius patri, quæ ſunt rationalia per participationem. Et ita in homine eſt aliqua uis irrationalis tantũ, ſicut potentia nutritiua. Quędã uero rõnalis tãtũ, ſicut intellectus, & rõ. Quędã uero ſecũdũ ſe irrõnalis: rõnalis aũt participatiuè ſicut oĩs uis appetitiua tã, cõcupiſcibilis, quã iraſcibilis, & uolũtas. Hęc Th. in cõmẽto. Et ſecũdũ hoc diuidit philoſophus uirtutẽ in intellectualẽ, & moralẽ: ponẽs intellectualẽ in rõnali ꝑ eſſentiã. ſ. in rõne ſiue intellectu. Moralẽ in rõnali ꝑ participationẽ. ſ. in appetitiua parte, quę includit utrũq; appetitũ ſenſitiuũ, & uolũtatẽ. Eſt ergo uolũtas irrõnalis ꝑ eſſentiã: rõnalis autẽ ꝑ participationẽ. Nõ ergo philoſophus ꝑ partẽ irrõnalẽ intelligit tãtũ appetitum,

ſenſitiuũ:ſed omnẽ appetitiuũ:& ita uolũ tatẽ. Huic cócordat ſan. Th. prima ſecũ dę.q.lvj.ar.vj.in ſolutione ſecũdę ratio nis.dicens. Rõnale ꝑ participatiõnẽ nõ ſolũ eſt iraſcibilis,& concupiſcibilis: ſed omnino.i.uniuerſaliter appetitiuũ: ſub appetitiuo aũt cõprehẽditur uoluntas. Hæc ille. ❡ Quinta propoſitio. In uolun tate ponẽdus eſt habitus ex actibus ſuis elicitis generatus. Probaꝰ;nã licet uolũ tas ex ſua libertate poſſit in actum ſuũ: uelle.ſ.& nolle reſpectu cuiuſcũq; obie cti:etiã quãticunq; intenſum ſine habi tu. Nã actus ſui eliciti ſunt in plena ſua poteſtate: & quãtũ ad ſubſtantiã actus, & quãtũ ad eius intẽſionẽ. Patet: nã cir ca obiectũ primò oſtenſum, reſpectu cu ius uolũtas nullũ prius habuit actũ:& ita nec habitũ põt habere uelle, aut nolle tãtę intenſionis, ꝙ potius eligeret mo ri,quã actũ illũ mutare: patet in martiri bus nolentibus immolare idolis:& hæ reticis nolentibus reuocare errores. Et ſicut primũ actũ tantæ intenſionis põt elicere ad oſtẽſionẽ obiecti ſine habitu: ita & ſcdũ,& tertiũ,& ſic de alijs: quia in omni actu uoluntatis requiritur oſten ſio obiecti, ſine qua nec põt uelle, nec nolle. Nihilominus ponendi ſunt habi tus in uoluntate quãuis ſecũdũ. Ockã. q.xvij. tertij quodl. hoc illud difficile poſsit probari: ſed ſolum perſuaderi,& rationabiliter teneri. Probatur: quia q libet experitur in ſeipſo, ꝙ poſt multos actus elicitos in uolũtate circa aliquod obiectũ facilius inclinatur, & intenſius ad eliciendum actus conſimiles modo poſt multos actus tales, quã prius: ideo licet uoluntas poſsit elicere actũ con trarium illi inclinationi propter liber tatem ſuam: tamen hoc erit cum diffi cultate, & cum triſtitia: & tamen prius poterat cum tanta delectatione elicere illũ actũ cõtrarium ſicut nũc iſtũ. Exem plum, aliquis perſonã ignotã primò oſtẽ ſam poteſt æquè faciliter amare, uel odi re:& tñ poſt multos actus diligendi eli citos circa illã nõ põt eã odire, niſi cũ triſtitia. Sed actus diligendi reſpectu il lius pſonę elicit cũ delectatione,& faci liter & cũ magna inclinatiõe: ergo nũc aliquid ſic inclinans iam eſt in eo, quod prius non fuit in eo:& illud nõ põt eſſe qualitas corporalis: cum uoluntas non ſit uirtus organica: ergo erit habitus ex actibus genitus: ſiquidem nihil aliud po teſt aſsignari. ❡ Corollarium. Reſpectu omniũ, reſpectu quorum ponitur habi tus in parte ſenſitiua: põt poni habitus in uolũtate. Probatur: quia reſpectu om nium obiectorũ ſenſus põt uoluntas ha bere actũ,& hũc frequentare, unde cau ſaꝰ inclinatio, qua faciliter,& cũ dele ctatione maiori poteſt elicere actũ: hoc aũt non ſit ſine habitu: igitur. ❡ Secun dò ſequitur: ꝙ maior eſt neceſsitas po nendi habitum in potentijs appræhen ſiuis tam ſenſus, quã intellectus, quàm in appetitiuis. Patet quia in appræhen ſiuis oportet poni habitũ ad eliciendũ actũ ſimpliciter: ita, ꝙ ſine habitu elici nõ poſſet: ut patet ex propoſitione ſecũ da. Sed in appetitiua nõ ponitur hac de cauſa (quia ſine habitu ad oſtenſionẽ obiecti põt elici actus) ſed tantum pro pter maiorẽ inclinationem, facilitatẽ, & delectationem. Cuius ratio eſt: quia potẽtia appꝛhẽſiua põt habere actũ circa obiectũ, obiecto nõ præſente in ſe, uel cognitiõe: ſed appetitus nõ exit in actũ ſuũ niſi obiecto actualiter cognito:& ita appetitus nõ põt eẽ in actu ſuo, niſi alia potẽtia.ſ.cognitiua ſit in ſuo actu. Phã taſia aũt ſiue ſenſus interior põt eẽ in actu: dũ ſenſus exterior nihil actu ſentit: & intellectus ſimiliter dũ ſenſus actu nõ ſentit. ❡ Secundò dubitatur: ad quid po naꝰ habitus, ſiue quid operetur in poten tia. Rñdetur, ꝙ communiter quatuor con ditiones attribuunꝰ habitui tã a philoſo pho, quã a doct. Nam facit potentia, in quo eſt, elicere actũ ſuũ, ad quẽ inclinat delectabiliter, faciliter, prõptè,& expe ditè. Cõtra moleſtãtia quoad primũ: re ſiſtentia cõtraria quoad ſecũdũ: retardã tia quoad tertiũ: cõtra impedĩtia quo ad quartũ. Verũ, licet illę cõditiões fre quẽter inueniunꝰ in habitu, nõ tñ uni uerſaliter in omni habitu: nec ſufficiũt ad ponendum habitũ. Primum patet: qa habitus inclinãs intellectũ ad ſpeculan dum, uel ad aſſentiẽdũ alicui principio,

Pꝑo. 5. X

Dub. 2. AA Conditiões habitus.

uel cócluſioni naturali nō delectat in-
tellectum: licet delectatio poſtea ſequi
poſſet in uoluntate ſibi complacen-
te in illa ſpeculatione. Itē habitus incli
nans ad odiendum aliquem non incli-
nat delectabiliter, ſed magis triſtabili-
ter. Nullus enim delectabiliter uult al-
teri malum, licet ſi malum illud ſequi-
tur, uoluntas delectetur. Secundum pro
batur: quia habitus quandoq; ponitur
propter ſubſtantiā actus: ut patet in po
tentijs appræhenſiuis: ut dictū eſt pro-
poſitione ſecūda prioris dubij. unde hu
ius dubij ſolutio pendet ex priori. Qua
re breuiter dicitur: ꝙ habitus quandoq;
ponitur neceſſariò propter ſubſtantiam
actus, qui ſine habitu a potentia elici
non poſſet: ut ſupra habitū eſt. ❡ Poni-
tur etiam ad inclinandū potentiā: & ſic
inclinando potentiā coagit potētię ad
productionem actus, tanquā cauſa par-
tialis: & ex hoc, ꝙ coagit, ſequitur faci
litatio, & prōptitudo eliciendi actū: &
quia habitus determinat potentiam in
eliciendo. i. rectitudo ſecundū inclina-
tionem habitus. Nam expeditè. i. con-
formiter ad inclinationem habitus re-
ctè, uel diſtortè ſecundū ꝙ habitus fue-
rit uirtuoſus, & uitioſus. Et ex illis ſe-
quitur delectatio in eliciendo actū. Cō
placet. n. ſibi potentia in facilitate prō
ptitudine, & expeditione maximè, qñ
obiectū eſt cōueniens, prōptè ualet. i. fe
ſtinanter expeditè. i. rectè. Vide pro hoc
Dub. 3. dubio Ochā q. xvij. tertij quodli. ❡ Ter
tiò dubitatur: utrum inclinatio habitus
differat ab habitu, uel generalius: utrū
inclinatio formę differat a forma.
❡ Pro ſolutione notandum poſt Ochā
q. xix. tertij quodlib. & q. iiij. tertij ſen
ten. ꝙ. inclinatio dupliciter accipitur.
Inclina tio du- plic ter accipi - tur. Vno modo largè: & ſic nihil aliud eſt,
quā eſſe in potentia ad aliud ſine omni
actiuitate ad contrariū. Sic dicitur ma-
teria inclinari ad omnem formam, ad
quam eſt in potentia: & ſic inclinatio ni
hil addit ei, quod inclinatur: ſed & ipſa
forma, uel materia, quæ eſt in potentia
ad aliud. Secundo modo accipitur ſtri
ctius: ut addit actiuitatē ei, quod incli-
natur. Et ſic inclinari eſt eſſe in poten
tia naturali ad aliqd, reſpectu cuius ha-
bet actiuitatē: illo modo materia non
inclinatur ad quancūq; formā. Materia
n. reſpectu formæ nullam habet actiui-
tatem: & illo modo accipitur: cum ha-
bitui attribuitur. ❡ Et per hoc reſponde
tur ad dubiū, ꝙ inclinatio formæ impor
tat aliquē conatū formæ, ſine quo eſſe
pōt forma: qđ nihil aliud eſt, quā actio
quędā: ſiue actus, quē forma ſic inclinā
do producit: & per conſequens inclina
tio formę diſtinguitur a forma, quod ꝓ
batur de habitu. Nā habitus aliquando
inclinat intellectum: aliquādo nō: dor
mientem. n. non inclinat. Non enim
dormiens experitur ſe inclinatū ad in-
telligēdū: ſed tantū cum euigilat. Cum
ergo talis tranſit de contradictorio in
contradictoriū: aliquid eſt in intellectu,
quando euigilat, quod non eſt in eo, dū
dormit; & hoc non eſt habitus: quia ille
idem eſt in dormiente, & uigilante: ſe-
quitur ergo, ꝙ eſt diſtinctū ab habitu.
Similiter graue in loco proprio non in
clinat ad illum: quia inclinatio eſt uir-
tualiter reſpectu abſentis non habiti,
ſed habendi. Sed quando eſt extra locū,
tūc inclinat ad actū, ſ. motū deorſum:
& tñ grauitas manet ubiq;: igit̄ inclina
re eſt actū cauſare. ❡ Sed diceres graue
quieſcens ſuperius ſup trabē inclinat
deorſum: & tñ tūc nullū actū habet cū
qeſcat. ❡ Pręterea: habitus & paſſiones
ſēſus inclināt uolūtatē: & tñ nihil agūt
in uolūtate. ❡ Ad primū dicitur, ꝙ graue
quieſcens ſup trabē ſemp inclinatur ad
motū deorſum actiuè. Nā tandem fran
geret ſuſtentans ipſum; & tamen cum
frangit: non plus inclinatur, quā prius:
niſi eſſet tanta reſiſtentia ſuſtentantis,
ꝙ uinceret actionem grauis ipſum. Et
tunc graue propriè non inclinatur: eo
ꝙ tunc non habet aliquam actionem
reſpectu ſuſtentantis. Sicut nec incli-
natur ad locum, dum eſt in loco ſuo
naturali: quia tunc non habet actionē
aliquam reſpectu ſuſtentātis: quia tunc
non habet actionem aliquam reſpectu
loci naturalis. ❡ Si quęris, quæ eſt actio
grauis in trabem, dum quieſcit. Re-
ſpondetur, ꝙ eſt actio deperditiua.

Prima ſcilicet diminutio uirtutis reſiſtẽ di trabis : ſecunda actio eſt fractio trabis: tertia eſt motus grauis deorſum: omnium horum grauitas eſt cauſa effectiua ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ habitus, & paſsiones ſenſitiuę nõ inclinãt propriẽ actualiter uoluntatem : niſi dum habẽt aliquam actionem in uoluntate. Vnde dum obiectum habitus non apprehenditur, pura concupiſcibile, habitus non inclinat. Nullus enim obiecto non apprehenſo experitur ſe inclinari. Nam inclinationi habitus preſupponitur apprẽhẽſio obiecti: & tñ ita habitus ẽ in ſenſu, uel itellectu; dũ nõ apphẽdit obiectũ, ſicut dũ apphẽdit. Dũ uero apphẽditur obiectũ: quilibet experitur ſe inclinatũ ad concupiſcibile: niſi eſſet habitus fortior in uoluntate uincens: & ita neceſſe eſt nũc aliquid eſſe in uolũtate, quod prius non inerat propter tranſitum de contradictorio in contradictorium: & hoc nõ poteſt eſſe, niſi actus in uoluntate productus: & iſte actus dici poteſt primus motus, qui ſtatim ſequitur apprehẽſionem concupiſcibilis. Et ſimile eſt de habitu uitioſo in uoluntate, quo exiſtẽte, & apprehenſo obiecto, ſtatim ſentit ſe homo inclinatum ad actum uitioſum: quæ inclinatio nõ poteſt eſſe, niſi actus quidam in uoluntate productus. Cuius actus ſecundum aliquos habitus uitioſus ẽ totalis cauſa: & nulla reſpectu eius uoluntas hãbet cauſalitatem: ſecundum alios uero apprehenſio, & potentia cõcurrunt actiuẽ cum habitu. ¶ Sed tunc eſt dubiũ, quõ actus ille excuſat a peccato mortali. Nam ꝙ non ſit mortalis, patet: quia ſtat cum gratia : nam ponamus, ꝙ in aliquo ſit habitus uitioſus luxuriæ: puta in incontinente. Habitus ille manet infuſa gratia: quia habitus acquiſiti non contrariantur infuſis. Talis continens apprehenſo obiecto cõcupiſcibili, ſentit ſe inclinatum per habitũ uitioſum. Habet. n. cõcupiſcẽtias malas: ſ quis eas nõ ſequitur: ut uult philoſoph. Si ergo inclinatio eſt actus in uolũtate, quõ excuſatur a mortali, qm̃ ſtat cũ gratia. Qui dicũt actũ illũ cauſari ab habitu tanquã a cauſa totali, & non uoluntate, facile dicũt: ꝙ ideo nõ eſt peccatũ: quia nõ uoluntariũ. Nullus aũt actus a uoluntate nõ elicitus: neq; imperatus eſt uoluntarius: nec imputaẽ ad peccatũ, neq; uituperium. Qui uero dicunt actũ illũ ſimul a uoluntate cauſari: cõſequentur dicere habẽt, ꝙ licet uoluntas ſit libera reſpectu cuiuſcunq; actus ab ea eliciti, abſolute conſiderando actum: tamẽ cõſiderando actum aliquem uoluntatis in ordine ad alium actum, uel habitũ precedentẽ, nõ ſemper eſt libera. Vnde ponamus, ꝙ obiectũ charitatis ſit hoc totum. Deus, & quicquid deus uult diligi: & ꝙ diligã deum charitatiuẽ. Oſtenſo tamen per intellectum, ꝙ deus uult Ioãnem a me diligi. Iam ſtante priori actu, quo uolo diligere deũ: & quicquid deus uult a me diligi, non ſum liber ad nõ diligendum Ioannem. Et breuiter uoluntas uolens efficaciter antecedens, non põt nolle conſequens apprehenſum, ut tale: & tamẽ iſte actus reſpectu antecedentis, & conſequentis ſunt diſtincti: quia poſſunt ſeparari. Sic exiſtente habitu uitioſo in uolũtate apprehenſo cõcupiſcibili obiecto, non eſt libera uoluntas, ut nõ inclinetur. Et ita iſte actus inclinationis: quia nõ eſt in poteſtate uoluntatis: ſicut nec habitus uitioſus, poſt quam fuerit acquiſitus, nõ imputatur ad peccatũ: & per hunc modũ excuſantur primi motus a peccato. Et hoc uidetur Aug. iij. de lib. arb. iuxta finem dicere: ꝙ non eſt in poteſtate noſtra, quibus uiſis tangamur: quibus uiſiſ per intellectũ, tangamur per affectum. ſ. uoluntatem. Non ergo ſunt illi motus primi peccata: neq; etiam meritorij, ſi fuerint ab habitu uirtuoſo. Et licet uoluntas nõ ſit libera quantum ad actum illius inclinationis, eſt tamẽ libera ad non ſequendum eum. Poteſt. n. ex ſua libertate ſecundũ inclinationem gratiæ actũ contrarium elicere cum maiori conatu : & auertere intellectũ a cõſideratione prioris obiecti: ut ceſſet primus actus, ſiue inclinatio. Nam habitus, quando ſtat ſub actu contrario, tunc nõ inclinat: neq; habitus ille cogit uolũtatẽ ad cõſentiẽdũ ſuę inclinationi actu elicito libero:

quin poſſet elicere actum contrarium diſſentiendo: licet quādoq; difficile, ſit non conſentire. Vide latius Ockam. q. iiij. tertij ſenten.

Dub. 4. DD

An ex uno actu uirtuoſo poſsit generari uirt᷒.

¶ Quartò dubitatur: utrum ex uno actu uirtuoſo poſſet acquiri uirtus, ſeu habitus uirtuoſus. Dimiſsis multorum opinionibus: ſuppono nunc cum philoſopho: ꝙ uirtus eſt forma, uel qualitas augmentabilis: hoc eſt intenſibilis, & remiſsibilis: quodq; intenſio fit per additionem gradus ad gradum eiuſdem rationis ſe unientium: ac unā qualitatem conſtituentium. de quo in j. diſtin. xvij. quo ſuppoſito: primo uideatur de re: ſecundo de noīe. De primo dico: cū habitus, & uirtus generat̄ ex actibus, ut dictū eſt: quilibet actus gignit aliquā partem habitus, quam uocamus gradū. Partem dico certæ intenſionis. maiorē uel minorem: ſecundum ꝙ actus ipſe eſt perfectior, uel minus perfectus, puta ſecundum ꝙ eſt diuturnior: aut cum maiori conatu potentiæ elicitus. Breuiter ſecundum ꝙ actus ille eſt intenſior, uel remiſsior: ſcd̄m hoc maiorē, uel minorē partē gradus ꝓducit: ſic ergo primus actus aliquē gradū producit: ſcd̄s actus aliū eiuſdē rōnis, & ſpeciei cū priore, q̄ primò unitur: & tertius actus ſimiliter aliū gradū uel partē numero prioribus uniēdū: & ſic de alijs. Et quātò plures gradus producuntur, & uniuntur, tātò qualitas illa ex huiuſmodi gradibus cōpoſita erit intenſior. Et quantò intēſior: tantò firmius inhęret ſubiecto, tantò minus mobilis: & tantò fortius inclinat ad actus ſimiles. Exemplum eſt de illuminatione medij: ſi enim primò ponitur in medio aliquo lux remiſſa modicæ candelæ: lumen quidem remiſſum in medio producitur. Si additur ſecūda cādela: lumen aliud numero producitur, & priori unit̄: & mediū magis illuminatur: & ita per multiplicationem illuminantium, claritas medij magis, & magis intenditur. Sic ergo per diuerſas candelas lumen lumini additur: ac per hoc claritas medij augetur. Ita per actus ſingulos aliquis gradus gignitur, quibus unitis, & intenſis uirtus nominatur. Et ſic lux maior gradum luminis generat maiorē pluribus parum lucentibus. Ita operatio intenſa, intenſiorem gradū habitus producit, quàm plures operatiōes remiſſæ. Sic etiam eſt uidere de guttis lapidem cauantibus: nam quęlibet gutta aliquid operatur in lapide cauando: licet ſenſu imperceptibile: donec frequēter cadentibus guttis, tandem apparet lapidis cauatio. ¶ Nec ualet quorundam dictum: quòd ultima uel 1000. gutta cauat in uirtute priorum, quia non eſt aſsignare, quæ ſit illa uirtus, quā guttæ præuiæ præſtent poſteriori. Nec per priores lapis diſponitur ad cauationem: quia quæro de illa diſpoſitiōe, quæ utiq; non fieret niſi per introductionem alicuius qualitatis, ſed nulla poteſt aſsignari; non liquefactio manifeſtum eſt: nec humiditas, quoniam ſi totus iaceret longo tempore in aqua, nō cauaretur: nec plus ad cauationem diſponeretur. Ideo non plus ultima gutta operatur in lapidæ, quàm prima, ſi ęquali uehementia cadunt. Sed quælibet aliquantulum cauat: & cauatio modica per priores guttas inducta, per poſteriores augmentatur: ſic ſuo modo de habitu, & uirtute. Patet ergo, ꝙ per quamlibet operationem uirtuoſam aliquid uirtutis (quod eſt ſubſtantiale uirtuti, & pars eius) producitur. Et ſi quælibet pars uirtutis eſſet uirtus, per quamlibet operationem uirtuoſam uirtus produceretur ſaltem partialis: licet propter eius remiſsionem eius inclinatio ad actus ſimiles non perciperetur, donec per plures actus intenderetur. Hæc de re ipſa.

E B

Virtus ſimiliter & habit᷒ capiū-tur dupliciter.

¶ De nomine: quia nomina ſunt ad placitum: poteſt uirtus uno modo accipi pro qualibet qualitate genita ex actu uirtuoſo nata inclinare ad ſimilem, ſiue intensè, ſiue remiſſe. Alio modo accipitur ſtrictius pro qualitate genita ex actu, uel actibus uirtuoſis: difficulter mobilitate intēſionis, ꝙ ſufficit inclinare potētiā ꝑceptibiliter ad ſimiles actus, delectabiliter, faciliter, prōptè & expeditè eliciēdos: & ita communiter accipitur tam a philoſopho, quàm a doctoribus: unde dicit philoſophus. j. Ethicorum. cap. viij. Vna Hirundo uer non facit: neq; una

dies:ita nec beatum una dies: nec paucum tempus. Eſt autem beatitudo operatio ſecundum uirtutem perfectiſsima, & ita uirtutem non facit operatio una, uel paucæ. Et ij. Ethico. frequenter declarat ex multis operationibus uirtutem generari. Cuius ſignum dicit eſſe uoluntatem, id eſt delectationem ſuperuenientē in operibus. Primo igitur modo accipiendo uirtutem ex uno actu uirtuoſo, ſiue remiſſo generatur uirtus: quia aliquid uirtutis. Accipiendo uero ſecundo modo: uirtus ex pluribus actibus frequentatis generatur: & non ex uno ſolo niſi (quod rarum) ualde extenſo. Ex quo ſequitur, ꝙ ſic ſtrictè accipiēdo uirtutem: non quęlibet pars uirtutis eſt uirtus. Patet: quia gradus remiſſus eſt pars uirtutis: ſed non eſt uirtus. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ uirtus non eſt eſſentialiter id eſt abſolutè uirtus. Patet: quia omnis denominatio eſſentialis, & abſoluta conuenit omnibus, quæ ſunt eiuſdem rationis: ſed uirtus non conuenit parti uirtutis, gradui ſcilicet remiſſo: quæ tamen ſunt eiuſdem rationis eſſentialis cum toto. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ nomen uirtus connotat intentionē habitus, propter quā perceptibiliter, & prōptè inclinat ad actus ſimiles, quo connotato deficiente deficit, & ſuppoſitio. Vnde ſicut lapis non dicitur cauus, donec multis minimis partibus ablatis appareat cauitas. Ita gradus uirtutis per ſingulas operationes acquiſiti, non dicuntur uirtus, donec intendantur, & modo dicto inclinent. Et ſicut dicitur de uirtute: ita dici poteſt de habitu: quod non quęlibet pars habitus dicetur habitus: ſed ſolum intenſa difficulter mobilis. Et ſecundum hęc oportet diffinitiones tā uirtutis, quā habitus ſuppoſitas moderari. ¶ Quintò dubitatur de ſubiecto uirtutis: utrum in ſola uoluntate: an in appetitu ſenſitiuo ſolo ſit uirtus moralis: an in utroq;. Huius dubii ſolutio ſatis habetur ex ſupradictis præſertim in dubio. Vnde breuiter dicitur: ꝙ uirtus ſeu habitus uirtuoſus intrinſecè eſt in ſola uoluntate ſubiectiuè. Patet: quia in eadem potentia ſunt actus, & ha- Dub. 5. FF Virtus.

bitus ab eo genitus: ſed in ſola uoluntate eſt actus intrinſecè uirtuoſus: ergo. Probationes patēt ex dictis. Secundò dicitur: ꝙ uirtus extrinſeca denominatiuè eſſe poteſt in appetitu ſenſitiuo, ſimiliter, & in potentia executiua. Patet; quia ubicunq; poteſt eſſe habitus inclinans ad actum conformiter rationi rectæ elicitum, uel imperatum a uoluntate poteſt eſſe uirtus: ſed talis actus pōt eſſe in potentia appetitiua, & executiua: nam uolūtas poteſt imperare illis potentiis: quoniam eis principatur principatu politico, ſcilicet appetitui ſenſitiuo, aut diſpotico, puta potentiæ executiuæ. ¶ Tertiò dicitur: impoſsibile eſt uirtutem moralem eſſe in aliqua potentia inferiori ad uoluntatem: niſi ſit uirtus ei correſpondens in uoluntate. Probatur: quia nulla uirtus de nominatione extrinſeca poteſt dici uirtus, niſi ſub ordinetur uirtuti eſſentialiter, & intrinſecè: ſicut nec actus poteſt dici extrinſecè uirtuoſus, niſi imperetur ab actu uirtuoſo intrinſecè: ſed in ſola uoluntate eſt uirtus intrinſecè, ſine qua non eſt uirtus extrinſeca denominatione: igitͣ non poteſt eſſe uirtus extra uoluntatē: niſi ſit uirtus correſpondens in uoluntate. Vide Ockam. ii. quodlib. q. xvi. itē q. x tertii ſenten. ¶ Sextò dubitatur: quia ſatis dictum eſt uirtutem generari ex actibus uirtuoſis: & etiam ex eiſdem augmentari, ſicut dicit philoſophus. cap. ii. Sed non ſolum generationes, & augmētationes ex eiſdē fiūt, & ab eiſdē. ſ. operationibus: eſt dubiū quō uirtus, & generaliter habitus corrūpitur. ¶ Rńdetur, ꝙ uirtus duobus modis corrūpitur. Primò per habitum contrarium genitum ex actibus uitioſis. Vnde introducto errore circa aliquam concluſionem, ſcientia eius corrūpitur. Similiter in uirtute morali introducto habitu uitioſo per frequentatos actus uitioſos: corrūpitur ꝓ exiſtens uirtus. Habitus enim uitioſus contrariatͣ uirtuoſo: ideo ſimul ſtare nō poſſunt. Sicut enim medium extremis contrariatur: ita habitibus inclinans ad mediū contrariatur habitui inclinanti ad extrema: & accipio habitū, & Dub. 6. GG Virtus dupliciter corrumpit.

corollario.iij.eo,quòd eſt modo quodã ſpeciali actus illius cauſatiua De quo la tius uide.quæſtio.xij.tertij ſenten.& q. vj.iiij.quodlibet Ockam de connexio ne uirtutum in articu. iiij. tertij. arti-

L. culi principalis ¶ Si quæris, quis eſt pri mò,ſeu eſſentialiter uirtuoſus exterior, uel interior intellectus, uel uoluntatis.

Solus actus uoluntatis eſt eſſentialiter: ad primò uirtuoſus.

Reſpondetur poſt Ockam quæſt.vi.iiij. quodlibet,& iii. quodlibet. quæſt.xiii. Item.quæſt.x.& xii.tertij ſentẽ.Primò, ꝙ actus omnis euiuſlibet potentiæ alte-rius a uoluntate uirtuoſus eſt accidentaliter,ſeu contingenter uirtuoſus.Patet:quia quilibet talis poteſt idẽ manẽs primò eſſe uirtuoſus:poſtea uitioſus, & ecõuerſo:ergo. Antecedens patet de actu exteriori,puta tranſitu ad eccleſiã, qui poteſt primò fieri propter ſui oſtenſionem,aut alium finem malum:& tunc eſt uitioſus. Et continuatè eodem fieri poteſt ille tranſitus(mutata intentione)propter deum, & ſic erit uirtuoſus. Similiter patet de actu ſenſus exterioris,uel interioris:puta uidere,audire,tãgere,phantaſiari,quatenus ſubſunt imperio uoluntatis. Patet quoque de actu intellectu,ſcilicet intelligere, ſtudere, ſpeculari &c. qui poteſt primò fieri ex uoluntatis imperio propter finem debitũ,& alias circũſtantias:& erit ſpeculatio uirtuoſa:& poteſt continuari mutata intentione uoluntatis ꝑpter finẽ malũ,& erit ſic uitioſa. Secũdò dicitur, ꝙ ſolus actus uoluntatis elicitus conformiter rationi rectæ quantum ad finem, & cæteras circumſtantias, eſt primò intrinſecè,& eſſentialiter uirtuoſus, & ſolus actus uolũtatis elicitus dictamen rectæ rationis eſt eſſentialiter,& primò uitioſus.Probatur:quia ſolus talis actus ſic eſt uirtuoſus,ꝙ manẽs idẽ naturaliter, non poteſt fieri non uirtuoſus : ergo. Cõſequẽtia tenet ex quid nois actus eſſentialiter uirtuoſi . Antecedens patet: quia(gratia exempli)uelle intrare eccleſiam cõformiter ad rationẽ rectam, ſcilicet propter diuinum præceptum, oportet:& ſicut oportet,&c.ſic eſt uirtuoſus : ꝙ naturaliter non poteſt manens fieri nõ uirtuoſus,& ſic eſt de quo libet alio uelle,& nolle conformiter ad rõnẽ rectã elicito.Et accipio cõformiter ad rõnẽ rectã elicito.Et accipio conformiter ut ſupra ſtrictẽ,ut includit oĩa reqſita ad actũ uirtuoſum.Aſſumptũ ꝓbatur:qꝛ ſi actus ille poſſet fieri uitioſus: hoc cõtingeret propter hoc, qꝛ fieret difformis rationi rectę propter mutatione intẽtionis finis,uel alterius circũſtãtię:ita, ꝙ uellet intrare eccleſiam non propter deum:ſed propter alium finem malum:uel intrare quãdo non oportet, uel qñ non oportet &c. cõtra dictamẽ rationis rectę:ſed hoc non. Maior ẽ manifeſta. Minor patet:quia mutata intentione finis,uel alia circumſtantia nõ manet idem uelle elicitum . Non enim eſt idẽ uelle in uoluntate,uelle intrare eccleſiã propter diuinũ præceptũ: & uelle intrare propter uanam gloriam . Quod probatur:nã illorum duorum actuũ, nõ eſt idem obiectum : immo ſunt obiecta diſtincta ſpecie. & per cõſequẽs illa duo uelle diſtinguuntur ſpecie. Cõſequẽtia tenet,quia diſtinctio actuũ arguitur ex diſtinctione obiectorũ.ii.de aĩa.Antecedens probatur : quia illi duo actus habẽt diſtinctos fines in caſu : ergo diſtincta obiecta. Conſequentia tenet:qꝛ finis ẽ principale,& primariũ obiectũ actus eliciti.Similiter,& oẽs aliæ circũſtãtiæ recta.ſ.ratio,tempus,locus,modus &c.ſũt obiecta ſecundaria partialia actus eliciti uoluntatis: ergo quocunque illorum mutato,mutatur actus elicitus.Antecedens probatur de fine , ſicut ſupra probatum eſt de recta ratione:nã illud ẽ obiectũ actus eliciti,ꝙ uoluntas actu elicito uult,uel poſito nõ uult:ſed uoluntas uolens aliquid propter finem, magis uult finẽ:ſcđm regulã philo. j poſteriorũ.Nã propter , ꝙ unũ quodq; tale &c. ergo finis ẽ principalius obiectũ ipſius uelle,quã id quod uult propter finẽ.Similiter đ alis circũſtãtiis,loco, tpe&c. nam uolens actũ aliquẽ exteriorẽ ſecũdũ rectã rationem in certo loco , & tẽpore:per idem uelle etiã tendit in locũ illum,& tempus: quia eodem uelle, quo uult aliquid ſecundum omnes circũſtantias a ratione recta dictatas, uult ẽt illas.

circũſtantias: licet minus principaliter uelit illas circũſtantias tẽporis, loci &c. quã illud, quod uult in loco, & tpe: ergo ſunt obiecta actus eliciti: licet ſecũdaria uel minus principalia. Finis uero (ut dictũ eſt) eſt obiectum primarium, & principaliſs mũ: cũ magis uult uolũ as finẽ, q̃
M media. ¶ Si quæris: quare dicuntur circũſtantiæ, ſi ſunt obiecta. Reſpondetur poſt Ockam iij quodlibet. quæſt. xv. q; ſunt circumſtantiæ actuum imperatorum, aliarum potentiarum, qui ſunt uirtuoſi tantum denominatione extrinſeca. Tales enim actus, quia poſſunt eſſe uirtuoſi, & uitioſi: & manent ijdem uariatis circumſtantijs (ut comedere) nõ uariantur propter uariationem intentionis finis, uel loci: quia ex his uariatis poteſt continuari idem actus comedendi: & per conſequens non ſunt obiecta: ſed circumſtantiæ. Circumſtantia enim actus eſt aliquid non de eſſentia, uel cauſa actus, quo uariato actus in ſe non uariatur: ſic de actu intellectus, ſtudio, ſpeculatione: qui idem manens poteſt fieri, & bono fine, & malo: ſed & contra dictamen rectæ rationis. Et breuiter omnium actuum uirtuoſorum per denominationem extrinſecam, ſcilicet per cõformitatem ad actum eſſentialiter uirtuoſum finis, locus, tẽpus &c. ſunt circũſtantiæ. Sed actuum primò, & intrinſecè ſeu eſſentialiter uirtuoſorum ſcilicet elicitorum a uoluntate conformiter rectæ rationis ſunt obiecta ſecundaria, p̃ter finem, qui eſt obiectum primarium, & principale, & cauſæ partiales huiuſmodi actus eliciti. Exemplum dictorum declarationum ponit Ockam. q. x. tertij ſenten. in dubio. iiij. quod dubium notandum eſt pro intellectu, & concordia dictorum in j. diſtin. j. an ſcilicet uolũtas poſſit uno actu diligere finẽ, & id, q; eſt ad finẽ: & an actus diligendi deum propter ſe, & propter aliud ſint actus diſtincti ſpecie. Item an ex uariatione obiectorum primariorum mutetur actus: an denique fines ſunt obiecta primaria uoluntatis, uide ibi ponamus ergo, quod ad hoc, q; uelle orare deum ſit actus perfectè uirtuoſus: requirantur illæ circumſtantiæ, q; uelit orare propter honorem dei ſecundum dictamen rationis rectæ in tempore ſtatuto, puta die dominica. in loco debito, puta in eccleſia: tunc ille actus dicitur uirtuoſus. ſi licet uelle ſic orare deum. habet honorem dei pro obiecto principali: actum orandi pro obiecto communi. rationem rectam, diem dominicam &c. & eccleſiam pro obiectis ſecundarijs, & partialibus: ita q; reſpectu actus uoluntatis eliciti, ſcilicet uelle ſic orare, illæ circumſtantiæ ſunt obiecta, & cauſæ effectiuæ partiales. Sed reſpectu actus exterioris, puta actus orandi non ſunt obiecta partialia: quia actus ille dicitur obiectũ cõmune uolũtatis, & actus ab eo eliciti: nec hẽt illas circũſtãtias pro obiectis: ſed actus orandi habet pro obiecto uerba orationis actus comedendi cibum, ambulandi uiam. Sed circumſtantiæ nihil faciunt ad actus illos: ſed tantum circumſtant ſine aliqua cauſalitate: quia actus illi exteriores eẽ p̃nt ſine circumſtãtijs illis omnibus, uel quibuſdam: & etiã cum eis. Et ideo actus exterior intẽtus dr̃ obiectũ actus interioris uolũtatis: principale quidẽ, & cõmune: ſed non primũ: q̃a finis principalior eſt: q̃a magis uolitus. Principale: q̃a principaliter intentum a uoluntate. Cõe q̃a põt idem manere reſpectu multorũ actuum uolũtatis: ut ſi primò uel in orare p̃ honore dei: ibi orare eſt obiectum commune. Si poſt uelim orare tempore ſtatuto: iam uariatur actus uoluntatis: & poteſt manere idem actus orandi. Si adhuc uelim orare ad honorem dei, & tempore ſtatuto: & propter rationem rectã ſic dictantem, actus uoluntatis interior uariatur. Sed actus exterior orandi manet idẽ, & ideo dicitur obiectũ cõmune: q̃a poteſt manẽs idẽ, eſſe obiectum multorũ actuũ uolũtatis non ſolũ dictorum: ſed etiam difformitãtirationi rectæ: ut ſi uelit orare propter uanam gloriam: & reſpectu illius actus exterioris finis, locus, tempus ſunt circumſtantiæ: quia poteſt manere cum illis circumſtantijs, & ſine eis. ¶ Sed eſt dubium, an ſit aliquis a- N
ctus indifferens elicitus uoluntatis, ſicut eſſe poteſt in alijs potentijs. Du-

Finis, locus, & tẽpus, quorum actuum ſunt obiecta, & quorũ circumſtantiæ.

Differẽtia inter obiectũ commune, & principale.

Vtrum in uolũtate poſſit eſſe actus indifferẽs

biumiſtud tangit Ockam in iij. quæſt. x. dubio ulti. & reſoluit ibidem. de quo etiam & de alijs dictum fuit in. ij. diſtin. xlj. Itaq; poſt prædicta reſpondetur ſub diſtinctione: quia aut tenetur, ꝙ in uolũtate poſſunt eſſe ſimul plures actus uolendi naturaliter: aut non. Si non: tunc in uoluntate poteſt quidem eſſe actus indifferens id eſt nec bonus, nec malus moraliter: ut actus, quo uult aliquid ad eius ſimplicem appræhenſionem: neque conformiter rationi rectæ: neq; diſformiter: ſed non poteſt eſſe in uoluntate actus indifferens, qui fit primò nec bonus, nec malus: & poſtea fiat bonus, aut malus: quia non poſſet fieri bonus niſi per conformitatem ad alium actum uoluntatis intrinſecè bonum: ſed ille non poteſt ſimul cum eo eſſe in uoluntate, ſecundum ſic dicentes. Si uerò duo actus uolendi poſſunt naturaliter ſimul eſſe in uoluntate: quod probabilius eſt: ſic poteſt in uoluntate eſſe actus indifferens hoc modo: ut ſi uoluntas primò uelit dare eleemoſynam indigenti, non ordinando in finem aliquẽ: nec quia ratio dictauit; poſtea accedente rationis dictamine uoluntas uult illũ actum continuare conformiter ad rationem rectam: & quia ſic dictauit ſecundũ omnes circumſtantias: tunc actus primus ſic continuatus eſt uirtuoſus denominatione extrinſeca, propter actũ uoluntatis conformiter rationi rectę elicitum, qui eſt eſſentialiter uirtuoſus. Recte, ſicut ſi diligo aliquem hominẽ ſimpliciter, & abſolutè, non attendendo aliquam circumſtãtiam bonam, uel malã: tunc ille actus diligendi eſt neuter, nec bonus: nec malus: & ita indifferẽs: ſi tũc ſtante illo actu, uolo hominem diligere propter deum, conformiter ad rationẽ rectam ſecundum omnes circumſtãtias requiſitas: ille ſecundus actus eſt perfecte, & intrinſecè uirtuoſus. Et primus, qui fuit indifferens eſt nunc uirtuoſus denominatione extrinſeca, quatenus continuatur conformiter actui eſſentialiter uirtuoſo, a quo imperatũ eius continuatio. Quod notãter dicitur: quia ſi non imperaretur a uolũtate per actũ, quo uellet illum primũ continuare conformiter ad rationem rectam, nullũ haberet ordinem ad actum uoluntatis intrinſecè uirtuoſum: & ita propter eum non eſſet uirtuoſus contingenter, ſeu denominatione extrinſeca. Similiter exemplificari poteſt de actu exteriori: ut comedere, ambulare, ſubuenire indigenti &c. qui ſinguli poſſunt eſſe indifferẽtes boni, uel mali: & mutari de uno in aliud propter alium, & alium uoluntatis actum eorum continuationem imperantem, indifferentem, uirtuoſum, uel uitioſum. ¶ Et nota, ꝙ ad hoc ut actus indifferens fiat uirtuoſus: non ſufficit aſsiſtentia rectę rationis, cui cõformetur: ſed oportet, ꝙ eliciatur actus nouus uolũtatis intrinsecę uirtuoſus eius continuationem conformiter ad rationem rectam imperans, hoc eſt nouum uelle, quo uoluntas uult actũ illum indifferentem, ut prius malum cõtinuare cõformiter ad rectam rationẽ: & hoc uelle ẽ eſſentialiter uirtuoſum. Hoc probatur. Tum quia ſi recta ratio ſolum aſsiſteret actui, actus indifferens non plus continuaretur propter hoc nunc, quàm ante aſsiſtentiam rationis rectæ: & ita ſicut prius cum non aſsiſteret actui, actus fuit indifferens, & non uirtuoſus: ſic & nunc cum ſolum aſsiſtit actui: nõ facit de indifferenti uirtuoſum. Ex conſequenti ſola aſsiſtentia rationis rectæ non ſufficit: ut latius tangit Ockam. q. xiij. tertij ſenten. Tum ſecũdo, quia tũc actus non uirtuoſus fieret uirtuoſus per aliquod merè naturale, quod non eſſet in poteſtate noſtra. Et eodem modo de non meritorio meritorius. Conſequẽs eſt abſurdum: quia laus, & uituperium, q̃ conſequuntur actus uirtuoſos, & uitioſos, propter ſolam uoluntatem (& non propter aliquẽ actum naturalẽ) attribuũtur, cũ in inuoluntarijs neq; laudamur, neq; uituperamur. iij. Eth. & ibidẽ. c. xiij Virtus uoluntarium eſt: nihil minus, & malitia uoluntarium utiq; erit ſimiliter. Probatur autem conſequentia: quia ſi per ſolam poſitionem actus prudentiæ fieret actus indifferens, uirtuoſus, qui prius propter carentiam illius actus non

fuit

fuit uirtuoſus: cum actus prudentiæ ſit merè naturalis: ut infra dicetur in diffinitione uirtutis: in uer. electiuus: & nullo modo in poteſtate noſtra: puta aſſenſus dictaminis prudentiæ ſiue rationis rectæ (hoc enim intelligitur per actū prudentiæ, requiſitum ad uirtutem, non appræhenſio dictaminis) ſequitur, ꝙ per poſitionem, uel remotionem actus merè naturalis: de non uirtuoſo actu fieret uirtuoſus, uel econuerſo. Et per merè naturale, quod nō eſt in poteſtate noſtra: de indigno uita æterna fieret dignus uita æterna conſonat Ockam. q xv. tertij quodlibet. ❡ Ex his patet, quid bonitas moralis ſuperaddit ſubſtantię actus uirtuoſi. Nam ſubſtantiæ actus eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſi nihil ſuper addit: quia bonitas eius moralis eſt met actus ille. Nec poteſt eſſe actus ille, quin ſit bonus moraliter: licet habeat plures cauſas partiales, ſcilicet potentiam, rationem rectam, & omnes circumſtantias, quæ ſunt eius obiecta partialia, & cauſæ partiales: ſed illa nihil ſunt ſubſtātiæ actus: ſed ſunt cauſæ partiales integrātes unam cauſam totalem cum deo, a quibus actus habet ſuam ſubſtantiam, & bonitatem. ❡ Sed bonitas moralis actus uirtuoſi contingēter addit ad actū uoluntatis eſſentialiter uirtuoſum actū contingenter uirtuoſum conformiter ſibi fieri, uel continuari imperantem. Addit quidem, non ut ſit aliquid actus contingenter uirtuoſi: ſed quia actus contingenter uirtuoſus ſine eo non poteſt eſſe uirtuoſus, licet ſine eo poſſit eſſe idem actus, qua prius. Vide ad propoſitum Ockam. iij. quodli. queſt. xiiij. & x. iij. ſent. ❡ Sicut autem dictum eſt de actibus: ita ſimiliter dicendum eſt de habitibus ex actibus genitis. Nam & habituum quidam ſunt eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſi: quidā tantum extrinſecè, ſiue contingenter. ❡ Eſſentialiter uirtuoſi ſunt, qui geniti ſunt ex actibus uolūtatis elicitis eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſis: & hi tantum ſunt in uoluntate. ❡ Habitus cōtingenter uirtuoſus eſt, qui gignitur ex actibus contingēter uirtuoſis: ſicut habitus aliarum potentiarum: puta intellectus ſenſus, aut potentiæ executiuę, dum generantur ex actibus a uoluntate imperatis. Omnes enim illi indifferenter inclināt ad actus laudabiles, & uirtuoſos, & uituperabiles ſeu uitioſos: quia inclinant ad actus ſimiles eis, ex quibus generantur, qui aliquando ſunt uirtuoſi: quandoq; uitioſi extrinſeca denominatione. Hæc eſt .n. ſententia beati Tho. in. iij. ſcrip. diſ. xxiij. q. iij. ubi dicit: ꝙ ſolus habitus uoluntatis eſt bonus formaliter. Cæteri ſunt boni materialiter; non bonitate ſui generis: ſed bonitate ſuę uoluntatis: hoc intelligens per ly formaliter, quod ſupra dictum eſt eſſentialiter: neceſſario, uel intrinſecè: & hoc per materialiter quod ſupra per ly extrinſeca denominatione, uel cōtingenter. ❡ Sed di. uidetur, ꝙ nullus habitus ſit extrinſecè, ſeu eſſentialiter uirtuoſus. Tū quia habitus non eſt in poteſtate uolūtatis: naturaliter enim generatur ex actibus. Tū quia naturaliter inclinat ad actus ſimiles: & non ex electione uoluntatis. Tum tertiò: quia omnis habitus eſt indifferens ad actum, tam uirtuoſum, quàm uitioſum; quia naturaliter inclinat ad actum ſecundum ſubſtantiam actus non attendendo circumſtantias: ſiue utrum actus ipſe illo fine, ſiue alio eliciatur a uoluntate: ſicut patet de habitu temperantiæ, qui inclinat ad comeſtionē frugalem, quacunq; intentione, loco, uel tempore fiat. ❡ Ad prima duo respondet philoſophus. iij. Ethicorum. c. xiij. Habitus non ſunt in poteſtate uoluntatis eo modo, quo actus, & operationes: operationum enim domini ſumus a principio uſq; ad finem: quia ſicut uoluntariè uolumus: ita uolentes uel le continuamus. Habitus autem uoluntarij ſunt in principio: quia in noſtra poteſtate fuit ſic operari, ex quibus actibus geniti ſunt. Similiter eorum augmentatio in noſtra eſt poteſtate pro quanto actus, ex quorum frequentia augmentantur ſunt in noſtra poteſtate: & propter hoc dicuntur uoluntarij. Et per hoc patet ad primum: ꝙ licet habitus naturaliter

Quid ſuperaddat bonitas moralis actui.

Habitus aliter ē in poteſtate uolūtatis, quàm actus.

generantur ex actibus: tamen ipſi actus ſunt uoluntarij: & per hoc & habitus dicuntur uolũtarij. Nam in poteſtate uoluntatis eſt promouere, uel impedire generationem habituum. ¶ Ad ſecundum ſimiliter dicitur: licet naturaliter inclinet ad actus ſimiles: quia tamen habitus ipſe eſt in poteſtate uolũtatis ſaltem remota quoad eius generationẽ, & augmentationem: etiam eius inclinatio eſt uoluntaria modo dicto. Et licet habitus naturaliter inclinet ad actum, quantum eſt de ſe: tamen actus, ad quem inclinat, non producitur naturaliter, ſed liberè: quia ſolus habitus non ſufficit ad producendum actum: ſed requiritur potentia ipſa, ſcilicet uoluntas, quę nõ neceſſariò, ſed liberè utitur habitu, cum uult. Cum uero non uult: non utitur quantumcunq; intenſus fuerit. ¶ Ad tertium dicitur: ꝙ ratio procedit de habitu genito ex actibus uirtuoſis denominatione extrinſeca, quę ſunt indifferentes ſicut eorum actus: poſſunt ijdẽ eſſe uirtuoſi, & uitioſi ſucceſsiuè. Sed habitus geniti ex actibus eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſis non manent ijdẽ mutatis circumſtantijs: quia circumſtantię ſunt eorum obiecta: & ſicut uariant ſubſtantiã actus: ita & habitus: quia uniuerſaliter tanta eſt diſtinctio habituũ: quanta actuũ, ex quibus generantur: ut in primo patuit in prolo. Vnde & habitus temperantię intrinſecè uirtuoſus, q eſt uirtus perfecta non inclinant niſi ad actum temperantię elicitum conformiter rectæ rationi quãtum ad omnes circumſtantias dictatas a ratione recta: & ad nullum alium, & ita non ad quemlibet actum frugalem: ſed tantum ad frugalem eſſentialiter, & intrinſecè uirtuoſum: ex talibus enim dumtaxat eſt genitus. ¶ Ex his poteſt colligi intellectus diffinitionis uirtutis moralis acquiſitę, quã ponit philoſophus. ij. Ethi. c. vij. Virtus eſt habitus electiuus in medietate cõſiſtens quoad nos determinata ratione: & ut utiq; ſapiens determinabit, qui poteſt ſic exponi. Virtus moralis acquiſita eſt habitus electiuus in medietate conſiſtens id eſt habitus acquiſitus ex

Q
Virtutis diffinitio ſecundum philoſophum.

actibus ex electione uoluntatis elicitis, uel imperatis genitus medium inter abũdantiã, & defectum tenens quoad nos. i. ſecundum congruentiã obiectorum, & circumſtantiarum determinata ratione prout ſapiens determinabit. i. ſecũdũ determinationem prudentiæ, prout ſapiens. i. recta ratio ne utẽs dictabit. ¶ Dicitur in diffinitione, uirtus moralis acquiſita: quia de uirtutibus intellectualibus, aut infuſis in illa diffinitione nõ loquitur Ariſto. ¶ Dicitur in diffinitione habitus: quod ponitur pro genere, quo excluduntur actus uirtuoſi paſsionis, & potentię: licet enim actus ſint primò uirtuoſi: & eſſe uirtuoſum conuenit habitui ratione actuum: ſiquidem actus ſunt magis in poteſtate uoluntatis, quã habitus: ut patuit. Actibus. n. meremur nõ habitibus. Vnde. j. Ethi. c. x. Quẽadmodum in olympiadibus nõ optimi, & fortiſsimi coronãtur, ſed agonizantes: ita & eorum, qui in uita bonorum, & optimorum operantes rectè illuſtres ſunt: propter actus primò laudamur, & uituperamur. propter habitus autem ſecũdariò inquantum ex actibus bonis, uel malis generantur, & ad ſimiles inclinant: nihilominus actus non ſunt uirtutes: quia uirtus eſt manſiua, & difficulter mobilis: actus uero non. & ideo ſolus habitus eſt uirtus, non actus. Cuius finalis ratio non eſt niſi impoſitio, & uſus terminorum. ¶ Dicitur electiuus &c. propter habitus intellectuales ſcientiam, prudentiam, artem &c. Hi enim habitus nõ generantur ex actibus electiuis: non enim eligit uoluntas, cui uero aſſentiat intellectus ſiue ſpeculatiuo: ſiue practico. Nam uero euidenti intellectus diſſentire non poteſt: nec falſo aſſentire: neq; in hoc ſubeſt imperio, aut poteſtati uoluntatis. Verum habitus inclinãs ad ſpeculandum, ad ſtudendũ, ad ueritatem inquirendam, ad arguendum, ad ſyllogizãdũ, & ad quãcunq; operationem intellectus, aut ſenſus uel potentiæ executiuæ, quam imperare poteſt uoluntas: poteſt eſſe uirtus denominatione extrinſeca, & actus elicitus uolũtatis: talis actus imperans conformiter rõni rectæ eſt eſſen

Actus nõ ſunt uirtutes ſed habitus.

Pura ſpeculatio e praxis.

tialiter uirtuoſus. Omnes.n.tales operationes etiam puriſsima ſpeculatio praxis eſt, & imperio uoluntatis ſubiecta: poteſt.n.uoluntas imperare intellectui, ut ſpeculetur: & prohibere, ne ſpeculet: & hoc conformiter, uel difformiter rectæ rationi: & p conſequens uirtuoſe, uel uitioſe: licet non poſſet imperare intellectui, ut aſſentiret falſo: aut diſſentiat uero apparenti. Et hoc bene notandum eſt: unde habitus inclinans ad prædicandum ſtudẽdum, docendum, faciẽdum calceos, moralis eſt. Nõ autẽ habitus inclinans ad aſſentiendũ principijs, & concluſionibus ſcientiarum prudentię, aut artium. ¶ Dicitur in medietate conſiſtens: in medietate ſcilicet abundãtię, & defectus propter uitia, quę exiſtũt in extremis: dum.ſ.uel plus, quàm oportet: uel minus agitur. Hęc aũt medietas non accipienda eſt ſecundũ rẽ, ſiue pro portionem arithmeticã. Nã inter comedere.xx uncias, & vj.uncias medium rei ęqualiter diſtãs ab extremis eſt.xiij. & hoc quidẽ uni eſſet multũ, alij nimis modicum. Et ideò medium accipiendũ eſt quoad nos: hoc eſt quoad obiecta fines, & cęteras circumſtantias, ſecũdũ ꝙ nobis conueniunt. ¶ Dicitur determinata ratione &c. quia illud medium ſumendũ eſt, ſecundum ꝙ ratio recta, ſiue prudentia ſingula cõſiderans determinat, ſiue dictat. Et per hoc excludũtur actus indifferentes, qui eliciuntur ad nudã appræhenſionẽ obiecti, nullo rationis dictamine directiuo pręcedente: horũ habitus etiam ſi medium, tenerent, nõ eſſent uirtutes. Similiter ſi præcederet dictamen rationis: & tamen nõ propter hoc eliceretur actus, habitus eius nõ eſſet uirtus: ſicut nec actus uirtuoſus, ut dictum eſt. Et põt diffinitio breuius ſic poni in forma. Virtus moralis acquiſita eſt habitus inclinans ad actum uolũtariũ elicitũ, uel imperatũ conformiter ad dictamẽ rectæ rõnis. ¶ Quãtũ ad articulũ ſecũdũ, ponit̃ cõcluſio unica ad qſtionẽ reſponſiua. ¶ Virtus nõ eſt potencia, paſsio, nec actus: ſed habitus ad rationem rectam conformiter elicitiuus, uel imperatus. Iſta cõcluſio ſatis patet, quãtũ ad ſingulas particulas ex prædictis præcedẽti art. Philoſophus tñ eã probat.ij. Ethi.c.v. quantum ad ſingulas partes, ꝙ non ſit potentia: quia propter potẽtias neq; boni dicimur, neq; mali: nec laudamur, nec uituperamur. uirtute autem dicimur boni, & laudamur: & uitijs mali ac uituperamur: ergo potentia non eſt uirtus. ¶ Præterea potentiæ inſunt nobis a natura: uirtutes autem ex electione uoluntatis (ad intellectum prius expreſſum) ut ſupra dictum eſt in notabili tertio. Item uirtus eſt principium quo: potentia aũt principiũ: & p cõſequens non eſt potentia. Quòd etiam uirtus non ſit paſsio: probat ſimiliter, quia ſecundum paſsionẽ neq; boni, neq; mali ſumus: neq; laudamur, nec uitupamur. & hoc ſimpliciter, & abſolutè conſideratas, non ut diriguntur a ratione recta. Nemo.n. quia iraſcitur, aut timet ſimpliciter bonus eſt, aut malus. Sed ſi iraſcitur, uel timet: quõ, aut quando oportet &c. bonus: ſi qũo nõ oportet, malus. ¶ Pręterea: uirtus eſt ſecũdũ electionẽ: paſsiones uero nõ: quia frequẽter pręueniunt deliberationẽ, & uoluntatis electionẽ. ¶ Prætcrea: ſecũdũ paſſiones dicimur moueri: quia ſunt actus appetitus ſenſitiui, ſecundũ quos mouemur immediatè, & etiam ad actus exteriores. Sed ſecundũ uirtutes (quia ſunt habitus) non mouemur immediatè: ſed benè diſponimur ad producendũ actus uirtuoſos, qbus benè mouemur. Quòd nõ ſint actus uirtuoſi, uel uitioſi: pbat. c.iiij. quia uirtutes ſunt firmę, & immobiles.i. difficulter mobiles: actus uero tranſeunt, & ſunt facilè mobiles. Quòd autem ſint habitus: probat: quia ſecũdũ oẽs uirtus eſt aliquid in anima, & nõ paſſio, nec potẽtia: & ſub paſsione cõpręhendit̃ actus: ergo habitus. Cõſequentia tenet a ſufacienti diuiſione: Hæc.n. tria dũtaxat ſunt in anima. Quòd etiã ſit habitus rectę rationis cõmẽſuratus: oſtẽdit, quia uirtus coniectatrix eſt medij, quod dirigit, ac determinat ratio recta. ¶ Pręterea: concluſio illa quãtum ad omnes ſui partes ſatis patet ex diffinitione uirtutis, & eius declaratione.

Arti. 2. Concluſio reſpõſiua.

Arti. 3. Dub. 1. S Tantum de arti.ij. ¶ Quantum ad articulum tertium, dubitatur circa ea, quę dicta ſunt de habitu. Et eſt primum dubium in qua potentia ponendus eſt habitus. Pro illo dubio uide Ockã q. xj. & x. tertij ſent. & q. xvi. ij quodlib. & q. xvij. iij. quodlib. Itaq; poſt Ockã: reſpondetur per aliquas propoſitiones.

ppõ. 1. ¶ Prima. Neceſſe eſt ponere habitus in potentia executiua corporali. Probat: quia potentia executiua corporalis poſt multos actus corporales elicitos poteſt in conſimiles actus facilius, q̃ ante huiuſmodi actus elicitos: ut manifeſtũ eſt in ſcriptoribus, & in citharedis, & ſimiliter in aliis artificibus: ergo in illis potētijs executiuis (puta corporalibus membris) eſt aliquid additum, uel ablatũ, per quod iã poſſunt, quod prius non potuerunt. Nihil aũt eſt ablatũ, ut patet: ergo aliqd additũ, ſed illud eſt habitus, ut patet ex diffinitione habitus ſupra poſita. Eſt.n. qualitas genita ex actibus. Nulla .n. corporis diſpoſitione, aut medicina ſine frequentatione actuũ põt induci. Non enim niſi citharizando citharistę ſimus: ut dicit philoſophus: ergo. Ita habet Ockã q. xvii. tertij quodlib.

In quibus potẽtijs ſit ponendus habitus.

ppõ. 2. ¶ Secunda propoſitio. Neceſſe eſt ponere habitum in potentia cognitiua tã ſenſitiua, quã intellectiua. Probatur: quia potentia cognitiua poſt cognitionẽ intuitiuã, & primã abſtractiuã põt in ſimilem cognitionẽ abſtractiuã abſente obiecto & priori cognitione, in quam non poſſet, niſi præceſſiſſet cognitio intuitiua, & abſtractiua: ut patuit in ij. diſt. iij. ergo aliquid eſt derelictum, per quod potentia (tranſeuntibus prioribus cognitionibus, & obiectis) poteſt quod alias non poſſet. Illud autem derelictum eſt habitus. quia ex actibus genitum &c. inclinans ad ſimiles. Verum illud derelictum quidam nominant ſpecies ſenſibiles, uel intelligibiles intentiones, aut phantaſmata. Sed ſiue ſic, ſiue aliter nominentur, ſunt habitus. cũ eis cõueniat tota diffinitio habitus. ¶ Similiter põt argui de notitijs adheſiuis. Experimur enim, q̃ propoſitioni primo ignotæ, uel dubitatæ poſt primum aſſenſum per rationem acquiſitum, eiuſq; frequentiam, aſſentimus ad nudam eius appræhenſionem, non cogitantes de ratione probãte, cui ante primũ aſſenſum nullo modo aſſentiremus: ergo eſt aliquid derelictum in potentia, quod prius nõ fuit a primo aſſenſu: nunc ad ſimilem inclinante, & hoc eſt habitus: alioquin intellectus nõ eſſet aliter in potẽtia poſt actum, q̃ ante omnem actum: quod falſum eſt. Cum poſt primum actum poteſt in aliquos actus, in quos nullo modo potuit ante primum actum. Et hæc eſt ratio philoſophi iij. de anima ad ponẽdum habitus intellectuales: quia per habitum intellectus eũ uolumus intelligimus, etiam obiecto deſtructo. Itẽ ſecundum Ockã q. xvij. iij. quodli. in potentia apprehenſiua, ſimiliter & adheſiua poſt frequentes actus imaginandi redditur quis prõptus ad conſimiles actus, ad quos nullo modo redderetur promptus ante omnem actum imaginandi: ergo ex illis actibus imaginandi relinquetur aliquid, quod nihil aliud eſt, quàm habitus. ¶ Si dicis, ut idem arguit: phantaſia quandoq; exit in actus imaginandi ſine omni actu conſimili præuio: ſicut patet in furioſis, & phrenetici, qui multos habent actus imaginandi: & pleraq; loquuntur, quæ prius in ſanitate non imaginabantur. Similiter patet de ſomniantibus, aut dormientibus: qui multa ſomniant, quæ prius non imaginabantur. Reſpondetur: q̃ in talibus eſt multitudo actuum diuerſimodẽ ordinandorum, qui aliter ordinantur in ſanitate, & aliter in infirmitate; aliter in uigilante, & aliter in dormiente. Et quilibet illorũ actuũ pſupponit aliquẽ ſibi ſimilẽ in ſano, & uigilante. Et illo modo dormiens format propoſitiones, & ſyllogizat: quia uigilans audiuit propoſitiones, & terminos, & cõſimiles imaginatur tales adinuicẽ ordinãdo, & cõponẽdo, alio ordine, q̃ uigilãs audiuit. ſicut puer nõdũ peritus ſermone uoces, quas audiuit alio ordine imaginat, & repetit. Hæc ille. ¶ Tertia ppoſitio. Non põt ſufficienter, & euidenter probari, q̃ aliquis habitus ſit in appetitu ſenſitiuo ppõ. 3.

ſitiuo ponendus. Probatur poſt Ockā. q.xvj. ſecundi quodlib. quia omnia quæ experimur nobis ineſſe poſt frequentiam actus: experimur quandoq; in nobis per tranſmutationem corporalem ſine frequentia actus appetitiui. Quod probatur: quia omnis talis inclinatio, puta ad gulā, ad delectationem carnis: poteſt induci per qualitates corporales: ac per artem medicinę, & alias uias. Nā medici per artem ſuam diminuūt cōcupiſcentias: & ſic diſponunt ad actus caſtos. Tales etiā inclinationes auferūtur per tranſmutationē corporalē: puta per generationē caloris, uel corruptionem caloris, aut frigoris ſine omni actu appetitus ſenſitiui. ¶ Pręterea: poſt magnum exercitium actuū appetitus ſenſitiui: ſi corpus nōtabiliter tranſmutetur per infirmitatem, potationem, uel comeſtionē: ita fortes paſsiones, & actus inſurgūt in appetitu ſenſitiuo: ſicut ſi nō præceſſiſſent huiuſmodi actus exercitiorū laudabiliū: propter augmentum caloris, frigoris, & aliarū qualitatum: quod nō uidetur poſſe, ſi habitus poneretur in appetitu ſenſitiuo. Illi .n. ſi ineſſent, mitigarent huiuſmodi paſsiones. Non igitur poteſt ſufficienter probari, ꝙ habitus generentur ex actibus in appetitu ſenſitiuo immediatè ſubiectiuè exiſtentes in appetitu ſenſitiuo, quāuis ex actibus appręhenſiuis multi habitus immediatè generentur, ut refert Ockā ubi ſup. Nec poſt multos actus appetitiuos experitur quis ſe magis inclinatum ad conſimiles actus immediatè per habitus: ſed ſolum mediatè. Putā quando appetit comedere, & bibere: tunc poſt comeſtionē alicuius calidi, experitur ſe magis inclinatū ad actum concupiſcentię, quā ante actus appetendi: ſecus in cognitiua ſenſitiua. ¶ Si quęritur. Quid ergo eſt illud, quod manet poſt actus appetitiuos. Ad hoc reſpondetur ſecundū mētem doc. pręfati, ubi ſupra: ꝙ ſecundū philoſophū quandoq; ſunt paſsiones ſuperabundantes, quandoq; deficientes. Quando ſunt paſsiones ſupabundantes: tunc ad eliciendum actus uirtuoſos, oportet aliquam qualitatem deſtruere in homine, quę ad talem paſsionem inclinat, & iſta qualitas frequenter forte eſt calor. Exēplum. Intemperatus, & incontinens: in quibus tales paſsiones concupiſcentię ſuperabūdant, per macerationē carnis, & ſubſtractionem cibi remittit qualitatem illam inclinatiuam ad paſsiones cōcupiſcentiæ. Et poſsibile eſt, ꝙ eo ipſo, quo talis qualitas inclinatiua ad paſsionem concupiſcentię remittitur, uel extinguitur: generetur ſimul qualitas corporalis inclinans ad actus temperatos. Siquidem remiſsio qualitatis corporalis ſt per contrariam uoluntatem. De hoc tamen magis ad medicos. Si autem ſint paſsiones deficientes: tunc primò generatur aliquod inclinatiuum ad paſſionem talem: ſiue aliqua qualitas pręcedens corrumpatur, ſiue non: quia forte non ſemper quando aliqua qualitas corporalis generatur: alia ſtatim corrumpitur. Non tamen oportet dicere, ꝙ tales qualitates inclinatiuę ad actus conſimiles immediatè generentur ex actibus appetitus ſenſitiui: ſed ſolū mediatè. Actus enim poſteriores actibus appetitiuis generāt immediatè tales qualitates; ut docet doc. ubi. ſupra, uide ibi. Et ſicut dictū eſt de uirtute temperantię, cuius actus maximè excitantur per tranſmutationes corporales: ita etiā uidetur poſſe dici in alijs uirtutibus: licet in alijs ſit minus euidens. Non tamen uidetur neceſſitas ponendi habitus generatos immediatè ex actibus appetitiuis, ſenſus inclinantes ad ſimiles actus, quin omnia poſſunt ſaluari per qualitates corporales, ut de actibus fortitudinis, & ſimilibus.

¶ Quarta propoſitio. Probabile eſt, & ppc•
auctoritatibus conſonum in appetitu ſenſitiuo ponere habitus ex actibus appetitiuæ potentiæ immediatè genitos, ad actus ſimiles inclinantes. Probatur: omnis potentia, quę poſt actus frequētatos poteſt in conſimiles, & non contrarios: requirit habitum inclinantem tales actus: appetitus ſenſitiuus eſt huiuſmodi: niſi impediatur per uoluntatis imperium: ergo. Maior uidetur nota ex præcedentibus. Minor probatur: quia experimur, ꝙ poſt frequentes

actus fortitudinis: aliquis facillime, & cũ
delectatione aggreditur terribilia: ad
quę primò ante frequẽtiam actuum nõ
niſi cum quodam timore, ac difficulta-
te aggreſſus eſt. Nec uidetur hic ſuffi-
cere corporis diſpoſitio: quia etiam in-
corpore ęqualiter diſpoſito experimur
maiorem promptitudinem ad actus for
titudinis poſt frequentiam actuum, quã
ante. ergo præter qualitatem corporalẽ
(puta accenſionẽ ſanguinis circa cor;
quę prouocat iram ad appetitum uindi
ctę,) oportet ponere aliud inclinatiuũ
ad actus fortitudinis: quoniam poſt fre-
quentiam actuum etiam non irati: incli
nantur ad ſimiles actus: hoc autẽ incli-
natiuum nihil aliud eſt, niſi habitus. er-
go. ¶ Item potentia de ſe indifferens ad
plures actus, in quorum unum aliquan-
do fertur determinatè: ita, ꝙ non in op
poſitũ: niſi per imperium uoluntatis tã
quam potentię ſuperioris: indiget habi
tu ex actibus genito inclinante ad hu-
iuſmodi determinatẽ. Sed appetitus ſen
ſitiuus eſt huiuſmodi: ergo. Maior pa-
tet: quia huius determinationis magis
nunc, quàm prius oportet aſsignare cau
ſam. Et hæc non ſemper eſt qualitas cor
poralis: ut ſtatim argutum eſt; nec impe
rium uoluntatis. Nam in furioſis uſu ra
tionis carẽtibus patet, ꝙ in ſimiles actus
tendunt eis, quos prius frequentarunt:
nec ab eis retrahuntur niſi per triſtitiã
aliquam uincentem non plus, quàm bru
tum. ergo in eis eſt habitus ex prioribus
actibus derelictus, eos ad ſimiles incli-
nans, & determinans. Huic concluſioni
uidentur concordare dicta cõia. Nã ibi
ponẽdi ſunt habitus benè, uel malè diri-
gentes: ubi ſunt paſsiones dirigibiles:
tales ſunt in appetitu ſenſitiuo ſecundũ
prędicta: ergo. Itẽ. j. Ethi. c. ulti. Virtu-
tes morales ſunt in parte irrationali,
quę tamen participat rationẽ, & eſt obe
diẽtialis rationi. Hæc autem pars eſt ap-
petitus ſenſitiuus. Itẽ. iij. Ethi. c. ij. Poſt
hæc de tẽperantia dicamus. Videntur. n.
irrationalium partium hę eſſe uirtutes.
Loquitur de fortitudine, & temperãtia
per partes irrationales, obediẽtiales tñ
rationi: intelligit appetitũ ſenſitiuũ. ut
j. Ethi. exponit ſan. Tho. & idẽ uidetur
ſentire commentator commen. ulti. j.
Ethic. ¶ Verum nec auctori. illæ ui-
dentur negare uirtutes a uolunta-
te; eſt aduertendum, ꝙ philoſophus ꝑ
partem irrationalem obedientialẽ ta-
men rationi (quod additur propter
appetitum naturalẽ) intelligit omnem
appetitum cognitionẽ ꝑſupponẽtẽ, tã
ſenſitiuũ, quã intellectiuũ. Vnde. j. Eth. Irrationale duplex.
c. ulti. ponit duplex irrationale, & ſimi-
liter duplex rationale in homine.
Nam quoddam eſt irrationale, quod
nõ participat ratione ſicut plantatiuũ:
& potentia nutritiua in homine. Quę-
dã aliqualiter participant ratione, ſecũ
dũ ꝙ ſunt nata obedire rationi: exem-
plificat ſicut concupiſcibile. i. apppeti-
tus ſenſitiuus, qui cõcupiſcit. Nam fre-
quẽter philoſophus nomina in bilis po
nit loco nominum uerbalium in tiuus,
quę dicunt actum. Et uniuerſaliter appe
tibile. i. appetitiuũ: quod dicit propter
intellectiuum appetitum: ſcilicet uo-
luntatem. Nam appetitus tam ſenſi-
tiuus, quàm uoluntas perſuaderi poteſt
increpari, & admoneri, ut proce-
dat, uel nõ procedat ad actuum ſuorum
executionem. ¶ Similiter diſtinguit du- Rõnale duplex.
plex rationale. Quoddam eſt rationale
principaliter, & in ſeipſo: ſiue (ut alij di
cunt) per eſſentiam ſicut intellectus.
Quædam ſunt rationalia, quia obediũt
rationi ſicut filius patri, quæ ſunt ratio
nalia per participationem. Et ita in ho-
mine eſt aliqua uis irrationalis tantũ,
ſicut potentia nutritiua. Quędã uero
rõnalis tãtũ, ſicut intellectus, & rõ. Quę
dã uero ſecũdũ ſe irrõnalis: rõnalis aũt
participatiuè ſicut oĩs uis appetitiua tã
cõcupiſcibilis, quã iraſcibilis, & uolũtas.
Hęc Th. in cõmẽto. Et ſecũdũ hoc diui
dit philoſophus uirtutẽ in intellectualẽ,
& moralẽ: ponẽs intellectualẽ in rõnali
ꝑ eſſentiã. ſ. in rõne ſiue intellectu. Mo
ralẽ in rõnali ꝑ participationẽ. ſ. in ap-
petitiua parte, quę includit utrũq; ap-
petitũ ſenſitiuũ, & uolũtatẽ. Eſt ergo uo
lũtas irrõnalis ꝑ eſſentiã: rõnalis autẽ ꝑ
participationẽ. Nõ ergo philoſophus ꝑ
partẽ irrõnalẽ intelligit tãtũ appetitum

ſenſitiuū:ſed omnē appetitū:& ita uolū tatē. Huic cōcordat ſan. Th. prima ſecū dę.q.lvj.ar.vj. in ſolutione ſecūdę ratio nis.dicens. Rōnale p participationē nō ſolū eſt iraſcibilis,& concupiſcibilis: ſed omnino.i.uniuerſaliter appetitiuū: ſub appetitiuo aūt cōprēhēditur uoluntas. Hæc ille. ¶ Quinta propoſitio. In uolun tate ponēdus eſt habitus ex actibus ſuis elicitis generatus. Probat;nā licet uolū tas ex ſua libertate poſsit in actum ſuū: uelle.ſ.& nolle reſpectu cuiuſcūq; obie cti:etiā quātūcunq; intenſum ſine habi tu. Nā actus ſui eliciti ſunt in plena ſua poteſtate: & quātū ad ſubſtantiā actus, & quātū ad eius intēſionē. Patet:nā cir ca obiectū primò oſtenſum, reſpectu cu ius uolūtas nullū prius habuit actū:& ita nec habitū pōt habere uelle, aut nolle tātę intenſionis, ꝙ potius eligeret mo ri, quā actū illū mutare:patet in martiri bus nolentibus immolare idolis:& hæ reticis nolentibus reuocare errores. Et ſicut prēmiū actū tantæ intenſionis pōt elicere ad oſtēſionē obiecti ſine habitu: ita & ſcdū,& tertiū,& ſic de alijs: q;in omni actu uoluntatis requiritur oſten ſio obiecti,ſine qua nec pōt uelle, nec nolle. Nihilominus ponendi ſunt habi tus in uoluntate quāuis ſecūdū. Ockā. q.xvij. tertij quodl. hoc illud difficile poſsit probari: ſed ſolum perſuaderi,& rationabiliter teneri. Probatur:quia q libet expertur in ſeipſo, ꝙ poſt multos actus elicitos in uolūtate circa aliquod obiectū facilius inclinatur, & intenſius ad eliciendum actus conſimiles modo poſt multos actus tales, quā prius: ideo licet uoluntas poſsit elicere actū con trarium illi inclinationi propter liber tatem ſuam: tamen hoc erit cum diffi cultate, & cum triſtitia: & tamen prius poterat cum tanta delectatione elicere illū actū cōtrarium ſicut nūc iſtū. Exem plum, aliquis perſonā ignotā primò oſtē ſam poteſt æque faciliter amare, uel odi re:& tñ poſt multos actus diligendi eli citos circa illā nō pōt eā odire, niſi cū triſtitia. Sed actus diligendi reſpectu il lius pſonę elicit cū delectatione,& faci liter & cū magna inclinatiōe: ergo nūc

PPō. 5. X

aliquid ſic inclinans iam eſt in eo, quod prius non fuit in eo:& illud nō pōt eſſe qualitas corporalis:cum uoluntas non ſit uirtus organica:ergo erit habitus ex actibus genitus:ſiquidem nihil aliud po teſt aſsignari. ¶ Corollarium. Reſpectu omniū, reſpectu quorum ponitur habi tus in parte ſenſitiua: pōt poni habitus in uolūtate. Probatur:quia reſpectu om nium obiectorū ſenſus pōt uoluntas ha bere actū,& hūc frequentare, unde cau ſat inclinatio, qua faciliter,& cū dele ctatione maiori poteſt elicere actū:hoc aūt non ſit ſine habitu:igitur. ¶ Secun dò ſequitur: ꝙ maior eſt neceſsitas po nendi habitum in potentijs appræhen ſiuis tam ſenſus, quā intellectus, quàm in appetitiuis. Patet quia in appræhen ſiuis oportet poni habitū ad eliciendū actū ſimpliciter:ita, ꝙ ſine habitu elici nō poſſet:ut patet ex propoſitione ſecū da. Sed in appetitiua nō ponitur hac de cauſa (quia ſine habitu ad oſtenſionē obiecti pōt elici actus) ſed tantum pro pter maiorē inclinationem, facilitatē, & delectationem. Cuius ratio eſt: quia potētia apphēſiua pōt habere actū circa obiectū, obiecto nō præſente in ſe, uel cognitiōe:ſed appetitus nō exit in actū ſuū niſi obiecto actualiter cognito:& ita appetitus nō pōt eē in actu ſuo, niſi alia potētia.ſ.cognitiua ſit in ſuo actu. Phā taſia aūt ſiue ſenſus interior pōt eē in actu:dū ſenſus exterior nihil actu ſentit: & intellectus ſimiliter dū ſenſus actu nō ſentit. ¶ Secundò dubitatur: ad quid po nāt habitus, ſiue quid operet in poten tia. Rndetur, ꝙ communiter quatuor con ditiones attribuunt habituitā a philoſo pho, quā a doct. Nam facit potentia, in quo eſt, elicere actū ſuū, ad quē inclinat delectabiliter, faciliter, prōptē, & expe ditē. Cōtra moleſtātia quoad primū:re ſiſtentia cōtraria quoad ſecūdū:tetardā tia quoad tertiū:cōtra impedietia quo ad quartū. Verū, licet illę cōditiōes fre quēter inueniunt in habitu, nō tñ uni uerſaliter in omni habitu:nec ſufficiūt ad ponendum habitū. Primum patet:qa habitus inclinās intellectū ad ſpeculan dum, uel ad aſſentiēdū alicui principio,

Dub. 2. AA Conditiōes habitus.

uel cõcluſioni naturali nõ delectat intellectum: licet delectatio poſtea ſequi poſſet in uoluntate ſibi complacente in illa ſpeculatione. Itē habitus inclinans ad odiendum aliquem non inclinat delectabiliter, ſed magis triſtabiliter. Nullus enim delectabiliter uult alteri malum, licet ſi malum illud ſequitur, uoluntas delectetur. Secundum probatur: quia habitus quandoq; ponitur propter ſubſtantiā actus: ut patet in potentijs appræhenſiuis: ut dictū eſt propoſitione ſecūda prioris dubij. unde huius dubij ſolutio pendet ex priori. Quare breuiter dicitur: ꝙ habitus quandoq; ponitur neceſſario propter ſubſtantiam actus, qui ſine habitu a potentia elici non poſſet: ut ſupra habitū eſt. ❡ Ponitur etiam ad inclinandū potentiā: & ſic inclinando potentiā coagit potētię ad productionem actus, tanquā cauſa partialis: & ex hoc, ꝙ coagit, ſequitur facilitatio, & prōptitudo eliciendi actū: & quia habitus determinat potentiam in eliciendo. i. rectitudo ſecundū inclinationem habitus. Nam expeditē. i. conformiter ad inclinationem habitus recte, uel diſtorte ſecundū ꝙ habitus fuerit uirtuoſus, & uitioſus. Et ex illis ſequitur delectatio in eliciendo actū. Cōplacet. n. ſibi potentia in facilitate prōptitudine, & expeditione maxime, qñ obiectū eſt cōueniens, prōpte ualet. i. feſtinanter expedite. i. recte. Vide pro hoc

Dub. 3. dubio Ochā q. xvij. tertij quodli. ❡ Tertiò dubitatur: utrum inclinatio habitus differat ab habitu, uel generalius: utrū inclinatio formę differat a forma.

❡ Pro ſolutione notandum poſt Ochā q. xix. tertij quodlib. & q. iij. tertij ſenten. ꝙ. inclinatio dupliciter accipitur.

Inclinatio dupliciter accipitur. Vno modo largè: & ſic nihil aliud eſt, quā eſſe in potentia ad aliud ſine omni actiuitate ad contrariū. Sic dicitur materia inclinari ad omnem formam, ad quam eſt in potentia: & ſic inclinatio nihil addit ei, quod inclinatur: ſed & ipſa forma, uel materia, quæ eſt in potentia ad aliud. Secundo modo accipitur ſtrictius: ut addit actiuitatē ei, quod inclinatur. Et ſic inclinari eſt eſſe in potentia naturali ad aliqd, reſpectu cuius habet actiuitatē: illo modo materia non inclinatur ad quancūq; formā. Materia n. reſpectu formæ nullam habet actiuitatem: & illo modo accipitur: cum habitui attribuitur. ❡ Et per hoc reſpondetur ad dubiū, ꝙ inclinatio formæ importat aliquē conatū formæ, ſine quo eſſe pōt forma: qđ nihil aliud eſt, quā actio quędā: ſiue actus, quē forma ſic inclinādo producit: & per conſequens inclinatio formę diſtinguitur a forma, quod ꝓbatur de habitu. Nā habitus aliquando inclinat intellectum: aliquādo nō: dormientem. n. non inclinat. Non enim dormiens experitur ſe inclinatū ad intelligēdū: ſed tantū cum euigilat. Cum ergo talis tranſit de contradictorio in contradictoriū: aliquid eſt in intellectu, quando euigilat, quod non eſt in eo, dū dormit; & hoc non eſt habitus: quia ille idem eſt in dormiente, & uigilante: ſequitur ergo, ꝙ eſt diſtinctū ab habitu. Similiter graue in loco proprio non inclinat ad illum: quia inclinatio eſt uirtualiter reſpectu abſentis non habiti, ſed habendi. Sed quando eſt extra locū, tūc inclinat ad actū, .ſ. motū deorſum: & tñ grauitas manet ubiq;: igiř inclinare eſt actū cauſare. ❡ Sed diceres graue quieſcens ſuperius ſup trabē inclinat deorſum: & tñ tūc nullū actū habet cū qeſcat. ❡ Preterea: habitus & paſſiones ſēſus inclināt uolūtatē: & tñ nihil agūt in uolūtate. ❡ Ad primū dicitur, ꝙ graue quieſcens ſup trabē ſemꝑ inclinatur ad motū deorſum actiuè. Nā tandem frangeret ſuſtentans ipſum; & tamen cum frangit: non plus inclinatur, quā prius: niſi eſſet tanta reſiſtentia ſuſtentantis, ꝙ uinceret actionem grauis ipſum. Et tunc graue propriè non inclinatur: eo ꝙ tunc non habet aliquam actionem reſpectu ſuſtentantis. Sicut nec inclinatur ad locum, dum eſt in loco ſuo naturali: quia tunc non habet actionē aliquam reſpectu ſuſtentātis: quia tunc non habet actionem aliquam reſpectu loci naturalis. ❡ Si queris, quæ eſt actio grauis in trabem, dum quieſcit. Reſpondetur, ꝙ eſt actio deperditiua.

Prima ſcilicet diminutio uirtutis reſiſtē
di trabis : ſecunda actio eſt fractio tra-
bis: tertia eſt motus grauis deorſum: om
nium horum grauitas eſt cauſa effecti-
ua ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ habitus, &
paſsiones ſenſitiuę nō inclināt propriè
actualiter uoluntatem : niſi dum habēt
aliquam actionem in uoluntate. Vnde
dum obiectum habitus non appręhen-
ditur, puta concupiſcibile, habitus non
inclinat. Nullus enim obiecto non ap-
præhenſo experitur ſe inclinari. Nam
inclinationi habitus prȩſupponitur ap-
p̄hēſio obiecti: & tñ ita habitus ē in ſen
ſu, uel itellectu; dū nō app̄hēdit obiectū,
ſicut dū app̄hēdit. Dū uero app̄hēditur
obiectū, quilibet experitur ſe inclinatū
ad concupiſcibile: niſi eſſet habitus for
tior in uoluntate uincens: & ita neceſ-
ſe eſt nūc aliquid eſſe in uolūtate, quod
prius non inerat propter tranſitum de
contradictorio in contradictorium: &
hoc nō poteſt eſſe, niſi actus in uolunta
te productus: & iſte actus dici poteſt pri
mus motus, qui ſtatim ſequitur apprȩhē
ſionem concupiſcibilis. Et ſimile eſt de
habitu uitioſo in uoluntate, quo exiſtē-
te, & apprȩhenſo obiecto, ſtatim ſentit
ſe homo inclinatum ad actum uitioſum:
quæ inclinatio nō poteſt eſſe, niſi actus
quidam in uoluntate productus. Cuius
actus ſecundum aliquos habitus uitio-
ſus ē totalis cauſa: & nulla reſpectu eius
uoluntas habet cauſalitatem: ſecundum
alios uero apprȩhenſio, & potentia cō-
C currunt actiuè cum habitu. ¶ Sed tunc
eſt dubiū, quō actus ille excuſat a pec-
cato mortali. Namq; non ſit morta-
lis, patet : quia ſtat cum gratia : nam
ponamus, ꝙ in aliquo ſit habitus uitio-
ſus luxuriæ: puta in incontinente. Habi
tus ille manet infuſa gratia: quia habi-
tus acquiſiti non contrariantur infuſis.
Talis continens apprȩhenſo obiecto cō
cupiſcibili, ſentit ſe inclinatum per habi
tū uitioſum. Habet. n. cōcupiſcētias ma
las: q̄s tū eas nō ſeq̄tur: ut uult philoſoph.
Si ergo inclinatio eſt actus in uolūtate,
quō excuſatur a mortali, qm̄ ſtat cū gra
tia. Qui dicūt actū illū cauſari ab habitu
tanquā a cauſa totali, & non uoluntate,
facile dicūt: ꝙ ideo nō eſt peccatū: quia
nō uoluntariū. Nullus aūt actus a uolun
tate nō elicitus: neq; imperatus eſt uo-
luntarius: nec imputat̄ ad peccatū, neq;
uituperium. Qui uero dicunt actū illū
ſimul a uoluntate cauſari: cōſequentur
dicere habēt, ꝙ licet uoluntas ſit libera
reſpectu cuiuſcunq; actus ab ea eliciti,
abſolutè conſiderando actum: tamē cō
ſiderando actum aliquem uoluntatis in
ordine ad alium actum, uel habitū prȩ-
cedentē, nō ſemper eſt libera. Vnde po
namus, ꝙ obiectū charitatis ſit hoc to-
tum. Deus, & quicquid deus uult diligi:
& ꝙ diligā deum charitatiuè. Oſtenſo
tamen per intellectum, ꝙ deus uult Ioā
nem a me diligi. Iam ſtante priori actu,
quo uolo diligere deū: & quicquid deus
uult a me diligi, non ſum liber ad nō di-
ligendum Ioannem. Et breuiter uolun
tas uolens efficaciter antecedens, non
pōt nolle conſequens apprȩhenſum, ut
tale: & tamē iſte actus reſpectu antece-
dentis, & conſequentis ſunt diſtincti:
quia poſſunt ſeparari. Sic exiſtente ha-
bitu uitioſo in uolūtate apprȩhenſo cō-
cupiſcibili obiecto, non eſt libera uolun
tas, ut nō inclinetur. Et ita iſte actus in
clinationis: quia nō eſt in poteſtate uo
luntatis: ſicut nec habitus uitioſus, poſt
quam fuerit acquiſitus, nō imputatur ad
peccatū: & per hunc modū excuſantur
primi motus a peccato. Et hoc uidetur
Aug. iij. de lib. arb. iuxta finem dicere:
ꝙ non eſt in poteſtate noſtra, quibus ui
ſis tangamur: quibus uiſis per intellectū,
tangamur per affectum. ſ. uoluntatem.
Non ergo ſunt illi motus primi pecca-
ta: neq; etiam meritorij, ſi fuerint ab
habitu uirtuoſo. Et licet uoluntas nō
ſit libera quantum ad actum illius incli
nationis, eſt tamē libera ad non ſequen
dum eum. Poteſt. n. ex ſua libertate ſe
cundū inclinationem gratiæ actū con-
trarium elicere cum maiori conatu: &
auertere intellectū a cōſideratione prio
ris obiecti: ut ceſſet primus actus, ſiue in
clinatio. Nam habitus, quando ſtat ſub
actu contrario, tunc nō inclinat: neq;
habitus ille cogit uolūtatē ad cōſentiē
dū ſuę inclinationi actu elicito libero:

quin poſſet elicere actum contrarium
diſſentiendo:licet quãdoq; difficile, ſit
non conſentire. Videlarius Ockam. q.
Dub. 4. DD
iiij.tertij ſenten. ¶ Quartò dubitatur:
utrum ex uno actu uirtuoſo poſſet acq-
An ex uno actu uirtuoſo poſsit generari uirt⁹.
ri uirtus,ſeu habitus uirtuoſus. Dimiſsis
multorum opinionibus: ſuppono nunc
cum philoſopho:ꝙ uirtus eſt forma,uel
qualitas augmentabilis:hoc eſt intenſi-
bilis,& remiſsibilis: quodq; intenſio fit
per additionem gradus ad gradum eiuſ-
dem rationis ſe unientium:ac unã qua-
litatem conſtituentium.de quo in j.di-
ſtin.xvij.quo ſuppoſito:primo uideatur
de re:ſecundo de noie. De primo dico:
cũ habitus,& uirtus generat̃ ex actibus,
ut dictũ eſt:quilibet actus gignit aliquã
partem habitus, quam uocamus gradũ.
Partem dico certæ intenſionis.maiorẽ
uel minorem:ſecundum ꝙ actus ipſe eſt
perfectior,uel minus perfectus,puta ſe-
cundum ꝙ eſt diuturnior:aut cum ma-
iori conatu potentiæ elicitus. Breuiter
ſecundum ꝙ actus ille eſt intenſior, uel
remiſsior:ſcdm hoc maiorẽ,uel minorẽ
partẽ gradus ꝓducit:ſic ergo primus a-
ctus aliquẽ gradũ producit: ſeđs actus
aliũ eiuſdẽ rõnis, & ſpeciei cũ prio-
re,q primò unitur:& tertius actus ſimili
ter aliũ gradũ uel partẽ numero priori-
bus uniẽdũ:& ſic de alijs.Et quãtò plu-
res gradus producuntur,& uniuntur,tã
tò qualitas illa ex huiuſmodi gradibus
cõpoſita erit intenſior. Et quantò intẽ
ſior:tantò firmius inheret ſubiecto,tan
tò minus mobilis:& tantò fortius incli-
nat ad actus ſimiles. Exemplum eſt de il
luminatione medij:ſi enim primò poni-
tur in medio aliquo lux remiſſa modi-
cæ candelæ:lumen quidem remiſſum in
medio producitur. Si additur ſecũda cã
dela:lumen aliud numero producitur,
& priori unit̃:& mediũ magis illumina
tur:& ita per multiplicationem illumi-
nantium,claritas medij magis,& magis
intenditur. Sic ergo per diuerſas cande
las lumen lumini additur:ac per hoc cla
ritas medij augetur. Ita per actus ſingu-
los aliquis gradus gignitur, quibus uni-
tis,& intenſis uirtus nominatur. Et ſic
lux maior gradum luminis generat ma-
iorẽ pluribus parum ucentibus. Ita o-
peratio intenſa,intenſiorem gradũ ha-
bitus producit,quàm plures operatiões
remiſſæ. Sic etiam eſt uidere de guttis la
pidem cauantibus:nam quęlibet gutta
aliquid operatur in lapide cauando: li-
cet ſenſu imperceptibile:donec frequẽ-
ter cadentibus guttis, tandem apparet
lapidis cauatio. ¶ Nec ualet quorun-
dam dictum:quòd ultima uel 1000. gut
ta cauat in uirtute priorum, quia non
eſt aſsignare,quæ ſit illa uirtus, quã gut
tæ præuiæ præſtent poſteriori. Nec per
priores lapis diſponitur ad cauationem:
quia quæro de illa diſpoſitiõe,quæ utiq;
non fieret niſi per introductionem ali-
cuius qualitatis,ſed nulla poteſt aſsigna
ri:non liquefactio manifeſtum eſt: nec
humiditas,quoniam ſi totus iaceret lon
go tempore in aqua,nõ cauaretur: nec
plus ad cauationem diſponeretur. Ideo
non plus ultima gutta operatur in lapi-
dæ,quàm prima, ſi ęquali uehementia
cadunt. Sed quælibet aliquantulum ca-
uat:& cauatio modica per priores gut-
tas inducta,per poſteriores augmenta-
tur:ſic ſuo modo de habitu,& uirtute.
Patet ergo,ꝙ per quamlibet operatio-
nem uirtuoſam aliquid uirtutis (quod
eſt ſubſtantiale uirtuti,& pars eius) pro
ducitur. Et ſi quælibet pars uirtutis eſſet
uirtus,per quamlibet operationem uir-
tuoſam uirtus produceretur ſaltem par
tialis: licet propter eius remiſsionem
eius inclinatio ad actus ſimiles non per
ciperetur, donec per plures actus in-
tenderetur. Hæc de re ipſa. ¶ De nomi- EE
ne:quia nomina ſunt ad placitum: po-
Virtus ſimiliter & habit⁹ capiũtur dupliciter.
teſt uirtus uno modo accipi pro quali-
bet qualitate genita ex actu uirtuoſo
nata inclinare ad ſimilem,ſiue intenſè,
ſiue remiſſe. Alio modo accipitur ſtri-
ctius pro qualitate genita ex actu,uel a-
ctibus uirtuoſis: difficulter mobilitate
intẽſionis, ꝙ ſufficit inclinare potẽtiã
ꝑceptibiliter ad ſimiles actus, delectabi
liter,faciliter,prõptè & expeditè eliciẽ
dos:& ita communiter accipitur tam a
philoſopho,quàm a doctoribus:unde di
cit philoſophus.j.Ethicorum.cap.viij.
Vna Hirundo uer non facit: neq; una

dies: ita nec beatum una dies: nec paucum tempus. Eſt autem beatitudo operatio ſecundum uirtutem perfectiſsima, & ita uirtutem non facit operatio una, uel paucæ. Et ij. Ethico. frequenter declarat ex multis operationibus uirtutem generari. Cuius ſignum dicit eſſe uoluntatem, ideſt delectationem ſuperuenientē in operibus. Primo igitur modo accipiendo uirtutem ex uno actu uirtuoſo, ſiue remiſſo generatur uirtus: quia aliquid uirtutis. Accipiendo uero ſecundo modo: uirtus ex pluribus actibus frequentatis generatur: & non ex uno ſolo niſi (quod rarum) ualde extenſo. Ex quo ſequitur, ꝙ ſic ſtrictè accipiē do uirtutem: non quęlibet pars uirtutis eſt uirtus. Patet: quia gradus remiſſus eſt pars uirtutis: ſed non eſt uirtus. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ uirtus non eſt eſſentialiter ideſt abſolutè uirtus. Patet: quia omnis denominatio eſſentialis, & abſoluta conuenit omnibus, quæ ſunt eiuſdem rationis: ſed uirtus non conuenit parti uirtutis, gradui ſcilicet remiſſo: quæ tamen ſunt eiuſdem rationis eſſentialis cum toto. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ nomen uirtus connotat intentionē habitus, propter quā perceptibiliter, & promptè inclinat ad actus ſimiles, quo connotato deficiente deficit, & ſuppoſitio. Vnde ſicut lapis non dicitur cauus, donec multis minimis partibus ablatis appareat cauitas. Ita gradus uirtutis per ſingulas operationes acquiſiti, non dicuntur uirtus, donec intendantur, & modo dicto inclinent. Et ſicut dicitur de uirtute: ita dici poteſt de habitu: quod non quęlibet pars habitus dicetur habitus: ſed ſolum intenſa difficulter mobilis. Et ſecundum hęc oportet diffinitiones tā uirtutis, quā habitus ſuppoſitas moderari. ¶ Quintò dubitatur de ſub-

Dub. 5. FF

iecto uirtutis: utrum in ſola uoluntate: an in appetitu ſenſitiuo ſolo ſit uirtus

Virtus.

moralis: an in utroq;. Huius dubij ſolutio ſatis habetur ex ſupradictis præſertim in dubio. Vnde breuiter dicitur: ꝙ uirtus ſeu habitus uirtuoſus intrinſecè eſt in ſola uoluntate ſubiectiuè. Patet: quia in eadem potentia ſunt actus, & habitus ab eo genitus: ſed in ſola uoluntate eſt actus intrinſecè uirtuoſus: ergo. Probationes patēt ex dictis. Secundò dicitur: ꝙ uirtus extrinſeca denominatiuè eſſe poteſt in appetitu ſenſitiuo, ſimiliter, & in potentia executiua. Patet; quia ubicunq; poteſt eſſe habitus inclinans ad actum conformiter rationi rectæ elicitum, uel imperatum a uoluntate poteſt eſſe uirtus: ſed talis actus pōt eſſe in potentia appetitiua, & executiua: nam uolūtas poteſt imperare illis potentiis: quoniam eis principatur principatu politico, ſcilicet appetitui ſenſitiuo, aut diſpotico, puta potentiæ executiuæ. ¶ Tertiò dicitur: impoſsibile eſt uirtutem moralem eſſe in aliqua potentia inferiori ad uoluntatem: niſi ſit uirtus ei correſpondens in uoluntate. Probatur: quia nulla uirtus denominatione extrinſeca poteſt dici uirtus, niſi ſubordinetur uirtuti eſſentialiter, & intrinſecè: ſicut nec actus poteſt dici extrinſecè uirtuoſus, niſi imperetur ab actu uirtuoſo intrinſecè: ſed in ſola uoluntate eſt uirtus intrinſecè, ſine qua non eſt uirtus extrinſeca denominatione: igiẗ non poteſt eſſe uirtus extra uoluntatē: niſi ſit uirtus correſpondens in uoluntate. Vide Ockam. ii. quodlib. q. xvi. itē q. x tertij ſenten. ¶ Sextò dubitatur: qa Dub. 6.

ſatis dictum eſt uirtutem generari ex a- GG

ctibus uirtuoſis: & etiam ex eiſdem augmentari, ſicut dicit philoſophus. cap. ii. Sed non ſolum generationes, & augmētationes ex eiſdē ſiūt, & ab eiſdē. ſ. opationibus: eſt dubiū quō uirtus, & generaliter habitus corrūpitur. ¶ Rńdetur, ꝙ Virtus

uirtus duobus modis corrūpitur. Primo dupliciter

per habitum contrarium genitum ex a- ter corrumpiẗ.

ctibus uitioſis. Vnde introducto errore circa aliquam concluſionem, ſcientia eius corrūpitur. Similiter in uirtute morali introducto habitu uitioſo per frequentatos actus uitioſos: corrūpitur p̄ exiſtens uirtus. Habitus enim uitioſus contrariaẗ uirtuoſo: ideo ſimul ſtare nō poſſunt. Sicut enim medium extremis contrariatur: ita habitibus inclinans ad mediū contrariatur habitui inclinanti ad extrema: & accipio habitū, &

uirtutem ſecundo modo ſtricte pro habitu intenſo. Et dico notanter per habi bitum contrarium, non per actum uitio ſum: nam actus uitioſus ſtat cum uirtute acquiſita: ſic econuerſo actus uirtuoſus ſtat cum uitio acquiſito. Primum patet in uirtuoſo in peccatū lapſo: talis adhuc ſentit inclinationem ad actum uirtuoſum licet non ſequatur ſenſualitatem ſuam. Hoc autē nō eſt niſi ab habitu uirtutis prius acquiſitæ. Secundum patet de nouiter conuerſo, qui graues patitur inclinationes ad actus uitioſos, quibus cum difficultate, & magno conatu reſiſtere oportet; tales autem inclinationes ſunt ab habitu uitioſo prius acquiſito, & manente cum actibus uirtuoſis. Nec ſolum habitus uitioſus ſtat cum actu uirtuoſo moraliter: ſed etiam ſtat cū gratia, & actu meritorio eadem ratione, qua ſupra: nec gratia, qui eſt habitus infuſus, cōtrariatur habitui acquiſito: ſed acquiſitus contrariatur acquiſito. Nec obſtat, quod dicit philoſoph. cap. j.ij. Ethico. Adhuc autem ex eisdē, & peadē .ſ. opera, ſit ois uirtus, & corrumpitur. hoc enim intelligitur mediatē: nam ex operibus uitioſis frequentatis generatur uitiū cōtrarium uirtuti, ꝑ ꝙ immediatē uirtus corrūpitur. Non. n. actus habitui: ſed actus actui, & habitus habitui contrariatur. Secundo modo corrumpitur uirtus, quaſi priuatiuē per negligentiam, & longam ceſſationem actuū uirtuoſorum. Nam ſicut habitus generatur ex actibus: ita etiam ex eiſdē cōſeruatur. Nō quidē ſimpliciter: ꝙ nō poſsit eſſe ſine actibus, ſecundum ꝙ non pōt diu manere ſine actuū frequētatione: ſicut manifeſtē patet in habitibus memoriæ: manet tñ unus diutius, alius corrūpitur citius ſcdm ꝙ fuerit magis, uel minus intenſus. Ratio autē huius nō eſt alia niſi natura habitus. Sunt enim quędam ita a deo condita, ut nō ſolum a cōtrario poſitiuo corrūpātur: ſed etiā continuō fluant ad non eſſe, niſi conſeruentur ab alio, quorum: aliqua ipſe inſtitutor naturę immediatē conſeruat ſicut angelos, & ſpiritus rationales. Aliqua conſeruat mediatē: ſicut lumē mediante luce, uel luminoſo: & horū aliqua ſic mediatē conſeruat, ꝙ ceſſante media to conſeruante ſtatim deſinunt conſeruata per ipſum. Quędam nō ſtatim: ſed remoto cōſeruante (nō deo ſed medio) ſiue minus principali ſuccelsiuē corrum principiūtur, & non diu permanent, unū tamen diutius altero ſecundum differētiam conditionis ſuę naturę: tales ſunt habitus tam intellectiui, quam morales. Et forte hoc uoluit apoſtolus ad Rom. viij. Vanitati creatura ſubiecta eſt. Eo ꝙ nihil, quod creatum eſt, ex ſe poterit permanere: & ad utrumq; referri poteſt illud ſtatim allegatum. Ex eiſdem, & per eadem ſit omnis uirtus, & corrumpitur. Similiter autem, & ars ex eiſdem, & per eadē intellige cōtrario mōſe habētibus uel habentia: ut ſicut ex operibus frequentatis generatur habitus: ita ex eis neglectis corrumpitur. Et ſicut ex operibus bonis generatur habitus laudabilis: ita ex contrarijs contrarij. Vno autem contrariorum genito in aliquo ſubiecto: neceſſe eſt alterum cedere in eodem. ¶ Septimō dubitatur ſcum in eadē aīa ſunt plures habitus, tam appræhenſiui, quā appetitiui, cur non ſemper inclināt potētiā ad actus cōſimiles: & quare plus uno tēpore, quā alio. Et cū multi habitus ſimul inſint potentiæ: quare plus illi inclinant, qu malius. Simul. n. inſunt habitus diuerſarum ſcientiarum, & uirtutum. Reſpondetur, ꝙ quidam habitus ad hoc, ꝙ inclinent potentiam ad actum: prærequirunt appræhenſionē obiecti. Sic uoluntas non poteſt elicere actum aliquem circa obiectum: niſi prius per intellectum appræhenſum, & ipſi uoluntati oſtenſum. Inuiſa enim amare poſſumus: incognita uero neqquaq̄ ait Aug. x. de trini. c. j. & ita nec habitus inclinare poteſt ad actum uolūtatis, niſi obiecto per actum intellectus præſente. Quo ſic præſente inclinat uoluntatem ad eliciendum actum ſuum: non autem (ut dictum eſt) neceſsitat. Poteſt enim uoluntas liberē elicere actū ſcdm inclinationem habitus, uel contra: licet unum delectabiliter: alium triſtabiliter, & cū quadā difficultate. Similiter dicitur

Dub. 7. H H

Cur habitus in potētia latēs nō ſemper inclinat ad actū.

citur de habitibus intellectiuis adhæſiuis, qui non inclinant intellectũ ad aſſenſum: niſi actuali appræhenſione credendæ ueritatis præuia. Dum autem illa actu habetur in intellectu habitus adhęſiuus inclinat ad aſſentiendum: ſed habitus appræhenſiui: quia non pręſupponunt cognitionem actualem in potentia, ſed ad ipſum inclinant: ideo ex uarijs cauſis habitus appræhenſiuus quandoq; mouet: quãdoq; non: quandoq; ille, quãdoq; alius: ut experimur de habitibus memorię, cuius uarię ſunt particulares cauſę. Quãdoq; cõtingit propter habitus intẽſionem, qui magis mouẽt, quã remiſsiores. Quãdoq; propter influentias cęleſtes, quãtum ad appetitus potentiæ ſenſitiuę. Quandoq; propter cõcurſum alicuius motoris extrinſeci: quandoq, ex complexione: aliquando ex uoluntaria applicatione intellectus ad inquirendum obiectum aliquod: uel eliciẽdum actum circa ipſum: aliquãdo ex præſentia obiecti exterioris pręſentati ſenſibus: quãdoq; ex aliquo ſimili: quandoq; ex contrario obiecti habitus quieſcentis: ex uarijs quoq; alijs cauſis excitantibus latentes habitus. Et ꝑ oppoſita illorum ſæpe habitus impeditur. Vnde difficile eſt aſsignare in particulari cauſam: cum ſæpe incipit intellectus de aliquo cogitare, neſciens unde

Dub. 8. moueatur ad cogitandum. ❡ Vltimò

II dubitatur utrum rectitudo actus, & deformitas differãt a ſubſtantia actus. Ad illud dubium uide Ocham q. x. tertij iuxta finem. & q. xiiii. tertij quodli. ubi inter cætera duas ponit concluſiones. ❡ Prima, Nunquam actus, & ſua rectitudo differunt. Probatur hoc dictum in quodlib. ubi ſupra & in iii. q. x. ❡ Secunda concluſio. Aliquis eſt actus, qui non poteſt primò eſſe rectus, & poſtea deformis: ſed eſt neceſſariò rectus: ut oſtendit quæſt. xiii. eiuſdem quodlib. De hinc reſpondendo ad primum dubium dicit, ꝙ deformitas, ſeu difformitas actus non eſt carentia iuſtitiæ, uel rectitudinis debitæ ineſſe actui: ſed eſt carentia rectitudinis debitæ ineſſe ipſi uoluntati: quod nihil aliud eſt dicere, niſi ꝙ uoluntas obligętur ex iuſtitia aliquem actum elicere, quem non elicit ſecundum pręceptum diuinum: & ideo rectitudo actus nõ eſt aliud, quã ipſe actus, q debitẽ elicitᷣ ſecundum rationem rectam. Hęc ille. Cętera patent ex dictis in quæſtione. Et tantum de illa quæſtione generali.

QVAESTIO. II.

SECVNDO quęritur magis ad materiam diſtinctionis: utrum ad credẽdũ omnia credibilia una fides infuſa ſit ſufficiens, & neceſſaria. ❡ Præmittentur in primò articulo notabilia terminorũ declaratiua. Secundo reſpõſio cõcluſiua. Tertio mouenda ſoluentur dubia. ❡ Quantum ad primum, notãdum, ꝙ fides in ſcripturis uarijs modis accipitur. Nam Alex. de Hal. par. iii. q. lxxiiii. membro. i. ponit undecim fidei acceptiones. Nã fides qñq; accipitur ꝑ ſponſione. j. Timo. v. Primã fidẽ irritam fecerũt: Quãdoq; pro fidelitate. Hiere. vij. Perijt fides: & ablata eſt de ore eorũ. Qñq; dicitur cõſcientia de faciẽdo, uel nõ faciẽdo. Ro. xiiij. Omne, quod nõ eſt ex fide, pctũm eſt. Glo. cõtra cõſciẽtiã. Qñq; dicitᷣ generaliter aſſenſus cõcluſionis acceptus ꝑ rationẽ probabilẽ: ſecũdũ q argumẽtũ dicitᷣ ratio rei dubię faciẽs fidẽ. Qñq; dicitur cognitio patriæ. Ro. j. Iuſtitia dei in eo. ſ. euãgelio, reuelatᷣ ex fide in fidẽ gloſ. Ex fide ſpei in fidẽ ſpei. Quãdoq; dicitᷣ ſymbolũ fidei, quod creditur. unde Athana. Hæc eſt fides catholica &c. Quandoq; dicitur ſacramentum fidei. ſ. baptiſmus: ſic dicit Aug. ad Bonifaciũ. Quid eſt aliud paruulos habere fidem: niſi fidei ſacramentum. Quandoq; dicitur fides habitus iformis. Iaco. ii. Fides ſine operibus mortua eſt. Quandoq; habitus charitate formatus. Ro. i. Iuſtus ex fide uiuit. Quandoq; pro actu credẽdi. Rom. x. Fides ex auditu eſt. Harum tamẽ acceptionum tres ſunt magis in communi uſu: nam fides aliquãdo accipitur pro actu, quandoque pro habitu, quandoque

A

Arti. 1.

Multiplex fidei acceptio.

pro obiecto. Pro actu eſt aſſenſus ueritatis reuelatæ. Pro habitu eſt habitus ex huiuſmodi aſſenſibus frequentatis acquiſitus: uel immediatè a deo infuſus: inclinans intellectum ad aſſentiendum ueritatibus reuelatis. Pro obiecto eſt ueritas credita, aut res per ipſum ſignificata De primo dicitur Rom. x. Fides ex auditu eſt: auditus per uerbum dei. De ſecūdo Heb. xi. Sine fide impoſsibile eſt placere deo. q̃ de habituali intelligendum eſt. De tertio. i. Timo. iiii. Enutritus uerbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es. Verbis fidei id eſt ueritatum credendarum. Et poteſt fides ſecundū quālibet harum acceptionum ſubdiuidi.

Nam fides tam actualis, quàm habitualis diuidi poteſt in fidem formatā, & fidem informem: ita diuidit magiſter poſt beatum Aug. cum dicit in textu, q̃ fides accipitur pro eo, quo creditur, & eſt uirtus, & pro eo, quo creditur, & non eſt uirtus: fidem dicens eſſe uirtutem, quæ charitate formatꝰ: illā uero nō eſſe uirtutē, q̃ ſine charitate eſt: quę & inanis eſt, & mortua. Credimus autē fide actuali, & habituali. Actuali formaliter: habituali tāquā diſpoſitione nos diſponente .i. concauſante, & inclinante ad actum credendi firmius eliciendū. Poteſt & fides ſecundum eaſdem acceptiones diuidi in fidem acquiſitam, & in fidem infuſam. Fides etiam ſecundum tertiā acceptionem poteſt ſubdiuidi multipliciter ſecūdum diuerſitatem articulorum, & ueritatum credendarum: & ſecundum has diuerſas acceptiones aliter, & aliter

B

fides habet diffiniri: nam & uariè diffinit a ſanctis, & doctoribus. ¶ Magiſter dicit.

Fides. Variè diffiniur.

Fides eſt uirtus, qua creditur, quod non uidetur: & eam declarādo ſubdit. Quod tamen non de omnibus, quæ non uidentur, accipiendum eſt. ſed de his tantum, quæ ad religionem pertinent: ut ait. Augu. Hæc diffinitio datur de fide habituali formata: quod notaꝰ in termino uirtus. Hugo. lib. i. de ſacramentis parte. x. cap. i. ita diffinit fidem poſt expoſitionē diffinitionis apoſtoli. Fides eſt certitudo, ideſt certa cognitio quædam animi de rebus abſentibus ſupra opinionem, & infra ſcientiam conſtituta. Certitudo dicit ideſt certa adhęſiua cognitio: per q̃ diſtinguitur ab ęſtimatione, coniectura, & opinione: quæ dubitationē, & formidinem de oppoſito ſecum cōpatiūtur Sed ubi adhuc dubitatio eſt (ait) fides non eſt. Quòd addit: infra ſcientiam, exponit: non quantum ad meritum: ſed quantum ad cognitionem: niſi enim credere aliquando plus eſſet quā uera uidere: nequaquam uiſio ſubtraheretꝰ, ut fides mereretur: nec dictum fuiſſet. Beati, qui non uiderunt, & crediderunt. Quantum uero ad cumulum felicitatis, & perfectionem ueritatis, plus eſt præſentem uidere, quam abſentem credere Excluditur ergo uiſio, ideſt euidentia ſcientię, quia ſi uides, inquit, non eſt fides. Hęc diffinitio generalis eſt conueniens tam actuali, quā habituali infuſæ, & acquiſitę: extendendo certitudinem ad cognitionem actualem ſimul & habitualem. Damaſ. in iiij. ita diffinit conformiter ad Apoſtolum. Fides eſt eorū, quę ſperantur hypoſtaſis, ideſt ſubſtantia. Vel ſic. Fides eſt aſſenſus non inquiſitus circa primam ueritatem. Hæc diffinitio datur quantum ad actum ſuū principalē, qui eſt aſſentire primæ ueritati reuelanti: & ideo dicitur aſſenſus non inquiſitus ſcilicet ratione argumētatiua: ſed acceptus p reuelationē. Beatus Dionyſius i lib. de diuinis nominibus ſic diffinit. Fides eſt ratio ſimplex ueritatis per ſe exiſtentis. Per rationem ſimplicem intelligit cognitionem acceptam per reuelationem, non per argumentatiuam inquiſitionē: ueritatis per ſe exiſtentis, ideſt ueritatis primę, uel ueritatis certæ. Beatus Augu. pręter eam, quę ſupradicta eſt: ad Conſentium ita deſcribit. Fides eſt illuminatio mentis ad ſummam ueritatem, ideſt cognitio reuelata illuminans mentem ad cognoſcendum ſummā ueritatem. Hæc etiam datur de fide ſecundum perfectiſsimum credendi actum.

C

Diffinitio fidei ſecūdū Apoſtolum.

¶ Apoſtolus Paulus gentium magiſter ad Heb. xj. ita diffinit. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum: argumētum non apparentium. Pro intellectu huius diffinitionis apoſtoli aduertendū,

ꝙ non diffinit fidem in genere: ſed fidē formatā. Et quia illa eſt habitus quidā ut infra dicetur: & habitus cognoſcitur per actus, & obiecta: ideo diffiniri debet ꝑ proprium actum, & proprium obiectū. Actus aūt fidei eſt credere, q ē actus intellectus uero aſſentientis procedēs ex uoluntatis imperio: quia nullus credit niſi uolens: ſecundum beatum Auguſt. ſuper Ioan. & ideo actus, qui eſt credere non ſolum habet pro obiecto uerū: quod eſt obiectum intellectus: ſed etiā finem uel bonum: quod eſt obiectū uoluntatis & per hæc tria diffinit apoſtolus fidem. Actum innuit, cum dicit, argumentum, obiectum intellectus in uerbo non apparentium. Obiectum enim fidei eſt ueritas non uiſa, ideſt non euidens, cui firmiter adhæret fides: non ex rei euidentia: ſed ex auctoritate diuina. Obiectum uoluntatis In uerbo rerum ſperandarum: In uerbo ſubſtantia, quod pro genere ponitur, innuit fidei quidditatem. Vbi nota, ꝙ ſubſtantia non accipitur hic abſolute pro re per ſe ſubſiſtente, aut pro rei eſſentia: ſed accipitur connotatiuē: ut dicitur a ſubſtando pro quadam rei inchoatione: ut dicit ſanctus Tho. ij. ij. quæſt. iiij. articu. j. & poſt eum Nico. de Lyra in poſtilla. Seu pro cauſa aut fundamento rei, qua res ſubſiſtit in ſe in eſſe ſubiectiuo. uel in intellectu in eē obiectiuo: ut uult gloſ. Heb. xj Sic ergo fides dicitur ſubſtantia rerū ſperandarum (Hęc ſunt bona in futura beatitudine nobis conferenda ſcilicet uiſio, & fruitio diuinæ eſſentiæ &c.) inquantum eſt quædam inchoatio futuræ beatitudinis: quia fides eſt prima uirtus infuſa, ſine qua res ſperandas nemo conſequi poteſt: & ita eſt cauſa rerum ſperādarum: quia facit res ſperādas quādoq; ſubſiſtere in nobis. quod eſt dictu: facit conſequi futura bona: & ſic ſubſtat ſperandis: quia facit ea eſſe in credentibus in futura uita uerē, & realiter, quæ ſunt nunc per fidem in cordibus credentiū in eſſe cognito ſiue obiectiuo. Siquidē fide cognoſcimus bona ſperata nondū exiſtentia: ſed in futura beatitudine poſſidenda: ac per hoc eſt fundamentū omnium bonorum, quod nemo mutare poteſt, ſine quo non eſt bona ędificatio. hęc gloſ. in effectu. Argumentum accipitur ſecundum gloſ. pro certitudine rerum, quæ non apparent: hoc eſt certa, & firma adhæſio. ¶ Poteſt ergo diffinitio apoſtoli ſic exponi. Fides formata eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, ideſt inchoatio quædam cauſa, uel fundamentum aſſequendi res ſperandas in beatitudine. Argumentum non apparentium. ideſt certa, & firma adhæſiua cognitio. ſperandarum, ideſt nondum apparentium. Quæ enim ſperamus non apparent: ſecundum illud apoſtoli Roma. viii. Spes, quæ uidetur, non eſt ſpes. quod nam ꝙ uidet qs, quid ſperat. ¶ Per hoc quod dicitur, ſubſtantia rerum ſperandarum, diſtinguitur a fide communiter ſumpta, quæ etiam eorū eſt, quæ ad beatitudinem non ordinantur: ſic dicimus quandoq;. Credo Ioannem currere, ſimiliter, & a fide informi: hæc enim qa non eſt meritoria: nō ē ſubſtantia principium, uel cauſa ſperandarum: neq; per ipſum ſubſiſtunt, & acquiruntur. ¶ Per hoc, quod dicitur, argumentum, diſtinguitur ab opinione, ſuſpicione ac dubitatione: quæ ſunt cū formidine de oppoſito. ¶ Per hoc quod dicitur, nō apparentium, diſtinguitur a ſcientia, & intellectu, & generaliter a non euidenti, per quam fit aliquid apparens, & quodammodo uiſibile intellectui. Et ex illis colligit ſanctus Tho. diffinitionem ſic poſſe poni in forma. Fides eſt habitus mentis, quo inchoatur uita æterna in nobis, faciens intellectum aſſentire non apparentibus. Et addendum erit firmiter. & certe alias conueniret diffinitio ſuæ opinioni, & ſuſpicioni. etiam ſi loco habitus poneretur notitia adhæſiua, eſſet generalior: quia tunc includeret utrumq;, habitum, & actum. Neque enim actus fidei excluditur in diffinitione apoſtoli. ſaltem formatus: ipſo enim meremur adipiſci ſperanda: ut patet in tuētis: ſic ergo patet, ꝙ ſingulę diffinitiones recitatę bonę ſunt, & formales: ſi bene exponantur: licet non æquē generales. ¶ Poteſt autē colligi ex ꝑmiſſis diſ- D

finitio generalis, conueniens fidei ſecundum q pertinet ad theologicam cõſiderationem tam infuſę, quã acquiſitę: tam habituali, quàm actuali, tam formatæ, quã informi: quæ talis ẽ, fides eſt notitia adhæſiua, certa, & firma, ueritatis ad religionẽ pertinẽtis, per reuelationẽ accepta. Dicitur notitia adhæſiua, q includit tam actualem aſſenſum, quam habitum acquiſitũ, uel infuſum ad actũ aſſentiendi inclinantem. Diuiditur enim communiter notitia adhæſiua in actualem, & habitualem. Dicitur certa, & firma ad excludendum notitias adhæſiuas cum formidine de oppoſito. ¶ Ad intellectum tamen huius clauſulæ eſt aduertendum, q licet certitudo, firmitas, & euidentia frequenter accipiuntur unũ pro alio a doctoribus: tamen ſi propriè accipiuntur termini, non parum differunt. Qua cognita differentia, facilè cognoſcitur quomodo fides eſt certa, firma ſeu euidens, etiam cõparata ad alias uirtutes intellectuales. Certitudo ergo reſpicit obiecti (creditæ ſcilicet ueritatis) infallibilitatem: nam certum eſt, q infallibile eſt, cui ſcilicet aſſentiendo nemo fallitur. ¶ Firmitas reſpicit intellectus adhæſionem, qua ſcilicet conſtanter ſine formidine adhæret aſſentiẽdo ueritati. ¶ Euidentia reſpicit manifeſtationis modũ, quo ſcilicet ueritas ſię manifeſtatur: ut intellectus non poſsit diſſentire: quæ manifeſtatio fit uel per cognitionem experimentalem, quę pręſupponit notitiam intuitiuam terminorum: aut per complexionem notam ex terminis: aut per demonſtrationem ex huiuſmodi principijs. Dicitur enim euidentia quaſi expreſſa, uel clara uidentia aut uiſio: & hæc euidentia non eſt fidei ſed ſcientię, & intellectus principiorum. Fides enim eſt non apparentium, id eſt ueritatum non euidentium. ¶ Fides ergo eſt certa: immo certiſsima: immo oi humana cognitione uiæ certior. Eſt.n. reuelatorum a deo: ſecundum illud. Io. j. Deum nemo uidit unquam. unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Et ij. Pe. j. Non uoluntate humana aliquando allata eſt prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Reuelata autem a deo (q eſt prima, & infallibilis ueritas, cui falsũ ſubeſſe non poteſt) certiſsima, ſunt quibus falli eſt impoſsibile. Non ergo uincitur certitudo fidei certitudine ſcientiæ humanitus acquiſitæ: immo eã uincit: pro quanto ueritas prima, quæ deus eſt, cui fides innititur: infallibilior eſt quacunq; inquiſitione humana. Si uero ſcientia accipitur pro certa uiſione in patria: adhuc non eſt certior fide: nam qui ſe uidendũ præbet in patria, ipſe ueritates fidei reuelauit in uia: licet patrię uiſio ſit euidentior: & ita extendẽdo nomen certitudinis ad euidentiam, exponendę ſunt auctoritates ſanctorum, quę certitudinem ſcientiæ uidentur pręferre certitudini uiæ. ¶ Sed di. Fides non ẽ tantum neceſſariorum, ſed etiam contingentium: ſicut, q chriſtus uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos. Contingentia autem mutari poſſunt: poſſet.n. chriſtus non uenire ad iudicium: & ſic hic articulus poſſet eſſe falſus: & per cõſequens non eſt quo ad ueritatem infallibilis, & ſic non eſt certus. ¶ Præterea credens per fidem poteſt moueri dubitatione circa obiectum fidei: ergo fides eius non eſt certa: cum certitudo excludit omnem dubitationẽ. ¶ Item ſpei, & charitati poteſt ſubeſſe falſum: ergo & fidei; præſupponunt enim fidem. Aſſumptum probatur. Poteſt enim quis ſperare beatitudinem, qui pręſcitus eſt: & poteſt charitate tẽdere in aliud deceptus errore inuincibili, qui nõ expellit charitatem, cum excuſat a peccato. ¶ Ad primum dicitur, q contingentia quorundam articulorum fidei non tollit, nec minuit certitudinem fidei non plus, quã neceſsitas articulorum. Tum quia certitudo fidei (quæ eſt quædam infallibilitas) non innititur neceſsitati ueritatis creditæ: ſed diuinæ reuelationi, quæ fallere non poteſt: non plus quando reuelat contingentia: quam dum reuelat neceſſaria: quia reuelare non poteſt eſſe futurum: niſi illud ſit a deo præſcitum, ſeu præuiſum. Sed infallibilis eſt preſcientia dei: ita q ſimpliciter impoſsibile eſt

E An fidei & reuelationi diuinæ poſsit ſub eſſe falſum.

tam

eam falli: quoniam licet dei pręſcientia non imponit rebus neceſsitatem: ita ꝙ non obſtante præſcientia, res aliter poſſunt ſe habere in ſenſu diuiſo, pro quanto contingenter ſunt, præuiſa: & poſſunt non eſſe præuiſa ſeu pręſcita (quod hic pro eodem recipio) nunquam tñ põt reuelatio (quia præuiſum) fallere in ſenſu compoſito: & ita impoſsibile eſt, ꝙ reuelatũ fallat: & hoc ſufficit ad certitudinem fidei: nunquam credens fallitur. Et per hoc ad formam argumenti conceditur, ꝙ fides etiam eſt contingentium; cõceditur etiam, ꝙ contingentia poſſunt mutari de ueritate in falſitatem abſolutè, & in ſe conſiderata: ſed conſiderata in ordine ad diuinam reuelationem, ſecundum quã conſiderationem ſubſunt fidei: hoc eſt inquantum ſtant ſub pręuidentia diuina: non poſſunt eſſe falſa. Vnde licet ſimpliciter Chriſtus poſſet non uenire ad iudicium de potentia abſoluta, tamẽ ſtante reuelatione: & per conſequens præſcientia dei non poteſt non uenire ad iudicium: quia illa ſimpliciter eſt impoſsibilis: Chriſtus reuelatus, ſeu pręuiſus ad iudiciũ, nõ uenit ad iudiciũ: & iõ cõſequentia illa nõ ualet: articulus fidei põt eſſe falſus: ergo põt fallere credentẽ fide: quia fallere credentẽ fide duo importat: ſ. ꝙ credens habet fidẽ de articulo: & per conſequẽs, ꝙ articulus ſit reuelatus: & ꝙ ſit falſus: quæ duo ſimul ſtare nõ poſſunt. ¶ De ſecunda replica patebit diſt. ſequẽti: ubi tractabitur per quid corrumpitur fides: tamen in propoſito dicitur, ꝙ certitudo nõ neceſſariò tollit omnẽ motũ dubitationis, qui conſurgit ex parte credentis: ſed tollit omnem fallendi poſsibilitatem. ¶ Ad tertiũ. Conceſſo, ꝙ ſpei, & charitati ſubſit qñq; falſũ: ut deducit argumẽtũ: negẽ cõſequẽtia: qa fides ẽ uirtus intellectualis, cuius obiectũ eſt uerũ: iõ uirtus intellectualis penitus excludit falſum. Spei aũt & charitatis tãquã uirtutũ pertinẽtiũ ad appetitũ intellectualẽ, quarũ obiectũ eſt bonũ nõ ſimpliciter excludũt errorẽ. Poteſt.n. quis ex charitate agere circa obiectũ, circa quod habet errorẽ inuincibilem: quo non ageret uirtuoſẽ ceſſante errore: ut cognoſcẽs alienam credens eã eſſe ſuã: dummodo nõ fuerit ipſe in culpa errandi: & ideo licet ſpes, & charitas pręſupponãt fidẽ: tamẽ poſſunt circa obiectũ cõmune habere actum. ubi cõtingit error; nõ per actũ fidei: ſed per alium actũ cognitiuũ. Nõ enim ſolus actus fidei ſufficit ad opus charitatis, uel ſpei: ſed requiruntur alij actus cognitiui, qui non ſunt actus fidei. Gratia exempli: ad reddendum debitum uxori propter diuinum præceptũ eſt actus charitatis: & tamen nõ ſufficit fides, qua cognoſcitur debitum eſſe reddendũ: ſed etiã oportet ſcire, ꝙ illa ſit uxor: quæ cognitio non eſt cognitio fidei: & ſic de alijs. F ¶ Dicitur cõſequenter in diffinitione fidei, firma, ad excludendum ſuſpitionem, & opinionẽ, quæ habent annexam formidinem de oppoſito. Eſt enim firmitas adhæſionis de ratione fidei: nam dubitans in fide, infidelis eſt. ut habetur extra de hæreticis c. j. Et ſi infidelis: ergo fidem non habet. Hinc in ſymbolo Athanaſij dicitur. Hæc eſt fides catholica, quã niſi quiſq; fideliter, firmiterq; crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Et beatus Aug. in de fide ad Petrũ: in omnibus capitulis, quibus credenda propõnit, præmittit. Firmiſsimè tene, & nullatenus dubites. Et bene dicit firmiſsimè in ſuperlatiuo: quia uiator nulli ueritati firmius adhęrere debet, ueritatibus fidei; quod & in ſanctis martyribus exemplatũ eſt, quos fides magis adhærere fecit ueritati credite, quã aliqua ſcientia rei ſcitę. Nam nec per blandimenta, nec per tormẽta induci poterant: ut contra fidẽ aliquid ſaltem oretenus dicerẽt: quod in ſcientijs non contingit. Stultus enim eſſet, qui pro quacũq; certa cõcluſione geometrica mortẽ ſubiret: ut dicit ſanctus Bonauen. ¶ Dicitur ueritatis ad religionem pertinẽtis: quia nõ adhæſio cuiuſlibet ueritatis ex auctoritate dicentis (ẽt ſi certa fuerit) fides dicitur: ut declarat ſanctus Aug. in enchiri. c. viij. & xv. Vnde quæcũq; nõ pertinent ad felicitatẽ cõſequẽdã: neq; ad illã cõducũt, nõ

Firmius eſt adhęrendum creditis, quã ſcitis.

pertinent ad religionem, qua deus ſum
mus colitur in uia: ut tādem beatificet
in patria. Vnde ait Aug. Cum quæri-
tur, quid credendū ſit: quid ad religio-
nem pertineat: non natura iſta rimanda
eſt: quemadmodum ab eis, quos phyſi-
cos Græci uocanr. Et ſequitur. c. xvj.
Sunt enim, quæ neſcire, quā ſcire ſit me
lius. ❡ Dicitur p reuelarionem accepta:
nam fides non innititur demōſtratiuis
probationibus, nec experientiæ, quę ge
nerant notitiam euidentem: ſed tan-
tum auctoritati reuelantis: & per hoc
diſtinguitur a ſcientia, prudentia, & ſa-
pientia: ſimiliter a uiſione beatifica.

G ❡ Conſequenrer notandum, ꝙ multi-
pliciter differunt fides acquiſita, & in-
fuſa. Primò: quia fides acquiſita eſt ha
bitus naturaliter acquiſitus ex actibus
credendi frequentatis. Sed fides in-
fuſa eſt habitus a deo ſupernatura-
liter, & immediatè in anima creatus.
Eſt autem fides infuſa habitus (non ſe-
cundum diffinitionem habitus præce-
denti quæſtione poſitā) ſed dicitur ha-
bitus: quia eſt qualitas producta a deo
in anima: inclinans ad eoſdē actus me-
diatè, uel immediatè, ad quos incli-
nat habitus acquiſitus. Secundò diffe-
runt: quia fides acquiſita immediatè in-
clinat ad actū credēdi: nec aliud coexi-
git niſi appręhenſionem credibilis. i. ue
ritatis credendi: ſicut etiā ex actibus hu
iuſmodi immediatè eſt genita. Exempli
cauſa. Credens referentem aliquod
credibile eſſe ueracem, ſtatim credit
tale credibile ab eo relatum. ex actu
illo credendi. generatur habitus ille ad
eliciendum actum credendi: nec aliud
aliquid requiritur ad actum credendi:
ſed habitus infuſus nunquam inclinat
ad actum credendi reſpectu cuiuſcunq;
obiecti proprij, uel mediatè ſine habitu
acquiſito, aut actu eius. Nam ſi puer ba
ptizatus nutriatur ſolus: & non infor-
metur de his, quæ ſunt fidei, habet fidē
infuſam reſpectu illius complexi. Om-
ne reuelatum a deo eſt uerū: quod eſt
eius propriū obiectū: nunquā tamē pōt
aliquem actum circa illud elicere, ceſ-
ſante miraculo diuinæ illuminationis;

Quadruplex diffa fidei acquiſitę, & infuſę.

niſi inſtruatur, ꝙ omne reuelatū a deo,
eſt uerū: & credat per fidem acquiſitam
per inſtructionem. Et ſicut requiritur
fides acquiſita ad actum credendi illud
complexum: ita requiritur fides acqui-
ſita ad credendum quēcūq; alium arti-
culum in ſpeciali. Tertiò differūt: quia
fides infuſa eſt unica circa omnes arti-
culos credendos: non ſic fides acquiſi-
ta. De hoc infra in concluſione v. &
vj. Quarrò differunt: quia fides infuſa
corrumpitur per quemcūq; errorem cir
ca quemcūq; articulum. Fides acquiſita
ſtat cū errore reſpectu alterius articuli,
ſeu obiecti. huius declaratio patet in-
fra in dubijs. Conueniunt autem fi-
des acqſita, & infuſa in hoc: quia utręq;
inclinant ad actum credendi. De acqui
ſita manifeſtū eſt ex dictis huius, & prę-
cedentis quæſtionis quomodo inclinat
ad actum. ❡ Sed de habitu infuſo quo-
modo inclinat ad credendum articulos
fidei, eſt duplex poſitio: utraq; proba-
bilis: licet neutra demonſtrari poſsit.
❡ Prima ponit, ꝙ ſicut fides acquiſita
credit ueracitati teſtis aſſerentis credi-
bile: & ideo credit articulo aſſerto per
ipſum: non enim credens innititur cer
titudini ex euidentia obiecti crediti:
ſed ex ueracitate teſtis ſcilicet dei. Vn-
de quia credit illam tanquā principium
deus uerax eſt, credit illam. Omne aſ
ſertum a deo eſt uerum: ex illa tanquā
maiore deducit ſingulos articulos, ſub-
ſumendo: hoc eſt aſſertum a deo con-
cludendo: ergo hoc eſt uerū: quæ credi
tur, ſicut præmiſſæ ſunt creditæ: & per
hoc fides dicitur eſſe cognitio ex parte
& in enigmate, & obſcuritate: ſicut di
cit apoſtolus j. Cor. xiij. Videmus nunc
per ſpeculum in enigmate: tunc autē fa
cie ad faciem. Sequitur. Nunc cogno
ſco ex parte; tunc autem cognoſcā, ſi-
cut & cognitus ſum. Et loquitur de co-
gnitione fidei: quia habens fidem non
credit articulum uerū eſſe ex euidentia
obiecti: ſed ex hoc, qa aſſentit ueracita
ti dei aſſerētis. Sic fides infuſa hēt pro
obiecto proprio, & immediato hoc cō-
plexum. Omne reuelatū a deo eſt uerū:
in ſenſu in quo reuelatur eſſe uerū: qđ

poteſt eſſe præmiſſa, & principium par-
tiale, inferens omnem articulum fidei
in ſpeciali: ſic arguendo. Omne reuela-
tum a deo eſt uerum in ſenſu, quo eſt re
uelatum eſſe uerum. Sed deum eſſe tri-
num, & unum, eſſe incarnatum, paſſum
&c. eſt reuelatum a deo: ergo eſt uerū.
Et ſicut illud cōplexū eſt principium in
ferens omnem articulum fidei in ſpecia
li: ita habitus fidei infuſæ (cuius hoc cō
plexum eſt immediatum obiectum) in-
clinat mediatè ad omnem actum elici-
tū circa quemcunq; articulū uirtute il-
lius complexi. ¶ Verum (ut dictum eſt)
fides infuſa non poteſt eſſe principium
ſufficiens cum intellectu, & appræhen-
ſione obiecti immediati, uel mediati ad
eliciendū actum credendi circa obiectū:
ſed requiritur fides acquiſita circa idē
obiectum. Poteſt. n. dici, ꝙ fides infuſa
immediatè inclinat ad actum circa pro-
prium obiectum: qui habita fide acquiſi
ta circa illud cōplexū: omne reuelatum
a deo &c. poteſt immediatè cōcurrere
cū intellectu, & fide acquiſita: ſicut cau-
ſa partialis ad eliciendum primum actū
credendi theologicum, & meritorium,
ſi fuerit formata circa illud cōplexum:
ita ꝙ ille habitus eſt cauſa immediata
illius actus nunc, cuius prius eſſe cauſa
non potuit: quia defecit cauſa partia-
lis neceſſariò requiſita: puta fides ac-
quiſita: & ideo immediata: quia non
requirit alium actum præcedentem re-
ſpectu alterius complexi, quaſi princi-
pij reſpectu illius: ſed reſpectu aliorum
articulorum ſpecialium, habitus infu-
ſus non eſt cauſa immediata: ſed me-
diata: quia eſt cauſa cauſæ: quia ad alios
articulos non inclinat niſi mediātè actu
proprio: ſicut habitus principij non
inclinat ad actum concluſionis, niſi me
diātè ſuo proprio actu: ꝓ tantò enim in
clinat ad actum articuli ſpecialis: quia
inclinat ad actū proprij obiecti ſex quo
inferri poteſt quilibet articulus ſpecia-
lis. ¶ Sed contra illum modum po-
nendi arguitur. Si fides infuſa reſpi-
cit hoc complexum tanquam obie-
ctum proprium: & mediante actu ſuo
circa illud inclinat ad actus aliorum

articulorum: ſequitur, ꝙ nunquam ali
quis fide infuſa aſſentiret illi. Deus eſt
trinus, & unus. Probatio conſequen-
tiæ: quia ſecundum dicta aſſentio huic.
Deus eſt trinus, & unus: quia reuela-
ta eſt a deo: & omne reuelatum a deo
eſt uerum: tunc quæro, quomodo aſſen
tio huic: deum eſſe trinum, & unum,
eſt reuelatum a deo. ¶ Sed dicis, quia
reuelatum eſt a deo, deum eſſe trinum,
& unum credo deum eſſe trinum, &
unum reuelatum eſſe a deo: tunc ite-
rum quæro de illa: quomodo illam cre
do: & erit proceſſus in infinitum. Et
per conſequens nunquam aliquid cre-
do firmiter: ſicut de ſcientia conclu-
ſionis, ſi reſolueretur in principia: &
illa principia in alia in infinitum: nun-
quam ſciretur illa concluſio: ſicut nun
quam eſſe poteſt aliquid, quod depen-
det eſſentialiter a cauſis infinitis. ¶ Si
dicis, ꝙ aſſentio huic. *Deum* eſſe tri-
num, & unum eſt reuelatum fide acqui
ſita. Contra. Tunc fides infuſa depen-
det in eſſe: & in firmitate adhæſionis
alicui articulo a fide acquiſita ſicut a
principio: & ſic fides acquiſita eſſet per
fectior fide infuſa tanquā cauſa æquiuo
ca ſuo effectu. Reſpondetur admiſſo an-
tecedente: negetur cōſequentia. Ad pro
bationem dicitur, ꝙ aſſentio huic: deus
eſt trinus, & unus: q͂a reuelata eſt a deo:
& huic deum eſſe trinum, & unum re-
uelatum eſt a deo aſſentio: quia teſtem
hoc aſſerētē credo ueracē ſit apoſtolus,
ſit ſcriptura ſacra, a qua audiui, uel legi.
Et huic aſſentio fide acquiſita ſicut ex
prioribus: quia ſicut dictum eſt: nūquā
aſſentio alicui articulo fide infuſa ſine fi
de acquiſita: & ita nō fit proceſſus in in
finitum. Et cum cōtra obijcitur, ꝙ tunc
fides infuſa depēderet ab acquiſita &c.
Negetur illa cōſequentia quantū ad am
bo illata: nam fides infuſa in eſſe a nul-
la creatura dependet: quoniā a ſolo deo
creāte infunditur, & cōſeruatur: nā in-
funditur in baptiſmo infantibus: & cō-
ſeruatur nulla in eis exiſtente fide ac-
quiſita. ¶ Similiter in firmitate non de-
pendet: nam fides infuſa ultra firmi-
tatem adhæſionis, quam actui dat:

fides acquiſita addit aliquid. Intenſiorem itaq; actum elicit habens utrāq; fidem acquiſitam, & infuſam: quàm habens acquiſitam ſolā: ut infra dicetur. & per conſequens firmius aſſentit. Verum, ꝙ fides infuſa ad producendum actum circa ſuum obiectum immediatū, uel mediatū coexigit fidem acquiſitā tanquam partiale agens: & ita actus fidei infuſæ dependet tam a fide infuſa, quā acquiſita: ſimiliter a potentia, & ab apprænhenſione obiecti: quæ omnia cum deo integrant unam cauſam totalem actus. Nec eſt alius actus fidei infuſæ, & acquiſitæ: ſed ad eundem actum concurrit utraq; fides. Et licet fides acquiſita actum producere poſſet ſine infuſa: & non econuerſo: non tamen poſſet producere actum ita perfectum, & intenſum, ac firmum ſine infuſa ſicut cum infuſa. Neq; poſſet producere actū theologicum, & meritorium ſine fide formata. Et per hoc patet; ꝙ acquiſita non eſt perfectior infuſa tanquā cauſa effectu: quia acquiſita non eſt cauſa infuſę. De perfectione tamen earū infra uidebitur. ¶ Alia poſitio, ꝙ fides infuſa immediate inclinat ad actus omniū articulorum fidei: & nō ad unum mediante alio: ſed ęquè immediatè ad quēlibet: concurrente tamen ſimul fide acquiſita: & ponit hoc modo Ockam in quodli. iiij. q. vij. Quia ſicut ſol immediatè concurrit cum cauſis inferioribus ad generationem rerum naturaliū, plantarum, animalium, elementorum mixtorum: non tamē ſine cauſis ſecundis inferioribus. Sic deus homini infundit fidem, quæ eſt quidam habitus uniuerſalis, uniuerſalitate cauſalitatis: & ex ſua natura immediatè inclinat ad actū cuiuſcūq; articuli, ad quē inclinat fides acquiſita. Et quia actus diuerſorū articulorum differunt ſpecie: ſequitur, ꝙ fides infuſa eſt cauſa eorum ęquiuoca, & non uniuoca: ſicut ſol reſpectu inferiorum ſpecie diſtinctorum. Hæc de

Arti. 2. illo articulo. ¶ Quantum ad ſecundum

Cōcl. 1. articulum eſt prima concluſio. Fides

Fides acquiſita acquiſita ad credendum fidei articulos eſt neceſſaria. Probatur illa concluſio auctoritate apoſtoli Roman. x. Fides ex auditu eſt: auditus autē per uerbum chriſti. Et præmiſit. Quomodo credent ei, quem non audierunt: quomodo audient ſine prædicante: quæ nō poſſunt intelligi de fide infuſa, quæ nō eſt ex auditu prędicationis: ſed immediatè creata a deo. Et probatur ratione Sco. diſtinct. pręſenti. Ad credendum articulos neceſſe eſt credere eccleſiæ: hoc eſt credere eccleſiam eſſe ueracem: hoc credimus fide acquiſita. ergo. Conſequentia nota. Maior eſt beati Auguſt. in epiſtola fundamenti contra Manichęos. Euangelio non crederem: niſi crederem eccleſiæ: ergo ſecundum eum libris canonicis, & ſcripturæ non eſt credendum: niſi quia primò credendum eſt eccleſiæ approbanti libros illos, & contenta in eis. Et licet quidam libri auctoritatē non habeant ex auctoritatibus ſuis: tamen firmiter non adheretur eis: niſi quia creditur eccleſiæ teſtificanti ueraces eſſe illorum auctores. Vnde ibidem ait Auguſt. Euangelium Nazareorum non admittam: quia non admittitur ab eccleſia. Minor probatur: quia ſicut fide acquiſita credo alijs hiſtorijs a famoſis uiris ſcriptis, & narratis: quia auctores creduntur ueraces; ita credo euangelio; quia eccleſia, cui credo: approbat, & tenet ſcriptores eorum ueraces eſſe. Quod ego audiens acquiro mihi habitum credendi eorum dictis. ¶ Pręterea ſupra probatum eſt, ꝙ nullus articulus credi poteſt ſine fide acquiſita: quia fides infuſa non inclinat ad aſſentiendum cuicunq; ſine fide acquiſita. ¶ Præterea homo non dubitat de ueritate dei: quia illud naturaliter cuilibet inſertum eſt, deum eſſe ueracem. Nec dubitat de approbatione eccleſię, quæ approbat dicta, & ſcripta uirorum ueracium: ergo eis fide acquiſita ex auditu firmiter adhęret. ¶ Secunda concluſio. Non poteſt naturali ratione probari fidem infuſam ad credendum fidei articulos eſſe neceſſariam. Probatur concluſio: quia ad credendū omnia credibilia ſufficit fides acquiſita: ergo

ad credendum ē neceſſaria. I

Cōcl. 2. k

ergo preter illam alia non eſt neceſſaria. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia ſi aliquis puer gentilis, uel Iudeus nutriretur inter fideles non baptizatus: ille non haberet fidem infuſam: ſicut nec charitatem, que ſimul infunduntur. Et tamē ſi inſtrueretur inter fideles (quia crederet ſuos inſtructores eſſe ueraces) omnia crederet, quæ Chriſtianus crederet. ¶ Præterea p ſolā fidē acquiſitā pōt credi ſingulus articulorū: ergo omnes. Tenet conſequētia: quia ſibi nō repugnat. Omne .n. uerū uero conſonat. Antecedens patet: quia quocūq; articulorū ſignato, hūc pōt credi errando circa aliū iſti articulo impertinētē: & tunc nō habet fidē infuſam: ut patebit. Et per cōſequēs credit articulū ſignatū ſine fide infuſa. ¶ Itē ſicut credo fide acquiſita referenti hiſtoriā: quia relatorem credo ueracem: ita credere poſſum ſola fide acquiſita eccleſiā collectam ex uiris grauiſſimis (omne mendacium dānantibus: & pro teſtimonio articulorū ſanguinem propriū ſponte fundentibus) eſſe ueracē: nec approbare, niſi quæ uera ſunt: & propter hoc credere quicquid eccleſia approbat: ſed omnes articulos fidei approbat: ergo omnes credere poſſum ſola fide acquiſita. Cōſequentia nota cū maiore, & minor eſt manifeſta. Quia aūt hæc poſſit credere ſine fide infuſa, patet: quia hæc credere poteſt nō baptizatus exiſtens in mortali, in quo nō eſt fides infuſa. ¶ Itē ſi poſſum credere ſola fide minus ueracibus hiſtoriographis gentilibus: quātò magis ueracibus chriſtianis uita probatiſſimis. ¶ Sed diceres: licet non poſſet probari fidem infuſam eſſe neceſſariam propter actus credendi ſubſtantiā: tamen neceſſaria eſt propter firmiorem adhæſionem. Reſpōdetur. Et ſi fides infuſa facit firmius adherere, quàm ſola fides acquiſita: hoc tamē ratione naturali probari nō poteſt: tamē quia ſicut firmiter credo ſine omni formidine de oppoſito: mundum præceſſiſſe me, & partes mundi eſſe: ac ciuitates, quas non uidi: puta Græciam, Conſtantinopolim, Hieruſalem, Alexandriam: quia non dubito de ueracitate narrantium hæc uera eſſe: multò minus dubitare poſſum de ueracitate prædicātium fidem maximė ſequentibus miraculis, & ſignis: & per conſequens poſſum firmiter fide per uerbum eorum, & ſignorum ueracium teſtimonia acquiſita credere eorum prædicationi. ¶ Præterea quis poteſt errori firmiter adhærere: & pro eius teſtimonio mori ut patet: de hæreticis ſine aliquo dono infuſo: ergo multò magis poteſt firmiter adhęrere ueritati ſine fide infuſa. ¶ Tertia conclusio. Fidem infuſam poni preter acquiſitam creditum eſt, & expreſſum per ſcripturam. Probatur concluſio: nam ad Heb. xi. Impoſſibile eſt ſine fide placere deo. Sed multi placuerunt deo ſine fide acquiſita: ut patet de infantibus pro chriſto ab Herode occiſis: & ſimiliter de infantibus baptizatis: ergo in eis fuit fides non acquiſita, patet: ergo infuſa. Item de baptiſmo, & eius effectu cap. maiores. in uerb. illud uero, quod opponentes. & in clemen. j. de ſum. trinit. in fine habetur de infuſione uirtutum. uide de hoc Panor. in. c. maiores. ubi ſupra. Itē j. Corinth. xiij. Habitibus infuſis: ſpei ſcilicet & charitati connumerat fidem: ideo & ipſa eſt habitus infuſus. ¶ Item iuſtus ex fide uiuit. Roma. j. Item ibidem. iij. Per fidem iuſtificamur, & filij dei conſtituimur. Sed hęc non poſſunt intelligi de fide acquiſita, quæ etiā in demonibus eſſe poteſt: ergo de infuſa. & ſimilia innumera ſunt in ſcriptura. Item ad Epheſ. ij. loquitur apoſtolus. Gratia eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex uobis. Dei enim donum eſt: non ex operibus, ut ne quis glorietur. quod non poteſt intelligi de acquiſita: hoc enim opus noſtrum eſt: ſed de infuſa. Quia enim illa requiritur ſignum eſt: quia duo audiunt eundem prędicantem: uident & eadem miracula, facientem. unus credit, alius non: ut patet in prędicatione Chriſti, & apoſtolorum. Cuius ratio eſt: quia ille recipit donū fidei de ſuper, alius non: nec alia ratio facile dari poteſt. Et pōt perſna

Cōcl. 3. L

deri hęc cõcluſio: quia lex diuina hæc eſt, quando perficit hominē, perfectè perficit: ſicut quando ſanat aliquē ſecūdū corpus, perfectè ſanat pro ſtatu, in quo eſt: ita etiā ſecundū animā. Et quia in anima eſt imago dei ſecūdū potētias tres, quæ deformatę erāt per peccatū; chriſtus ſicut reformādo perficit uolūtatē p charitatē: ſic intellectū per fidē. Iſta perſuaſio nō demōſtrat: qa nō eſt euidēs, ꝙ uolūtatē pficiat p charitatē infuſam: ſicut dictū eſt in j. diſt. xvij. ſe

Cõcl. 4. cūdū hoc ipſum eſt creditū. ¶ Quarta cõcluſio. Reſpectu omniū reſpectu quorū eſt fides infuſa: reſpectu eorūdē eſſe pōt fides acquiſita. Patet ex pręmiſsis: quia fides infuſa nō poteſt inclinare ad quemcūq; actū ſicut acquiſita: ut probatū eſt: ergo cõncluſio uera. Tenet conſequentia: quia alias fruſtra eſſet fides infuſa: cū utraq; fides ſit propter inclinare ad actum. Antecedens probatum

Cõcl. 5. eſt. ¶ Quinta concluſio. Diuerſorū articulorū diuerſę ſunt fides acquiſitæ: nedum numero, ſed ſpecie condiſtinctæ. Probatur cõcluſio: quia actus credendi diuerſos articulos diſtinguūtur ſpecie: ergo & habitus ad ipſos inclinātes. Tenet cõſequentia: quia habitus diſtinguūtur penes actus. Et uniuerſaliter tanta eſt diſtinctio habituū, quanta actuū, ex quibus generantur: ut ſup. in prologo primi Ockā & alibi. Antecedens probatur: quia duo actus credendi eiuſdem articuli in diuerſis ſubiectis: puta Ioan. & Petr. aut in eodē ſucceſsiuè inhęrentes differūt numero: ergo duo actus diuerſorū articulorū differūt ſpecie: cum inter differētiā numeralem, & ſpecificam non ſit mediū: ſed duo actus diuerſorum articulorum differunt plus, ꝙ̄ numero: quia plus ꝙ̄ duo actus eiuſdem articuli, qui differūt numero: & intelligo per eoſdem articulos non ſynonymos: quia actus articulorum nō ſynonymorum non plus differunt, quā plures actus eiuſdem articuli. ¶ Pręterea: quæcunq; ſic ſe habent, ꝙ uniū ſtat cū uno contrariorum, cum quo aliud non ſtat: illa diſtinguuntur ſpecie. Patet in exēplo: quia dulcedo ſtat cum albedine:

M Diuerſorū articulorū diuerſæ ſunt fides acquiſitę.

& nigredo non ſtat cum albedine: ergo dulcedo, & nigredo ſpecie diſtinguūtur. Et probatur ratione: quia quando aliqua ſunt eiuſdem rationis, quicquid ſtat cum uno, ſtare poteſt cum alio: & quicquid repugnat uni, repugnat etiam alteri: ſicut cū duæ albedines ſunt eiuſdem ſpeciei: quicquid ſtat cum una, pōt ſtare cum alia: & quod uni repugnat, etiam repugnat alteri: ſed error repugnat fidei acquiſitæ circa eundem articulum: & non repugnat fidei acquiſitæ circa alium articulū: ergo duæ fides diuerſorum articulorum diſtinguūtur ſpecie. Conſequentia nota. Maior eſt probata pro prima parte. Patet: quia eundem articulum non contingit credere, & errare: quia idem articulus nō poteſt eſſe uerus, & falſus. Secunda pars probatur: quia hęreticus errās circa unum articulum poteſt habere fidem acquiſitam circa alium. Poteſt enim credere chriſtum natum de uirgine: & circa articulum trinitatis errare; aſſerens chriſtum eſſe creaturam, & non deum: ſicut errant Arriani. ¶ Sexta concluſio. Vna Cõcl. 6.

eſt fides infuſa ad omnes fidei articulos mediatè, uel immediatè inclinatiua. Probatur concluſio ſecundū ambas poſitiones ſuprapoſitas: nā ſecūdū primā, eſt unus habitus inclinans immediatè ad obiectum propriū, ſeu immediatū: & mediatè ad alia particularia obiecta. Secundū opinionē ſecundā ſimiliter eſt unus habitus immediatè ad omnia credibilia inclinans. Hic autem habitus eſt idem ſpecie in omnibus fidelibus: quia in omnibus habet eadē obiecta, & actus ſpecie: ita ꝙ quęcūq; obiecta habet in uno fideli, eadē ſpecie habere poteſt in alio: ſimiliter & actus: licet obiecta in uno fideli differāt ſpecie: in eodē autē eſt idē numero reſpectu omniū credibiliū: ita ꝙ in eodē nō poſſunt eſſe plures, ſeu diſtinctæ fides infuſæ ſimul: poſſunt autem ſucceſsiuè: ut ſi primò infuſa per errorem corrumpitur: & poſt correcto errore iterum infundatur. Hæc, quæ ſecundò infunditur, non eſt eadem numero ei, quæ prius corrupta eſt: cum idem corruptum numero non reuerta-

tur: forte per niſi ſpeciale miraculum. Vlterior huius concluſionis declaratio patet ex notabili ultimo. Et tantum de articulo .ij. ¶ Quantum ad tertium ar-
Arti. 3. ticulū, dubitatur primò ad quid ponitur
Dub. 1. fides infuſa: cū.n. firmiter, & certè per
N fidem acquiſitā articulis fidei aſſentio ſine formidine de oppoſito: ſicut aſſentio, ꝙ mundus me præceſſit firmiter, & ſine formidine: multò magis reuelatis a deo: uidetur, ꝙ fruſtra ponitur fides infuſa. Reſpondetur; ꝙ quia fides infuſa a deo animæ donatur: dubium nullum eſſe poterit, quin fructuoſè, & ad perfectionem, & utilitatem hominis infundatur. Non.n. poteſt a diuina bonitate procedere aliquod uanum, & inutile: ſicut nec a diuina eſſentia aliquod inordinatum: Dei .n. pfecta ſunt opera: etiā ſi nos lateat utilitas doni. Quantum tamen nunc ſufficit: fides infuſa in actu primò perficit intellectum. Eſt.n. fides infuſa pfectior acquiſita: immo quocunq; habitu naturaliter acquiſito, puta ſcientia, ſapientia prudentia naturaliter acquſita. Nā fides infuſa eſt habitus ſupernaturalis, qui propter ſui perfectionē non pōt cauſari niſi a deo: licet habitus acqſiti, ſcientia &c. quātū ad euidentiā cognoſcēdi obiectū ſuum excedant habitū fidei infuſæ. Simpliciter tñ, & in ſe con-
Habitus infuſus pfectior ē acquiſito. ſideratus habitus infuſus perfectior eſt quocunq; acquiſito. Vnde eſt quidā ſupernaturalis animæ ornatus ex eo, ꝙ animæ ineſt, eam multum perficiens, & nobilitās. Perficit etiā animā in actu ſecundo: quia cū fide acquiſita, & potētia cauſat perfectiorem actum credendi, & quantum ad actus ſubſtantiam, & quantum ad intenſionem, & quātum ad aſſentiēdi firmitatē. Nobilior.n. eſt actus credendi intenſior, & firmior, cū elicitur cum cōcurrente fide infuſa: quàm a ſola potentia, & fide acquiſita. Nam ſunt aliqui, qui uellent magis aſſentire: & tamen minus aſſentiunt: ideo petunt illud apoſtolorum. Domine adauge nobis fidem. & petitur idem in collecta quadam. Omnipotens ſempiterne deus da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum &c. Hoc autem augmē-

tum ſit per fidem infuſam. ¶ Secūdò du-
bitatur: per quid corrumpitur fides. De Dub. 2.
fide acquiſita dicitur ſicut præcedenti O
queſtione dictum eſt de corruptione habituum. Nam quoad actum corrumpitur per errorem contrarium circa eundem articulum. Impoſsibile enim eſt, ꝙ
eundem articulum quis ſimul credat, & Per qd
diſcredat. Stat tamen ſimul actus credē- fides
di unum articulum cū errore circa aliū corrum
articulum: ut dictum eſt. Sic & habitus pitur.
fidei acquiſitę per habitum erroris contrarij corrumpitur: uel per longam negligentiam eliciendi actum ſuum circa proprium obiectum, propter defectum conſeruantis. Non autem corrumpitur habitus fidei acquiſitus per actum erroris circa idem obiectum: quia licet actus repugnet actui; non tamen actus repugnat habitui: dicitur tamen quandoq; actus repugnare habitui: q a actus gignit habitum, qui eſt contrarius habitui: & ſic dicitur mediatè repugnare. Vnde generaliter nullus actus repugnat habitui: & iō actus fidei ſtare pōt cū habitu ſciētiæ: ēt cū habitu erroris circa idē obiectū. Sic e cōuerſo habitus fidei ſtare pōt cū actu ſciētię: & ſimiliter cū actu claræ uiſionis: etiam cū actu erroris circa eandem concluſionem. ¶ Primum patet: qa ſi aliquis habeat habitum ſcientię circa aliquam concluſionem per demonſtrationem acquiſitā, obliuiſcatur demonſtrationis manente habitu, poteſt eidem concluſioni poſtea aſſentire ex auctoritate doctoris: uel quia credit ſibi eam quandoq; fuiſſe demonſtratam. Sic ſi quis habet actum fidei circa aliquod obiectum, circa quod prius errauit, habitus erroris manet: quia ſentit ſe poſtea inclinatum ad actum erroris, donec & quouſq; per habitum fidei genitum habitus erroris corrumpitur. ¶ Secundum ſimiliter patet: quia non eſt maior repugnantia inter illa, quàm inter habitum ſcientiæ, & actum errandi circa eandem concluſionem; & ſimiliter inter habitum temperantiæ, & actum intemperantię: ſed illa ſtare reſpectu eiuſdem obiecti non includit repugnantiam: ergo. Conſe-

quentia nota cũ maiore. Minor proba tur: quia ut ſupra argutum eſt: habens habitum ſcientiæ acquiſitum per demõ ſtrationem poteſt obliuiſci demonſtra tionis: per ſyllogiſmum falſigraphum decipi circa concluſionem prius ſci- tam ad diſſentiendum ei; adhuc ſen- tiet ſe magis inclinatum ad actum ſcien tiæ, quã fuit ante habitum. Sic habens habitum temperantiæ poteſt elicere actum intemperatum: ergo multó ma- gis poſſunt ſimul ſtare habitus fidei cum actu ſcientiæ, & claræ uiſionis. Et licet habitus ſtat cum actu habi- tus contrarij: tamen habitus actuum contrariorum non ſtant ſimul. Unde quando actus ſunt contrarij, & incom poſsibiles: etiam habitus eorum con- trarij ſunt incompoſsibiles: & econuer ſo. ſi non, non. Et hoc probabiliter di citur. Et licet habitus fidei ſtet cũ actu ſcientiæ: & habitus ſcientiç cum actu fi dei: etiam habitus fidei cũ clara uiſione reſpectu eiuſdem obiecti: tamẽ actus fi- dei eſt incompoſsibilis actui ſcientiæ, & actui claræ uiſionis: quia de ratione fidei eſt obſcuritas ſiue ineuidentia: ſed de ra tione uiſionis, & actus ſcientiç eſt eui- dentia, & claritas. ¶ De habitu uero in- fuſo dicitur: ꝙ ſicut a ſolo deo creando infunditur: ita ab eo ſolo annihilando corrumpitur. Unde nulla cauſa creata eum corrũpere poteſt: corrumpitur de- meritorie: non quidem per quodlibet mortale, ſicut charitas: ſed per errorem circa quẽcumq; articulum pertinacem. Nam qui errat circa aliquem articulũ, demeretur ſibi auferri illud donũ infuſç fidei, quo inclinatur mediatẽ, uel imme diatẽ ad aſſentiendum cuilibet articulo fidei. Unde per quamlibet hæreſim cor rumpitur fides infuſa: alioquin idẽ eſſet fidelis, & hçreticus. Hæreticus per erro rem pertinacem circa certum fidei arti culum: & fidelis per infuſam fidem: & ſicut dictum eſt de errore: ita dicẽdum eſt de dubio pertinacia eadẽ ratione: quia & dubitans pertinaciter circa quemcumq; articulum, hçreticus eſt: nullus autem hæreticus habet fidem in fuſam. ¶ Dicitur tamen notanter per-

Hçreti- cus quis eſt.

tinaciter: quia error non pertinax: ſimi liter & dubiũ, circa articulum particu- larem, non repugnat fidei infuſæ: licet acquiſitæ ſecundum eundẽ articulum. Poteſt enim quis circa aliquam uerita tem in canone bibliç contentam erra- re, uel dubitare explicitẽ: & tamen eun dem implicitẽ credere: hic tamen uerẽ fidelis cẽſetur, ſicut laicus firmiter cre dens fidem catholicam eſſe ueram. & ſi militer omnia contenta in biblia. Igno rat aũt Sarã uxorẽ fuiſſe Abraç: aut cre dit eam fuiſſe matrem Abraç, uel dubi- tat, paratus informari: non eſt infidelis. Et credendo omnia contenta in biblia eſſe uera implicitẽ credit Saram fuiſſe uxorem Abraç: quãuis explicitẽ igno- ret, dubitet, aut oppoſitũ putet: quia ne ſcit hoc contineri in biblia. ¶ Quæ au- tem ueritates ſint catholicæ: & quis fi- delis, & infidelis, ſeu hçreticus cenſen- dus: remitto ad ſecundum, & tertium li brum primæ partis dialo. Ockam: ubi hçc late tractãtur. ¶ Ex prçmiſsis ſequi tur, ꝙ fides infuſa, & acquiſita ſpecie di- ſtinguuntur. Patet: quia aliquid (pu- ta error pertinax circa obiectum parti culare) repugnat fidei infuſç, quæ ſtat cum fide acquiſita. Nec eſt inconue- niens duos habitus alterius rationis po ni in eadem potentia reſpectu eiuſdem actus immediatẽ, ad eum inclinantes: dummodo unus fuerit ſupernaturalis: alius naturaliter acquiſitus: ſecus ſi am bo eſſent acquiſiti. ¶ Dubitatur tertiò: utrum fides informis ſit donum dei, & uirtus. Supponatur hic, ꝙ multiplicia ſunt dei dona: naturalia, & gratuita. Et gratuita ſunt duplicia: quædam gra- tis data: quçdam gratum facientia, quo rum multa enumerat apoſtolus j. Cor. xij. Diuiſiones gratiarum ſunt &c. De hoc in ij. diſt. xvj. Hic donum accipi- tur pro dono gratuito, non pro natura li: quoniam ſic accipiendo non eſt du- bium. quin omnis natura eſt donũ dei. Et per hoc reſpondetur ad primam par tem dubij: ꝙ fides acquiſita informis non eſt donum gratuitum. Patet: quia fides acquiſita acquiritur ex naturali hominis potentia: ſicut alia ars, aut ſciẽ

Dub. 3. P

Utrum fides in formis ſit donũ dei, & uirtus.

tia, ut habitum eſt: ſtante generali influentia dei: igitur non eſt donum gratuitum. Tenet cõſequentia: quia donũ gratuitum eſt, quod naturę facultatem excedit: & a ſolo deo naturæ ſuperadditur. ¶ Secundò dicitur, ꝙ fides informis infuſa eſt donum dei. Patet: qa eſt habitus a deo ſupernaturaliter infuſus: ut patet ex præmiſsis. ¶ Pro reſponſione ad ſecundam partem dubij, notãdum ꝙ ſecũdũ Alexã. parte. iij. q. lxxiiij. mẽbro. iij. uirtus accipitur quadrupliciter. Primò cõmuniſsimè ſecundum ꝙ diuiditur in uirtutem naturalem, politicam, & gratuitam. Secundo modo cõmuniter, ut diuiditur in politicam, quæ eſt habitus acquiſitus: & gratuitam, quę eſt habitus infuſus. Tertiò ſtrictè pro habitu infuſo tantum: ſiue ſit gratis datus: ſiue gratum faciens. Quarto ſtrictiſsimè pro habitu gratuito gratum faciente determinatiuo ad operabilia: & hoc modo ſolus habitus charitatis, aut charitate formatus eſt uirtus. Et ſic accipitur in principio diſtinctionis. ubi ex uerbis beati Auguſtini magiſter diſtinguit fidem in id, quo creditur, & eſt uirtus: & in id, quo creditur, & non eſt uirtus: & in id, quod creditur, quod eſt aliud ab eo, quod creditur. ¶ Per hoc patet: ꝙ fides infuſa informis eſt uirtus primo, ſecundo, & tertio modis quia habitus infuſus gratuitus gratis datus: ſed fides formata eſt uirtus quarto modo. Fides autem acquiſita uirtus eſt primo, & ſecundo modis, accipiendo uirtutem pro quolibet habitu acquiſito dirigente potentiam ad aliquam actus ſui rectitudinem: quo modo etiam habitus intellectualis dicitur uirtus.

De quadruplici acceptione uirtutis.

Dub. 4.

Quid ẽ uirtus.

¶ Quartum dubium: an fides acquiſita ſit uirtus intellectualis, uel moralis. pro reſpõſione notandum, ꝙ accipiendo uirtutem communiſsimè: ut in præcedenti dubio dictum eſt: uirtus eſt diſpoſitio, ſeu qualitas perficiẽs potẽtiã ad benè operandũ: hanc deſcriptionem tãgit philoſophus. ij. Ethi. c. vj dicens. Virtus eſt quæ habentem pficit, & opus eius bonum reddit. Exemplificat de uirtute oculi, & equi. Vbi nota, ꝙ opus bonum ſiue benè operatum intelligitur opus, ꝙ a potentia elicitur conuenienter ad finẽ proprium potentiæ, cuius eſt. Sic quia oculi. i. potentię uidendi finis eſt uidere, equi ſeſſorem ſuauiter ferre: uelociter currere: & imperterritè hoſtes inuadere: ideo diſpoſitiones, quibus oculus diſponitur ad perfectè, & clarè uidendum, dicuntur uirtus oculi: & membrorum fortitudo, quo equus ad fines ſuos benè diſponiř, eſt uirtus equi. Sic etiã, quia finis proprius intellectus eſt cognitio ueri: & finis proprius uolũtatis eſt adeptio boni: habitus inclinans intellectũ ad appræhendẽdũ clarè obiectum: & ad aſſentiẽdum promptè, & firmiter uero eſt uirtus intellectus: & habitus inclinans uoluntatẽ ad delectabiliter uolendum bonum, & ad nolendum malũ, eſt uirtus uoluntatis. ¶ Conſequenter aduertẽdum, ꝙ cũ uirtus diuiditur in intellectualẽ, & moralẽ: uirtus accipitur ſecundo modo pro uirtute politica, uel gratuita, quę etiam ſecundum aliquos dicitur uirtus humana: quia cõuenit homini inquantum rationalis: eſſe autem rationale eſt propria ratio hominis. Excluditur itaq; in illa diuiſione uirtus naturalis oculi, equi, & quorumlibet aliorum irrationalium.

Virtus intellectualis quid eſt.

Eſt autem uirtus intellectualis uirtus, ſeu habitus derelictus, ac cauſatus ab actibus intellectus apphẽſiuis, uel adhęſiuis, inclinãs intellectũ ad obiecti cognitionem, aut ad ueri adhęſionẽ. ¶ De uirtute morali quidã diſtinguũt, ſecũdũ, ꝙ mos dicit a cõſuetudine, uocãtes generaliter, & cõmuniſsimè uirtutẽ moralẽ omnẽ habitũ ex frequentia actuum derelictum: & ſic ex cõſuetudine cauſatum, perficientem ſubiectum: & ſic omnis uirtus acquiſita eſt uirtus moralis. Et ſic non diſtinguitur uirtus intellectualis a morali: ſed illa acceptio nimis cõmunis eſt, & larga. Alio modo accipitur pro uirtute ex actibus uoluntatis cauſata, quę reddit hominẽ laudabilem, atq; bonum. Et quoniam duplex eſt actus uoluntatis. Vnus elicitus, qui eſt uelle, & nolle. Alius eſt imperatus, & eſt actus cuiuſcunq; potentiæ ad imperium uoluntatis (quod

eſt uelle) productus. Igitur uirtus moralis quandoq; accipitur ſtrictiſsimè pro uirtute ex actibus elicitis uolũtatis derelicta: & talis uirtus, eſt uirtus intrinſecè: ut ſupra dictum eſt. Alio modo largius pro uirtute cauſata ex actibus uoluntatis elicitis, uel imperatis: & illa nõ ſemper inhæret uoluntati, ut talis eſt: ſed quandoque intellectui: quandoque ſenſui: quandoque potentiæ executiuæ. Vnde generaliter omnis habitus illi potentiæ inhæret, cui inſunt actus, a quibus cauſatur. Et hęc uirtus non eſt uirtus moralis intrinſecè: ſed contingenter, & denominatione extrinſeca. ¶ Secundum has diſtinctiones reſpondetur ad dubium. R Et dicitur primo modo accipiendo uirtutem moralem ſtrictè, pro uirtute morali per eſſentiam: nulla uirtus intellectualis eſt moralis. Patet, quia realiter differunt actus intellectus: & actus uoluntatis: nec de ſe inuicem prædicantur: ergo, & habitus ab eis derelicti. Tenet conſequentia: quia tanta eſt diſtinctio habituum, quanta actuũ. Antecedens manifeſtum eſt: quia actus intellectus eſt cognitio. uoluntatis eſt uelle, & nolle: nunc autem diſtinguitur cognitio, & uelle manifeſtum eſt. ¶ Secundò dicitur accipiendo uirtutem moralem communiter, & ſecundo modo aliqua uirtus intellectualis eſt moralis. Probatur: quia aliqui actus intellectus poſſunt imperari a uoluntate: & habitus illorum ſunt morales illo modo. Minor nota eſt. Maior probatur: quia uoluntas poteſt imperare intellectui, ut ſpeculetur, diſcurrat, ueritatem arguendo inquirat &c. qui ſunt actus intellectus eliciti: & ſunt actus uoluntatis imperati: & per conſequens habitus ad huiuſmodi actus inclinantes ſunt habitus intellectuales: ſimul, & morales. Et dr̃ notanter aliqui actus intellectuales particulariter, quia non uidetur uerum uniuerſaliter. Nam actus aſſentiendi uero euidenti, & diſſentiendi falſo euidenti non ſubſunt uoluntatis imperio. Nam intellectus non poteſt non aſſentire uero euidenti, & appræhenſo. Et ſiue uoluntas uelit, ſiue nolit: intellectus aſſentit: igitur ille aſſenſus non dependet ab imperio uoluntatis immediatè: niſi forte quantum ad ſui continuationem: quia uoluntas poteſt intellectum auertere a conſideratione ueritatis euidẽtis, & cõuertere ad aliorum conſiderationem: & tunc ceſſabit aſſenſus: tamen ſtante cõſideratione ueri euidentis, non poteſt intellectus non aſſentire: ſecus de uero non euidenti. ¶ Tertiò dicitur, ꝙ omnis fides acquiſita eſt uirtus intellectualis. Probatur: quia omnis talis cauſatur ab actibus intellectus elicitis: ſcilicet aſſentire uero certo ex auctoritate teſtis ergo &c. ¶ Quartò dicitur, quòd omnis fides acquiſita eſt uirtus moralis ſecundo modo. Probatur: quia acquiritur ex actibus uoluntatis imperatis, quod ſic patet. Nam appræhenſo uero certo, ſed ineuidenti: & ita non ſufficienter probato, non cogitur intellectus aſſentire: ſed quantum eſt de ſe, poteſt nõ aſſentire: ideo ſi aſſentit firmiter uolens aſſentit: & ita ex imperio uoluntatis: & hoc eſt, quod dicit Beatus Aug. ꝙ cætera poteſt homo nolens (cætera ſcilicet ieiunare, intrare eccleſiam) credere nõ poteſt niſi uolens. ¶ Quintò dicitur, ꝙ fides infuſa propriè nec eſt uirtus moralis, nec intellectualis: ſed gratuita. Philoſophus enim diuidens uirtutem moralem, & intellectualem loquitur de uirtutibus acquiſitis, non de infuſis. ¶ Vltimò dubitatur: utrum fides formata, & informis ſint idem numero, an diuerſi habitus. Dub. 5. S Similiter quæri poteſt de actibus credendi. Reſpondetur breuiter dimiſsis opinionibus: ꝙ eadem fides non eſt informis, & formata: hoc enim implicat: ſed fides, quæ fuit informis, eadẽ in ſubſtantia poteſt formari. & econuerſo. ſic de actu. Pro quo notãdum, quòd charitas dicitur forma uirtutum, & formare uirtutes: non ꝙ inhæreat uirtutibus, & det ſpeciem, ſicut forma ſubſtantialis inhæret materiæ: & dat ſpeciẽ nõ materiæ: ſed compoſito Sed dicitur forma uirtutum pro quanto per charitatẽ actus uirtutũ perficiuntur: quia per charitatem in debitum finem ultimum, ſcilicet ſummum bonum propter ſeipſum,

Charitas ẽ forma uirtutum.

quod deus eſt: referunt. Perfectior autẽ eſt actus in deum relatus, quàm relatus in alium finem: ut honeſtatem aliquam moralem citra deum. Sola autem charitas, qua diligitur deus ſuper omnia, & ꝓpter ſeipsũ, refert actus eius, in quo eſt in eum, quem ſuper omnia diligit: ideo ſola charitas format uirtutes pro quanto producit uirtutem actus ad ultimam perfectionem. Vnde habitus fidei informis nihil aliud eſt, quàm habitus fidei, cui non aſsiſtit in eodem ſubiecto charitas: & per oppoſitum fides formata eſt, cui in eodem ſubiecto, ſeu in eadẽ anima aſsiſtit charitas. Vnde habitus fidei non mutatur propter aduentũ charitatis: ſicut nec corpus hominis ꝓpter ueſtimentum, licet eo ornetur: neque mutatur propter deſitionem charitatis. Patet ergo, ꝙ idem habitus fidei tam infuſus, quàm acquiſitus. ſimiliter, & actus eius, poteſt ſucceſsiuẽ eſſe formatus, &

T informis. ¶ Sed di. dictum eſt ſupra q. p̃cedẽ, ꝙ circumſtantia finis eſt obiectũ principale, & primum actus, & habitus: ergo mutato fine, mutatur utrunq; habitus, & actus: cum diſtinctio habituum, & actuum: principaliter arguitur ex diſtinctione obiectorum: ergo ſi fides fuerit primò informis: & adueniat charitas, per quam actus fidei refertur in aliũ finem: mutatur eius obiectum: & per cõſequens actus, & habitus, & prior habitus corrumpitur. Nõ enim pñt duo habitus infuſi fidei ſimul ſtare: neq; duo acquiſiti reſpectu eiuſdem credibilis. Reſpondetur, ut ſupra dictum eſt,: ꝙ finis eſt obiectum principale, & primũ actus, & habitus intrinſecè uirtuoſi moraliter: talis autẽ eſt ſolus actus elicitus uoluntatis, & habitus eius: & iſti uariantur propter alium, & aliũ finem. Nunc aũt actus fidei, ꝙ eius habitus inhærent intellectui: & non ſunt uirtuoſi niſi denominatione extrinſeca, inquãtum actus fidei imperatur a uoluntate: & horum actuum, & habituum ex eis generatorum finis eſt circumſtãtia, & non obiectum, & ꝑ hoc poſſunt manere ijdẽ fine, & cęteris circumſtantijs, uariatis. ¶ Sed di. ſaltẽ uirtutes morales non ſunt eædẽ formatæ, & non formatæ: quia illę, & earũ actus ſunt in uoluntate. Reſpondetur, ꝙ per aduentum charitatis nouus actus elicitur, ex quo frequentato etiam alius habitus generatus a priori habitu morali ſpecie diſtinctus. Exempli gratia. In Ioanne eſt fortitudo moralis, per quam aggreditur terribilia propter bonum reipublicæ, puta pacem conſeruandam, aut propter patriam a latronibus liberandã. Adueniat charitas, per quam Ioannes uult aggredi terribilia propter diuinum præceptum, quo tenetur proximũ liberare a damnis, & periculis. Iam elicitur alius actus a priori etiam ſpecie diſtinctus: ut dictum eſt priore quæſtione: & per conſequens alius habitus, ſi actus ille frequentatur. Non tamen propter ad generationem ſecundi habitus, prior informis corrumpitur. quia habitus ad genitus priori non contrariatur: licet inclinent ad diuerſos actus. ¶ De actibus uero ſi non poſſunt in uoluntate ſimul eſſe plures actus adueniente ſecundo: prior actus cedit: non propter contrarietatem actuum, ſed quia potentia non eſt ſimul capax plurium, habitus tamen prior manet. hęc dico de habitu acquiſito. ¶ Sed de habitu infuſo poteſt dici: ꝙ nõ infunditur nouus habitus, ſi alius pręfuit adueniente charitate: ſed præexiſtens formatur: ſicut dictum eſt de fide.

Dub. 6. V

An in Dęmonibus ſit fides infuſa, an acquiſita.

¶ Adhuc quis quæreret. Iacobus dicit. Dæmones credũt, & cõtremiſcũt. qua fide credunt; infuſa, an acquiſita. Reſpondetur, ꝙ credunt fide actuali ex ſignis, & cõiecturis: etiam ex ſcriptura, quam nouerunt: & ex illis actibus credendi generatur in eis habitus. Non tamen habent fidem infuſam: quia illam non habuerunt ante caſum, ut quidam uolunt. Nec eſt ueriſimile, ꝙ deus poſt caſũ, obſtinatis in malitia, & odio dei infuderit donũ gratuitũ, quale eſt fides informis

Et tantum de illa quæſtione.

DISTINCTIO XXIIII.

IN ſuperiori diſtinctione magiſter egit de fide quantum ad eius ſubſtantiam, habitum ſcilicet & actũ. In hac diſt.xxiiij.agit de eadem quantum ad obiectum : hoc eſt quantum ad ipſa credibilia. Vnde inquirit; an de uiſis, & cognitis poſsit eſſe fides. Et ſtat ſententia textus in his tribus concluſionibus. ¶ Prima. Licet fides impropriè accepta, qua non ædificamur in chriſto, ſit de uiſis: propriè tamen tantum eſt de non apparentibus: nec euidenter cognitis. ¶ Secunda. Petrus fide non cognouit hominem chriſtum pati, quem mori oculis uidit: ſed deum fore, qui paſſus eſt, fide credidit : quod corporis ſenſibus non percipit. ¶ Tertia. ſunt quædam, quę ſciri, & intelligi non poſſunt: niſi prius credantur: & ſunt, quæ credi nõ poſſunt; niſi prius intelligantur. Intelligantur dicit ex parte, non perfectè: quia quod penitus ignoratur, credi non poteſt. Has cõcluſiones latius proſequitur in textu.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hãc diſtinctionem quæritur: utrum credibiliũ reuelatorum in eadem anima ſimul eſſe poſsit fides, & ſcientia. ¶ Præmiſsis notabilibus, ſubiungentur concluſiones, quibus pro articulo tertio addendę ſunt mouendorum dubiorum ſolutiones. ¶ Quantum ad primum articulum, notandum, ꝙ licet multipliciter accipitur ſcientia apud sãctos, & doc. hic tamen propriè accipitur pro notitia adhæſiua concluſionis neceſſariæ acquiſitę per demonſtrationẽ: ubi innuuntur tres cõditiones ſcientiæ. Prima: ꝙ ſit notitia adhæſiua habitualis, uel actualis: per quod excluditur notitia appręhenſiua : ipſa ſcilicet ueritas ſcita, quę non eſt ſcientia: ſed obiectum ſciẽtię. Scda: ꝙ ſit propoſitionis neceſſarię. Vnde etſi ꝓpoſitionis cõtingẽtis ueritas poteſt euidens eſſe per notitiam intuitiuam extremorum: nõ tñ eius notitia eſt ſciẽtia. Tertia: ꝙ ſit acquiſita ꝑ demonſtrationẽ : hoc eſt per diſcurſum ſyllogiſticum procedentem ex neceſſarijs euidẽtibus mediatè, uel immediatè. unde nunquam aliqua ueritas ſcitur: donec reſoluatur ad principia euidentia : hoc eſt donec in probatione eius ueniatur ad principia euidentia ex terminis, uel per experiẽtiam. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ licet ſcientia ſubalternata pręſupponat principia ſua ex ſubalternante: ſicut muſica ex arithmetica, & perſpectiua ex geometria. hoc eſt, ꝙ principia ſua in alia ſcientia probantur, & reducuntur ad principia euidentia: nulli tamẽ ſubalternata eſt ſcientia : niſi cui principia eius reducta ſunt, & demonſtrata in ſcientia ſubalternante : quoniam ſi tantũ credit principia : & ſupponit ea in ſcientia ſuperiore demõſtrata, & nõ ſunt ei demõſtrata: nullius concluſionis muſicę, uel perſpectiuę habere poteſt ſcientiam. Nõ .n. põt eſſe maior euidentia, & adhęſiõis firmitas cõcluſionis, quã pręmiſſarũ, ex quibus infertur: immo quantũ ad euidẽtiam, ſemper concluſio ſequitur pręmiſſam debiliorem: ut ſi maior eſt credita: minor neceſſaria, & euidens, uel econuerſo: cõcluſio erit credita, & nõ euidẽter ſcita. Ex quo patet: ꝙ nunquam erit muſicus, & ꝑſpectiuus: niſi fuerit arithmeticus, & geometricus. Verum opinionem, uel fidem extenſo nomine habere poteſt de his, quæ traduntur in muſica, & perſpectiua: quæ præſupponit principia abſq; hoc, ꝙ ſciat arithmeticam, & geometriam. Vnde nihil eſt dicere, ego ſcio cõcluſiões aliquas. quia tu ſcis principia, quibus ego credo, quia tu ſcis ea: qa de eiſdẽ põt eſſe fides opinio, & ſciẽtia: ſed non ſimul in eodem: & ideo quãtumcunq; theologia uiatorum ſubalternetur theologię beatorũ, in qua principia theologiæ uiatorum ſunt euidentia, puta deus eſt trinus, & unus, qa tamen uiatori de cõmuni lege non ſunt euidẽtia: nõ põt ei theologia eſſe ſcientia, ut opinatur beatus Tho. ¶ Scdò notãdum B

Artl. 1. Sciẽtia accipiĩ multipliciter.

circa

Quę ſunt obiecta fidei acquſitæ, & quę infuſæ.

circa obiectum fidei: quia generaliter idem eſt obiectū actus, & habitus ad ipſum inclinantis: aliter loquendū eſt de obiecto fidei acquiſitæ, & infuſæ. Nam quia fides acquiſita nō eſt eadē reſpectu diuerſorum articulorū, ſeu credibilium fidei acquiſitę: non eſt unū tantū obiectum: ſed tot obiecta, quot ſunt credibilia: nā obiectū fidei nihil aliud eſt, quā ueritas credita: ſicut obiectum ſcientiæ eſt ueritas ſcita: licet inter illa unum poſſet dici primum obiectum, quod eſt quaſi principium, ex quo alia inferuntur: quale eſt hoc complexum, omne reuelatum a deo eſt uerum in ſenſu, in quo eſt reuelatum. Illud.n. pōt eſſe præmiſſa, & principiū partiale inferens omnem articulum in ſpeciali. Poteſt.n. ſic argui reſpectu cuiuslibet articuli: omne reuelatū a deo in ſenſu, in quo eſt reuelatum, eſt uerū: ſed deum eſſe trinū, & unum eſt reuelatum &c. ergo eſt uerū. ¶ Sed de fide infuſa, ſi tenetur opinio ſecunda ſuperius recitata diſ. præcedenti, quod tanquā cauſa uniuerſalis immediatē inclinat ad omnē articulum: dicendum eſt ſicut de fide acquiſita, quod eius non eſt unū obiectum immediatū: ſed tot, quot ſunt credibilia. Non.n. ſecundū illam poſitionē inclinat ad unū credibile propter aliud: ſed ad quodlibet immediatē. ¶ Sed ſi tenetur prima opinio: ſic fidei infuſę eſt unū obiectum immediatū, ſ. hæc propoſitio. Omne reuelatū a deo &c. ad cuius actū adhæſiuum primò, & immediatē inclinat: concurrente tamen fide acquiſita: & mediatē inclinat ad alia obiecta ſpecialium articulorum pro quanto ex illo obiecto primò inferri poſſunt: & ita articuli ſpeciales ſunt obiecta mediata. de hoc diſtin. præcedenti latius dictum

C eſt. ¶ Tertiò notandū. quod ſub fide nō ſolū cadunt propoſitiones contingentes: ſed etiā ueritates neceſſarię demonſtrabiles. Patet per apoſtolū ad Heb. xj. dicētē. Credere oportet accedētem ad deū, quia eſt: & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Prima: deus eſt, neceſſaria eſt, & demonſtrabilis. Secūda: deus inquirētibus ſe remunerator eſt: eſt cōtingens. Vnde oēs articuli fidei aliqd enūciātes de deo intrinſecum deo: ut deus eſt trinus, & unus. Verbum eſt a patre, ęterna liter genitum. ſpiritusſanctus procedit ab utroq;. Deus eſt æternus, ſapiens, iuſtus, omnipotens, bonus: & ſic de alijs attributis, ſunt neceſſarię, quarum mul tæ ſunt demonſtrabiles, & naturaliter notę. Quædā tātū ſupernaturaliter cognoſcibiles: & dumtaxat in theologia beatorū demonſtrabiles. Articuli uero, qui aliquid enunciāt de deo per reſpectū ad extra ad creaturam: ut quod eſt incarnatus: quod eſt paſſus. Iudex futurus uiuorum, & mortuorum, beatificator electorū, & ſimiles, contingentes ſunt, & per conſequens in demonſtrabiles: & per conſequens non ſunt ſcibiles: licet ſint euidenter cognoſcibiles ex notitia intuitiua terminorū: ſed nō niſi obiectis. Siquidē intuitiua notitia dei eſt beatifica. Et licet quædam propoſitiones ſunt neceſſarię, ut dictum eſt, & demonſtrabiles: poſſunt tamen credi ſimiliter, & opinari: nam qui eis aſſentit inductus leui perſuaſione, opinatur eas, qui uero aſſentit inductus auctoritate reuelantis, credit eas; cui autem demonſtrantur, iam nec opinat: nec credit: ſed euidēter noſcit eas: eiſq; ſcientia propriē dicta firmiter aſſentit. ¶ Quantū ad ſecūdū articulum eſt prima cōcluſio. ¶ Quorundam credibiliū poteſt eſſe ſcientia, & apud uiatores, & apud beatos. Quorundam tantū apud beatos. Quorundā nec apud illos, nec iſtos. Prima pars patet: nam deum eſſe eſt credibile: ut patet per apoſtolum ſupra allegatum: & tamen eſt ratione naturali demonſtrabile. ¶ Præterea: plura attributa: ut quod eſt intelligens, purus actus &c. philoſophus demonſtrat de deo: & tamen omnia illa ſimplex fidelis credit, tanquam reuelata. ¶ Quod etiam apud beatos patebit ex ſecunda parte concluſionis, quæ ſic probatur: quia propoſitio illa, deus eſt trinus, & unus, quam format uiator, eſt quoddam credibile: & tamen, eſt demonſtrabile apud beatos. quod patet: quia illa propoſitio, quam format uiator ex conceptibus complexis, uel communibus, ac indiſtinctis deū repñtātibus, ē neceſſa

Arti. 2. Cōcl. 1.

D

tia,& nō p ſe nota: ergo deducibilis ex per ſe notis & ita demonſtrabilis p priorem. hæc autem prior propoſitio eſt, q̃ componitur ex conceptibus ſimplicibus,& proprijs deo: hoc enim eſt euidens ex terminis:& tales cōceptus poſſunt eſſe medium demonſtrandi eam, quā format uiator. Gratia exempli: ſubordinetur ly a, conceptui ſimplici proprio,& diſtincto dei: tunc illa: a , eſt trinus,& unus, eſt per ſe nota ei, qui habet correſpondentem conceptum a. tunc arguendo. Omnis a, eſt trinus, & unus: deus eſt a: ergo deus eſt trinus, & unus: & uolo, q̃ ly deus ſubordinetur conceptui, quem formet uiator eſt, bona demonſtratio. Procedit enim ex neceſſarijs prioribus,& notioribus concluſione: nam præmiſſę ſunt euidentes ex terminis: non ſic concluſio. Præmiſſas aūt non poteſt formare ſecundum legē niſi beatus: quia nulla ē cognitio diſtincta, & ſimplex dei: niſi intuitiua, aut abſtractiua præſupponens intuitiuam. Illæ autem ſoli beato ſunt poſsibiles: & per conſequens ſolus beatus poteſt illam demōſtrare: de hoc latius in primo patuit. ¶ Præterea Paulus poſt raptum habuit euidentem notitiam de illa: deus eſt trinus,& unus: quia habuit in ſe notitiam abſtractiuam diſtinctam dei. Poterat ēt formare illam: deus eſt trinus , & unus, quam cæteri uiatores formant: quia infidelis contradixit ſibi de illa propoſitione: ergo qualem propoſitionem formauit infidelis: talē formare poterat,& Paulus: alias ſibi non contradicerent. Illam ergo ineuidentem uiatorum , deus eſt trinus,& unus: potuit Paulus demonſtrare ex euidentij, quam ipſe formauit per notitias diſtinctas abſtractiuas: licet illius demonſtrationis purus uiator non fuit capax. ¶ Tertia pars concluſionis patet de ueritatibus credibilibus cōtingentibus, quarum nō poteſt eſſe ſciētia ſecundum acceptionem ſcientiæ ſuppoſitam: licet poſsint euidenter cognoſci ab habentibus notitias intuitiuas ex tremorū. ¶ Secūda cōcluſio. Habitus fi- Cōcl. 2
E dei infuſus poteſt ſtare in eodem reſpectu eiuſdem credibilis cum actu ſciētię, & claræ uiſionis. Probatur: quia ut ſupra habitum eſt q̄ſtione præcedenti dubio. ij. Non eſt maior repugnantia inter illa, nec tanta: quanta eſt inter actū errandi,& habitum ſcientiæ circa eādem concluſionē. Similiter inter habitū tēperantiæ,& actū intēperantiæ: ſed non includit contradictionē, q̃ reſpectu eiuſdē ſit habitus ſciētię,& act⁹ errādi: & ſimiliter, q̃ in eodē habitus tēperātię, eſt actus intēperantiæ: ergo. Aſſumptū probatur: quia ponamus, q̃ aliquis habuerit demonſtrationem alicuius concluſionis geometricę: & tamen de hoc nō recordetur. ille poteſt elicere aliquē actū circa concluſionem iſtam: non autem actum ſciendi, quia actus ſciendi nō eſt ſine actu principiorum: Igitur poteſt elicere actum credendi, uel dubitandi: & eodem modo actum errandi: & tamen ille habet habitum ſcientię, quia poſt ea magis inclinatus ad actus ſcientię, quām ante habitum: ergo eodem modo habēs habitum temperantię poteſt elicere aliquem actum intemperatum. Sic in propoſito habitus fidei infuſę, & actus ſciētiæ, uel uiſionis claræ poterunt ſimul ſtare. ¶ Tertia concluſio. In eodem reſpectu eiuſdem articuli ſtare poteſt fides in- Cōcl. 3 fuſa,& ſimul ſcientia per demonſtrationem, aut experientiam acquiſita. Probatur: quia ex præcedenti concluſione fides infuſa poteſt ſtare cum actu ſcientiæ circa concluſionem credibilem neceſſariā: & cum habitus ſcientię generatur ex actibus: ergo, & cū habitu. ¶ Pręterea: poteſt quis habere fidem infuſam reſpectu huius. Omne reuelatum a deo eſt uerum: & habere ſcientiam reſpectu illius: deus eſt uiuens. Sed habendo fidē infuſam reſpectu illius: omne reuelatū a deo &c. habent fidē reſpectu oium articulorum, ſeu credibiliū: cum tantum ſit una fides infuſa inclinans ad omnia credibilia: ergo etiam ad illam: deus eſt uiuens. ¶ Quarta concluſio. Nō poteſt in Cōcl. 4 eodem ſubiecto,& reſpectu eiuſdem ue- F ritatis ſimul ſtare habitus fidei acquiſitæ,& habitus ſcientiæ per demonſtrationem genitæ. Probatur: quia impoſſibile eſt actus eorum ſimul ſtare: cū in-

cludãt rationes oppoſitas: actus ſcilicet
ſcientiæ euidentiam:& actus fidei ine-
uidentiam,& obſcuritatem:ergo,& ha-
bitus:quia ut dictum eſt pręcedenti quę
ſtione:habitus actuum contrariorũ sũt
contrarij,ſicut habitus ſcientiæ,& erro
ris,temperantiæ,& intemperantiæ. Vir
tus .n.eſt in medio duorum uitiorum,&
utriq; extremo contrariatur: ut docet
philoſophus.ij. Ethic. cap. x. & non ex
alia cauſa:niſi quia horum habituum a-
ctus contrariantur. ¶ Si di.habitus non
generantur inſtantaneè,ſed ſucceſsiuè:
ſic nec corrumpitur inſtãtaneè. Pono,
ꝙ reſpectu alicuius articuli demonſtrati
generetur unus gradus habitus ſciẽtiæ,
ille non corrumpit ſubito fidei habitũ
ex multis gradibus conſtitutum: ergo
ſtabunt ſimul habitus ſciẽtiæ, & fidei ac
quiſitę. Reſpondetur:ſi tenetur,ꝙ qua-
litates contrariæ non(niſi excedant me
dium latitudinis)repugnent: ſed in gra
dibus remiſsis non cõtrariantur,ſed ſtẽt
ſimul:cum dicitur,ꝙ ſic non contrariã
tur in gradibus remiſsis:niſi excedãt me
dium latitudinis: ita nec gradus remiſsi
citra medium latitudinis faciũt habitũ:
ut ſupra dictum eſt. q. j. pręcedenti diſt.
in iiij.dubio. Si uero tenetur oppoſitum
ꝙ qualitates contrariæ in nullo gradu
ſimul ſtant:tunc dicitur,ꝙ actus frequẽ
tati ſcientiæ in caſu primo remittunt ha
bitũ fidei,donec corrumpatur; & tunc
primò introducunt habitum ſcientię:ui
Cõcl. 5. G de de hoc Ockam.q.viij.tertii. Quinta
cõcluſio. Fidelis legens literaliter cano
nem bibliæ, & capiens eius ſenſum, ac-
quirit plures fidei habitus,& nullum ſciẽ
Quid acqrit legẽs bibliã, & ſecũdũ litterã intelligens.
tificum. Patet:quia canon biblię nõ eſt
traditus per modum ſcientiæ demon-
ſtratiuę:ut ex principiis euidentibus de
ducantur concluſiones, quibus aſſentia-
tur propter principia, ex quibus dedu-
cantur:ergo legens non acquirit habitũ
ſcientię. Et ſi quandoq; ex una ueritate
alia infertur. ſicut apoſtolus.i. Corint.
xv.uidetur concludere reſurrectionem
mortuorum ex reſurrectione chriſti. Ar
guit enim:ſi reſurrectio mortuorum nõ
eſt:neq; chriſtus reſurrexit: ſi chriſtus
non reſurrexit:inanis eſt fides noſtra.
Sed non eſt fides inanis, & chriſtus re-
ſurrexit:ergo reſurrectio eſt mortuorũ:
& ſic inuenitur in aliis ſcripturæ paſsi-
bus. Sed non eſt ille proceſſus demõſtra
tiuus:quia principia non ſunt euidẽtia;
ſed tantum credita. puta, ꝙ chriſtus re-
ſurrexit. ꝙ fides non eſt inanis,ꝙ eſt re-
uelata a deo:ergo hæc principia nõ ge-
nerant niſi fidem de concluſione. ¶ Præ
terea legens bibliam:ſi eſt fidelis, imme
diatè aſſẽtit omnibus,& ſingulis ibi tra
ditis:quia credit omnia reuelata a deo:
nec uni plus, quàm alteri: nec uni pro-
pter alterũ:quinimmo cuilibet ibi tra-
dito aſſentit:etiã ſi cętera nõ eſſent tra
dita:& hoc propter auctoritatẽ dei ſin-
gula,& omnia reuelantis. Et ſecundum
hoc tot acqrit habitus fidei diſtinctos,
quot ſunt diſtinctę ueritates traditę,quo
rum quilibet immediatè aſſentit ſuę ue-
ritati, unde genitus eſt. Habet tamen,&
unum habitum infuſum, quo omnibus,
& cuilibet ueritati ibi traditæ immedia
tè aſſentit:uel ad minus cuilibet æquè aſ
ſentit:licet mediante illo principio:om
ne reuelatum a deo eſt uerum &c. cui
immediatè aſſentit:non tamen ſine fi-
de acquiſita. De hoc loquitur beatus
Augu.xviii.de ciui.dei.c.xli.ponens dif
ferentiam inter ſcripturam ſacram, &
dogmata philoſophorum di. Quicunq;
ſcilicet prophetarum,& ſcriptorum ca-
nonis ſapuit,& uixit:nõ ſecundũ homi-
nem,ſed ſecundum deum,qui per eos lo
cutus eſt ſapuit, & uixit. Ibi ſi prohibi-
tum eſt ſacrilegium, deus prohibuit. Si
dictum eſt. Honora patrem tuum, & ma
trem tuam:deus iuſsit. Si dictum eſt. Nõ
mechaberis:non homicidium facies:nõ
furaberis,ꝙ cætera huiuſmodi: nõ hæc
ora humana: ſed oracula diuina fude-
rũt. Quicquid philoſophi quidam inter
falſa,quæ opinati ſunt,uerum uidere po
tuerunt: & laborioſis diſputationibus
perſuadere moliti ſunt: ꝙ mundum iſtũ
fecerit deus: cumq; ipſe prouidentiſsi-
mus adminiſtret:de honeſtate uirtutũ,
de amore patriæ:de fide amicitiæ:de bo
nis operibus,atq; omnibus ad mores ꝑ-
bos pertinentibus rebus: quamuis ne-
ſcientes ad quem finem,& quo nam mõ

eſſent iſta omnia referēda ſunt propheticis, hoc eſt diuinis uocibus quamuis per homines in illa ciuitate, ſcilicet eccleſia populo commendata ſunt, nō argumentationum concertationibus inculcata, ut non hominis ingenium, ſed dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognoſceret. hæc Auguſt. Vbi expreſſè innuit proceſſum ſcripturæ nō eſſe argumētatiuum: ſed magis tanquā ex ore dei planè reuelatum. ¶ Sexta cōcluſio. Maiores in eccleſia per ſtudium theologicum præter acquiſitam fidem, quam augmentant: & circa quędam credibilia de nouo acquirunt multos apprehenſiuos, & adhæſiuos habitus conſequentiarum, opinionum, & ſcientiarū in ſeipſis producunt. Probatur: quia tales inquirendo, & exponendo ſcripturas, nunc unam per aliam fidem prius acquiſitam augmentāt: dum quod in una parte ſcripturæ obſcurius: in alia parte clarius, uel multiplicius affirmatum inueniunt. Dum quoq; quædam affirmata conſpiciunt, quæ prius ignorabant: fidem illorum de nouo acquirunt. Quādo etiam ad intellectum ſcripturarum alias ſcientias, puta metaphyſicam, naturalem philoſophiam, & moralem immiſcent (ad quod ultimò doc. deuenerūt) acquirunt multas nouas notitias apprę henſiuas terminorum, propoſitionum, & adhæſiuas principiorū, concluſionū, argumentorum, conſequentiarum generantium quandoq; opinionem, quandoq; etiam ſcientiam, tam actualem, q̄ habitualem: quas etiam in alijs ſcientijs poſſunt acquirere: etiam quaſdam, quæ ad nullas naturales ſcientias pertinent. Per quas etiam credita poſſunt ab impugnatoribus defendere: & contraria diſſoluere: & rationem reddere de ea, quæ in eis fide: ut Petrus ait. i. Pet. iii. Et quæcunq; per theologicum ſtudium acquirere poteſt fidelis: etiam poteſt hæreticus, aut infidelis. præter fidem eiuſque augmentum: tamen reſpectu purè credibilium, etiam fideles ſcientiam acquirere non poſſunt: quia quantumcunque illa probare nituntur: ſemper aſſumunt aliqua credita: & ſic notitia concluſionis ad euidentiam ſcientię peruenire non poteſt. quia ſemper concluſio ſequitur partem infirmiorem: ita q̄ nunquam cōcluſio poterit eſſe euidentior, quàm præmiſſa minus euidens ad eius probationem inducta. Et de hoc loquitur Beatus Auguſt. xi. de ciui. dei. c. xix. Quamuis itaq; diuini ſermonis obſcuritas etiam ad hoc ſit utilis, q̄ plures ſententias ueritatis parit: & in lucem notitiæ producit: dum alius eū ſic intelligit: alius ſic: ita tamen quòd in obſcuro loco intelligitur: uel atteſtatione rerū manifeſtarum: uel alijs locis minimè dubijs aſſeratur. Siue cum multa tractātur: ad id quoq; perueniatur, quod ſenſit ille, qui ſcripſit, ſiue id lateat: ſed ex occaſione tractandæ profundæ obſcuritatis, alia quædam uera dicuntur: non mihi uidetur ab operibus dei abſurda ſententia hęc ille. ¶ Septima concluſio. Prophetæ, apoſtoli. & ſancti, qui reuelationem ueritatum ſcripturę immediatè à deo receperunt, creduntur notitias tantę certitudinis, & euidentiæ habuiſſe, quem omnem dubitationis motum penitus excluſerunt. Hęc concluſio in effectu eſt doc. ſubtilis diſtin. pręſenti, quę ſic declaratur. Nam omnem effectum, quem deus facere poteſt cum cauſa ſecunda effectiua poteſt facere immediatè: ſed ſi res ipſę, de quibus ſcriptura tractat, eſſent clarè appręhenſę, & intuitiuę: generarent notitiam certam abſq; omni dubitatione, & euidentem nō minus, quàm ſcienticam: ergo deus ſine omni motione obiecti poteſt cauſare talem notitiam, quam creditur prophetis, & cæteris, quibus primò reuelauit, infudiſſe. Et per conſequēs illa concluſio uera. Illa tamen certitudo non fuit euidens ex euidentia rei cauſata per demōſtrationem: fuit tamen ita firma ſicut certitudo ſcientialis, q̄ cauſatur ex principiis notis ex euidentia terminorum: ſed a deo immediatè reuelante: & ideo non fuit ſcientia. Fuit tamen euidentia id eſt certitudo maior, quàm fidei: immo æqualis ſcientiæ: quia fides non excludit omnem motum leuem dubitationis: ſed dubitationem pertinacem: ut patuit

Cōcl. 6 H

Quid maiores in eccleſia p ſtudiū theologicū acquirunt

Cōcl. 7. I

tuit quæſtione præcedente in ij. dubio. Hæc de ſecundo articulo. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò: utrum audiens prædicationem articulorum fidei: & uidens miracula fieri, acquirat aliquẽ habitũ diſtinctũ a fide. Qđ ſic uidetur: quia audiens prædicationẽ ſine miraculis acquirit habitum fidei: ſecundum illud apoſtoli ad Rom. x. Fides ex auditu eſt: ergo audiens prędicationẽ ſimul, & uidẽs miracula aliquid plus acquirit. Reſpondetur poſt Ocham iiii. quodlibet q. x. ꝙ audiens prædicationẽ articulorum: & uidens fieri miracula, non acquirit notitiam euidentem articulorum: ſed ſolum acquirit fidẽ: licet intenſiorem, qua firmius aſſentiat prædicationi, & prædicatori propter teſtimonium miraculorum. Non tamen habet notitiam euidentem; quod probatur: quia nullus actus euidens eſt reſpectu falſi. Nunc autem Saracenus prędicans legem Machometi facere poteſt miracula apparentia, cuius tamen legis articuli ſunt falſi: ſicut Antichriſtus faciet apparentia miracula approbatione falſæ doctrinæ. Sicut ergo audiens illorum falſam prædicationẽ, & uidens miracula apparentia, non acquirit notitiã euidentem. Ita nec audiens prædicationem uerã articulorum fidei: & uidens miracula uera, acquirit notitiã euidentem: præſertim cum non facilè diſcernitur inter miracula uera, & falſa. ¶ Sed diſt. uoluntas imperat uirtuoſè intellectui, ꝙ aſſentiat articulis fidei: ergo uirtuoſè imperando pręſupponit rationem rectam dictantem, ꝙ ſic eſt imperandũ: alias non eſſet uirtuoſa: ut patet ex ſup. dictis diſtinct. xxiij. q. j. ¶ Quero, an illud dictamẽ rationis ſit euidens: an nõ. Si ſic, habetur propoſitum: quia ſi eſt euidens, ꝙ ſic eſt aſſentiendum iam aſſenſuerit notitia euidens. Si non: ergo uoluntas adheret illi; quia uult: ergo illa uolitio poteſt eſſe uirtuoſa: ergo præſupponit rationem rectam aliam a priori. De illa quero, ut prius: aut eſt euidens: & habetur propoſitum. Aut non: & ſic aut proceditur in infinitum: aut fiet ſtatus ad dictamen rationis euidens. ¶ Preterea: ſi unus prędicaret legem Machometi: alius legem Chriſti alicui gentili totaliter indifferenti: & ęqualiter facerent miracula quantum ad apparentiam. Ille gentilis non teneretur legi chriſtianæ aſſentire plus, quã legi Saracenorum, ex quo prędicatio, & uera miracula non facerent euidentiam plus, quàm apparentia .i. falſa miracula. ¶ Ad primum reſpondetur uno modo diſtinguendo de audiente: quia aut ſcit ſoluere argumenta facta pro fide, & conſequentias factas inferentes articulos fidei, aut etiam miracula: aut non. Si non: tunc talis neceſſariò adhæret articulis: quia argumenta ſibi concludunt: non tamen propter euidentiam aſſentit: ſed magis propter ignorantiam: quia neſcit ſoluere rationes: & talis aſſenſus non eſt uirtuoſus: quia non eſt in poteſtate uoluntatis. Si ſcit ſoluere: tunc aſſentit cõtingenter: & illum aſſenſum poteſt uoluntas uirtuoſè imperare: ut intellectus conſeruet adheſionem fidei iam cauſatam reſpectu articulorum fidei: ſed non poteſt uirtuoſè imperare, ut illi articulo de nouo aſſentiat: quia non poteſt uirtuoſè imperare ſaltem meritoriè niſi ex charitate imperet, quæ charitas præſupponit fidem. ¶ Sed loquendo de imperio uirtuoſo moraliter: ut philoſophus loquitur de uirtute, quæ non pręſupponit charitatem: tunc conceditur, ꝙ põt uirtuoſè imperare. Et ꝙ illa uolitio imperans præſupponit rationem rectam dictantem, ꝙ ſic eſt imperandum: licet non præſupponit dictamen euidens rationis: ſed dictamen probabile, cui conformiter imperat. Sufficit enim, ꝙ ratio ita dictet aſſentiendo ſic eſſe uolendum. Et cum quæritur: utrum ratio pręſupponit actum uoluntatis, ut credat articulis: Poteſt dici uno modo, ꝙ non: quia quamuis ſciat rationes ſoluere: quia tamẽ rationes ſunt multũ apparẽtes: nec hẽt aliquas rõnes in contrariũ: & reputat illos articulos ueros eſſe pro eo, ꝙ nullã falſitatem reperit in eis: & uidet prædicationem per miracula confirmari. Omnia illa ſimul

ſine actu uoluntatis cauſant illud dictamen: ꝙ aſſenſus reſpectu articulorũ eſt imperandus. ¶ Vel aliter poteſt dici: ꝙ ratio prǽſupponit actum uoluntatis, nõ reſpectu huius complexi, quod ſic eſt dictandum: ſed actum uoluntatis, quo imperat aſſenſum reſpectu talium complexorum: ita prædicatio eſt uera. Iſta ſunt uera miracula, ex quibus ſtatim cauſatur aſſenſus reſpectu huius complexi: Aſſenſus articulorum eſt dictandus: actus tamen uoluntatis, quo imperat primum actum credendi in toto proceſſu, non põt eſſe uirtuoſus: quia ille non præſuponit dictamẽ rationis rectę, & per hoc patet ſolutio ad formam replicæ. Conceditur, ꝙ uolũtas imperat uirtuoſe moraliter non meritorie, ꝙ aſſentiat articulis: & iſta pręſupponit dictamen rationis &c. & cũ arguitur. Et illud dictamen poteſt imperare uirtuoſe: & ſic proceditur in infinitum. negetur: quia primum uoluntatis imperium nõ eſt uirtuoſum: ergo illud præſupponit dictamen ſecundum oſtenſionẽ rationis. Vel dicitur, ꝙ ratio poteſt aſſentire ſine imperio uoluntatis. ¶ Ad ſecundũ dicitur, ꝙ in caſu argumenti: deus, qui nunquam deſerit rationalem creaturam ſine auxilio opportuno inſpiraret tali, cuius prædicatio eſſet uera, & cuius falſa. Facienti enim quod in ſe eſt nulli deeſt dominus in neceſſarijs ad ſalutem: alioquin in caſu neutri teneretur credere. ¶ Secundò dubitatur circa. vij. concluſionem, utrũ deus poteſt cauſare in uiatore notitiã euidentem de credibilibus ſine uiſione dei intuitiua? Reſpõdetur poſt Ockã. v. quodlibet. q. iiij. ꝙ dubium illud poteſt habere duplicem intellectum.

Deus nulli deeſt in neceſſarijs ad ſalutem.

Dub. 2. M

Vnum, utrum deus poteſt cauſare in uiatore notitiam abſtractiuam diſtinctam terminorum. i. articulorum fidei ſine uiſione intuitiua dei, quæ abſtractiua poſtea naturaliter cauſaret notitiam euidentem articulorum ſine uiſione dei intuitiua? Ad modũ quo notitię abſtracti uæ propoſitionum per ſe notarum (ſi cauſarentur a ſolo deo) cauſarent naturaliter notitiã euidentẽ principiorũ, & ꝑ principia concluſionũ. Et ſicut oculus miraculoſe datus cauſat naturaliter actũ uidẽdi. Alius intellectus: utrum deus poteſt ſe ſolo immediatè cauſare in intellectu uiatoris notitiam euidentem articulorum: ſiue pręſupponatur notitia abſtractiua, ſiue non: ita ꝙ illam immediatè infundat? ¶ Quoad primum intellectum dico, ꝙ ueritas contingens de deo, puta deus eſt homo: non poteſt euidenter cognoſci per quamcunq; notitiam dei abſtractiuam diſtinctã dei ſine intuitiua uiſione dei: ita ꝙ notitia talis abſtractiua a deo ſupernaturaliter infuſa, cauſaret naturaliter notitiã illius articuli euidentem. Patet: quia contingens ueritas euidenter noſci nõ poteſt, niſi per notitiam intuitiuã extremorum .i. terum ad extra, quæ ſignificantur per extrema: ut patuit in prologo Ockam. ¶ Secundũ dico, ꝙ ueritas neceſſaria de deo compoſita ex terminis connotatiuis, quę naturaliter nõ cognoſcitur euidenter, niſi per cognitionem euidentẽ alicuius contingentis: non poteſt euidẽter cognoſci ſine intuitiua uiſione dei, ſicut illa: deus eſt incarnabilis: quę non cognoſcitur euidenter naturaliter niſi per illam deus eſt incarnatus euidenter cognitam. Illa autem contingens: deus eſt incarnatus: nõ poteſt euidenter cognoſci ſine uiſione deitatis: quia uiſio creaturę non ſufficit: ergo nec illa neceſſaria poteſt ſic cognoſci. ¶ Tertiò dico, ꝙ articulus fidei de deo neceſſarius, cuius notitia euidens non dependet ex notitia euidenti contingentis: puta quę eſt de deo, per terminos non importantes reſpectum ad creaturas, quales ſunt illę. Deus eſt uiuens, intelligẽs, bonus, unus trinus &c. ſciri põt euidenter a uiatore naturaliter per notitiam abſtractiuam diſtinctã dei cauſatam a ſolo deo ſine uiſione dei. Patet: quia talis propoſitio eſt per ſe nota habenti terminos talis propoſitionis (ſicut illa: albedo eſt color) ei, qui habet notitias abſtractiuas extremorum diſtinctas: etiam ſi actu non uideat albedinem. ¶ Si uero dubiũ intelligitur ſecũdo modo: reſpondetur ſimpliciter affirmatiuè, ꝙ deus põt immediatè cauſare no

titiam euidentem cuiuſcunq; articuli fidei, ſiue contingentis, ſiue neceſſarij ſine uiſione deitatis intuitiua. Probatur: quia notitia euidens articuli eſt qualitas abſoluta, quam poteſt cauſare cum uiſione deitatis in genere efficientis cauſæ partialiter concurrentis: ergo poteſt eā cauſare ſine uiſione. Tenet conſequentia: quia cauſa prima poteſt ſupplere omnem cauſalitatem effectiuam cauſæ ſecundæ: ita q́ quicquid poteſt cū ſecundā effectiue: poteſt ſe ſola cauſare: nec talis notitia a deo cauſata erit minus euidens ſine uiſione, quā ſi cauſaretur cū uiſione: quia illa eādem, quā poteſt cauſare cum uiſione, cauſare poteſt ſine uiſione: licet naturaliter hoc fieri non poſſet.

Dub. 3. ¶ Tertio dubitatur, quid ſit articulus fidei.

N Dimiſsis difficultatibus: dico, q́ articulus fidei eſt ueritas reuelata in ſe, uel ſuo antecedente, pertinens ad religionem. & ita omnis ueritas credenda eſt articulus fidei. Et dicitur articulus ab artando: quia artat nos ad credendum explicitē, uel implicitē. Tenetur enim quilibet fidelis implicite credere omnem ueritatē fidei: quia tenetur credere principia, ex q̄bus quęlibet ueritas fidei infertur: ut dicetur diſtinct. ſequenti.

Articulus fidei quid eſt.

DISTINCTIO. XXV.

POST determinationē de fide, quātū ad eius inſtantiā, & obiectum in precedētibus duabus diſt. In hac diſt. xxv. magiſter agit de eadē, quantum ad ſubiectum: hoc eſt quantū ad credentes. Inquirit enim, qualis fuerit fides patrum utriuſq; teſtamenti: qualem etiam oporteat eſſe fidem ſimplicium. Continetur autem ſententia textus in ſubiectis tribus concluſionibus. ¶ Prima concluſio. Omni tempore ſaluandis neceſſaria fuit fides mediatoris: quamuis ipſa, ſicut & cognitio quantitate, & deuotione creuerit proceſſu temporis. Quantitate dicit quantum ad numerum articulorum explicitē credendorum. Deuotione quantum ad inhęſionis firmitatem. ¶ Secunda concluſio. Ad fidem maiorem quantitate, & deuotione tenebantur utriuſq; teſtamēti tam maiores, quā ſubditi indocti, & ſimplices. ¶ Tertia concluſio. Fides, ſpes, charitas, & operatio quantum ad aliquid æquantur in uia: licet fides, & ſpes tranſeant manente charitate in patria.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē A quęritur utrum omnes fidei articulos in apoſtolorū ſymbolo diſtinctos ſufficienter, ac ſpecificē utriuſq; teſtamenti fideles credere teneantur explicitē. ¶ Tribus articulis quęſtio abſoluetur. In primo præmittentur terminorum declarationes. In ſecundo ponentur concluſiones. In tertio ſubiungētur dubiorum ſolutiones.

Arti. 1. Not. 1. ¶ Quantum ad primum, eſt notandum, q́ licet omnia credenda in ſcriptura canonica contineantur: tamen quia latiſsima eſt: apoſtoli, per quos fides mundo annunciata eſt; priuſquam in omnem terram diuiſi ſunt, quaſdam principales ueritates a fidelibus credendas, ad quas reliquę facilē reduci poſſunt: ſimul coadunarunt: ut ſic a fidelibus facilius, & caperentur, & memoriæ commendarentur. Hęc autem collectio ſymbolum apoſtolorum nominatur: a ſyn quod eſt con, & bolos particula, uel morſellus, quaſi particularum collectio: nam quilibet apoſtolorum particulam aliquam, quaſi bolum ſuū appoſuit, cuius ſymboli partes, ſiue articuli diſtinguūtur dupliciter ſecūdū doct. communiter ſcilicet, uel ſecundum credita, uel ſecundum auctores ipſum coordinantes.

Symbolū unde dicitur.

Quantum ad credita continet quatuordecim articulos: nā cum articuli oēs nobis exprimāt credēda de deo. In deo aūt conſideramus ea, quæ reſpiciunt deū ſecundū naturā propriā. i. diuinā, & etiā ea, q̄ reſpiciunt

Diuiſio ſymboli.

naturam aſſumptam. Circa deum in ſe conſideramus naturam, perſonam, & operationem deo propriam. In natura eſt unitas: in perſonis trinitas, in effectibus, quos ſolus deus in creatura operatur, eſt bonorum participatorum triplicitas. Secūdū hæc ſunt ſeptem articuli, quorum quatuor reſpiciunt deum quātum ad intrinſeca ſine reſpectu ad creaturas. Primus naturæ unitatem, qui eſt. Credo in deum, non deos. i. in unum, non plures. Reliqui tres perſonarum trinitatem: horum primus reſpicit perſonam patris, quo dicitur. Patrem omnipotentem. Secundus perſonam filij, qui eſt. Et in Ieſum Chriſtū filium eius unicum dominū noſtrū. Tertius perſonam ſpiritusſancti, cū ſequitur. Et in ſpiritum ſanctum. Et quia tantum in deū tanquā in primam, & infallibilem ueritatem, & ſummum bonum ſuper omnia diligendū credimus (hoc n. eſt credere in deū credendo amore inhærere deo: ut docet magiſter diſt. xxiij. Siquidem omnis creatura uanitati ſubiecta eſt. Ro. viij.) ideo tantū in his dictis articulis, quæ cōcernūt naturā, & perſonas diuinas: præponitē præpoſitio in, & nullis alijs. ¶ Tres etiā articuli exprimunt triplicē operationē deo propriā quantum ad tres effectus in creatura conſequentes: hę ſunt creare, iuſtificare, beatificare: quę operationes ſoli deo cōueniunt. Solus deus creat producendo aliquid de nihilo: ſolus iuſtificat, peccata dimittendo: ſolus beatificat, uitā ęternam conferēdo. ¶ Terminatur aūt hęc triplex operatio dei ad tres effectus in creatura cōſequētes: qui ſunt triplex eſſe participatū creaturę. nā per creationē datur eſſe naturę per iuſtificationem eſſe gratiæ: per beatificationē eſſe gloriæ. Nā gratiā, & gloriā dabit dñs: ut dicitur in Pſ. Primam operationē exprimit ille articulus. Creatorē cœli, & terræ. Secundam iſtæ. Sanctā eccleſiā catholicā, ſanctorū cōmunionē, remiſsionē peccatorum. Tria. n. hæc cōcurrūt in iuſtificatione impij. ſ. infuſio gratiæ, & charitatis, pquā pctōri pctā remittūtur. Ipſeq; gratificat deo: & per hoc iuſtificatur, & eccleſiæ incorporatur, ut mēbrū uiuēs: nō tātum numero, ſed & merito: neq; extra eccleſiam pōt fieri remiſsio peccatorū. Hāc aūt iuſtificationē p infuſam charitatem ſequitur cōmunio ſanctorū, quo peccator iuſtificatus participat omnia bona ſanctorum omniū: iuxta illud prophetæ, in pſona peccatoris iuſtificati. Particeps ego ſum omnium timentium te; & cuſtodientium mandata tua. Charitas. n. quę non quęrit, quæ ſua ſunt; facit omnia cōmunia. Et ita tria hæc in uno articulo cōprēhenduntur: quia pertinent ad unā operationē diuinā. ſ. peccatoris iuſtificationē. ¶ Tertiā operationē. ſ. beatificationē exprimit ille articulus. Carnis reſurrectionē, & uitam æternā: amē. Perfecta. n. beatificatio cōplectitur gloriā corporis, & animę: quę cōfertur poſt reſurrectionē carnis in uita æterna. Sic ergo patet diſtinctio ſeptē articulorum cōcernētiū deū ſecūdū ſe; quātum ad intrinſeca, & quātū ad extrinſeca: operationes. ſ. ſibi proprias, quas in creatura operatur. ¶ Septem etiam articuli reſpiciunt deū Chriſtū quātū ad naturam aſſumptā. Hi ſunt. Conceptio, qua incarnatū eſt uerbum: natiuitas ex incorrupta uirgine: paſsio, quę cōprænhendit crucifixionē, mortē, & ſepulturam: ideo totū illud. Paſſus ſub pōtio Pilato crucifixus, mortuus, & ſepultus, ad unū articulū pertinet: deſcēſio ad inferna, reſurrectio, aſcēſio & aduētus ad iudiciū. Siquidē in forma humana uiuos, & mortuos iudicabit: & ſatis patent articuli ſe ex ordine in ſymbolo cōſequēte:. ¶ Verū quātū ad primos ſeptē articulos, nō ſeruauerūt apoſtoli ordinē præmiſſum: ſed pꝑter faciliorē intellectū ſimplicium, & memoriā tenaciorē, in ordine ſuo duo attēderūt. Primò ordinē naturæ, & perſonarū. Natura eſt prior cōitate: quia una in oībus tribus pſonis: ideò primus articulus ē de unitate naturę: inter pſonas eſt ordo orginis, ſecūdū quē ordinauerūt articulos. pſonas ſecūdū ſua propria, & appropriata cōcernētes: unde qa prima pſona eſt pſona patris, cui appropriatē potētia: poſt articulum unitatis naturæ poſuerunt duos articulos concernentes patrem:

B

De ordine articulorū ſecundū utramq; naturā.

trem : unum quantum ad propria, cum dicitur patrem, alium appropriata, cum dicitur, omnipotentē creatorem celi, & terræ. Creatio .n. omnipotentiam reſpicit.¶ Deinde poſuerūt omnes articulos cōcernentes ſecūdā perſonā .ſ. filij: primò articulū reſpicientem naturam diuinā. Deinde reſpicientes humanam aſſumptā: quorum ultimus eſt aduentus ad iudicium: quia in forma humana iudicabit iuxta illud. Quemadmodū uidiſtis eum aſcēdētē in cęlū, ſic ueniet. Act. j. Hinc ſequuntur articuli concernentes ſpiritūſanctū, perſonam tertiam quantū ad appropriatum, cū dicitur. Credo in ſpiritumſanctū. Deinde articuli exprimentes duas operationes trinitatis, quę appropriantur ſpirituiſancto, ſ. impij iuſtificatio, & glorificatio, quorū principium eſt diuina bonitas, quæ ſpirituiſancto appropriatur. Vnde ipſe eſt eccleſię rector, & ſanctificator: ipſe communio ſanctorum: ipſe enim charitas increata, p quem bona ſingulorū omnibus communicātur, ipſe & remiſsio peccatorū: ſicut in quadam collecta orat eccleſia. Ipſe deniq; illuminat, & accēdit ad uiſionem, & fruitionem: in quibus conſiſtit finalis beatitudo: & hic ordo facilitati conuenit intelligendi. Propter faciliorē memoriā ſeruarunt aliquo modo ordinem temporis: unde poſt articulū æternitatis diuinæ naturę, & primę perſonę additur articulus creationis, qui eſt opus primum in tempore. In principio .n. fecit deus cęlū, & terrā. In tēpore ſequitur incarnatio ſecundæ perſonæ: & acta ac paſſa in carne ſecundum ordinem temporis. Deinde tertia perſona cū ſuis appropriatis, & operationibus, quę terminat in retributione finalis, & æternę felicitatis: q̄ bñ cōfecitūr memorię.¶ Diſtinguendo aūt articulos ſecūdū auctores:

C Quę articulum ſingulus apoſtolorū appoſuit.

qa duodecim ſunt apoſtoli ſymbolū cōſtituentes: duodecim erunt articuli. Illa tñ diſtinctio ſatis confuſa eſt, qm̄ quiq; unus apoſtolus plures articulos appoſuit: alius partē articuli unius, uel pluriū. unde Petrus dicit̄ tres primos articulos poſuiſſe: uerū quē quis appoſuit, diſcordāt doc. Nā ſctūs Th. & Sco. cōcorditer poſuerunt, q̄ horū articulorū tres primos Petrus in unū cōplexus eſt, ſ. articulum de unitate eſſentię, de omnipotētia patris, de opere creationis. Ideo quia Petrus caput eſt apoſtolorū: poſuit articulos concernentes patrē, qui eſt fons totius trinitatis. Ioānes articulū de perſona filij. Articulos de conceptione, & natiuitate temporali filij in unum coniunxit Iacobus Zebedei, qui maior dicitur. Articulum paſsionis poſuit Andreas. Articulū deſcēſionis ad inferos poſuit Philippus. Reſurrectionis Thomas. Aſcēſionis Barptolomeus. Aduentus ad iudiciū Matth. Articulum perſonā ſpiritūſanctū cōcernētē poſuit Iacobus Alphei. Opus gratię diuiſerunt duo apoſtoli: nā Simō poſuit effectum gratiæ in conſecutione boni. ſ. ſanctā eccleſiā catholicā ſanctorū cōmunionē. Iudas Iacobi in remotione mali. ſ. peccatorū remiſsionem. Effectum glorię poſuit Matthias: uel iterum Thom. ut alij dicunt. Beatus autem Bonauent. & quidam alij aliter aſsignant: ſed parū refert ſcire, quis quem appoſuerit: quoniā unus eſt ſpirituſſanctus: qui fidem apoſtolis reuelauit: & per omnes ſymbolū tanquam auctor principalis cōpoſuit.¶ Huic aūt ſymbolo apoſtolorum addita ſunt duo alia: ſ. ſymbolū Niceni concilij: & ſymbolū Athanaſij ad maiorem fidei explanationem, & hęreſum cōfutationem.

D De duobus ſymbolis additis Nicenū, & Athanaſij.

Athanaſij ordinatū contra errorem Arrij. unde maximè exprimit diuinæ eſſentiæ unitatem, & perſonarū diſtinctionem, q̄q; Chriſtus eſt æqualis patri ſecundum diuinitatem, & minor ſecundum humanitatem: in quo errauit Arrius.¶ Symbolū Nicenum ordinatum eſt ad confutandum multarum hæreſum errores: ſ. Manichei, qui poſuit duo principia: unum bonorum ſpiritualiū: aliud malorum, & corporaliū. Vnde contra eum dicitur expreſſè. Credo in unum deum, ſequitur. Factorem celi, & terræ uiſibilium omnium, & inui. Item contra errorem Arrij: additur. Et in unū Ieſum chriſtū filiū dei unigenitum. uſq;: p quē omnia facta ſunt. Itē cōtra errorem Euticetis, & Neſtorij, qui dixerunt ſpm̄ſanctū ſeruū patris, & filij: addit. Et in ſpm̄-

ſanctum dominum, & uiui. qui ex patre
filioq; procedit, &c. Et propter errorem
Græcorum dicen. ſpiritumſanctum a ſo
lo patre procedere: additur. Qui ex pa-
tre filioq. procedit. Itē cōtra quorundā
errorem, qui dicebant prophetas ſicut
phanaticos, ſiue ſurreptitios locutos fuiſ
ſe: additur: Qui locutus eſt per prophe-
tas. Non tangit autē hic hoc ſymbolum
de deſcēſu ad inferos: quia nulli, uel pau
ci circa hunc articulum errauerunt. Le
gitur autem quotidie ſymbolum apoſto
lorū in primis, & cōpletis ſecretē: quia
cōditū eſt fide nōdum publicata: ſed pu
blicanda: ſed alia duo apertē leguntur cer
tis diebus: Nicenū in miſſa Athanaſij in
primis: quia compoſita fuerūt fide iam
Not. 2. publicata. Hæc ſanctus Bona. ¶ Secūdō
E notandū, ꝙ duplex eſt fides: explicita, &
implicita. Et ſecundū hoc aliqua ueri-
tas explicitē creditur: alia implicitē. Fi-
des explicita eſt actualis aſſenſus catho
licę ueritatis, ſiue uniuerſalis, ſiue parti
cularis: ſic quicūq; appręhendit aliquā
ueritatē catholicā & ei aſſentit: habet
fidē explicitam illius ueritatis ut aſſen-
ſus illius. Omne reuelatum a deo eſt ue
rum. Canō biblię eſt uerus: Chriſtus ſa
tiauit quinq; milia ex quinq; panibus,
& duobus piſcibus. Fides implicita eſt fi
des habitualis, aut actualis aſſenſus alicu
ius propoſitionis generalis multas parti
culares ueritates in ſe includentis. Dici-
tur.n. propoſitio uniuerſalis, uel genera
lis includere oēs illas particulares, quæ
ex ea inferri poſſunt in bona conſequen
tia immediatē, aut mediatē uero coaſ-
ſumpto. Exēplū, ut aſſenſus huius: omne
cōtētum in ſcriptura canonica eſt uerū:
eſt fides implicita. Non quidem illius:
omne contentum in ſcriptura &c. ſed
omnium particularium ueritatum in ca
none contentorum: ut illius. In princi-
pio creauit deus cœlum, & terram. Adā
eiectus eſt de paradiſo. Chriſtus cenauit
Cor. 1. cum diſcipulis &c. ¶ Corollarium. Om
nis fides habitualis eſt fides implicita ue
Cor. 2. ritatis, ad cuius aſſenſum inclinat. ¶ Se-
cundum Corollarium. Eadem fides
actualis eſt implicita, & explicita re-
ſpectu diuerſorum. Nam aſſentiens
illi: quicqd credit eccleſia, eſt ueritas ca
tholica, habet fidem explicitā illius pro
poſitionis. Quicquid credit eccleſia, eſt
ueritas catholica: & habet fidem impli
citam omnium ueritatum, quas credit
eccleſia: nam aſſentiendo huic explici-
tē. Quicquid credit eccleſia &c. implici
tē aſſentit omnibus ueritatibus, quæ ex
illa deduci poſſunt: ſicut huic. Euange-
lium continet catholicam ueritatem.
Nā illa ſequitur ex præmiſſa uero coaſ-
ſumpto, ſic arguendo. Quicquid credit
eccleſia, continet catholicam ueritatē:
euangelium credit eccleſia: ergo euan- Cor. 3.
geliū continet catholicā ueritatē. ¶ Co
rollarium tertiū Habens fidem infuſam
omnia credibilia credit implicitē, etiā
ſi actu nihil apprehēdat. Hinc infantes
baptizati nondū rationis uſum haben-
tes omnia credenda implicitē credunt.
¶ Corollarium quartum. Stat aliquem Cor. 4.
implicitē credere aliquam ueritatem, &
explicitē ei diſſentire: immo eius oppo
ſito conſentire. Patet: poſito ꝙ aliquis
credat ſicut eccleſia credit: hoc eſt cre-
dat illam: quicquid eccleſia credit, uerū
eſt: & diſſentiat huic: Abraā habuit plu-
res uxores: & aſſentiat eius oppoſito:
credens ita ſentire eccleſiam. Ille impli
citē credit illā: Abraam habuit duas uxo
res: quia ſic credit eccleſia, & explicitē
eā diſcredit: hæc eſt fides implicita, qua
fidelis credit quicquid eccleſia credit:
utiliſsima eſt fideli: nā ſi fuerit in corde,
defendit ab omni hæretica prauitate: ut
dicit Ockā in tractatu de ſacramento.
c. j. & poſt eū Gerſ. cācell. Nō.n. aliqua
tenus hęreticari ualet: qui corde credit,
quicquid eccleſia catholica credit. i. qui
credit illam. quicquid eccleſia credit, eſt
uerum: quoniam talis nūquā pertinaci
ter alicui errori cōtrario fidei adhęret.
Nam etſi erroneū aliquod credit: poſt-
quam ſibi oſtenditur cōtrariū huius cre
dere eccleſiā: cōtinuo corrigit errorē:
non.n. ſtāt ſimul credere illam: uerum
eſt, qicquid eccleſia credit: & nō crede
re aliqd, quod eccleſia credit: apphenſū F
ut tale. Hinc Guil. Ockam lib iij. primę
partis ſui dialo. c. j. dicit. Credere impli
citē eſt alicui uniuerſali ex qua multa ſe-

quuntur firmiter aſſentire & nulli contrario ptinaciter adhęrere: & ideo qui firmiter tenet omnia tradita in ſcriptura,& uniuerſalis eccleſiæ doctrina eſſe uera,& ſana. & non adhęret pertinaciter alicui aſſertioni contrariæ ueritati orthodoxę, fidem catholicā inuiolatā tenet,& integram,& eſt catholicus cenſendus. Hęc ille. Et de hoc Inno. papa inde officio miſſæ: cui alludit tex. cū gloſ. in c. damnamus. de ſum. trin. & fi. c. §. ſi quis. & gloſ. in uer. corrigēda. ita ait. In tātū ualet fides implicita, ut dicūt aliqui: q̄ ſi habens eā falſo opinaretur (ratione naturali motus) patrē maiorē, uel priorem filio: uel q̄ tres pſonæ ſint tres ab inuicē localiter diſtantes, uel ſimile, non eſt hęreticus, nec peccat: dūmodo hunc errorē pertinaciter nō defendit, & hoc ipſum credit: quia credit eccleſiā ſic credere, & ſuam opinionē fidei eccleſię ſupponit: quia licet ſic male opinetur, non tamen eſt illa fides ſua: immo fides ſua eſt fides eccleſiæ: Immo qđ amplius eſt: nedum hęc fides implicita ab hęreſi, & peccato defendit: ſed etiā meritum facit,& conſeruat in eo, qui errans falſum opinatur: quia ſic putat eccleſiā credere, quod uerum eſt, ſi error fuit inuincibilis. Vnde ſi quis ſimplex, & ineruditus audiret prælatū ſuū prędicare aliquod cōtrarium fidei, de quo tamen non tenetur habere fidem explicitam: facta inquiſitione, quā poteſt,& debet, putans hoc a prçlato ſuo ſic prędicatum eſſe creditum ab eccleſia, & ita captiuaret intellectum ſuū, credendo illud propter deum, putans hoc eccleſiā credere: talis nō ſolū peccaret: ſed etiā ſic credendo falſum mereretur. Eliceret enim actum propter deū ex charitate, quæ omnia credit ſecundum apoſtolum licet crederet ſecundū cōſcientiā erroneam. Non. n. omnis credens ſecūdū conſcientiam erroneam peccat: ſed qui credit, aut agit contra conſcientiā culpabiliter erroneā. Inuincibilis autē error, qui manet poſtquā cōſcientia tantā inquiſitionē fecerat, quātā tenebat, & debuit: culpā nō hēt. ❡ Tertiō notandū, q̄ fideles, qui ſūt mēbra eccleſię ſunt

Not. 3. G

in duplici differentia. Quidā dicuntur maiores in eccleſia: quidā minores. Maiores ſunt, quibus incumbit officium regendi, & docendi alios uerbo ueritatis, & exēplo honeſtatis: ſicut paſtores eccleſiæ, epiſcopi, & curati: & legentes in uniuerſitatibus, & ſecūdum aliquos maximē in theologia. Minores ſunt ſimplices, & ſubiecti, doctrina, & regimine indigentes. Et de his loquitur beatus Aug. xiiij. de trini. c. j. Non enim (ait) quicquid ſciri ab homine poteſt in rebus humanis: ubi plurimum ſuperuacuę uanitatis, & noxiæ curioſitatis eſt. huic ſciētiæ attribuo. Sed illud tantūmodo, quo fides ſaluberrima, quæ ad ueram beatitudinem ducit: gignitur, nutritur, defenditur: roboratur: qua ſcientia non pollent fideles plurimi: quamuis polleant ipſa fide plurimi. Aliud eſt enim ſcire tātummodo, quid homo ſcire debeat propter adipiſcendā uitam beatam: quę nō niſi æterna eſt. Aliud autem ſcire quēadmodū hoc ipſum, & pijs opituletur: & contra impios defendat. Hęc Augu. Vbi innuit duplices eccleſię filios. Maiores, quorum eſt non tantum credere, ſed etiam fidem defendere: ac in eadē ſimplices inſtruere. Minores quoq;, qui maiorum inſtructione in fide inſtruuntur, nutriuntur, & roborantur. Et tantū de articulo primo. ❡ Quantum ad ſecūdum articulum, eſt hęc prima cōcluſio. Sicut ſaluandis omnibus neceſſaria fuit infuſa fides pro quolibet ſtatu eccleſiæ: ita & actus fidei adultis utentibus ratione. Probatur quo ad primam partem: quia ſicut anima non eſt accepta deo, niſi ornetur, & perficiatur per charitatem quoad uoluntatem, qui eſt habitus ſupernaturalis: ſic nō acceptatur a deo, niſi pficiatur habitu ſupernaturali quo ad intellectum. Et ſicut potentiæ illæ ſunt naturaliter ſubordinatę in actibus: ita q̄ intelligere præcedit uelle: ſic prius perficitur intellectus, quàm uoluntas. Prius dico ordine naturæ non duratione. Sicut igitur neceſſarium fuit hominibus in omni ſtatu eccleſiæ poſt lapſum: etiam ante aduentum chriſti habere charitatem, ſic & fidem: non q̄ il-

Diſtinctio fideliū in eccleſia

Arti. 2. Cōcl. 1. H

Pro quolibet ſtatu eccleſię fides infuſa ē neceſſaria.

læ ſeparati non poſsint. Separantur .n. in uia: dũ fides informis ſtat in infideli mortaliter peccante ſine charitate. Sed quia deus de lege ordinata, quã ſtatuit: non perficit animam, niſi perficiat eam ſecundum totum ideo charitate uoluntatem nõ perficit, niſi perficiat intellectum fide. Dei enim perfecta ſunt opera. Deut. xxxij. & poſt totum hominẽ ſanum fecit in ſabbato. Io. vij. Si auctoritatem quæris, dicit propheta. Iuſtus meus ex fide uiuit. Abac. ij. Et allegat apoſtolus Rom. j. & ad Gal. iij. Item ad Heb. xi. Impoſsibile eſt ſine fide placere deo. Ex uno igitur credito, quo credimus fidem infuſam eſſe neceſſariã, qua aſſentimus ſimpliciter ueraci deo: cõcluditur fidem fuiſſe in patribus ante chriſti aduentum: & per conſequẽs ipſam eſſe neceſſariam pro omni ſtatu eccleſiæ militantis. Secunda pars probatur: quia licet in non habentibus rationis uſum, non requiritur actus fidei: eo ꝙ non ſaluantur merito proprio, ſed in ſolo merito redemptoris: cum habentibus uſum rationis non ſufficit meritum chriſti: ſed neceſſe eſt etiam addere meritum proprium: ſecundum illud. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Et iterum. Fides ſine operibus mortua eſt. Quæ intelligenda ſunt de his, qui habent rationis diſcretionem: meritum autem perfici non poteſt ſine fide actuali, qua operans dirigat intentionem ſuam in finem. Sicut enim prudentia actualis neceſſaria eſt ad dirigendum in actibus uirtuoſis: ita fides actualis neceſſaria eſt ad dirigendum in actibus meritorijs: eſt enim auriga actuum meritoriorum: ſicut prudentia actuum uirtuoſorum. Neceſſarius eſt itaq; omnibus ratione utentibus actus fidei pro aliquando ea neceſsitate, qua eis neceſſarius eſt actus meritorius.

Fides actualis eſt auriga.

¶ Secunda concluſio. Licet eadem fuerat fides infuſa in nobis, & in ueteri teſtamento patribus: non tamen eadem acquiſita: nec idem fidei actus.

Cõcl. 2. I

Prima pars probatur: quia una tantũ eſt fides infuſa in uno homine numero: & una ſpecie in omnibus hominibus ſicut unũ obiectũ immediatũ, & principale: ut ex dictis ij. q. diſt. xxiij. cõcl. vi. patet: q̃ cũ fuerat in patribus, & in nobis ex concluſione præcedenti: ſequitur, ꝙ eadem fides infuſa ſpecie non numero fuit in illis, & nobis. Non enim poteſt idem accidens numero eſſe in diuerſis ſubiectis ſecundum potentiam ordinatam creatoris: nec illa fides infuſa uariatur propter uariationem obiectorum mediatorum, aut minus principalium: nec habitus inclinãs mediatè ad aliquem actum, uariatur ad uariationẽ illorũ actuum: & ideo cõceſſo, ꝙ alij fuerint articuli particulares apud nos, & illos: non propter hoc mutatus eſt habitus fidei infuſæ, cuius ſemp manet unũ obiectũ immediatũ, & principale, .ſ. omne reuelatũ a deo eſt uerũ, mediante cuius actu (qui unus eſt ſpecie apud illos, & nos) inclinat ad oẽs actus credendi articulos ſpeciales.

Eadem fides infuſa fuit in nobis & patribus, ſed non eadẽ acquiſita.

¶ Secunda pars probatur ſpecialiter de fide acquiſita reſpectu redẽptoris: quia certum eſt, ꝙ reſpectu certorum articulorũ eadem fuit fides acquiſita & fidei actus ſpecie apud illos, & nos, puta articuli creationis mundi, lapſus primi hominis, futuri iudicij. Et ideo non eſt intelligẽda illa concluſio uniuerſaliter reſpectu omniũ articulorũ: ſed particulariter reſpectu quorundã. Probatur ergo: quia diuerſorũ ueritatum, ſeu propoſitionum ſpecie diſtinctarum .i. non ſynonimarũ diuerſi ſunt actus aſſentiendi, ſeu credẽdi ſpecie. Nam ex diuerſitate obiectorũ immediatorum ſpecifica arguitur diuerſitas ſpecifica actuum: & diuerſorũ actuũ ſpecie, ſunt diſtincti habitus ſpecie: ſed propoſitiones creditæ a patribus ſpecie diſtinguuntur a creditis a nobis. Nã illa propoſitio: chriſtus eſt uenturus, paſſurus, reſurrecturus &c. quã illi crediderunt: & illę propoſitiones: chriſtus uenit, paſſus eſt, reſurrexit &c. quam nos credimus: diſtinguũtur ſpecie: quia ſunt non ſynonymę propter diuerſam temporis connotationem: nec ſimul ſunt uerę: ſed una exiſtente uera, alia eſt falſa. Et certum eſt unam propoſitionem ſecundum ſpeciem non poſſe ſimul eſſe uerã, & falſam: ſaltem unitate acce-

pta: ergo illa pars cõcluſiõis uera. ¶ Sed
K diceres. Chriſtus eſt paſſurus, chriſtus eſt paſſus, ſunt idem articulus: ergo eadẽ fides. Antecedens probatur: quia eſt eadem materia ſcilicet eadẽ paſsio chriſti, quę exprimitur per ambas propoſitiones: licet cum diuerſis temporum differentijs: & ita idem articulus. ¶ Ad hãc replicam reſpondetur diſtinguendo de articulo: nam ſi articulus accipitur pro ueritate reuelata, ut diffinitus eſt in fine præcedentis quæſtionis: ſic negetur antecedens. Et ad probationem cõcedi tur, ꝙ eſt eadẽ paſsio chriſti credita ab illis, & nobis. Ab illis tunc futura: a nobis nunc præterita. Sed ſi infertur: ergo idem articulus Negetur conſequentia: nam de eadem materia poſſunt haberi diuerſi articuli: immo tot, quot de ea poſſunt formari propoſitiones ueræ, nõ ſynonymæ. Nunc autem prædictæ propoſitiones non ſunt ſynonymæ: quia nõ ſolum diuerſæ ſignificationes principales extremorum, & copulæ: ſed etiam diuerſæ ſignificationes minus principales, propter quas uariatur ueritas, & falſitas propoſitionum: reddunt propoſitiones non ſynonymas: qualis eſt diuerſa temporis ſignificatio. Si uero articulus accipitur pro materia, de qua formãtur diuerſæ propoſitiones, quarum una pro uno tempore eſt uera: alia pro alio tempore: tunc dictæ propoſitiones de futuro, & præterito ſunt unus articulus: uel non diuerſi articuli: & tunc conceſſo, ꝙ eſt unus articulus, negetur conſequentia: ergo eadem fides: quia fides acquiſita, & actus fidei non diuerſificantur tantum ſecũdum diuerſitatem obiecti remoti, quale eſt materia ſignificata ꝑpoſitionis: ſed penes obiecta immediata: ſ. ueritates ipſas, quę ſunt cõplexa ꝓpoſitionalia: unde non eſt hic niſi ęquiuocatio in nomine articulus: ſ. cõcluſio ſtat in ſua ueritate. ¶ Tertia concluſio.

Cõcl. 3. L Pro omni tempore poſt lapſum fides mediatoris explicita ad ſalutem ratione utentibus fuit neceſſaria. Probatur: quia nullus ſaluatur niſi ſit membrum eccleſiæ: & per conſequens chriſti: ſed nullus eſt membrum eccleſiæ, niſi per fidem mediatoris: ut patet diffuſe per apoſtolũ Heb. xj: ergo ſicut præſentes poſt Chriſti aduentum per fidẽ mediatoris, ita præcedentes per eandem fidem fuere membra Chriſti, & eccleſiæ. ¶ Præterea ſicut creator eſt principium eſſendi naturæ conditę: ita redemptor eſt principium reparationis naturę lapſæ: ergo nullus põt reparari ſine redẽptore. ſicut nec eſſe ſine creatore: ergo ſicut fides creatoris fuit ſemper neceſſaria ad ſalutem: ita poſt lapſum humani generis fides de mediatore. ¶ Sed tamen aduertendũ, ꝙ illa fides mediatoris poteſt eſſe in particulari, ſ. ꝙ filius dei incarnaretur. & ita deus, & homo redimeret humanum genus per hoc, ꝙ naſceretur de uirgine: moreretur in cruce: & hoc explicitẽ, & particulariter credere non fuit neceſſarium pro omni ſtatu. Potuit autem hoc idem credi magis confuſẽ, & in genere: ſcilicet, ꝙ deus ordinaret aliquam uiam redemptionis per aliquem mediatorẽ: etiã ignorando per quem: an ꝑ uerbum dei, uel per angelum, aut alium modum. Et iſtud ſic generaliter credere fuit neceſſarium omni homini ad ſalutem, neceſſariũ poſt lapſum. Illi tamen, quibus hoc reuelatum fuerat, magis particulariter tenebantur credere ſecundum reuelationem eis factã. Et in lege Moyſaica: quia fidem redemptoris habuerũt magis reuelatam: & diſtinctius in lege prophetis, & pſalmis: ideo illi tenebantur magis particulariter credere exiſtẽtibus in lege naturæ. In lege aũt reuelatę ueritatis ſcilicet euãgelica adhuc magis particulariter credere tenemur plus, uel minus ſecundum diuerſos ſtatus hominum: de quo ſtatim dicẽ. Et ideo ſanctus Bonauen. q. ij huius diſt. quia philoſophi hanc fidem in genere non habuerunt, ſuis uirtutibus, & meritis inhęrentes, non poterant eſſe membra Chriſti: & ꝯſequens non ſaluari. ¶ Et ſi obijcitur, ꝙ ipſi nõ poterãt hanc fidẽ actualem habere per propriam inuentionem, aut doctrinam. Reſpondetur, ꝙ gratia dei ſuper omnes præſto erat: & natura ad hęc manuducebat ex ſua curuitate, & infirmitate: ut redempto-

Fides mediatoris explicita

pro omni tẽpore fuit neceſſaria.

Philoſophi non ſunt excuſat.

te:ut redemptorē quęrerent:& ex gene
rali eruditione, quam habere poterant
ab ipſis, qui erant in cultu dei famoſi:&
ita nulli excuſabantur, quin ad minus
tenerentur ad fidem illam in generali:
ſi deniq; feciſſent, quātū in ſe fuiſſet, nō
defuiſſet eis deus ad eorum illuminatio
nē. Hinc apoſt. Rom. j. de illis loquēs ait.
Cum cognouiſſent deum: nō ſicut deū
glorificauerunt, aut gratias egerūt, ſed
euanuerūt in cogitationibus ſuis:& ob-
ſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicē-
tes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſūt
& cętera, quæ ſequuntur. Vnde manife-
ſtum eſt, ꝙ non iuxta cognitionem na-
turaliter inuentam conſequenter fece-
runt, quod in ſe erat, deum, quem noue
rant glorificando, & diligentius quærē
do: ſicut exactiſſime alia uana (ſalutari-
Quid d̄ nato in ſylua. bus dimiſsis) quæ fierunt. ❡ Similiter di-
cendum de eo, qui in ſylua natus docto
rem fidei non audiuit. ❡ Vnde Beatus
Tho. in. iii. ſcripto. diſtin. xxv. quæſt. iiii.
In his, inquit, quæ ſunt neceſſaria ad ſa
lutem, nunquā deus homini quærēti ſuā
ſalutē deeſt. uel defuit: niſi ex culpa ſua.
Vnde explicatio eorum, quæ ſunt ne-
ceſſaria ad ſalutem, uel diuinitus proui-
dentur homini per prædicatorem: ſi-
cut patet de cornelio Actu. x. & de Eu-
nucho candacis reginæ Actuum. viii.
Vel per reuelationem, qua ſuppoſita in
poteſtate liber. arbi. eſt, ut exeat in actū
Cōcl. 4 fidei. Hæc Tho ❡ Quarta cōcluſio. Om
M nia eccleſiæ membra pro ſtatu legis euā
gelicæ eadem tenētur credere, non qui
dem explicitè: ſed implicitè. Prima pars,
ꝙ non explicitè, patebit infra. Secunda
pars, ꝙ omnes teneantur credibilia ea-
dem implicitè credere: patet: tum, quia
omnes tenentur habere fidem infuſā:
ut dicit concluſio prima. Sed hanc ha-
bens credit omnia implicitè; quia habi-
tū habet ad omnia credibilia mediatè,
uel immediatè inclinantem. ❡ Præterea
omnes uſum rationis habentes tenen-
tur credere, ꝙ omne reuelatum a deo
eſt uerum. Item ꝙ ſcriptura a deo reue-
lata ſit uera: ſed hoc credens explicitè
omnia credibilia credit implicitè: cum
omnia credenda ſint reuelata a deo: &
omnia continentur immediatè, uel me
diatè in ſcriptura: ergo concluſio uera.
uide Panor. in rubrica de trini. & h. ea.
in fine, ad propoſitum. Quinta conclu Cōcl. 5
ſio. Ad quædam particulariter creden- Ad quædam particulariter credēda tenentur maiores.
da tenentur maiores, ad quæ non tenen
tur, qui in eccleſia ſunt minores. Prima
pars patet: quia quicunq; habet officiū
in eccleſia, tenetur ſcire tantum, quan-
tum pertinet ad ſuum officium: quate-
nus poſsit officium ſuū legitimè, & ſuf-
ficienter exercere. Maiores ergo in ec-
cleſia, qui habent officium docēdi cęte
ros, quæ doctrina ſine particulari exprę
ſione articulorum fieri non poteſt, te-
nentur omnia in particulari minoribus
explicanda diſtinctè credere. ❡ Sed notā N
dum ſecundum ſanctum Tho. diſt. pręſē-
ti. q. iij. ar. iij. ꝙ explicare articulos fidei
contingit dupliciter. Vno modo quan-
tum ad ipſorum articulorū ſubſtantiā,
ſecundum ꝙ homo articulos diſtinctè
nouit. Alio modo quantum ad ea, quæ
continentur in articulis implicitè: quæ
ſcilicet ex articulis inferri poſsūt: ac ab
impugnatione defendi. ❡ Ad primā qui
dem explicationem totalem, ſeu perfe-
ctam tenentur omnes, qui habent offi-
cium docendi fidem, ſiue ex gradu di-
gnitatis, ut ſacerdotes ſiue ex reuelatio
ne, ſicut prophetę: ſiue ex miniſterio,
ſicut doctores, & prędicatores, & hoc
quilibet horum quantum officium ſuū
exigit, & requirit. ❡ Ad ſecundam expli-
cationem non tenentur aliqui in uia
perfectè, & totaliter quantum explica-
ri poſſunt: quia hoc tantum poſsibile eſt
in patria. Tenetur tamen unuſquiſque,
cui incumbit officium docendi alios, in
fide tantū ſcire de illa explicatione, quā
tum pertinet ad ſuū officium, ideſt quā
tum ſufficit ad inſtructionem ſibi com-
miſſorum ſalutarem: & ſecundum capa-
citatem eorum. ❡ Secūda pars probatur;
quia ſimplices, qui nullum docēdi alios
officium: neq; aliud miniſterium habēt
in eccleſia, non habent niſi ſeipſos regu
lare: & ideo ſufficit eis illos articulos ex
plicitè credere, per quos poſſunt ꝓpriā
intentionē dirigere in finem ultimum.
❡ Præterea deus nullum obligat ad im-

Quæ te nentur credere ſimpli ces ex plicitè, & quæ non.

poſsibile:ideo minores,& rudes nō potentes capere,ſiue diſtinctè intelligere certos articulos:non tenentur eos explicitè credere: quia nihil poteſt credi explicitè:niſi apprehenſum per intellectum. Exempli gratia. Si aliquis fuerit ita rudis,q nonpoſſet concipere, quid perſona:quid natura:non eſt neceſſe,q habeat actum explicitum de articulo ptinenre ad naturæ unitatem,& perſonarum trinitatē diſtinctè: ſicut habēt clerici literati:ſed ſufficit ſibi (ſi nō poteſt huiuſmodi diſtinctionem intelligere;quia nec terminos)fides groſſa:ut q chriſtus natus eſt,& paſſus & talia quæ concernunt opus redemptionis. Tenetur ergo ad aliquem actū explicitum pro aliquādo:& ad alios i generali, ut credat ſicut eccleſia credit. Hęc Sco. ¶ Quæ autem ſine illa,quæ minores explicitè credere tenenī. Particularius inueſtigādo dico, q in genere tria colliguntur.ſ.q deus ē, q remunerator eſt:q mediator eſt, ſiue redemptor humani generis. De primis duobus loquitur apoſtolus Heb.xj. Credere oportet accedentem ad deum, quia eſt:& inquirentibus ſe remunerator ſit. De tertio dicitur Act.iiij ubi Petrus loquens de chriſto ait. Non eſt in aliquo alio ſalus:neq; aliud nomen ſub cęlo datum ē hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quod uerbum tractans beatus Augu. Ad Optatum ait. Illa fides ſana eſt,qua credimus. nullum hominē ſiue maioris,ſiue minoris ętatis liberari a contagio mortis,& obligatione peccati,quod prima natiuitate contraxit:niſi punū mediatorem dei,& hominum Ieſum chriſtū,cuius hominis eiuſdemque dei ſaluberrima fide etiam illi iuſti ſalui facti ſunt,qui priuſquam ueniret in carnem,crediderunt in carnem uenturum. Proinde cū omnes iuſti,ſiue ante incarnationem ſiue poſt,nec uixerint,nec uiuāt,niſi ex fide incarnationis:profecto ſcriptum eſt: non eſſe aliud nomen ſub cęlo,in quo oporteat nos ſaluari:ex illo tempore ualet ad ſaluandū genus humanum: ex quo in Adam uitiatum eſt.. de hoc enim ſupra conchiſio.iij.¶ Articulus autem incarnationis præſupponit articulum trinitatis, ſecundum beatum Tho.ij ij.q.ii.ar.viii. ubi ait. Myſterium chriſti explicitè credi nō poteſt ſine fide trinitatis:qa in myſterio chriſti hoc continetur,q filius dei carnē aſſumpſerit: q per gratiam ſpiritusſancti conceptus ſit:& mūdum renouauerit: & ideo poſt tempus gratiæ diuulgatæ tenentur omnes ad explicitè credendum myſterium trinitatis:ſicut omnes, q renaſcūtur in chriſto,hoc adipiſcuntur per inuocationem trinitatis. Quod ſic uidetur intelligi debere, q omnes tenentur credere,q in deitate eſt pater, & filius, & ſpiritusſanctus,& hi tres unus deus,ſic confuſè ſeu generaliter:non autem diſtinctè,q in unitate ſit diſtinctio perſonalis:ut ſupra dictum eſt .¶ Prętere fides incarnationis multa de chriſto credenda includit:ut q ſit cōceptus de ſpiritu ſancto,natus ex uirgine, paſſus &c. propter quod Apoſtoli ſymbolum ordinauerunt de his, quæ principaliter nos ad ſalutem ordinant tanquam fidei principia ab omnibus credenda. Deniq; tēpore gratiæ euangelicę eccleſia per anni circulū feſta ordinauit, in quibus ea ſolēnizantur,q articuli continent:ideo ab illorum notitia excuſare ſe nemo poteſt. Hinc ſanctus Bonauen. Illos articulos tenentur credere explicitè,quos nō ſolum prædicatio manifeſtat:ſed uſus eccleſiæ:ut eſt articulus de unitate,& trinitate,quem manifeſtat ipſe actus cōſignationis,cum ſe quiſque conſignat. In nomine patris,& filii,& ſpiritusſācti. Et ſic ut ſunt articuli de natiuitate, paſsione, reſurrectione &c. quos oſtēdunt ipſę ſolēnitates. ab his ignorātis nullus excuſatur:alios articulos non ita manifeſtè tenetur credere implicitè:ſicut eos credit uniuerſaliter ſancta eccleſia. Hæc ille De hoc etiam beatus Tho. in iii. ſcrip. diſt. præſenti.q.i.ar.iii.dicit. Fides explicita ad hoc neceſſaria eſt, q in finem ultimum intentionem dirigat. Et quia p peccatum homo ab illo ſine adductus fuerat:non poterat reduci niſi per mediatorem dei,& hominum dominum Ieſum chriſtum:ideo poſt peccatum oportuit habere cognitionem explicitam de

An ſimpliceſ teneātur credere explicitè articulum incarnationis.

redemptore:& pręcipuè quãtum ad ea,
quibus nõ in finem reduxit uicto hoſte,
quo captiui tenebamur.¶ Ad hoc autẽ,
ꝙ nos in finem reduceret: quatuor req
rebantur Primum, ꝙ propugnator no-
ſter inſtitueretur:quod factum eſt in na
tiuitate. Secundum,ꝙ propugnaret:ꝙ
factum eſt in paſsione. Tertium,ꝙ uin-
ceret:quod factum eſt in reſurrectione:
quando ęternitatis aditum deuicta mor
te reſeraiut. Quartum, ꝙ uictorię ſuæ
omnes ſuos participes faceret: qđ erit
in iudicio:quando bonis bona, & malis
mala reddet:ideo iſta pręcipuè requirũ
tur,ut explicitè credantur. Et quia hęc
in ſymbolo expreſſè continentur: ideo
ad actum fidei articulorum ſymboli om
nes pro aliquando tenentur. Quòd ſi
aliqui adeo obtuſi fuerint: ꝙ articulos
ipſos ſecundum ꝙ in ſymbolo ordinati
ſunt:eo ordine recitare nõ poſſent:ſuf-
ficeret tamen eis, ꝙ omnes,& ſingulos
explicitè credunt:dum eis proponẽtur:
ſic ergo ad fidem explicitam omnium
in ſymbolo contentorum,omnes in tẽ-
pore gratiæ obligantur: ut dicit magi-
ſter.¶ Præter illa:quilibet tenetur expli
citè credere omnem ueritatem particu
larem in eo,ꝙ generaliter credit uirtua
liter incluſam:poſtquam ſufficienter ſi-
bi oſtenſum eſt, ꝙ in tali uirtualiter eſt
incluſa Exemplum,ut credens omne re
uelatum a deo eſſe uerum:tenetur expli
citè credere quamcunq, ueritatem par
ticularem reuelatam:poſtquam ſufficiẽ
ter oſtẽditur,ꝙ eſt reuelata a deo.¶ Sex
ta cõcluſio.Licet ſimplices, & minores
non tenentur ea ſingula credibilia
particularia explicitam fidem habere:te
nentur tamen omnes particulares erro
res:ne pertinaciter adhęreant,cauere.
Prima pars patet.Secunda pars proba-
tur:quia quilibet fidelis tenetur cauere
omne illud,per quod hæreticus iudica-
retur,& eſſet:ergo tenetur cauere om-
nem errorem (pertinaciter adhęrẽdo)
contrarium cuicunq; particulari credi-
bili in canone bibliæ contento. Tenet
conſequentia: quia quilibet talis error
facit hęreticum:ſi ei pertinaciter adhę-
reatur:& tollit fidem infuſam, quę ne-
ceſſaria eſt omnibus ad ſalutem:ut dictũ
eſt.¶ Et ſi di. Nullus tenetur cauere er-
rorem:niſi cuius oppoſitum tenetur ex
plicitè credere: ergo cum non tenetur
omnes articulos particulares credere,
errorem ejus contrarium non tenetur
uitare.Tenet conſequentia, quia nemo
tenetur uitare,quod nõ tenetur cogno
ſcere:ſed nullus tenetur omnes errores
cognoſcere:quia infiniti ſunt.Reſpon-
detur,ꝙ errorem cauere contingit du-
pliciter.Vno modo ſimpliciter, ne ei cõ
ſentiatur.Alio modo ne pertinaciter ei
adhęreatur.Primo modo, non oportet
cauere omnẽ errorẽ: ut ſupradictũ eſt:
ſed ſecundo modo:& ita debet intelligi
concluſio de errore pertinaci. Et ad ca
uendum pertinacem adhęſionem erro-
ris:non oportet errorem cognoſcere:
quia quisquis habet fidem implicitã om
nium contentorum in ſcriptura,non po
teſt incidere pertinaciter in errorẽ: qa
nũquã ita adhęret errori, quin paratus
ſit credere:oſtenſo, ꝙ eſt contrarius ali
cui contento in ſcriptura:& ita non ad
hęret pertinaciter. Patet ergo,ꝙ falſũ
aſſumitur tam in antecedente,quàm in
conſequente probatione.¶ Ex omnibus
pręmiſsis elicitur ultima concluſio ad
ſuppoſitum quæſtionis reſponſiua:& eſt
in ordine ſeptima.Omnes articuli fidei
in ſymbolo apoſtolorũ ſufficiẽter ſunt
collecti: & ab inuicem ſpecie condiſtin-
cti.Prima pars patet:quia illi articuli ſũt
ſufficienter collecti: qui uirtualiter, &
reductiuè continet omnia credibilia:
tales ſunt articuli,de quibus concluſio:
ergo.Conſequentia nota cum maiore.
Minor probatur:quia nullum eſt credi-
bile totius ſcripturæ canonicę,quin re-
ducibile ſit ad aliquem articulorum: ſi
quidem ad hunc articulum.Credo ſan-
ctam eccleſiam catholicam.omnes ueri
tates totius canonis reducuntur: nam
credere eccleſiam ſanctam catholicam:
eſt credere eã ſanctè,uerè,& ſine errore
approbaſſe,quęcunq; approbauit:& per
conſequens eſt credere omnia per ipsã
approbata. Approbauit autem totũ ca-
nonem ſcripturæ:& ita omnia in eo cõ
tenta(de ſacramentis,præceptis,hiſto-

rijs,

Vt chriſtus ad finẽ nos reduceret, quatuor requirebãtur.

Cõcl. 6

P Omnes ſimplices tenentur omnes errores particulares cauere.

Cõcl. 7.

Articuli fidei ſufficiẽter in ſymbolo ſunt collecti

rijs & cęteris omnibus) ad hunc articulum reducuntur. Secunda pars patet ex Arti. 3. primo notabili. ¶ Quantum ad tertium Dub. 1. articulum, eſt primum dubium. Cum

Q minores habere tenentur fidem explicitam omnium uirtualiter contentorum in fide implicita, poſtquam conſtiterit eis ibi aliquid ſic contineri: utrũ tenentur explicitè credere ſuo prǽlato fidem implicitam particulariter explicanti. Ad illud reſpondet Sco. in uirtute, ꝙ aliqua ſunt, q̃ cõmuniter ꝑdicãtur in eccleſia, & uſu feſtiuitatũ eccleſię approbãtur. ut ꝙ chriſtus natus eſt, crucifixus. Et generaliter articuli ſymboli, de qbus dictũ eſt cõcluſione v. & in illis ꝑdicatis tenenẽ minores ſuis prælatis credere: & ſic ꝑdicatis explicitè aſſẽtire. Si uero ſui ꝑlati, aut quicũq; alij prędicãt aliqua, q̃ nõ cõmuniter in alijs eccleſijs ꝑdicantur: ſed proponũtur in uno loco de nouo: nõ tenẽtur illud ſimplices, ſeu minores firmiter credere: immo magis cõſultũ eſt nõ adhęrere, quouſq; ſciant illud credi ab eccleſia, tãquã uerũ. Si tñ quis credit putans eccleſiã ſic credere: etiam ſi fuerit erroneũ, nõ peccat: dum modo tamẽ pertinaciter non adheret: ut ſup. dictum eſt notabili ij. Suo modo in moralibus. Si quis predicaret actum aliquem non eſſe mortalem, qui tamen eſſet peccatũ mortale: utile eſt non credere: & donec poſt diligẽtem informationem certificatus fuerit: ſe ab actu huiuſmodi ſuſpendere, maximè ſi audiuit

Dub. 2. ab alijs oppoſitũ fuiſſe prædicatũ. ¶ Se-

R cundò dubitatur: utrum ſucceſſu temporis creuerunt articuli fidei. Reſpondetur, ꝙ fidẽ profeciſſe intelligi põt quã tũ ad quãtitatẽ, quãtũ ad deuotionem, uel quãtũ ad firmitatem. ¶ Quantum ad quantitatem dupliciter. Vel quo ad nouorũ articulorũ additionem; uel quo ad implicatorũ explicationem. Quo ad nouorũ articulorũ additionem nõ creuit: quia quotquot noui articuli per exhibitionem additi ſunt: tot ueteres de futuri expectatione deſierunt: unde ſicut chriſtũ ueniſſe cepit eſſe articulus: ita chriſtũ eſſe uẽturũ, deſijt eſſe articulus. ita ꝙ q̃cũq; exhibita ſunt, ut exhibẽda, ſitq; numerus articulorum non eſt immutatus.

Vtrum ſucceſſu tẽporis articuli fidei creuerunt.

¶ Quantum uero ad explicationem creuit: quia clarius explicata eſt fides adueniẽte ueritate, quã ſub umbra figurali. ¶ Quantũ uero ad deuotionẽ, creuit adueniente temporis plenitudine, propter luminis plenitudinem in ueritatis exhibitione: propter maiorem gratiæ diffuſionem in charitatis oſtenſione: propter clariorem eruditionẽ in uerbi ſalutis prædicatione. nunc n. ueritas per Chriſtũ facta eſt: nũc in ſacramẽtis nouę legis propter meritum amplior datur gratia: nunc fides etiam apertius prædicatur: nam in omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis terrę uerba eorum. ſ. Chriſti, & apoſtolorum. ¶ Quantum aũt ad firmitatem ſimiliter creuit: tũ propter maiorem deuotionẽ: tum etiam propter clariorẽ cognitionẽ. Illorum. n. articulorum fides firmior eſt, quos credens apertius cognoſcit; & quibus deuotius acquieſcit, ſatis concordat ſanctus Bonauen. ¶ Tertiò dubitatur: utrum fidei poſſet fieri additio per nouum articulum a ſummo pontifice, aut eccleſia edendũ. Reſpondetur, ꝙ ſicut ad ea, quę ſpectant ad fidem noſtrã; & nequaquã ex uoluntate humana dependet: non põt ſummus pontifex, nec eccleſia de aſſertione non uera ueram: nec de non falſa falſam facere: ita non poteſt de non catholica catholicam facere, nec de non hæretica hereticam: & ideo non poteſt nouum articulum facere: nec articulum fidei tollere: quoniam ſicut ueritates catholicę abſq; omni approbatione eccleſiæ ex natura rei ſunt immutabiles, & immutabiliter uerę: ita ſunt immutabiliter catholicæ reputandę. Similiter ſicut hæreſes abſq; omni reprobatione, & damnatione ſunt falſæ: ita abſq; omni reprobatione ſunt hereſes reputandę. Quod ſic oſtẽdi põt: & ſuppono ex dictis; ꝙ articulus, & ueritas idẽ ſunt, & pro eodem accipiunt: tũc ſic: aut ueritas dicenda eſt catholica: qa eſt diuinitus reuelata: aut in ſcriptura diuina cõtenta: aut qa ab eccleſia recepta: aut qa a ſummo põtifice approbata: aut qa ex aliquo ꝑdictorũ ſequit in cõſequẽtia

Dub. 3. S

An ſummus põtifex, aut eccleſia, poſſit nouũ articulũ, aut ſymbolũ edere.

neceſſaria. alius modus non eſt dabilis. ¶ Si primum, aut ſecundum: quia reuelatio diuina non dependet a ſummo pontifice, nec ab eccleſia: ergo horum approbatio nihil facit ad hoc, ꝙ talis ueritas ſit uerè catholica: aut ꝙ contineatur in ſcriptura diuina. ¶ Si tertium: quia ab eccleſia recepta Quęritur, quare eccleſia talem ueritatem recepit: aut quia ſibi diuinitus reuelata: & tunc abſq; tali receptione eſt uerè catholica, ſcilicet quia diuinitus reuelata, uel inſpirata: aut eccleſia eam recepit: quia eam in ſcripturis diuinis inuenit, & tūc iterum abſque tali receptione eſt catholica: eo ꝙ in ſcripturis diuinis cōtēta. Aut recepit eam; quia per experientiam, aut naturalem rationem eā cognouit: ſed rationi naturali, & experientiæ eccleſia in recipiendo ueritatem catholicā inniti non poteſt. Tum: quia quę ſunt fidei, ſunt ſuper experientiam, & naturalem rationem. Tum: quia tunc omnem ueritatem geometricam, & naturalem poſſet facere catholicam, & articulum: & aſſertiones falſas geometricas facere hęreticas; quod dicendum non eſt. Aut eccleſiam eam recipit, quia ſibi placet: tunc eccleſia faciendo ueritatem catholicam inniteretur humanæ uoluntati tantum: & ita fides noſtra eſſet in uoluntate hominum: contra illud. j. Corint. ij. Sermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanę ſapientiæ uerbis: ergo multò fortius non in uoluntatibus humanis. ¶ Si detur quartum: quod ſequitur aliquo prædictorum: clarum eſt, ꝙ ſequeretur etiam ſine approbatione, & receptione eccleſiæ. ¶ Si quintum: quia a ſummo pontifice approbatum: arguitur ſicut de receptione eccleſiæ. Patet ergo, ꝙ nulla ueritas eſt catholica ex approbatione eccleſiæ, uel papæ. Sed eccleſia, aut papa per ſuam approbationē aliquam ueritatem fuiſſe, aut eſſe catholicam cognoſcit, & definit. Sic ergo nō facit ad ueritatem aliquam eſſe catholicam, aut fidei articulum, uel aſſertionem contrariam hæreticam: ſed per ſuā approbationem determinat, & definit: ueritates approbat fuiſſe catholicas: & aſſertiones falſas, quas reprobat: fuiſſe, & eſſe hæreticas. Sic non facit nouum articulum fidei: ſed determinat, & definit aliquem articulum pertinere, & pertinuiſſe ad catholicam ueritatem. Et illa ueritas quamuis nouiter definitur eē catholica, & articulus fidei: non tamen nouiter incipit eſſe articulus: ſed fuit talis ante definitionem: licet non ſit ab omnibus, ut talis cognitus: ſed definitione ac determinatione eccleſiæ ab omnibus, ut talis cognoſcitur: & tenetur, qui prius a multis fuiſſe articulus ignorabatur. Alias rationes ad idem adducit Ockam. c. xij. ſecundi lib. dialo. per j. ubi materiam illam latè proſequitur. Ex his patet. ꝙ eccleſia, uel papa ordinando, aut faciendo nouum ſymbolū (ſicut factū eſt in cōcilio Niceno) nō facit nouas ueritates chatolicas, ſiue articulos: ſed de nouo declarat ueritates aliquas fuiſſe, & eē catholicas. Quæ aūt ueritates ſint catholicæ reputandę: latē in eodē lib. diſſerit, quem Gerſ. & plerīq; alijs in ſuis ſcriptis ſunt imitati. ¶ Vltimò dubitatur utrū ratio naturalis inducta ad oſtendēdum fidei ueritatem diminuat fidei meritum Suppoſito, ꝙ quædam ueritates poſſunt euidenter demonſtrari: ut ꝙ deus eſt uiuens, intelligens &c. q̄ ſunt articuli fidei: ſecundum illud Heb. xj. Oportet accedentem ad deum credere, quia eſt &c. Reſpondetur ſecūdum beatum Tho. ij. ij q. ij. ar. x. ꝙ ratio humana inducta ad ea, quæ fidei ſunt, dupliciter ſe habere poteſt. Vno modo, ut præcedens: puta cum aliquis aſſentit ueritati fidei propter rationem conuincētem; alias non crediturus. Et ſic ratio inducta diminuit meritum fidei: immo totum tollit: ita ꝙ ſic aſſentiendo nō meretur. Nihil enim eſt meritorium, niſi uoluntarium: iſta [illegible] alis non uoluntariè: & propter diuinam reuelationem, & auctoritatem: ſed conuictus neceſſariò aſſentit: ergo ſic aſſentiendo non meretur. Alio modo ratio humana habet ſe, ut conſequens. cum ſcilicet homo habet promptam uoluntatem credendi diuinæ auctoritati: & diligit ueritatem creditam, & ſuper ea excogitat, ſi quas ra-

Dub. 4.

T Vtrum ratio naturalis inducta ad oſtēdēdum fidei ueritatem diminuat meritum fidei.

tiones ad hoc inuenire poſſet: non quidem ut firmius credat (ſic enim humanā rationem diuinæ auctoritati præponeret) ſed ut credita magis intelligat, defendat: ac piis (docēdo) opituletur. Sic ratio humana non tollit meritum: ſed eſt ſignum maioris meriti. Tollit quidē fidem acquiſitam, & actū fidei, quia nō ſtant ſimul ſcientia, quam ratio humana gignit: & fides acquiſita in eodem, & reſpectu eiuſdem: licet ſtent ſimul ſcientia, & fides infuſa: ut ſupra dictū eſt diſt. xxiiii. in concluſione. iiii. Non tamē tollit meritum uoluntatis, quo uult credere, etiam ſi ratio non adduceretur: & auget meritum: cum ex charitate imperat intellectui inquirere rationem ad finem prædictum: & ad dei honorem ac lucrum animarum.

DISTINCTIO XXVI.
De ſpe.

DETERMINATO de fide prima uirtute theologicali in. iii. pcedentibus diſtinctionibus: conſequenter in hac diſtinct. xxvi. magiſter agit de uirtute ſpei, q̄ eſt ſecunda uirtus theologica: cuius ſententia in ſequentibus concluſionibus ſummariē continetur. ¶ Prima concluſio. Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ueniens ex dei gratia, & præcedentibus meritis. ¶ Secūda concluſio. Fides, & ſpes in eo, q̄ ſūt non apparentium conueniunt: ſed quia fides eſt de bonis, & malis præteritis præſentibus, & futuris. ſpes tantum de bonis futuris: ſicut uocabulo, ita differentia rationali differunt. ¶ Tertia concluſio. In chriſto ſicut in beatis: nec fidei, neque ſpei uirtus fuit: quamuis quædam ſperauit, & credidit. In quo dicto magiſtri, uerbum credidit largē accipitur: pro firmiter aſſentire uero prout includit uiſionem.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hāc diſtinctionem quæritur: utrum ſpes ſit uirtus theologica a fide, & charitate realiter diſtincta. ¶ Tribus articulis quæſtio abſoluetur. Primus præmittet notabilia terminorū declaratiua. Secundus ſubiunget concluſiones. Tertius dubia ſoluet. ¶ Quantum ad primum notandum, q̄ ſpes quādoq; accipitur pro paſsione appetitus ſenſitiui: ſcilicet deſiderio ſenſibilis appræhēſi per phantaſiam: ut cōuenientis, & abſentis, quo modo numerat ſpē philoſophus inter paſsiones. ii. Ethic. & Boe. i. de conſol. metro. vii. ponit quatuor animæ paſsiones, gaudiū, dolorem, ſpē, & timorē: & ſic non accipitur in propoſito, quia ſic nec eſt uirtus moralis, nec theologica. Secundo modo accipitur, prout pertinet ad appetitum intellectiuum: & ſic aliquādo accipitur pro actu, qui eſt ſperare bonum abſens: ut cū dicimus, habeo ſpem aſſequendi hoc, uel illud bonum ideſt ſpero aſſequi. Alio modo, & magis propriē accipitur pro habitu infuſo, uel acquiſito ad actum ſperandi inclinantem. Et utroq; modo capitur dupliciter. Vno modo largē, pro habitu, uel actu ſperandi bonum quodcunq; appræhenſum, ut abſens ſiue æternum, ſiue temporale: quo modo aliquis dicitur ſperare diuitias, corporis ſanitatem, aut aliud bonum: ſic dicit apoſtolus. Debet in ſpe, qui arat, arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. i. Corint. ix. & ſecundum magiſtrum. Beati dicuntur ſperare corporum reſurrectionem. Alio modo ſtrictē, ut ſolum reſpicit bonum æternum appræhenſum, ut poſsibile, & futurum: & ita diffinit magiſter. Spes eſt expectatio futuræ beatitudinis &c. & ſic accipitur in propoſito ſcilicet pro habitu, & ſtrictē. Accipitur etiam quandoq; pro obiecto, ideſt re ſperata: ſic accipit Apoſtolus ad Titum. ii. Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei. beatam ſpem ideſt beatitudinē ſperatam. ¶ Secundō notandum. q̄ de actu ſpei uariæ ſunt opiniones doctorum: ſu &

A

Vtrum ſpes ſit uirtus.

Arti. 1.

Quatuor paſſiones animæ.

B

Diuerſę acceptiones ſpei.

tangit Sco. diſtin. præſenti. quoniã fuit quorundam opinio, ꝙ actus ſpei dicit non unũ actũ ſimpliciter: ſed unũ per aggregationẽ. Dicit. n. aggregatũ ex actu fidei, & ex actu charitatis. Nã actus ſpei, qui eſt expectare, includit certitudinẽ: & hæc certitudo pertinet ad intellectũ, & fidem. Includit etiam deſiderium, qđ pertinet ad uoluntatem: & ſi ſit deſiderium meritoriũ pertinet ad charitatẽ, quæ perficit uoluntatem. Sicut ergo expectatio perfecta, & meritoria includit certitudinem intellectus: & deſiderium uoluntatis ordinatæ: ita ſpes dicitur includere per quandam aggregationem: ut uirtus perfecta, fidem, & charitatem. Et ſic ſpes non ponetur uirtus tertia a fide, & charitate coniunctim formaliter diſtincta: ſed eſt tertia per aggregationem: quia includit in ſe duas uirtutes, ſcilicet fidem, & charitatem. Alia poſſet eſſe opinio, & modus ponendi: quia deſiderium non habiti poteſt eſſe in uoluntate ſine charitate. Totus etiã actus, ſpei, etiam ipſa ſpes, poteſt eſſe informis: non autem poteſt eſſe ſine fide, qua illud, quod ſperatur, creditur poſsibile haberi: ideo ſpes non eſt uirtus alia a fide: ſed eſt quædam particularis fides: ſicut enim fides reſpectu uniuerſalis eſt, qua teneo omnem hominem iuſtum finaliter ſaluãdum: ſic & ſpes eſt reſpectu particularium: quia ſpe teneo, ſiue credo me finaliter iuſtum eſſe ſaluandum. Et ſecundum hoc diceretur, ꝙ fides eſt omnium articulorum reuelatorum ad quoſcunq; pertinentium, ad quęcunq; tẽpora. Spes autem eſt quædam fides particularis: quia eſt de reuelatis particularibus pertinentibus ad ſeipſum, qui habet fidem: & tantum de pertinentibus ad futura. Et ita ſpes erit inferius ad fidem, non quidditatiuè, ſed accidentaliter; ſicut riſibile ad ly animal: quia connotat ultra fidem futuritionẽ: & ꝙ ſit de particularibus ad ſe habentem fidẽ: & ultra hæc deſiderium talis boni: alioquin non deſiderans bonum futurum, haberet ſpem: quod non conceditur. Iſtæ duæ opi. conſequenter dicerent: ꝙ ſicut in anima ſunt duę potentiæ natæ attingere deum in ratione obiecti ſcilicet intellectus: & uoluntas: & hoc per actus elicitos proprios ſibi. Ita etiam ſufficienter perficitur utraq; potentia unico habitu reſpectu illius obiecti: & ita ſicut intellectus ſufficienter perficitur reſpectu illius beatifici obiecti per habitum fidei: conſimiliter uoluntas ſufficienter perficitur reſpectu eiuſdem obiecti per habitum charitatis. Et ad ſaluandum dicta de ſpe dicerent: ꝙ ſpes eſt tertia uirtus, includens alias duas uirtutes per aggregationem ſecundum primam opinionem: uel ſecundum opinionem ſecundam: ꝙ eſt quædam fides particularis reſpiciens tantum bona futura ab habente huiuſmodi fidem attingenda. Et ſic diſtinguitur a fide generaliter ſũpta, quæ reſpicit indiſtinctè omnes perſonas, & credibilia quorũcunq; tẽporũ. C

¶ Sed quia illæ opi. uidentur obuiare auctori. ſanctorum innitẽtium dicto apoſtoli. j. Corint. xiij. dicit enim. Nũc manẽt fides, ſpes, charitas, tria hæc &c. Et etiã rationi: quoniam contingit exceſsiuè ſperare bona futura: ſicut patet in præſumptuoſis, & diminutè ſicut in deſperantibus: & ita illa paſsio, quæ eſt ſpes futuri boni, indiget moderatione: & per conſequẽs habitus ille moderatiuus cũ ſit reſpectu obiecti æterni, quod conſequitur ſperãs: poterit eſſe habitus theologicus proprius: & hoc dicitur ſpes. Per hunc enim intelligitur habitus moderans paſsionem: ſiue deſiderium, quo quis tendit in bonum æternum conſequendum: ideo illis opinionibus dimiſſis, aliter reſpondendum erit ad quæſtionem. ¶ Pro quo notandum, ꝙ deus non tantum eſt bonum ſummum, & infinitũ in ſe: ſed eſt etiam ſummũ bonum creaturæ rationali: ipſum per actus intellectus, & uoluntatis participantis. Et ſecũdum hoc poteſt uoluntas dupliciter tẽdere in deum ipſum amando ſecundum duplicem affectionem: ſcilicet ſecundũ affectionem iuſtitiæ diligendo ipſum amore amicitiæ, ut bonum ſummũ in ſe, non in ordine ad aliud. Vel ſecundum affectionem commodi amãdo ipſum ut ſummũ bonũ ſibi amãti, amore. ſ. cõcupiſcentiæ.

plcentiæ. Primus actus diligendi deum ut bonũ in ſe eſt actus charitatis. Secundus actus diligendi deum ut bonũ diligẽti, quatenus ordinatus eſt: eſt actus ſpei. Vnde actus ſpei eſt actus deſiderandi bonum infinitum eſſe nobis bonũ: & hoc a deo ſeipſum nobis liberaliter conferente: nõ quidẽ primo: ſed propter aliud ſibi acceptũ, ordinatũ ad illud tanquam meritum: & habitus ad hunc actum inclinans acquiſitus, uel infuſus dicit̃ ſpes.

D Ex illo poteſt elici diffinitio ſpei declaratiua diffinitionis magiſtri. Spes eſt habitus inclinans uoluntatẽ ad deſiderandum efficaciter bonũ infinitum a ſeipſo bnito liberaliter ſibi conferendũ; propter merita ab ipſo bono infinito ad hoc accepta. Aut ẽ deſideriũ ad aliud bonum ad hoc bonum infinitum conſequẽs, uel ordinatũ. ¶ Dicit̃ habitus, quod ponitur pro genere, & includit tam habitum infuſum, quam acquiſitum. Nam duplex eſt ſpes, ſcilicet infuſa, & acquiſita. Sola.n. ſpes infuſa non ſufficit ſine acquiſita; aut eius actu ad inclinandum ad actũ ſpei. Nam uoluntas appræhenſo bono infinito tanquã bono poſsibili ſibi per merita ad hoc acceptata, ſtatim deſiderat ipſum; & ſimul merita per quę adipiſcatur: etiã ſine habitu infuſo. Habitus autẽ infuſus ſine his non inclinat.

Diffinitio ſpei.

¶ Dicitur inclinãs uolũtatẽ ad deſiderãdũ: ubi tangitur actus proprius, ad quem ſpes inclinat, quę eſt deſideriũ alicuius boni ſibi cõmodi, & futuri. Vnde patet, q actus ſpei eſt actus amoris concupiſcẽtiæ ſecũdũ affectionẽ cõmodi: ſicut act⁹ charitatis eſt actus amoris amicitiæ ſecundũ affectionẽ iuſtitiæ. De qua dupliti affectione dictũ eſt ſupra. lib. ij. diſt. v j. Quod autem deſiderare ſit quoddã amare, patet: quia eſt quoddam uelle bonũ: & omne tale uelle eſt amare ut in ſequẽtibus apparebit. ¶ Dicitur bonum infinitũ &c. ubi tangitur obiectum primariũ, & principale. Nã ſicut fides tẽdit in deũ credendo ei; ſicut primæ ueritati. & charitas inhæret deo tanquam ſummę bonitati: ita ſpes tendit in deum deſiderio et fiducialiter adhęrendo tanquam infinitę largitati: quia deus infinita eſt largitas, quę dat donum infinitum. Principale ergo obiectum ſpei eſt deus a ſperante tanquam commodum ſuum ſummum poſsidendus. ¶ Dicitur efficaciter ad excludendum deſiderium deſperantium, & præſumentium. Nã deſideriũ efficax duo includit .ſ. appræhenſionem obiecti, ut poſsibilis haberi & acceptationẽ mediorum ordinatorum ipſa uolendo, & imperãdo, p quæ põt obiectũ acquiri. Primũ deficit deſperãtibus: nã deſperãtes nõ credũt habitionẽ dei, ut obiecti beatifici eis eſſe poſsibilẽ: & ideo licet uellẽt beatitudinem habere & deſiderent poſsidere deũ beatificẽ uolũtate cõplacentiæ: quia tñ nõ apphendũt, ut ſibi poſsibile, nõ deſiderãt efficaciter: quæ uoluntas nõ ſolũ ſibi cõplacet in uolito, & uolitione: ſed etiã inquirit, & diſponit media, eiq; imperat cęteris potentijs, quibus cõſequi põt uolitum. Et ideo deſperanti perſuadẽdum eſt, ut credat: nõ ut diligat: quia prima radix illius erroris non eſt in uoluntate. Quod enim uoluntas non deſiderat efficaciter, hoc eſt ex eo: quia intellectus nõ oſtendit illud efficaciter tanquã deſiderandũ. Hæc Sco. Secundum deficit præſumentibus; licet .n. illi deſiderẽt bonum infinitum, ut ſuum cõmodum: ipſum etiam appræhendunt, ut ſibi poſſibile, & futurum: nõ tñ inquirũt, nec uolũt, nec imperãt media opera .ſ. meritoria, p quæ cõſequãtur. Nõ ergo deſiderãt adipiſci p merita: ſed ſine meritis: & ſic nõ efficaciter de quo & magiſter dicit. Sine grã, & meritis ſperare: nõ ſpes ſed uana præſumptio eſt. & hęc innuit magiſter in ſua diffinitione. Spes eſt, inquit, certa expectatio .i. efficax deſiderium. Efficax enim deſiderium certa eſt expectatio: quia infallibiliter ſequitur beatitudo, deſiderium efficax permanens in finem. Hæc enim eſt certitudo ſpei, q meritis in finẽ uitę cõtinuata infallibiliter conſequitur beatitudo, per quã fruitiuẽ poſsidetur deus. Nõ enim illa eſt certitudo ſpei: q habens modo deſideriũ efficax beatitudinis ipſum infallibiliter cõſequat̃: quia põt cadere ab illa ſpe efficaci, & deſperare, uel præſu- B

Deſperãs, & p̄ſumẽs, an uelint efficaciter beatitudinem.

mete, aut media ordinata relinquere. Sed ea eſt certitudo, quæ dicta eſt, qua certum eſt beatitudinem cõſequi deſiderium efficax continuatum in finẽ. Eſt ergo efficax deſideriũ: ut dicit Ockam. in ſuo .iij. q. viij. deſiderium, quo aliquis ſtatim oſtẽſo ſibi per fidẽ: ꝙ fruitio dei, per quã deus habetur, eſt ſibi conferenda propter merita: ſtatim elicit actũ meritoriũ, ſi põt. Concordat dominus. Camera. q. unica. iij. ſen. quam pulchrè ponens, quis ſit actus ſpei: & quotuplex eſt deſideriũ &c. quorum uni tanquam de poſsibilibus cõcomitatur fides: alteri uero de impoſsibilibus non adeſt fides: ſiue credulitas cõſequendi deſideratũ: ut in deſperantibus. ¶ Dicitur ab ipſo bono liberaliter propter merita conferendũ. ubi innuitur modus habitionis, ſimul & aſſecutionis boni infiniti. Non. n. põt bonũ infinitum haberi a creatura niſi per liberalem dationem, qua liberaliter bonum infinitum ſe cõmunicat ſuę creaturæ ſecũdũ modum ſuę capacitatis. Nõ eſt autem creatura capax beatifici boni infiniti, niſi per clarã uiſionẽ, & perfectam fruitionem. Has uero habere non poteſt creatura a ſe. Videtur. n. deus, quã do uult: & oſtendit ſe, cui uult: nec poteſt frui creatura perfectè deo, niſi clarè uiſio: & ita non poteſt haberi bonum infinitum, niſi liberaliter ſe donet uidendum, & fruendũ. Modus aũt conſequẽdi bonum infinitum eſt per opera meritoria ab ipſo bono infinito ad hoc acceptata: & licet propter merita, non tamẽ minus ſe dat liberaliter: quia ex ſua liberalitate ordinauit illa merita: & liberaliter ea acceptat tanquam condigna tãto dono, quæ ex ſua natura nequaquam eſſent digna: ſicut dicit apoſtolus. Non ſunt condignę paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Roman. viij. ¶ Additur in diffinitione. aut ad aliud bonum ad hoc conſequens, uel ordinatum: ubi tanguntur obiecta minus principalia, & ſecundaria ſpei. Sicut enim fides non eſt tantum reſpectu dei, ſiue ueritatis aliquid reuelãtis de deo: ſed etiam omnium a deo reuelatorum: & omnium ueritatum in canone contentarum: & nihil de deo prędicantium: ut ꝙ Moyſes occiſum Egyptium abſcondit in ſabulo. Exo. ij. & ꝙ Petrus uiduam nomine Dorcas a morte ſuſcitauit. Actuum. ix. Et charitas non ſolum inclinat ad diligendũ deũ: ſed etiam omne, quod deus a nobis uult diligi. Sic ſpes non eſt tantũ reſpectu dei a nobis habendi: ſed etiã reſpectu omnium, per quæ a nobis habetur, ſcilicet reſpectu uiſionis, & fruitionis, quę ſunt beatitudo formalis: & reſpectu gaudij conſequentis. Similiter reſpectu omnium ad deum beatificẽ poſsidendum ordinatorum: ut reſpectu gratię, & meritorum, & cęterorum dei donorum. Omnia enim hæc ſperamus a domino, ſicut & peccatorum remiſsionem, carnis reſurrectionem: & uitæ perennis eternitatem: & ſic dicit magiſter. Spes eſt certa expectatio futurę beatitudinis beatitudo eſt duplex. obiectiua, quę eſt bonũ infinitum: & formalis quæ eſt uiſio, & fruitio: & põt accipi utroq; modo: & ſic tangitur tam obiectum ſpei primariũ quã ſecundariũ. ſubintelligendo etiam omnia ad beatitudinem conſequentia, & ordinata. Unde colligitur, ꝙ obiectum ſpei adæquatum eſt bonum infinitum liberaliter ſe cõmunicans creaturæ propter merita: & bonum finitum ad communicationem huiuſmodi ordinatum, ut cõcomitans, aut conſequens, uel præcedens. Concomitãs, ut uiſio, & fruitio, per quas formaliter habetur bonum infinitum. Conſequens, ut gaudiũ, perpetuitas, ſatietas, & cætera beatitudinem formalem conſequentia. Præcedens ut gratia, dona, & merita. ¶ Tertiò notandũ circa illũ terminũ uirtus theologica: ꝙ uirtus theologica dupliciter accipiť. Uno modo ſtrictè: & ſic ad hoc, ꝙ uirtus aliqua dicať theologica, tres cõditiões reqruntť. Prima, ꝙ reſpiciat deũ ꝓ primo obiecto, & principali. Secũda, ꝙ habeat primã ueritatẽ pro prima regula actuũ ſuorũ, ad quos inclinat: & nõ regulã aliquã acquiſitã humanitus, puta prudentiã. Tertia, ꝙ immediatè a deo infundatur ſicut a cauſa efficiẽte. Harũ cõditionum prima reſpicit obiectũ: ſecũda

Beatitudo duplex.

F

Virtus theologica.

regulã directiuã: tertia cauſam efficien
tem. Et illo modo fides, ſpes, charitas
acquiſitę nõ ſunt uirtutes theologicę:
quia deficit tertia conditio. ¶ Secun-
Quis ſit — do modo accipitur uirtus theologica
actus — largius pro uirtute reſpiciente deũ p ob
ſpei. — iecto principali innitẽs primę ueritati,
tanquam regulæ ſiue ſit a deo infuſa, ſi-
ue naturaliter acquiſita. Et ſic fides,
ſpes, & charitas acquiſitæ reſpectu dei,
ut ob ecti primi, & principalis ſunt uir-
tutes theologicæ. Per primas enim duas
conditiones uirtus theologica ſufficiẽ
ter diſtinguitur a morali: quia moralis
non habet deũ pro obiecto primo: licet
habere poſſet deum pro fine. Similiter
moralis innititur regulę humanæ .ſ.
prudentiæ, ſiue rectæ rationi naturali.
Theologica uero ueritati diuinæ: ideo
enim fides credit: quia deus reuelauit:
ideo ſpes deſiderat; quia ſic deſideran-
dum eſſe deus reuelauit, ſic charitas dili
Arti. 2. — git: quia ſic diligere deus pcepit. ¶ Quã
Cõcl. 1. — tum ad ſecundum articulum eſt conclu
G — ſio prima. Spes tam acquiſita, quã in-
Spes tã — fuſa eſt uirtus theologica large: ſecus ſi
acquiſi- — accipitur uirtus theologica ſtrictè. Pro-
ta, quã — bat pro parte prima: quia reſpectu actus
infuſa ẽ — ſperandi poteſt eſſe uirtus moderatiua,
uirtus — & non moralis: ergo theologica. Con
theolo- — ſequentia tenet a ſufficienti diuiſione.
gica lar — Antecedens pro parte prima patet ex
gè. — ſecundo notabili in reprobatione opi-
nionum. Secunda pars antecedentis pa
tet: quia ſpes habet deum pro primo, &
principali obiecto. Innititur ẽt regulæ di
uinę nõ humanę; igit nõ eſt uirtus mora
lis: quia uirtus moralis hẽt pro obiecto
primario aliquid citra deũ: & innitit re
gulæ humanæ .ſ. prudẽtiæ. Pro ſecũda
parte ſimiliter pbat cõcluſio: quia licet
ſpes infuſa ſit uirtus theologica ſtrictiſ-
ſimè accepta: eo ꝙ ſibi conueniunt om
nes conditiones in notabili ultimo po
ſitę: non tamen ſpes acquiſitæ: huic .n.
deficit tertia cõditio. Virtus enim theo
logica ſicut innititur deo tanquã obie-
cto, & regulę: ita innititur eidẽ tanquã
efficiẽti cauſæ: quod eſt dictu, ſicut uir
tus theologica habet deum pro obiecto
principali, & dictamen diuinum pro re-
gula: ita habet ſolum deum pro efficien
te cauſa. ¶ Secunda concluſio. Vir- — Cõcl. 2.
tus ſpei nec fides, nec charitas po-
teſt dici. Probatur: quia actus ſpei nec
eſt actus fidei; nec charitatis: ergo nec
habitus ſpei eſt fides, nec charitas. Te-
net conſequentia: quia diſtinctorum
actuum diſtincti ſunt habitus. Quòd nõ
ſit actus fidei; probat: quia omnis actus
fidei eſt credere: & omnis actus ſpei eſt
deſiderare. & nõ ẽ idẽ deſiderare, & cre
dere: ergo. Qđ nõ ſit actus charitatis: p
batur: quia charitas eſt ſuprema uirtus
appetitiua j. Cor. xiij. & per conſequẽs
actus charitatis eſt amor amicitię: quia
amor perfectiſsimus, ſiquidẽ amor ami-
citię perfectior eſt amore concupiſcẽ-
tiæ: quia nobilius eſſe habet obiectũ in
ſe (quo modo eſt obiectũ amoris ami-
citiæ) quã cõparatiuè ad aliud a ſe (quo
modo ẽ obiectũ amoris cõcupiſcẽtię.)
Deſiderare aũt bonũ infinitũ eſſe meũ
bonũ, quòd ẽ actus ſpei; nõ eſt amor ami
citię: ſed cõcupiſcẽtiæ: quia nõ eſt amor
boni infiniti ſecundũ eſſe, quod habet
in ſe: ſed ſecundũ ꝙ habet ſe ad aliud a
ſe: ſiue (qđ idẽ eſt) nõ eſt amor boni ſe-
cũdũ ꝙ eſt bonũ in ſe: ſed ſecundũ ꝙ eſt
bonũ deſideranti. ¶ Tertia concluſio. — Cõcl. 3.
Virtus ſpei acquiſita, & infuſa a fide, & — H
charitate realiter eſt diſtincta. Hæc cõ
cluſio tãquã corollariè ſequitur ex prio
ribus: maximè ex ſecunda. Et ꝙ ſit diſtin
cta a fide ſatis probatum eſt pręcedenti
cõcluſione. Quòd etiam diſtincta eſt a
charitate: probatur p actus utriuſq;: nã
actus charitatis aliũ habet finẽ immedia
tũ, quã actus ſpei: ergo ſunt diſtincti.
Tenet cõſequentia: quia finis eſt obie-
ctũ actus uoluntatis eliciti, ut dictũ eſt
q. j. diſt. xxiii. Sed diuerſorum obiecto
rum diuerſi ſunt actus. Antecedens pro
batur: quia finis immediatus actus chari
tatis eſt deus: quia actus charitatis: cũ ſit
actus amoris amicitiæ eſt amor dei pro-
pter ſeipſum deũ ſine relatione in aliud.
Actus aũt ſpei finis immediatus eſt ipſe
ſperans, nã actus ſpei; qui a eſt amor cõ-
cupiſcentię eſt amor dei, inquantum eſt
bonum, ſeu beatitudo ſperantis. & ita
amor dei relati in bonum ſperantis,

tanquã finem immediatũ: ¶ Sed di: tũc ſequitur, ꝙ actus ſpei eſſet uſus dei: & per conſequens inordinatus: cũ deo nullus ordinatẽ poſſet uti: ut tractatum eſt diſt. j. libri primi. Prima conſequentia probatur: quia uſus eſt actus, quo aliqđ obiectũ diligitur propter aliud, ſicut dicit Aug. Vti, eſt aliquid aſſumere in facultatẽ uoluntatis propter aliud. Amare autem deum, ut bonum amantis, eſt amare deũ propter ipſum amantẽ. Reſpondetur breuiter: ꝙ actus ſpei licet ſit amor concupiſcẽtię: nõ tñ eſt uſus: nec amans deũ, ut ſuũ bonũ utitur deo. Et ad probationẽ dicitur: ꝙ uti eſt aliquid aſſumere in facultatẽ uolũtatis propter aliud pręciſè .i. tantum. Vel magis ad propoſitum: eſt amare aliquid propter aliud pręciſè: ita ꝙ niſi aliud amaretur, ipſum nõ amaretur. Vel eſt aliquid amare propter aliud magis amatum. Nunc ergo deus non ſic amatur amore concupiſcentiæ præciſè: quia etiam amatur perfectius amore amicitiæ. Qui enim deum pręciſè amaret: quia bonum amãtis; aut propter bonum amantis magis dilecti ille uteretur deo. Nec talis amor eſſet actus uirtutis ſpei: ſed eſſet actus uitioſus, & inordinatus. ¶ Et ſi adhuc arguitur: actus ſpei non eſt fruitio: quia amor concupiſcentię ordinatus in bonum amantis: ergo eſt uſus: quia omnis amor: immò omnis actus uoluntatis eſt uſus, uel fruitio: quia omnis actus uoluntatis aſſumitur in facultatẽ uoluntatis: uel propter ſeipſum amatũ, & ſic eſt fruitio: uel ꝓpter aliud ab amato, & ſic eſt uſus. Reſpondetur: ꝙ actus ille ſpei nec eſt fruitio nec uſus propriè: ſed eſt actus medius: ſicut amor uirtutis propter ſe, non eſt fruitio, nec uſus: quia non refertur in aliud: licet ſit referibilis ordinatẽ in aliud magis amandum, ſcilicet deum, uel uirtuoſum: ſic actus ſpei, quo amatur deus, ut bonum ſperantis: licet actu non refertur: ſiue ſit referens in deum: tamen referibilis eſt ordinatẽ in deum per actum amoris amicitię, qui eſt actus charitatis. Nam amans deum, ut bonum ſuum, non debet in ſe quieſcere tãquã in fine. Sed hoc ulterius ꝑ actum charitatis referre in deũ tanquã finem ultimũ, & ſummũ. Non .n. debet amare deum ſperans finaliter: quia bonum ſuum: ſed ideo ut bonum, & beatitudo ſua: ut per hoc deum amplius glorificet, atq; laudet: & dei bonitas amplius in ſua beatificatione declaretur.

¶ Quantum ad articulũ tertij dubitatur primò: in quo ſubiecto ſit ſpes: an in cõcupiſcibili, uel iraſcibili. ¶ Pro ſolutione huius dubij aduertendum: ꝙ licet appetitus tam ſenſitiuus, quã intellectiuus, qui & uoluntas, in homine ſit una potentia animę, nulla reali diſtinctione diuerſa: immo una indiuiſibilis, & ſimplex anima: ut tractatum eſt lib. ij. diſt. xvj. tamen propter diuerſos actus, in quos põt anima, ſortitur nomina diuerſa, propter quorum diuerſitatem loquimur de anima, eiuſq; potentijs quaſi de rebus realiter diſtinctis. Vnde quia appetitus diuerſos habet actus, & obiecta: propter quos etiam diuerſa nomina ſibi attribuuntur apud philoſophos, & ſanctos: ac doc. communiter appetitus diuiditur in concupiſcibilem, & iraſcibilẽ. Quod non ſolũ uerũ eſt de appetitu ſenſitiuo: ſed etiam de appetitu intellectiuo. Et licet uariè de hoc loquuntur: ſequor tamen nunc doc. ſubtilem, qui clarius, & fundamẽtalius de hac materia loquitur in ſuo tertio diſt. xxvj. & xxxiiij. Diſtinguuntur autem hi appetitus penes obiecta, & ſimiliter penes actus. Penes obiecta: nam obiectorum appetibilium, quędam ex ſe, & primò ſunt appetibilia: quæ uidelicet ex ſe ſunt conuenientia, uel diſconuenientia: ita ꝙ appręhenſa (omni alio circumſcripto) mouent potentiam ad proſecutionem, uel fugam: quia ſtatim delectant, uel contriſtant. Alia ſunt appetibilia non primò, uel ex ſe: ſed quaſi ſecundariò: propter illa primò appetenda, uel fugienda: ut quia impediunt appetitum circa primò conuenientia, uel diſconuenientia. Impediunt quidem in proſequendo, uel fugiẽdo: & ita impediendo oſſendũt appetentẽ. Exẽpli cauſa. Cibus proportionatus eſt primò, & per ſe conueniens appetitui animalis: ideo nullo alio poſito animal

Vti.

Arti. 3. Dub. 1. I

Diuiſio concupiſcibilis, & iraſcibilis, & in quo ſit ſpes.

animal ipſum proſequitur: præuia tamen eius apprehenſione. Impediēs uero animal, ne cibū aſſequatur. ſ. cibū auferendo: uel animal ab eius cōſecutione prohibēdo, diſcōuenit animali, & offendit. Non quidem primò, & ex ſe, puta quia tale ens in ſe præſens: ſed quia impedit proſecutionem cibi. Vnde ſi nō impediret quantumcunq; præſens eſſet, nō offenderet, nec appetitum moueret. ¶ Primum appetibile pertinet ad concupiſcibilem: quia concupiſcibilis reſpicit illud, quod natum eſt ex ſe eſſe cōueniēs, uel diſconueniens: ita ꝙ nullo alio poſito circa ipſum: niſi ſola apprehenſione facta natus eſt ſequi actus delectandi, uel triſtandi, fugiendi, uel proſequēdi, quantum eſt ex parte eius. ¶ Secundum appetibile pertinet ad iraſcibilem: cuius obiectum non eſt illud, quod eſt primò conueniens uel diſconueniens: ſed quod impedit illud, quod eſt primò conueniens, ut dictum eſt: & pōt dici cōſueto uocabulo offendens. ¶ Diſtinguū-

K tur etiam hi appetitus pœnes actus: nā actus concupiſcibilis eſt proſequi, uel fugere delectans uel contriſtans: ſed actus iraſcibilis eſt iraſci. Iraſci autem eſt appetere uindictā, ut uult philoſophus. ij. rheto. Vnde nō eſt cōtentū animal fugere offendens (quod ad cōcupiſcibilem ptinet reſpectu primò diſconuenientis) ſed appetit repellere, & ſe uindicare. Nō n. iratus appetit impediens amouere, tantū: ſed amouere, & ultra punire, in tantū ꝙ nōnūquā omiſſo primo cōcupiſcibili, in cuius pſecutione impeditus eſt: etiā impedimēto ceſſante tendit in uindictā offendentis. Satis concordat bea. Tho. par. j. q. lxxxj. ar. ij. Vnde ait, ꝙ iraſcibilis eſt quaſi propugnatrix, & defenſatrix, dum inſurgit contra ea, quæ impediunt conuenientia, quæ cōcupiſcibilis appetit: & ingerunt nociua, quę concupiſcibilis refugit. Hæc illę. ¶ Ex illo ſequitur: ꝙ illa diſtinctio, qua pleriq; . ſ. Henricus de Gādauo: ſanctus Th. Bona. diſtin-

Bonum arduum quid.

guunt concupiſcibilē, & iraſcibilem pænes obiecta (dicentes. Obiectū concupiſcibilis eſſe bonum delectabile: & obiectum iraſcibilis eſſe bonum arduum) nō eſt bona, nec propria. Nam bonum arduum propriè loquendo: uel dicitur bonum abſens: uel bonū excedens facultatem potentiæ cui dicitur arduū: aut bonum appræciabile, & amabile ut excedens omnia alia ſibi contraria. Sed omnibus his modis cōcupiſcibilis eſt reſpectu ardui: nā ad concupiſcibilem pertinet deſiderium boni abſentis ex ſe, & primò concupiſcibilis. Ad eandem etiam pertinet charitas, qua bonum ſummum amamus naturalem potentiæ facultatē excedens: & ſimpliciter ut appræciabile ſuper omnia: ergo bonum arduum ſecūdum omnes illas acceptiones magis pertinet ad concupiſcibilem, quam iraſcibilē. Tamen ut ſaluentur doc. poteſt bonū arduum dici bonum cuius aſſecutio eſt difficilis: & ſic poſſet aliquo modo ſuſtineri, ꝙ iraſcibilis eſt reſpectu ardui. non qdē obiecti: ſed actus. ſ. uelle uindicare offendens, cuius executio fit cū difficultate quadā: & hoc uidetur innuere ſanctus Th. ubi ſupr. dicēs, Vñ dicit, ꝙ obiectū iraſcibilis eſt arduum: quia. ſ. tēdit ad hoc, ꝙ superet cōtraria, & ſupereemineat eis. Hoc aūt non fit ſine difficultate. Vnde ſicut actus adæquatus intellectus eſt intelligere: & ſenſus ſentire. Ita actus iraſcibilis eſt iraſci. i. uindictā appetere. Nō quidē adæquatus, ſed principalis: & p cōſequēs obiectū eius eſt punitio, uindicabile, uel offendens, & non bonū arduū: quia nec punitio nec uindicabile, uel offendēs eſt multū appræciabile: ut dici poſſet bonū arduū. Et ſicut exēplificatū eſt in appetitu ſenſitiuo: ſic fieri poteſt in appetitu intellectiuo ſiue uoluntate. Vnde non ſolū diſtinguuntur cōcupiſcibilis, & iraſcibilis in appetitu ſenſitiuo: ſed æque, uel magis in uoluntate. Poteſt enim uoluntas in aliquid tendere tanquam ex ſe conueniens, aut conueniens per actum uoluntatis. Poteſt etiam tendere in aliquod tanquam in offendens, & impediens ipſum repellendo, & uindicādo: & ita offendēti iraſcitur & ita utraq; potentia eſt in uolūtate ſi- L

cut in ſenſu. ¶ Amplius notādū, ꝙ quidā quatuor paſſiones: ſcilicet delectationē ſeu gaudium, dolorem ſpem, aut deſide-

Quatuor paſſiones gaudiũ, dolor ſpes, timor inueniuntur tàm in cõcupiſcibili, quã iraſcibili.

rium, ac timore diſtinguunt quãtum ad ſubiecta: dicentes delectationem, gaudium, & dolorem pertinere ad concupiſcibilem: ſpem ſiue deſiderium, & timorem ad iraſcibilem: quod non eſt intelligendũ cum prǽciſione. Nam quatuor illæ paſſiones inueniuntur in utraq; potentia. Poſſunt. n. quatuor hę paſſiones eſſe circa bonum delectabile cõcupiſcẽdum. Poſſunt etiam eſſe circa offendẽs uindicandum: non tamen eſſe eędem numero, uel ſpecie: ſed eędem denominatiuæ. Sunt. n. circa concupiſcibile omnes hę quatuor diuerſimodè appręhenſæ quantum ad habere, carere pręſentialiter, uel in futuro. Nam appræhenſionem boni pręſentis ſequitur delectatio, ſeu gaudium, & apprehenſionem abſentis ſequitur ſpes, ſeu deſiderium. Malum uero præſentialiter affligens ſequitur dolor: futurum autem timor. Sicut namq; concupiſcibilis proſequitur bonum appręhẽſum, ut conueniens: ita refugit malum contrarium. Similiter in iraſcibili, quæ licet ſit reſpectu offendentis noliti: uolita tamẽ eſt uindicta, & punitio offendentis: quam ſi iraſcibilis pfectè, & pręſentialiter exercet: ſequitur delectatio: ſecundũ illud philoſophi. ij. rheto. Ira uiri quaſi mel. Si uindicta nõ ſit pręſentialiter: ſed deſideratur, ſequitur ſpes. Si deſperatur punitio offendentis, ſequitur timor. Si uindicãs ab offendente uincitur: ſequitur dolor. ¶ Hæ tñ paſſiones iraſcibilis ſpecie differunt a paſſionibus concupiſcibilis: quia, ut patuit, ſunt obiectorũ ſpecie diſtinctorum. Nã delectatio cõcupiſcibilis eſt de bono ſecundũ ſe, & primò cõueniẽte adepto. Delectatio iraſcibilis eſt de uindicta, & punitione offendentis, quæ punitio nõ eſt ex ſe cõueniens: ſed quaſi ſecũdariò, propter remotionẽ impediẽtis cõcupiſcibilẽ a cõſecutione primò conuenientis. Sic ſpes cõcupiſcibilis eſt reſpectu cõſecutionis boni abſentis primò ex ſe cõuenientis. Spes iraſcibilis eſt reſpectu obiecti ſecũdariò cõuenientis. ſ. uindictæ, & punitionis. Suo modo dolor cõcupiſcibilis eſt de malo primò, ex ſe affligentis. Sed dolor iraſcibilis eſt de reſiſtentia offendentis præualente quaſi ſecundariò affligentem: propter impeditum conſequendi ex ſe delectabile: uel fugiendi ex ſe afflictiuum. Timor concupiſcibilis eſt de malo futuro ex ſe nociuo. Timor, & deſperatio iraſcibilis eſt de reſiſtentia, ac impedimento uincente. ¶ Ex illo primò patet, ꝙ utraq; uis cõcupiſcibilis, & iraſcibilis non nominatur a paſſione adęquata. (Nam timere in cõcupiſcibili non eſt formaliter concupiſcere: nec timere in iraſcibili eſt formaliter iraſci: immo qui multum timet. ſ. deſperans repellere, aut uincere offendens non iraſcitur. Non enim appetit uindictam ſaltem efficaciter: nec inſurgit contra offendentem. Sic nec dolere in illa ui, uel iſta eſt formaliter cõcupiſcere: licet oriatur a concupiſcere, & iraſci.) Non ergo nominantur a paſſione adæquata: ſed nominantur a paſſione principaliſsima, quę eſt cõcupiſcere, & iraſci ¶ Secũdò patet, ꝙ ſpes iraſcibilis minuit dolorẽ, & timorẽ cõcupiſcibilis. Nã minus timet, minuſq; dolet de malo præſenti, uel futuro: dum adeſt ſpes repellendi malum huiuſmodi. Timor autem pęrfectus iraſcibilis, uel dolor eius auget dolorẽ concupiſcibilis. Vnde ſummè dolet appetitus patiens nociuũ ſummum pręſens: & deſperans illud nociuũ repellere: & hoc uerũ eſt extenſiuè non intenſiuè: quia licet anima, uel appetitus plus doleat, quando ſecũdũ utrãq; uim dolet: tamẽ unus dolor alium ſimpliciter nõ minuit; cum ſint compoſsibiles: immo ſecunda paſſio oritur ex prima: & effectus non minuit, nec auget cauſam: ſed extenſiuè minuitur, uel augetur: quia minus dolet, qui ſecundum unam uim tantum dolet: & magis extenſiuè, qui ſecundum utramq; dolet. ¶ Tertiò patet, ꝙ accipiendo ſpem generaliter reſpectu cuiuſcunque boni abſentis temporalis, uel æterni: ſiue accipiatur pro paſſione, quæ eſt actus ſperandi in appetitu ſenſitiuo, uel intellectiuo: ſiue pro habitu ad illam inclinantè duplex eſt ſpes: quædam eſt reſpectu boni abſentis ex ſe, uel primariè appetitus

Alia eſt ſpes iraſcibilis, alia eſt concupiſcibilis.

conuenientis: quędam reſpectu boni
ſecundariò conuenientis .ſ. uindicandi,
uel repellendi offendens, ſatis claret ex
ꝓpō. 1. præmiſsis. ¶ Iſtis itaq; præmiſsis eſt pri
M maꝓpoſitio ad dubiū reſpōſiua. Acci
piendo ſpem largè: aliqua ſpes eſt in cō
cupiſcibili, & aliqua in iraſcibili: ſiue ac
cipiatur pro paſsione, ſiue pro habitu.
Patet: nam ſpes primo modo dicta per-
tinet ad uim concupiſcibilē: quia ad ean
dem uim ſpectat delectari in bono ex e
præſenti: & deſiderare illud abſens. Si-
militer ad eandem uim, .ſ. irraſcibilem
pertinet iraſci offendēti pręſentialiter,
& deſiderare iraſci: ſeu repellere offen-
dens appræhenſum, ut futurum. Spes
aūt primo modo eſt deſiderare obiectū
bonum ex ſe appræhenſum, ut abſens:
ergo pertinet ad concupiſcibilem. Sed
ſpes ſecundo modo eſt deſiderium re-
pellendi offendens appręhenſum, ut ab-
ſens futurum: ergo pertinet ad iraſcibi
ꝓpō. 2. lem. ¶ Secunda propoſitio. Accipien-
do ſpem propriiſsimè pro uirtute theo-
logica, ſpes in concupiſcibili, & non in
iraſcibili eſt ponenda. Probatur propo-
ſitio tam de ſpe infuſa, quā acquiſita:
quia obiectum ſpei eſt ſummum bonum
appręhenſum, ut conueniens, & cōmo-
dum ſperātis. Et hoc eſt proprium obie
ctum concupiſcibilis: quia bonum ſum-
mum ex ſe, & primò eſt conueniens, &
commodum ſperantis: & non ſecunda-
rio: imo magis ſpes pertinet ad con-
cupiſcibilem, quæ eſt obiecti ſecundū af
fectionem cōmodi, quā caritas, quæ eſt
ſummi boni ſecundū affectum iuſtitię.
ꝓpō. 3. ¶ Prętereà. Iraſcibilis nō eſt nata habe-
re deū immediatè pro obiecto: nec habe
re poteſt actum ordinatū reſpectu dei,
ut obiecti. Nā deo iraſci nō debemus
in uia: nec poſſumus in patria. Non .n.
licet deſiderare uindictam de deo tan-
quam offendente, cui oportet in omni-
bus ſubeſſe: & eius flagella, & diſciplinā
non repellere: ne dicatur nobis illud
Hiere. ij. Fruſtra percuſsi filios ueſtros;
Dub. 2. diſciplinam non receperunt. ¶ Secun-
N dò dubitatur, de ordine ſpei ad alias uir
tutes thologicas, fidē .ſ. & charitatē. Re
ſpōdet, ꝙ alius eſt ordo generationis:
alius ordo ꝑfectionis. Nā ꝑriora ordine
generationis frequenter ſunt poſterio-
ra ordine perfectionis. Itē uirtutes theo
logicæ aut ſunt infuſę, aut acquiſitæ.
¶ De infuſis dicitur, ꝙ non eſt ordo in-
ter eas generationis: quia ſimul infundū
tur: deus .n. cuius perfecta ſunt opera,
perficiendo animam ſimul eam perficit
ſecūdum omnes potentias: intellectū .ſ.
per fidem: uoluntatē ſecundū duplicē
eius affectionem, per ſpem, & charitatē.
Poteſt tamen dici, ꝙ fides infuſa eſt na
turaliter prior aliis propter actū eius,
qui pōt eſſe ſine actu ſpei, & charitatis:
& nō ecōuerſo. De acquiſitis uero dr:
quia acquiſitę generātur ex actibus: ideo
idē eſt ordo acquiſitarū generatione, q
& actuū earum. Vnde manifeſtū eſt, ꝙ
actus fidei prior eſt actu ſpei, & charita-
tis: quia non poteſt uoluntas per actū
ſuum tendere in obiectū niſi cognitū ꝑ
intellectū. Cognitio autē obiecti theo-
logici eſt per actū fidei. Sed de actu ſpei,
qui eſt actus amoris cōcupiſcentiæ ſecū
dū affectionē cōmodi, dicit̄ ꝙ frequēter
præcedit actum charitatis, qui eſt amor
amicitię ſecundū affectionē iuſti: quia
talis eſt ordo actuū uoluntatis, qualis eſt
actuū intellectus pręuiorū. Nūc autem
actus charitatis pręſupponit cognitio-
nem dei, ut boni in ſe. Actus ſpei cogni
tionem dei, ut boni in nobis. Nunc aūt
bonitatē dei in ſe cognoſcimus ex ſuis
effectibus, per quos eſt bonū noſtrū: ſe-
cundū illud Ro. j. Inuiſibilia dei per ea,
quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur.
Sicut ergo prius eſt cognoſcere deum,
ut bonum noſtrum: ac deinde ut bonū
in ſe: ſic prius eſt amare deum, ut bonū
noſtrum, ꝙ eſt actus ſpei: ac deinde ama
re deū, ut bonū in ſe, quod eſt actus cha-
ritatis. Concordat Pet. de alia q. unica
tertij ſen. ar. ij. Et hæc procedūt de co-
gnitione, & amore naturali, qua homo
ex cognitione, & amore ſui aſcendit ad
cognitionem, & amorem dei: quia .n.
naturaliter homo ſeipſum diligit amore
amicitiæ: diligit etiā omne, ꝙ ſibi bonū
eſt amore cōcupiſcentię: & ita deū ſuū
ſummū bonū. Et quoniā ex eo, ꝙ cogno
ſcit deū eſſe bonū ſuū, cognoſcit eum in

ſe bonum: ideo ex amore cõcupiſcentię aſſurgit ad amorem dei amicitiæ. Contingit etiã quandoq; oppoſitũ in cognitione doctrinali. Stat enim per fidei doctrinam, prius cognoſcere deum, ut bonum infinitũ in ſe: & poſt ut bonum noſtrum: & tunc præcedit actus charitatis: amor .ſ. dei, ut bonum infinitum in ſe, amorem dei ut bonũ noſtrũ: & ſic etiã contingit præcedere uia generationis actũ charitatis, actũ ſpei. ¶ Ordine aũt perfectionis charitatis prior eſt fide, & ſpe: ut dicit apoſtolus. Maior horũ charitas. Itẽ charitas eſt forma omniũ uirtutum, qua in donis dei creatis, nullum

Dub. 3. O — Cur ponuntur duæ uirtutes theologicę in uolũtate, & una tantum in intellectu.

eſt maius ſecundũ beat. Aug. ¶ Tertiò dubitatur: cur ponũtur duę uirtutes theologicæ in uoluntate, & una tantum in intellectu: cũ unũ perfectibile ſufficienter perficitur una perfectione. Itẽ ſi in alterã potentiarum ponendæ ſunt duæ uirtutes theologicæ: maximè illæ ponendæ ſunt in intellectu: quia tres uirtutes theologicæ correſpondent tribus partibus imaginis: fides intelligentiæ: ſpes memorię: & charitas affectioni. Duæ autem partes imaginis pertinent ad intellectum: intelligentia .ſ. & memoria: & ſolum una .ſ. affectio ad uoluntatem. Reſpondetur ſecundum doc. ſubtilem: ꝙ ideo in uoluntate ponũtur duę uirtutes theologicæ: quia uoluntas habet duas affectiones, ſecundum quarum utramq; attingit deum immediatè. Vnam ſecundum affectionem iuſtitię tendentem in deum immediatè, ut eſt bonum in ſe. Aliam ſecundum affectionem commodi, uel concupiſcentiæ attingentem deum immediatè, ut bonum mihi: & utercq; actus poteſt eſſe ordinatus, & habere habitum inclinantem ad ipſum. Et ita habitum theologicum reſpicientem deum immediatè pro obiecto: non autem ſic eſt ex parte intellectus. Non .n. eſt ibi niſi una potentia nata habere actum ſecundũ attingentẽ deũ: & illa ſufficienter perficitur uno habitu tẽdente in uerũ, cui aſſentiendũ eſt propter reuelationem. Et per hoc ad rationẽ de partibus imaginis dicẽdum: q.n. ſi ſunt duę partes imaginis ex parte intellectus: & una tãtũ ex parte uolũtatis, hoc non eſt, quia intellectu duplici attingit obiectum. Memoria .n. nõ habet actionẽ de genere qualitatis qua attingat obiectũ: ſed ſola intellectiua hẽt operationẽ, qua attingit obiectum. Vnde breuiter dicitũ: ꝙ illi habitus theologici non correſpondent partibus imaginis: ſed tantum ſunt duo principia, quorũ eſt attingere deũ immediatè per actus elicitos. Tales aũt ſunt intellectus, qui indiſtinctus per unũ actũ elicitũ attingit deũ immediatè credẽdo: & uolũtas habens tõnẽ affectionis iuſtitiæ, & cõmodi amãdo, & ſperãdo. ¶ Quartò dubitatur, utrũ una ſit tantũ ſpes reſpectu omniũ ſperandorũ. Reſpõdetur pariformiter ſicut ſupra dictũ eſt de fide: ꝙ una tãtum eſt ſpes infuſa quæ inclinat ad deſiderãdũ efficaciter deũ, ut bonũ noſtrũ: & per hoc ad deſiderãdũ omnia ad hũc finem aſſequẽdũ ordinata, puta gratiã, dona, & merita. Vnde ſicut fides licet multa habeat credibilia: quia tamẽ una eſt ratio credendi: una eſt uirtus: ita ſpes quamuis multa habeat expectanda: quia tamen una eſt ratio in expectandis, eſt una uirtus ſpecialiſſima, & nõ genus. Sicut .n. fides credendo aſſentit primę ueritati: & credit omnia, quę dictat ei credẽda: ita ſpes, quia innititur ſummæ largitati expectat omnia, quę ei pmiſit retribuẽda: & ſicut fides nõ ſolũ credit ea, quæ de deo aſſeruntur: ſed omnia, quæ a deo reuelata ſũt: ita ſpes expectat deũ, nedũ ut bonum poſſidendum: ſed etiam omnia a deo promiſſa: principaliter tamen deum: ut eo habito habeat omne bonum. Hæc eſt ſententia ſan. Bona. in ſuo iij. in hac diſt. Spes tamẽ acquiſita: quia ex actibus ſperandi gignitur, qui multi ſunt ſpecie differentes ſecundum multitudinem obiectorum ſperandorũ: etiam ipſa non eſt una ſpecie. Alia eſt ſpes acquiſita, qua ſperatur beatitudo obiectiua: alia, qua formalis: alia, qua gratia: alia, qua merita: & ſic de alijs bonis a deo expectatis: alia nõ tantum numero: ſed alia ſpecie: ſicut obiecta differunt ſpecie. ¶ Quintò dubitatur: utrum ſpes, & cęterę uirtutes theologicæ con-

Dub. 4. P

An ſit tantum una ſpes reſpectu omniũ ſperandorum.

Dub. 5. Q

Vtrum ſpes cõſiſtat in medio.

ſiſtat in medio. Reſpondetur ſecundum Sco. ꝙ uirtutem cõſiſtere in medio du pliciter contingit: uel ex parte obiecti: uel ex parte actus ſecũdũ ꝙ exceſſus, & defectus quandoq; cõtingit circa obiectum ut in obiecto temperantiæ poteſt eſſe exceſſus, & defectus: nam quod uni eſt multum: alij eſt paucum ij. Ethic. Quandoq; autem contingit exceſſus, & defectus in actu ſiue in modo actionis circa idem obiectum: ſic temperantia moderatur appetitum circa cibum: non ſolũ ne nimis multũ, aut nimis paucum ſumatur: ſed ne cibus proportionatus nimis uoraciter, aut nimis lentè, ac tædioſè ſumatur. Nunc ergo uirtus moralis eſt in medio utroq; modo: quia moderatur appetitum circa utrumq; exceſſum, & defectum, ut. ſ. tendat in obiectum proportionatum, & etiam actione moderata ne utroq; modo quid nimis. Sed uirtus theologica nõ ſic, non enim eſt circa obiectum excedens, uel deficiens: quia eſt circa obiectum unicum infinitũ, & immutabile. ſ. deum: qui nec põt eſſe maior, nec minor. Põt tñ actus, quo tẽdit in obiectũ, eſſe immoderatus: & ſic uirtus theologica moderatẽ, ut medio mõ tẽdat in obiectũ theologicũ. Et ſic cõcedi põt, ꝙ fides eſt mediũ quoddã inter leuitatẽ, qua qs faciliter nimis aſſentit ei, cui credendũ nõ eſt: iuxta illud. Qui cito credit: leuis eſt corde. Et inter pertinaciã, qua nimis reſiſtit credendis, nolens alicui aſſentire, niſi per rationẽ naturalẽ oſtendatur: ſic nimio amore poteſt quis tẽdere in bonũ cõmodũ, uel bonũ in ſe, aut amore nimis remiſſo: uel cũ circũſtãtia nõ neceſſaria, aut ſine circumſtantia neceſſaria. Sic ſpes media poteſt inter præſumptionẽ, & deſperationẽ: & charitas inter amorẽ, omnia alia diligibilia a deo cõtẽnentẽ, & amorẽ diligibilius æquẽ inhærẽtẽ: licet uirtutes theologicæ non ſint circa nimis uerũ: aut nimis bonũ honeſtũ in ſe: aut nimis bonum: niſi quia ſunt circa uerũ, & bonum, ac commodum, applicando ſingula ſingulis. Temperantia aũt utroq; mõ requirit mediũ: quia põt in obiectũ excedẽs, uel deficiẽs tẽdere poteſt etiam actu deficiente tendere. Secundus modus eſt communis uirtuti morali theologicæ, non primus. ¶ Sextò dubitatur, utrum actus ſpei poſsit eſſe meritorius: & uidetur, ꝙ non: quia actus ſpei non ordinatur in finem ultimum: ſed in ipſum ſperantem tanquã in finem. Eſt enim amor commodi, quo amatur deus amore concupiſcentiæ propter amantem: quia ut bonum amantis. Reſpondetur, ſicut nullus actus fidei, & cuiuſcunq; uirtutis alterius a charitate, de ſe eſt meritorius, niſi ſimul eliciatur, a gratia, quæ identificatur charitati: ut dictum eſt diſt. xxvij. lib. ij. ita nec actus ſpei. Elicitur autem actus alterius uirtutis a gratia: qñ per actũ gratiæ in finem ultimum ordinatur: nã actus gratiæ eſt actus, quo diligitur deus ſuper omnia: & cetera propter deum ſecundum illud. j. Cor. x. Siue manducatis ſiue bibitis: ſiue quid aliud facitis: omnia in gloriã dei facite. Ex quo patet, ꝙ ad meritũ per actũ cuiuſcunq; uirtutis alterius a charitate cõcurrit duo actus. Exẽpli cauſa in propoſito de ſpe. Voluntas meritoriè deſiderans habet duos actus: unũ ſperãdi elicitũ propriè a ſpe; & aliũ elicitũ a charitate, imperãtẽ illũ elicitũ a ſpe. Nec eſt incõueniẽs in actibus ſub ordinatis plures ſimul eſſe in eodem: immo neceſſe eſt ſcientem cõcluſionẽ (dũ actu ſpeculatur) cognoſcere principiũ, & amantẽ ordinatẽ illud, quod eſt ad finẽ utendo ſimul frui: ſiue quod fieri poteſt; uno uel duobus actibus: ut alibi patet in. j. diſt. j. Et in hoc uirtus, & eius actus dñr formari charitate: uirtus ꝑ charitatẽ aſsiſtentem: ut dictũ eſt. q. ij. diſt. xxiij. huius tertij de fide. Actus uirtutis per charitatẽ imperantẽ: tunc enim uirtutis actus formatur charitate: qñ imperatẽ ab actu charitatis. ¶ Per hoc ad dubiũ dicitẽ, ꝙ actus ſpei põt eſſe meritorius qñ imperatur a charitate: tũc. n. licet ordinetẽ in cõmodũ propriũ ſperãtis ꝑ ſpẽ tãquã in finẽ propriũ, & immediatũ: ordinatẽ tñ in deũ propter ſe dilectũ, tãquã in finẽ principaliſsimũ, & ultimũ ꝑ actũ elicitũ charitatis: imperãtẽ actũ ſpei elici, finaliter ꝑpter gloriã dei: uñ deſide-

Dub. 6. R

Nullus act' meritorius ſine charitate.

rans deum tanquam commodum ſuum ibi ſiſtendo:& hoc commodum non ulterius in dei gloriam referendo,nõ meretur:nec illud deſideriũ elicitur ſcdm inclinationẽ charitatis:quia ab ea impeditur:ut ergo actus ſpei ſit meritorius; deſiderandus eſt deus, ut bonum noſtrum per eius fruitionem habendum, quantum ipſa fruitione diligamus deũ ſuper oia propter ſeipſum,& eius gloriã

Dub. 7. S De obiecto adęquato ſpei, & quod duplex. ¶ Dubitaẽ ſeptimò de obiecto adęquato ſpei.Pro reſponſione aduertendum, ꝙ licet ſpes,& charitas tendant principaliter in rem extra:quia in bonum, qđ eſt in re. Fides uero in uerum,quod eſt in intellectu, ſecundum philoſophum: non tamen poteſt tendere uoluntas in rem per actum ſpei, uel charitatis :.niſi mediante appręhenſione,uel cognitione rei,quæ ẽ in intellectu.Vnde duplex obiectum aſsignatur his uirtutibus ſpei, & charitati,ſcilicet res ipſa ſperata , aut amata:& cognitio ſiue appræhenſio rei ſperatæ,& amatæ. Res eſt obiectum remotum:ſed principale.Cognitio autem rei eſt obiectum immediatũ : ſed minus principale.Cum uero quæritur de obiecto ſpei adæquato:non quæritur de obiecto principali ſcilicet re ſperata: quia nulla una res eſt obiectum adæquatum: cum non una res tantum:ſed multæ ſperãtur,ſcilicet deus,beatitudo formalis, gratia,merita &c.Sicut obiectum adæquatum uiſus non eſt aliquod ſingulare uiſibile:ſed eſt cognitio aliqua communis repræſentans omne uiſibile:ut ly cõlor,uel lucidum.Sic obiectum adæquatum ſpei eſt conceptus aliquis,aut ſignũ ubi ſubordinatum : ad adæquatum ideſt conuertibiliter repræſentans omnem rẽ ſperandam.¶ Et per hoc reſpondetur ad dubium;ꝙ obiectum adæquatum ſpei ẽ hoc complexum : ſummum bonum rationalis creaturæ : aut uirtus meritum, uel operatio ad hoc conſequendum ordinata:hoc enim complexum comprædendit omnia ſperanda ſcilicet beatitudinem obiectiuam, quæ eſt ſummum bonum,beatitudinem formalẽ,ſcilicet uiſionem,& fruitionem eius ſcilicet , quæ ſunt operationes,gratiam,quæ eſt uirtus,ac uirtutum actus,quæ ſunt merita: & ſi qua ſunt alia ad beatitudinis conſecutionem neceſſaria.Et tantum de illa quæſtione.

Obiectum adęquatum.

DISTINCTIO XXVII.

DETERMINATO de duabus theologicis uirtutibus: fide ſcilicet,& ſpe:conſequenter in ſex diſt. ſequẽtibus agitur de tertia,quæ eſt charitas,hoc ordine.Nam primo determinatur de charitate ſecundum ſe , & eius pcepto Secundò diſt xxviii. de charitatis obiecto Tertiò.diſt xxix. de charitatis ordine .Quartò diſt. xxx. de charitatis amicorum,& inimicorum ad inuicem in meriti comparatiõe. Quintò diſt.xxxi. de charitatis creatæ permanentia. Sextò de charitatis increatæ ſufficientia . Summatur aũt ſententia textus præſentis diſtinctionis in his tribus concluſionibus.¶ Prima concluſio.Charitas, quæ eſt dilectio una,qua deus propter ſe , ac in deo,& propter deum proximus diligitur in duobus ſcripturæ præceptis ſecundum diuerſa diligibilia commendatur.¶ Secunda concluſio . De diligendi modo regula præſcribitur diuinitus : ut a nobis toto corde deus:& ad idem, qđ amamur noſipſi : diligatur proximus. ¶ Tertia concluſio.Primo præcepto , ꝙ ſecundum includit:& in ſecundo includitur charitatis perfectio,qua deum tenemur diligere,inſinuatur:quod tamen non in uita præſenti:ſed in futura pleniſsimẽ conſummatur.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hãc diſtinctionem A quæritur:utrum charitas ſit habitus inclinans uoluntatem hominis ad obſeruationem perfectã præcepti charitatis.¶ Tres huius quæſtionis articuli terminorum declarationibus pro primo, ſubiungens concluſiones pro ſecundo:& cõcluſio-

nibus dubiorum ſolutiones adijcient p
Arti. 1. Not. 1. tertio. ¶ Quantum ad primum, quia habitus cognoſcuntur per actus: primò uidendum eſt de actu charitatis, qui amor dicitur, uel dilectio. Diſtinguitur autem amor ſecundum diſtin. appetituum. Nã amor generaliter eſt quædam tendentia appetitus in ſuum finem, uel bonum.
Appetitus triplex. ¶ Eſt autem appetitus triplex naturalis, animalis, rationalis: uel ſub alijs uerbis: naturalis, ſenſitiuus, & intellectiuus. Appetitus naturalis eſt, qui non requirit apprehenſionem eius, quod appetitur in ipſo appetẽte: ſed alterius. Res enim naturales non cognoſcitiuæ appetunt quidem, quæ ſibi conueniũt ſecundum ſuã naturam, & ad conſeruationem ſui eſſe conferunt: ſed non per appræhenſionẽ propriam: ſed per appræhenſionem inſtituentis naturam. Diuina enim prouidentia, ut dicit Boe iij. de conſol proſa. xj. dedit creatis a ſe rebus, hanc uel maximè manendi cauſam: ut quoad poſſunt, naturaliter manere deſiderant. Et ideo cuiq; dat natura, quod conuenit: ut ne (dum manere poſsit) intereat, laboret. ob hoc diuerſos appetitus rebus indidit ad diuerſa ſibi conuenientia: ut ad loca naturalia qualitates motiuas: qualitates etiam naturales actiuas, & paſsiuas, & cætera ſibi conuenientia. Vnde quicquid illud fuerit, quo res naturaliter tendit in ſuum bonum, & conueniens, ſiue illud dicatur connaturalitas, ſiue inclinatio, ſiue uirtus inſita: ut loquitur Diony. c. iiij. de diui. nomi. q̃ realiter nihil aliud eſt, niſi ipſa ſubſtantialis rei forma, aut proprietas naturalis conſequens formam, ut ſunt grauitas, leuitas, quibus res ad ſua loca naturalia earum conſeruatiua tendũt: & aliæ qualitates, quibus in eſſe conſeruantur, aut reſiſtunt corrumpentibus: dicitur amor naturalis ſic dicit Boe. iiij. de conſol. met. vj. Hic eſt cunctis communis amor repetunrq; boni fine teneri: quia non aliter durare queant, niſi conuerſæ curſus amore refluant cauſæ, quę dedit eſſe cui conſonat illud Diony. ex amatoriis hymnis Hierothei. c. iiij. de diui. nomi. Amorem ſiue diuinum, ſiue angelicum, ſiue ſpiritalem, ſiue animalem, ſiue naturalem dixerimus: inſitiuam quandam intelligamus concupiſcentemq; uirtutem ſuperiora quidem mouentem ad inferiorum prouidentiam. Et qualia uero rurſus ad ſocialem ſui inuicem communionem, ac poſtremo loca inferiora, ut ad priora, & ſublimiora conuertant admonentem. Hæc ille. Hinc beatus Aug. xj. de ciui. dei c. xxviii. oſtẽdit, ꝙ in quo libet rerum genere amor inuenit, etiã in nõ uiuentibus, in quibus pondera sũt amores corporum. Vnde ait. Nam amores corporum momenta ſunt ponderũ: ſiue deorſum grauitate: ſiue ſurſum leuitate nitamur. ita enim corpus pondere: ſicut animus amore fertur: quocunq; fertur. Patet ergo, ꝙ amor illo modo acceptus (quem naturalẽ dicimus) non eſt aliquis actus elicitus a potentia appetitiua: neq; paſsio huiuſmodi actum conſequens: ſed eſt res met: aut forma ſubſtantialis rei: aut qualitas naturaliter eam formam conſequens, quibus ad ſibi conuenientiam poteſt tendere, & moueri: aut in habitis quieſcere: aut corrũpere nitenti reſiſtere. Veruntamen aliquando capitur amor naturalis pro qua libet complacentia potentiæ appetitiuę in obiecto per cognitiuam appræhenſo, quæ eſt actus uel paſsio, ad quam appetitus nõ habet ſe liberè neceſſariò cũ elicit, aut eam recipit. De qua dictum eſt ſupra diſt. xv. & xxxiii. Sed ſic non capitur hic amor naturalis ¶ Appetitus autem animalis eſt appetitus præſupponẽs appræhenſionem appetentis ſenſitiuam natus tendere in obiectum apprẹhensũ: aut in eo quieſcere neceſſariò, & non liberè: & hic uocatur appetitus ſenſitiuus, qui eſt in brutis & in hominibus: licet in hominibus aliquid libertatis participat pro quanto natus eſt obedire rationi: hic amor ſecundo modo acceptus eſt illud, quo appetitus ſenſitiuus tendit in ſuum bonum ſe ad ipſum mouendo: uel in eo quieſcendo: & eſt realiter delectatio de conueniente adepto: uel actus deſiderii, quo tendit in bonũ apprẹhenſum abſens nondum adeptũ: qui dici poteſt amor animalis, uel ſenſi- B

tiuus,qui cómunis ex hominibus , atq; brutis. ¶ Tertius appetitus eſt appetitus rationalis,præſupponens iudicium intellectus natus liberè actum ſuum elicere:& uocatur appetitus rationalis , uel

Amor rationalis, uel intellectiuus.

intellectiuus,ſeu uoluntas. Et amor rationalis,uel intellectiuus eſt actus uoluntatis,quo liberè acceptat obiectum per intellectum ſibi præſentatum:& de hoc amore hic loquendum eſt: non de naturali:nec ſenſitiuo:qui uſitato uocabulo dici poteſt amor arbitrarius, uel liberalis. Ad uenandum autem quid ſit ille amor: ſupponitur , ꝙ id nomine amoris intelligitur,quo aliquis dr̃ amãs ſiue amare:ſicut calor ẽ id, quo aliqs dicitur calẽs,ſiue calere. Amare aũt ſecundũ naturales,& theologos pertinet ad appetitum intellectiuũ : ſicut intelligere ad intellectum:& ſicut intelligere actus eſt intellectus:ita amare eſt actus uoluntatis. Sunt autem in uoluntate tantũ duo actus:ſcilicet uelle,& nolle:ut latius dictum eſt in ii. diſtinct. vi. Velle,quo uolũtas acceptat obiectum , ut conueniens ſibi,uel alteri. Nolle ſimiliter eſt actus poſitiuus,quo uoluntas fugit,uel reſilit ab obiecto tanquam diſconueniente.

¶ Si quæritur de actu medio ſuſpenſiuo ſiue neutro,quo nec acceptat obiectũ, ut bonũ:nec refutat,ut malũ. Reſpondetur,ꝙ uoluntas præſente obiecto per appræhenſionem intellectus quandoque auertit ſe,ita ꝙ nullum actum circa hoc obiectum elicit,& ſuſpenditur ab obiecto illo acceptando , uel reſiliendo nõ ꝑ actum poſitiuum:ſed non auertẽdo, uel ſe ad aliud conuertendo. Aliquando uolens ſe ſuſpendit per actum poſitiuum : quia uult non elicere : uel quia imperat intellectui , ut magis inquirat de obiecti conuenientia,& bonitate , uel ex propria libertate: & ille actus ſuſpenſiuus ẽ quoddam uelle,quia uelle non elicere. Patet ergo,ꝙ in uolũtate non ſunt niſi duo actus eliciti, reſpectu cuiuſcunque obiecti in genere,ſcilicet uelle,& nolle: nunc autem amare non eſt nolle : tum quia amando ſibi complacet in amato: uel ipſum deſiderat : aut generalius loquendo ipſum acceptat tanquam bonũ in ſe:uel bonum ſibi uel alteri. Verũ nõ lendo nihil acceptatur:ſed magis refutatur:tum quia amor nihil præſupponit in uoluntate : quia ſecundum beatum

Amor qd eſt.

Aug. xiiii. de ciui. dei. cap. vii. Amor eſt principium,& cauſa cęterarum poſsionũm in uoluntate. unde ait . Amor inhiãs habere,quod amat,cupiditas eſt. Id aũt habens,eoq; fruens,lętitia eſt . Fugiens quod aduerſatur ei timor eſt. idq; ſi acciderit ſentiẽs:triſtitia eſt. Proinde mala ſunt illa ſi malus amor eſt :bona,ſi bonus. Et loquitur beatus Augu. non formaliter:ſed cauſaliter ſecundum expoſitionem multorum:quia amor non ẽ realiter cupiditas ideſt ſpes ſiue deſiderũ: neq; lętitia,timor , aut triſtitia : quia amor eſt actus liberè elicitus in uoluntate:cætera ſunt paſsiones amorem tanquam cauſam immediatam , uel mediatam naturaliter conſequentia. Sed nolle præſupponit uelle ſecundum beatum Anſel. in de caſu diabo. cap. ii. de auaro pane,& nummo. Siquidem a nullo reſilio:niſi quia ſtare non poteſt cum eo, ꝙ accepto. Eſt ergo amare uelle. non autem adeſt uelle malum alicui: hoc enim pertinet ad odium. Amando autem tendimus in bonum : ergo amare eſt uelle alicui bonũ. Et hoc expreſſè habet philoſophus. ii. rhetoricorũ. Amor, inquit,

Not. 2. C

eſt uelle alicui bonum. ¶ Secundo notandum, ꝙ inueniuntur , & aliæ diſtinctiones amoris arbitrarij in ſcripturis. Nam primò amor etiam diuiditur in amorem affectiuum,& amorẽ effectiuũ. Item ſecundo in amorem amicitiæ cõcupiſcentiæ:& amorem amicitiæ, & cõcupiſcẽtiæ ſimul. Item tertiò in amorẽ complacentiæ,& deſiderij. ¶ Pro quorum intellectu notandũ, ꝙ uoluntas uolẽs alicui bonum ſi fuerit uelle efficax, & perfectum:procurat, ſi poteſt , bonũ illud amato,ſi eo caruerit: alioquin dilectio illa, qua ſic bonum uolo:uera nõ eſt,ideſt nõ fortis,& efficax: ſicut dicit. j. Io. iij. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi:& uiderit fratrem ſuum neceſſe habere:& clauſerit uiſcera ſua ab eo,quomodo charitas dei manet in eo. Et ſequitur. Filioli nõ diligamus uerbo:

neq;

neq; lingua, ſed opere, & ueritate. Et beatus Greg. homilia .xxx. Amor dei, in quit, otioſus eſſe non põt: aũt n. magna operatur, ſi eſt. Si uero operari renuit; amor nõ eſt. Sic ergo amoris nomẽ qñq; extendit ad conatũ illũ, quo quis bonũ illud procurat, quod amato ineſſe deſiderat. Sic beatus Io. in auctoritate allegata inſuit amorem linguę, & operis: & amorẽ operis dicit amorẽ uerũ; quia eſt effectus perfecti, & efficacis amoris. Diligamus, inquit, opere, & ueritate &c. ꝑ hoc ſumit̃ illa diſtinctio amoris in affectiuũ, & effectiuũ. ¶ Amor affectiuus eſt actus uoluntatis elicitus, quo uolo alicui bonũ. ¶ Amor effectiuus eſt actꝰ a uolũtate imperatus, quo procurat̃ bonũ illud, quod amato optatur, aut habitũ cõſeruatur: ſiue id fiat uerbo: ſiue opere exteriore. ¶ Verũ diuiſio illa ſatis uidet̃ impropria: qm amor effectiuus nõ põt pro prędicti amor: quia nõ eſt actus uoluntatis immanens, in qua tñ ſola amor ſubiectatur: ſed eſt effectus dilectionis: & quia nomẽ cauſæ frequenter trãsfertur ad effectũ: effectus amoris ſolet quãdoq; dilectio appellari: ſicut & propheta dñm dicit ſuam patientiã, ſpem atq; uirtutẽ: qa dominus in eo efficit patiẽtiã, ſpem, & uirtutẽ. Quapropter locutiones huiuſmodi nõ debent intelligi ſimpliciter, ut ſonant ſeu formaliter: ſed cauſaliter.

Amor affectiuus.

Amor effectiuus.

D ¶ Quoad tertiã diuiſionem amoris. ſ. in amorẽ amicitiæ, & concupiſcẽtiæ: licet de ea frequenter dictum ſit in ſecũdo, & in hoc tertio: tamẽ ut plenius declaretur, aduertendũ, ꝙ ſecũdũ doc. cõmuniter cũ amare eſt alicui bonũ uelle ipſum uelle in duo tendit: ſ. in bonũ illud, quod quis uult alicui ſibi, uel alteri. & in illud, cui uult hmõi bonũ: uerbi gratia. Si amicus amando amicũ ſuũ uult ei ineſſe diuitias, uel honores: amor amici (qui eſt quoddã uelle) in utrũq; tendit: amat. n. amicum ſuũ, cui uult ineſſe talia bona: amat & ipſa bona quæ uult ineſſe amico: amicũ quippe propter ſe amat, & uult: Diuitias uero, & honores uult, & amat propter amicum. Sic uolens ſibi bonũ æquũ ꝑ amorẽ, qui eſt uelle, in ſeipſum tẽdit, & in equũ. uult. n. equũ eſſe ſanum, fortem, uelocẽ, nõ propter equum ibi ſiſtendo: ſed propter ſeipſum: unde ſicut Intellectus duos habet actus aſſentiendi alicui uero. Aliquando enim aſſentit uero, ꝑpter ſe, ſicut principio ex terminis, aut experientia euidenti. Aliquã do propter aliud uerum, in quod reſoluitur. i. ex quo deducitur: ſicut concluſioni ex principijs illatæ. Ita in uoluntate ſunt duo actu aſſentiendi bono uolendi bonũ. Quandoq; acceptatur bonum propter ſe non referendo in aliud, aliquando tantum propter aliud, & ſecũdum hoc diſtinguitur uſus, & fruitio: ut habitum eſt in. j. diſt. j. Similiter & amor amicitię, & amor concupiſcentiæ: ut in ſecundo. Nã omnis fruitio eſt amor amicitiæ: & omnis uſus, q amor eſt, eſt amor concupiſcentiæ. Eſt ergo amor amicitiæ amor, quo uolo alicui bonum propter ipſummet amatum, ſine relatione eius in aliud: ut ſi uolo alicui ſanitatem, ſcientiã, uirtutes, gratiã &c. quia ſunt illi bonum pręciſe non referendo illud in me, uel in aliũ. i. nõ attendendo, ꝙ is, cui hoc uolo, ulterius põt mihi uel alteri ꝓficere: & dicit̃ amor ille amor amicitiæ: quia ſecundũ philoſophum. viij. Ethic. c. iij. Perfecta amicitia eſt, q̃ uolumus bona amicis illorum gratia propter ſeipſos amicos; & non ſecũdũ accidens i. nõ propter aliquod, quod ſibi ex amicis proueniat delectabile, uel utile: & illud accidat amico. ſ. eſſe tale: unde amãs cõſequatur tale. ¶ Amor cõcupiſcentiæ eſt, quo aliquid amatur propter aliud dilectum. i. quo alicui optatur bonum propter alterum, cui proficere poteſt ad delectationẽ, utilitatem, uel honeſtatem: ut cum quis diligit equũ uolens ſibi ineſſe robur, ſanitatẽ, induſtriã &c. ut poſſit eo uti ad proprium profectũ: aut ſuæ uoluntatis libitũ. Sic qui diligit dominũ ſuum, uolens ipſum eſſe diuitem, potentem, beniuolum &c. ut ſibi benefaciat largiendo dona: & ab aduerſarijs defendendo. Sic ſi quis benẽ uult famulo amici, aut beſtiæ eius propter amicum: omnis hęc dilectio amor eſt concupiſcentiæ: & in amore huiuſmodi quandoque uoluntas habet duos

Amor amicitiæ

Amor cõcupiſcentiæ.

actus. Vnum præciſè circa hunc, cui be-
nè uult propter ſe, qui habet ſe, ut finis.
Alium circa bonum illud, ꝙ uult ei, cui
benè uult ꝓpter ſe: q̃ bona habent ſe, ut
media in finem ordinata. Primus actus
eſt amor amicitiæ: ſecundus, amor con-
cupiſcentiæ; ut habetur in ij. diſt. i. q. v.
& ſunt ſimul in uoluntate: quia unus or
dinatur in alium. Quandoq; etiã uno
actu uult alicui bonũ propter alterum:
ſicut uno actu poteſt uoluntas ferri in
finem, & in medium: & tũc ille actus eſt
amor amicitię, & concupiſcentię ſimul:
ſicut ſimul eſt fruitio, & uſus. Fruitio in
quantum tendit in finem: & uſus inquã
tum tendit in media propter finem or-
dinata: nam ſicut intellectus uno dicta-
mine, id eſt una concluſione uoluntati
oſtendere, poteſt hoc tanquam medium
eſſe uolendum propter hunc finem: ita
poteſt uoluntas una uolitione medium
uelle propter finem, quæ uolitio termi-
nabitur in utrumq;: in mediũ, & in finẽ
utrumq; enim uult: licet finem propter
ſe: medium propter finem. de hoc latius
in j. diſt. j. & in ij ubi ſupra. ¶ Dum uero
Duplex ordo actuum. actus illi diſtinguuntur, duplex eſt ordo
inter eos: ſcilicet ordo naturæ, & perfe
ctionis. Naturæ: quia amor concupiſcẽ
tiæ præſupponit amorẽ amicitię: & ideo
amor amicitiæ eſt naturaliter prior: tũ
quia finis habet primam rationem uoli-
ti: tum quia amor amicitiæ eſt cauſa ef-
ficiens amoris concupiſcentiæ. Non. n.
eſſet amor, quo aliquid diligitur ꝓpter
aliud: niſi illud aliud amaret. Eſt ergo a-
mor amicitiæ cauſa amoris concupiſcẽ
tiæ: non tantum in genere cauſę finalis,
ſed etiam efficientis. ¶ Eſt & ordo perfe
ctionis: quia perfectior eſt amor amici-
tiæ amore concupiſcentiæ: tum quia a-
mor amicitiæ ineſt uoluntati ſecundũ
affectionem iuſtitiæ: ſed amor concu-
piſcentiæ ſecundum affectionem com-
modi: ſecundum Anſel. in de caſu diab.
c. iiii. Nobilior autem eſt ſecundum ra-
tionem affectio iuſtitiæ, quã affectio cõ
modi: quoniam affectio iuſtitiæ regula-
trix, & moderatrix eſt uoluntatis, & ꝓ-
pria uoluntati, ut eſt libera ſecundũ An-
ſel. Non ſic affectio commodi, quę etiã
eſſet uoluntatis, ſi libera nõ eſſet: ut pa-
tet in brutis. Tũ quia actus amicitiæ tẽ-
dit in obiectũ, ut eſt in ſe bonũ. Amor
autem cõcupiſcentię tendit in obiectũ,
ut eſt bonum alteri. Nobilior autem eſt
ratio boni in ſe, quã boni alteri. ¶ Quo E
ad tertiam diuiſionem amoris, qua di- Amor complacentiæ.
uiditur in amorem complacentiæ, & a-
morem deſiderii: membra eius ſic decla
rantur. Nam amor cõplacentiæ eſt uel-
le alicui bonum iam habitum: ſiue pro-
pter ipſum, ſiue propter aliud: hoc mo-
do amat eum, cui congratulatur, & con
delectatur in bono adepto: quemadmo
dum homo congratulatur ſibi ipſi, filiis
uel amicis de aliquo bono iam conſecu
to: ſiue propter ipſũ, ſiue propter aliud;
non tamen gaudium, uel delectatio eſt
amor: ſed uelle, quod eſt actus volunta-
tis. gaudium autem, & delectatio eſt paſ
ſio, & effectus conſequens amorem con
placentiæ. ¶ Amor deſiderii eſt actus uo Amor deſiderij.
luntatis, quo uolo alicui, mihi uel alteri
bonũ abſens, ſiue propter ſe amatũ ſiue
propter aliud. Hunc autem amorem ſi ad
ſit fiducia de re abſente, quandoq; con-
ſequenda, ſequitur paſſio ſpei: ſicut amo
rem cõplacentiæ gaudium. ¶ Et quilibet
amor ſi ſecundum has triplices diuiſio-
nes poteſt eſſe ordinatus, uel inordina-
tus, uel indifferens. Ordinatus: ſi elicitũ
ſecundum regulam rationis rectę. Inor
dinatus: ſi eliciatur contra dictamen ra
tionis rectæ. Indifferens: ſi nec ſecundũ,
nec contra rationem rectam elicitur: ut
quia nondum completè dictauit de om-
nibus circumſtantijs ad actum uirtuo-
ſum requiſitis. Item amor ordinatus ſe-
cundum omnes ſupradictas ſpecies, po-
teſt eſſe gratuitus, uel non meritorius.
Gratuitus, qui liberè quidem: ſed gratia
concurrente elicitus eſt: & ideo merito
rius. Non meritorius, nec gratuitus: ſi
non concauſet gratia: licet ſit morali-
ter bonus. ¶ Tertiò notãdum, ꝙ omnia, Not. 3.
quæ dicta ſunt de amore; ſimiliter intel F
ligenda ſunt de dilectione: eandem. n.
rem important amor, & dilectio: licet q
dam dicere uolebant, ꝙ amor tantum
importat amorem inordinatũ: dilectio
uero ordinatum; quam diſtinctionẽ no

minum beatus Diony.c.iiij.de diuí.no. & poſt eum beatus Augu. xiiij.de ciui. dei.c.vlj.ex intentiõe allegatis ſcripturis reprobant:oſtendentes, q utrumq; nominum amor,& dilectio, tam in bonum,quam in malum accipitur in ſcripturis. Verum beatus Tho.j.ij.q.xxvj. arti.iij.ac cæteri doctores aliam innuũt differentiam inter amorem,& dilectionem: quæ ſumitur ſecundum nominum interpretationem. Vnde ait, q quatuor nomina inueniuntur quodammodo ad idem pertinẽtia:ſcilicet amor,dilectio, charitas,& amicitia differunt tamen in hoc, q amicitia ſecundum philoſophũ. viii.Ethi.eſt quaſi habitus. Amor autem & dilectio ſignificant actum, uel paſsionem. Charitas autem utroq; modo accipi poteſt: differenter tamẽ ſignificatur actus per iſta tria: nam amor cõmunius inter ea eſt. Omnis enim amor dilectio eſt,uel charitas:ſed non econuerſo. addit enim dilectio ſuper amorem electionem præcedentem,ut ipſum nomen ſonat. Vnde dilectio eſt in ſola uoluntate rationalis naturæ:charitas autem ultra amorem addit perfectionem quandam amoris inquantũ illud, q amatur charũ ideſt magni preçii æſtimatur. Hec Tho. Verum frequenter unum pro alio accipitur:nam & amor,& dilectio pro habituali amore accipiuntur:& charitas quãdoq; pro actu diligendi:dilectionis quoque nomen etiam brutis attribuitur. De charitate pro actu dicitur. j.ad Tim.j. Finis præcepti eſt charitas:non utiq; habitus:ſed actus:nam de actibus, qui ſũt in noſtra libera poteſtate, dantur præcepta. Vnde.i.Io.v. Hec eſt charitas dei,ut mandata eius cuſtodiamus. Cuſtodiuntur mandata per actuum præceptorum impletionẽ:ſic dilectio brutis attribuitur. Eccleſiaſtici.xiii. Omne animal diligit ſimile ſibi. Sic omnis homo proximũ ſibi. Et pro habitu accipitur Cant.viii. Fortis,ut mors,dilectio. De amore pro habitu dicitur Can. ii. Nunciate dilecto,quia amore langueo. Et. i. Petri.i. Animas ueſtras caſtificate in obedientia charitatis,infraternitatis amore: ſimplici ex corde inuicem diligentes. In ſequentibus tamen amor, & dilectio pro actu:charitas pro habitu accipietur. Et hæc de amore, dilectione, & charitate in genere. ¶ Conſequenter notãdum,& quartõ magis ad propoſitũ, q deus diligi poteſt ſecundum omnes ſpecies amoris ſupradictas actualiter, & habitualiter:unde deũ diligere non eſt aliud, quã deo bene uelle:hoc eſt uelle deũ eſſe bonum ſummum, infinitũ, omnipotentẽ, iuſtum, ſapiẽtem &c. hoc eſt breuiſsime deum uelle eſſe deum ſcilicet bonũ, quo nihil melius cogitari poteſt: hoc enim intelligimus nomine dei, ſecundũ beatum Augu.i.de doctri. chri. Et quantõ magis hoc uolumus, & in hoc cõplacemus, ac gaudemus:tantõ magis deũ diligimus. Ex quo ſequitur, q quiſquis aliquam perfectionẽ ſimpliciter uellet nõ ineſſe deo:deum non diligit. Non enim uult eſſe deum, quem aliqua perfectione ſimpliciter uult carere: quia nõ uult ipſum eſſe talem, quo melius nihil cogitari poſsit. Melius enim cogitatur, dum cogitatur bonum nulla perfectione ſimpliciter carens. ¶ Secundõ ſequitur, qđ nullus peccato mortali obnoxius habet dilectionem dei. Patet quia nullus talis uult eum eſſe deum. Nõ enim uult deũ eſſe ſummẽ ſapientem, ſummẽ iuſtum, ſũmẽ potentem. Vel et enim uel deum peccata ſua ignorare:& ſic non eſſe ſũmẽ ſapientem:aut ſua peccata non uindicare:& ſic nõ eſſe ſummẽ iuſtum: aut diuinam uoluntatem non eſſe omnipotentem, cui uoluntatem ſuam præponit per inobedientiam, ac præcepti tranſgreſsionem. Nam inobediens deo: uult ſuam uoluntatẽ perficere contra diuinam prohibitionem: & ita uoluntatem dei oppoſitum præcipientis non eſſe efficacem. Hęc eſt ſententia beati Bernar. in quodam ſermone paſcali, cui concordat Beatus Anſel. in de caſu diabo. Et hæc uera ſunt interpretatiuẽ: licet non ſemper formaliter:quia hunc actum nolendi deum non ſemper elicit:quia deũ ut ſummum non ſemper appræhendit: nollet tamen ſi apprẽhenderet ſtãte ſua rebellione ad deum. Diligens autẽ deũ uolendo deum eſſe deum, poteſt ſic uel

Differunt amor, dilectio, charitas, & amicitia.

Finis præcepti eſt charitas.

Not. 4. G Diligere deũ quid eſt

le deum eſſe ſummum: & in eo, ꝙ talis eſt, complacere propter deum in ſe, nõ referendo ad aliud, puta commodũ ſuũ. Poteſt etiam hoc uelle, ut ſic ſit ſuũ ſũmum commodum, & beatitudo. Primũ uelle eſt amor effectiuus amicitiæ, & cõplacentiæ ac ordinatus. Secundum eſt amor affectiuus concupiſcentiæ, & deſiderii, qui poteſt eſſe ordinatus: quoniã ad ipſum inclinat ſpes: ſicut ad primum charitas. Poteſt etiam eſſe inordinatus, ſi amans in commodo proprio ponit finem: ſic enim uteretur deo, quod eſt tota peruerſitas; ſecundum Auguſt. in libr. lxxxiii. q. Sic & deus amari poteſt amore affectiuo, dum ex amore affectiuo diuina implentur mandata.

Not. 5. H Præceptũ charitatis primũ, & maximum.

Quintò notandum, ꝙ præceptũ charitatis (de quo in titulo quæſtionis fit mentio) intelligitur præceptum illud primum, & maximum. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo &c. Traditur autem hoc præceptum in uariis paſsibus ſcripturæ non omnino ſimilibus uerbis: licet non diſsimiliter in ſententia, unde Deut. vi. dicitur. Audi Iſrael: dominus deus tuus unus eſt. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo; ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Mat. xxii. ſic habetur. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc eſt maximũ, & primum mandatum. Mar. xii. additur his tribus conditionibus, quas Matthe. ponit. Et ex tota uirtute tua Luce. x. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mẽte tua. Hæ autem tres conditiones: tota fortitudine, tota uirtute, omnibus uiribus ſuis, pro eodem accipiuntur ſcdm btũm Tho. ii. ii. q. xliiii. ar. v. Vnde manent hæ quatuor conditiones, quibus præceptũ inducat dilectionem deo a nobis impendendam: ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota fortitudine ſeu uirtute, per quas deſignantur quatuor potentiæ principales in homine: ſcilicet intellectiua, uolitiua, ſenſitiua, & motiua uel executiua: licet de potẽtia, per quam conditionem ſignificatur, aliter, & aliter loquuntur ſancti, & doctores dicti præcepti expoſitores propter diuerſas ſimilitudines hincinde repertas. ut tangit magiſter. Poteſt tamen cõuenientius per cor intelligi uoluntas, quæ aliis omnibus imperat: ſicut cor omnibus membris uitæ influxum communicat. Per mentem intellectus: ubi eſt cognitio, & memoria: unde mẽtis dicitur nomen. Per animam uis ſenſitiua. nam uiuificat, & in ſenſibilibus primò uita (ſecundum uulgi uitæ acceptionem) apparet. Vnde ab anima animal dicitur: quod nomen eſt adæquatum omniũ ſenſitiuam potentiam habentium. Per fortitudinem, ſeu uirtutem uis motiua corporalium membrorũ ad opera exequẽda: unde tantum ualet: diliges deũ ex toto corde tuo &c. id eſt: diliges deũ ex omnibus, quę in te ſunt: & nihil in te ſit in cogitatione, deſiderio, ſenſu aut opere, nõ ſubiectum deo: ſed omnia in eum referãtur, a quo poſsidentur. Quẽ intellectum beatus Auguſt. i. de doctri. chri. tradit dicens Diliges deum ex toto corde &c. ut oẽs cogitationes tuas, omnem uitam tuam, & intellectum in illum conferas, a quo habes ea, quæ cõfers. Cum autem ait: tota anima, toto corde, tota mente, nullam uitæ noſtræ partem reliquit, quæ uacare debeat: & quaſi locum dare, ut alia re uelit frui. Sed quicquid aliud diligendũm uenerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit. Poſſumus autẽ hoc breuiſsime exprimere: diligere deũ ex toto corde &c. eſt deum ſuper omnia diligere.

Not. 6. I Diligere deum ſup omnia quatuor modis intelligit.

¶ Sexto notandum, ꝙ diligere deum ſuper omnia ſecũdum Pe. de ali. lib. j diſt. 7. q. ij. poteſt quatuor modis intelligi. Nã diligere ſup omnia uel plus, quã omnia. Vel intelligitur quantũ ad pfectionẽ actus diligendi: ſiue illa pfectio attendatur ſecundum intenſionẽ gradualem: ſiue perfectionem eſſentialem. Primo modo dilectio intenſa perfectior eſt dilectione remiſſa reſpectu eiuſdem obiecti. Secundo modo. Dilectio obiecti nobilioris æquè intenſa perfectior eſt dilectione obiecti minus nobilis, & perfecti. Secũdo mõ attenditur exceſ-

exceſſus dilectionis unius ſuper aliā quā
tum ad obiecti quātitatem intenſiuam,
uel extenſiuam : ſic plus diligit unum,
quàm alterum, qui maius bonum, uel
plura bona uult uni, quàm alteri. Tertio
modo attenditur quantum ad amoris
appręciationē: ſic plus diligit, qui amo-
rem huius, quā illius magis appręciatur
ita q ſi alterius amorem ex electione di
mittere oporteret, eliceret potius di-
mittere amorem eius, quàm huius, ſicq;
dicitur hunc magis diligere, cuius amo
rem magis eligeret conſeruare. Quarto
modo quantum ad actus naturalitatem,
& firmitatem : quia firmius, & natura-
lius ineſt ſibi dilectio unius, quàm alte-
rius. ¶ Aliter quidam diſtinguunt exceſ
ſum amoris unius ſuper alium : ut reci-
tat. Sco. diſtin. præſenti. Vnde dicunt, q
amor excedit amorem : uel quia feruen
tior, ſiue tenerior: uel quia fortior, ſiue
firmior. Et dicuntur iſti amores ſeſe ex-
cedere: ſic dicitur mater diligere filium
feruentius, & tenerius: pater uero for-
tius, & firmius : quia maiori periculo ſe
exponeret pro amore filij. Sic nobilis
dominus tenerius diligit catulum, for-
tius tamen caſtrum : quia etſi maiora ſo
latia ſentit ex catulo, quā ex caſtro: ma
gis tamē relinqueret catulū, quàm ca-
ſtrū: & ideo firmius diligit caſtrū. ¶ Sed
cōtra hanc diſt. arguitur: quia ſolum il-
lud magis diligit, q firmius diligit. hoc
enim magis diligo, cui minus uolo ma-
lum accidere : & pro cuius bono ſaluan
do, me expono magis ex amore: quia ex
ponere ſequitur amare. & hoc loquēdo
de amore, qui eſt actus uoluntatis : &
non de alio, qui eſt paſsio appetitus ſen-
ſitiui. Si ergo aliqui dicūtur diligere fer
uentius, & tenerius, qui nō diligunt fir
mius: non eſt ex hoc exceſſus in eis ali-
cuius amoris intellectiui : ſed forte ali-
cuius paſsionis amoris ſenſitiui: ſicut ali
qui, qui dicuntur deuoti, magis ſentiunt
aliquando aliquam dulcedinē, quàm alij
multó fideliores, & firmiores in amore
dei : qui in centuplum promptius ſuſti-
nerent interitum, quā alii pro deo. Nec
talis dulcedo eſt actus elicitus a uolun-
tate: ſed paſsio quædam actui eius attri-
buta: quia alit deus, & nutrit paruulos,
ne deficiant in uia. Hęc Sco. Et ita ſecū
dum eum exceſſus ille amoris dei ſuper
alios poteſt intelligi dupliciter. Extenſi
uē quantum ad plura, uel maiora bona
dilecto uolenda. Vel intenſiuē quantum
ad effectuum maiorem. Dicitur autem
affectus maior, qui magis repugnat af-
fectui oppoſito : ita q habens talē affe-
ctum facilius inclinari poſſet ad oppoſi-
tum dilectionis cuiuſcunq; alterius, quā
ad oppoſitum dilectionis dei. ¶ Vltimò Not. ſ.
notandū, q perfecta obſeruatio præce-
pti charitatis dupliciter intelligi poteſt.
Vno modo illa dicitur perfecta, quæ ſuf
ficit ad ſalutē. Alio modo dicitur perfe-
cta, quę excludit omnē imperfectionē:
nedum oppoſitam ſaluti : ſed etiam ali-
quo modo retardantem, uel impedien-
tem, ut peccata uenialia quātum ad om
nes illas conditiones additas toto cor-
de, tota anima &c. ¶ Vbi notandum, q Idē ē to
ſecundum philoſophum. v. Metaph. idē tū, & p-
eſt totū & perfectū: utrumq; enim diffi- fectum.
nit cui nihil abeſt, quod eſt pars eius: uel
quod ſecundū ſpeciē propriæ uirtutis in
nullo deficit hoc eſt, cui nihil deficit eo
rum, quę ſibi competere debent, ſecun
dū hác uel illā conditionem ſpeciei, na
turæ, uel gratię ſuperadditę: ſic homo di
citur perfectus in corpore, cui nihil de-
eſt eorum, quę requiruntur ad integri-
tatem corporis: puta nullū corporis mē
brū. Et ſic deum diligere ex toto corde,
ex tota anima &c. eſt deū diligere perfe
cto corde, perfecta anima &c. Perfecta;
inquā, nō perfectione naturæ: ſed amo
ris, & gratię, & ſic cor totū ſiue perfe-
ctum (ut ait Ioā. cancell. in de perfectio
ne cordis) eſt cor, quod ſpiritusſanctus
inhabitat per gratiā gratūfacientē: quo
niā tali cordi nihil deeſt eorū, quæ ſunt
ei neceſſaria ad ſalutem. ſecundum illud
Roman. viij. Si ſpiritus eius, qui reſuſci-
tauit Ieſum a mortuis, habitat ī uobis,
qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mor-
tuis: uiuificabit, & mortalia corpora ue
ſtra propter inhabitantem ſpiritum eius
in uobis. Iam. n. premiſerat. Si quis ſpi
ritum chriſti nō habet : hic non eſt eius.
Nō aūt inhabitat ſpiritusſanctus in ho-

mine ſine gratia, & charitate: dicēte eo
dem apoſtolo Rom. v. Charitas dei dif
fuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum
ſanctum, qui datus eſt nobis. Inter gra-
tiam aūt, & mortale peccatū nō eſt me
dium: ſibiq; opponitur ſecundū poten-
tiā dei ordinatā oppoſitione immedia-
ta: ideo ſemp oportet ſubiectū ſtare ſub
uno oppoſitorū alio deficiēte: alias nō
eſſet immediata oppoſitio inter ea: ideo
quiſq; eſt in gratia, uel mortali pecca-
to: nō ergo exiſtens in mortali peccato
habet gratiam, quę neceſſaria eſt, & quæ
ſufficit ad ſalutem: & non habens mor
tale, iam habet gratiam: & per conſe-
Coroll. quēs habet neceſſaria ad ſalutem. ¶ Co
rollarium. Quicunq; habet gratiam gra
tum faciētem diligit deum ex toto cor
de, tota anima &c. actu uel habitu: etiā
ſi fuerit infans nouiter baptizatus. Pa-
tet: quia talis habet habitum dilectionis
gratuitæ: & per conſequens nihil ei de
ficit de neceſſarijs ad ſalutem. Ex eodē
ſequitur ſecundò, quod nullus peccato mor
tali obnoxius, deum ex toto corde dili-
git. Patet: quia gratiam nō habet, quæ
eſt neceſſaria ad ſalutem. Verum in iſta
totalitate, & perfectione dilectiōis tres
Gradus tres dilectionis. communiter aſsignantur gradus. Pri-
mus, & infimus eſt ille, qui dictus eſt: &
hic omnem actum contrarium exclu-
dit, non autem extraneum. Diſtenſio
enim uaria cordis per uenialia cum nō
auertat a deo: nec tollat aliquod ne-
ceſſarium ad ſalutem, puta gratiam:
non ponit cor extra latitudinem totali
tatis: ſiue perfectionis illius gradus pri-
2. mi. Secundus gradus eſt perfectior, qui
non ſolum actum excludit contrarium:
ſed etiam frequenter extraneum: cum
ſcilicet homo frequenter, & ſtudioſè
quantum humana hæc uita permittit,
per amoroſa uirium ſuarum exercitia
aſſurgit in deum, contemplando, aman
do: etiam opèra exteriora in deum or-
3 dinando. Tertius gradus, qui & per-
fectiſsimus eſt: dum confertur actua-
liter, & aſsiduè ſecundum charitatis mo
tionem in dei dilectionem, & amorem
actualem: ita quod nihil ſit, quod impe-
diat, rumpat, uel interpolet huiuſmo-
di actum amoris. Hic gradus in ſolis bea
tis eſt: ubi ſine interruptione deus ui-
detur clarè, ſummè amatur: atq; nihil
agitur, deſideratur, uel cogitatur: ni-
ſi quod in deum refertur. Hæc Cancel.
Et tantum de articulo primo termino-
rum declaratiuo. ¶ Quantum ad ſecū- Arti. 2. Cōcl. 1.
dum articulum, eſt hæc concluſio pri-
ma. Reſpectu quorumcunq; actuum
diligendi deum, ponendi ſunt habitus
inclinatiui uoluntatis ad eliciendum ſi-
miles amoris actus. Patet concluſio ex
dictis diſtinctio. xxiij. q. j. quia omnis
amor eſt actus uoluntatis, qui in elicien
do poteſt impediri, etiam ad eius oppo
ſitum aſſuefieri: ideo reſpectu eius po-
nendus eſt habitus, qui uoluntatem ad
huiuſmodi eliciendum, firmius dirigat,
& inclinet. Conſequens patet ex ſu-
pradictis: & antecedens eſt manifeſtum.
¶ Secunda concluſio. Reſpectu diuer- Cōcl. 2.
ſorum actuum ſpecie, quibus deum di-
ligimus ordinatè diuerſi habitus, & uir-
tutes ſunt ponendę. Patet concluſio:
quia ex diſtinctione actuum ſumitur di-
ſtinctio habituum: ut frequenter ſupra
dictum eſt. Quòd autem ſint diuerſi
actus diligendi deum, patet ex notabi-
li. ij. quia alius eſt actus amoris affecti-
ui: & alius amoris effectiui: alius amoris
amicitiæ: alius amoris concupiſcentiæ:
alius amoris cōplacentiæ: alius amoris
deſiderij, quorū quilibet a ſuo oppoſito,
ſeu condiuidenti mēbro ſpecie differt:
eo quod habent diuerſa obiecta: ut dictum
eſt: ergo. Non tamen ſingula a ſingulis
differunt: quia amor affectiuus coinci-
dit cum omnibus ſequentium diuiſio-
num membris. Similiter amor amici-
tię cum amore complacentiæ, & deſi-
derij: ſic & amor concupiſcentiæ.
Ad huius autem concluſionis decla-
rationem expedit noſſe, quæ uirtus; ad
quem actum dilectionis inclinet: pro
quo eſt hæc prima cōcluſio, & in ordi-
ne tertia. ¶ Ad ordinatum effectiui Cōcl. 3.
amoris dei actum, diuerſæ inclinant uir
tutes, ſecundum diuerſitatem effectuum
præceptorum. Dicitur notanter in con
cluſione ordinatū: quia nō omnis amor
dei effectiuus eſt ordinatus: nā cū amor

effectiuus ſit actus imperatus a uoluntate, quo comparatur bonum illud, quod appetitur amato affectiuè, aut habitum conſeruatur: aut malum inexiſtens remouetur, aut ineſſe potens cauetur: aut ab impugnantibus defenditur: aut aliquid tale conatur: manifeſtum eſt, q̃ talis actus reſpectu dei haberi non poteſt: cum deus eſt bonum eſſentiale perfectiſſimum, ac infinitum, cui additio fieri non poteſt: nec aliquid ab eo tolli: quippe omnia, quę ſunt in deo: ſunt deus. unde blaſphemũ, & ſtultũ foret aliquid efficere, aut conari, quo deo aliquid acquiratur, quo caret: aut ne perdat bonum, quod habet: uerius quod ipſe eſt. Siquidem apud deum non eſt tranſmutatio: nec uiciſſitudinis obumbratio. Iac. j. Et ſi aliquis errans ad hoc operaretur: actus ille non eſſet ordinatus: nõ tamen ita ſtrictè accipitur amor effectiuus: ſed largius, ut extẽdit ſe ad quodcunq; efficere, uel agere propter amatũ, quod cedit ad eius utilitatem, honorẽ, magnificentiam, uel cõplacentiã: ſiue illud impendatur amato, ſiue alteri propter amatum. Et generaliter conari ad complacendum amato: & ad offenſam eius in ſemetipſo uel in alio cauendam: & hoc modo omnis amoris effectus dici põt amor effectiuus, & ſic quiſquis agit aliquid propter amatũ: ſiue illud termineтur in ipſum amatum immediatè, ſiue mediatè: puta ad aliquid pertinens ad amatũ: puta ſeruum, amicum, poſſeſsionem amati, habet amorem effectiuũ. Sic & qui zelat contra aduerſarios, aut inimicos amati (quemadmodũ de Moyſe legitur, & Phinees) amare dicitur effectiuè: & hoc modo poſſumus habere actum ordinatum amoris effectiuè reſpectu dei, ſeruando eius mandata, & conſilia: ac uoluntatem dei opere exequendo. Quo præmiſſo probatur concluſio: quia ad diuerſos actus ſpecie inclinant diuerſæ uirtutes ſpecie: ſed actus amoris dei effectiui ſunt ſpecie, immo & genere diuerſi: ergo &c. Conſequentia tenet: & maior eſt manifeſta. Minor probatur: quia quilibet actus cuiuſcunq; præcepti diuini, aut conſilij meritorius eſt actus amoris, effectiui (excepto præcepto primo, & maximo, qđ diſponit de amore effectiuo) quia omnis talis elicitur ex charitate: & ordinatur ad honorem dei: ſed tales ſunt diuerſi ſpecie: nam de omnibus uirtutum actibus ſunt præcepta, aut conſilia. Nullus enim actus eſt meritorius, quin cadat ſub præcepto, uel conſilio: etiam ſecundum quemlibet eius gradum: ut patet exemplariter de actibus temperantię, liberalitatis, fortitudinis, iuſtitię &c. tranſcurrendo ſcripturas. Sobriè, & piè, & iuſtè uiuamus in hoc ſeculo: ait apoſtolus ad Titum ij. & ita inuenitur de ſingulis uirtutibus: & ita ſingulæ uirtutes ad actus amoris effectiui inclinant.

¶ Quarta concluſio. Ad actũ amoris cõ- Cõcl. 4. M
cupiſcentiæ reſpectu dei quatenus ordinatus eſt, inclinat uirtus ſpei. Iſta concluſio ſatis patet ex dictis precedentis diſt. Quòd additur quatenus ordinatus eſt: ſimiliter patet, quia contingit deũ diligere amore concupiſcentiæ ordinatè, & inordinatè, ſeu uirtuoſè: ut ibidem dictum eſt.

¶ Quinta concluſio. Cõcl. 5.
Ad amorem dei amicitię tanquã ad actũ proprium inclinat charitas tam infuſa, quàm acquiſita, quę eſt uirtus theologica omnium uirtutum excellẽtiſsima. Prima pars probatur ſecundum Scot. Quia diligere deum ſuper omnia amore amicitiæ eſt actus conformis rationi etiam naturali. Hæc enim dictat optimum eſſe ſummè diligendum: & per conſequens eſt actus rectus: immo rectitudo eius eſt per ſe nota: ſicut rectitudo primi principij in operabilibus: alioquin enim eſt ſummè diligendum: & nihil aliud a ſummo bono: ſicut nihil aliud a ſummo uero eſt maximè tenendum tanquam uerum apud intellectũ: circa hunc autem actum poteſt eſſe aliqua uirtus inclinans: ut patet ex concluſione prima. & hæc theologica: quia circa obiectũ theologicum ſecundum deum immediatè, & in ſe innitens immediatè regulę primæ humanorum actuum, hoc eſt diuinæ: & ita habet infũdi a deo: quia nata eſt perficere ſupremã portionẽ animę, quæ non perfectiſsimè perficitur

niſi a ſolo deo immediatè. Poteſt etiã acquiri uirtus ex huiuſmodi actibus amicitiæ frequentatis, inclinans ad ſimiles actus: quamuis illa ſit imperfectior infuſa: ſine tamen acquiſita infuſa non inclinat per omnia: ſicut dictum eſt de alijs uirtutibus infuſis, & acquiſitis, fide ſcilicet, & ſpe: ideo propter breuitatem hic non repetuntur. Et hęc uirtus non eſt fides: quia fidei actus non eſt amare: ſed credere. Nec eſt ſpes: quia actus ſpei non eſt amor amicitiæ: ſed amor concupiſcentiæ: ergo erit ſpecialis uirtus, theologica, quæ ab apoſtolo, & omnibus doctoribus nominatur charitas, quaſi chara unitas: quia ſummè unit amantem amato unione perfecta accidentali non eſſentiali: propter unionem perſonarum diuinarum in una eſſentia: & naturę humanę cum uerbo hypoſtaticam, quę ſunt maiores: ſed ſunt uniones ſecundum eſſentiam, ſiue ſubſtantiam. Secunda pars probatur per apoſtolum j. Corinth. xiij. Maior horum charitas. Et probatur ratione: quia actus eius ſcilicet amor dei amicitiæ eſt perfectiſsimus inter omnes actus humanos: ergo & charitas ad ipſum inclinans eſt perfectiſsima inter omnes uirtutes humanas. Tenet conſequentia: quia perfectio habituum cõſequitur perfectionem actuum, ex quibus generantur. Antecedens probabitur partim in quarto dubio, cuius ueritas latius inquiri ſolet in materia beatitudinis in quarto. ¶ De amore complacentię, & deſiderij non oportet ponere ſpeciales concluſiones: quia omnis amor complacentiæ, & deſiderij eſt amor amicitiæ, uel concupiſcentię: ut patet ex primo articulo. ¶ Sequuntur concluſiones præceptum concernentes. ¶ Sexta concluſio. Præceptum de diligendo deum ſuper omnia: de omnibus ſpeciebus deo conuenientibus eſt intelligendum: & hoc tam extenſiuè, quã intenſiuè: accipiendo terminos, ut eſt in fine ſexti notabilis ſupra dictum. Probatur concluſio, primò de amore affectiuo amicitiæ, & complacentiæ: quia debemus deo uelle ineſſe maiora, & plura bona, quàm cuicumq; alteri: ergo magis diligere alijs amore affectiuo: & hoc extenſiuè. Conſequentia nota ex notabili vi. Antecedens probatur: quia tenemur deo uelle ineſſe bona infinita, quæ nulli alij puræ creaturæ conueniunt: & ita maiora. Ineſſe dico non per inhęſionem, uel adiacentiam: ſed per identitatem. tenemur deum uelle eſſe maximum, & infinitum bonũ: ſimiliter tenemur deo uelle ineſſe plura bona: quia omnes perfectiones ſimpliciter. Plura dico ſecundum denominationem: non ſecundum rem diſtincta: ſiquidem tenemur deum uelle eſſe ſummè ſapientem, perfectiſsimum, optimum, iuſtiſsimum, omnipotẽtiſsimũ: & ſic de alijs attributis: quę tamen non ſunt plura ſecundum rem: ſed una ſimplex diuina eſſentia. Dicuntur tamen plura propter nominum pluralitatem: unam diuinam perfectionem ſimpliciſsimam ſignificantium. Tenemur etiam hoc uelle uolitione maiori intenſiuè, quàm quodcunq; aliud: quia maiori affectu, qui ſcilicet repugnat magis effectui oppoſito: ita ꝙ magis inclinari poſſet ad oppoſitum dilectionis cuiuſcunq;, quã ad oppoſitum dilectionis dei: quod eſt dictu: ꝙ magis uellet dilectionem ſui, & cuiuſcunq; creaturæ deſerere, quàm dilectionem de: & magis uellet quodcumq; malum accedere creaturę, quã aliqđ bonũ deo cõueniẽs ipſi nõ ineſſe: aut quã deũ nõ eſſe ſummũ bonũ, & ſummè perfectũ. Probatur etiã concluſio de amore affectiuo concupiſcentię ſiue deſiderij. Nam quęlibet rationalis creatura magis debet concupiſcere, & deſiderare deum: hoc eſt magis uelle deum eſſe ſuum ſummum commodum, & bonum, quã quodcũq; aliud bonum: & magis uelle carere quocũq; commodo temporali, aut ęterno, quã deo, ut ſuo obiecto beatifico. Magis enim inter omnia commoda delectabilia, uel honeſta deſiderare debet, & uelle felicitatem: quàm quodcunq; aliud ſuum bonum: & magis uelle carere quocunq; commodo, & delectatione, quam perpetua beatitudine,

Cõcl. 6. N. Pręcepti de diligẽdo Deũ ſup omnia.

Similiter probatur de amore affectiuo: nam ille generatur ex amore affectiuo, & eum conſequitur. Diligens quidem deum affectiuè uult deo ineſſe omnem perfectionem ſimpliciter in ſummo, ſcilicet omnipotentiam, honorem ſummum, & gloriam &c. ac per hoc uult diuinam uoluntatem in omnibus adimpleri. uoluntatem beneplaciti ſemper: uoluntatē uero ſigni ſuo mō: præcepta ut pcepta: cōſilia ut conſilia: uult & eū, quem diligit omnibus, & ſuper omnia honorari, coli, & uereri: omnia quoq; mandata eodem modo, quo mandata ſunt: tam a ſe, quàm ab alijs opere adimpleri: & ita omnia agere, unde ſummè dilecta maieſtas honoretur: ac eius uoluntati, tam ſua, quàm aliorum uoluntas, & opera conformentur. Hoc autem uelle: & ad iſta ut fiant conari: eſt deum diligere effectiuè. Quòd autem diligens deum amore amicitiæ, uelit uoluntatem eius in omnibus adimpleri: patet: quia ſecundum beatum Diony. c. iiij. de diuinis nominibus. Amor naturaliter unit amantem cum amato, per concordiam uoluntatum.

Amor naturaliter unit amantē cū Amato.

¶ Vnde ex natura amoris, amans inclinatur ad uolendum illud, quod noſcit uelle amatum: & ad complacendum ſibi: quod maximè uerum eſt de amore amicitiæ affectiuo. Propter quod philoſophus. viij. Ethicorum. dicit idem eſſe uelle, & nolle amicorum. Sic qui uult deū eſſe ſimpliciter omnipotentem: uult uoluntatem ſuam in omnibus adimplere. Qui uult eum eſſe reuerendiſſimum, uult eum ab omnibus uenerari. Qui uult eum eſſe optimum, & ita maximè appetibilem, & diligibilem, uult eum ab omnibus diligi. Qui uult eum eſſe ultimum finem, uult omnia ab omnibus in eum ordinari. & ſic de ſimilibus. Vult autem uolitione perfecta, & efficaci: faciendo quod in ſe eſt, ut uolita fiant. Inclinat ergo actus amoris amicitiæ dei ſuper omnia (qui principaliter nobis præcipitur) ad mandatorum obſeruantiam: & ad ordinandum operationes noſtras in deum. Similiter ad cauēdū omnia peccata, quibus credimus nos diſplicere deo: quia idem habitus, qui inclinat ad uelle: etiam inclinat ad nolle contrarium. Præceptum autem, quod præcipit antecedens: ex conſequenti etiam præcipit ad ipſum neceſſariò conſequentia. ¶ Quòd etiam tenemur deum effectiuè diligere ſuper omnia tam extenſiuè, quàm intenſiuè: patet. Extenſiuè: quia ſuper omnia quorumcunq; mandata præcepta dei cuſtodire debemus: nec cuiuſcunq; creaturæ iuſſa, uel conſilia: ſed nec omnium ſimul, aut prohibitiones, aut minas illis præponere. ſecundum illud Petri Actuum v. Obedire oportet deo magis, quàm hominibus. Intenſiuè ſic: quòd maiori conatu, & diligentia nitamur implere, quę deus præcipit: uel cauere, quæ prohibet, quā ad quodcunq; agendum, uel uitandum: ita quòd maius ſtudium adhibere tenemur ne aliquid agamus, uel omittamus contra legem dei, quā circa quodcunq; aliud opus. Magiſq; uelle debemus uoluntatem dei præceptiuam impleri a nobis, & ab alijs: quàm quodcunq; aliud. Magiſq; parati eſſe ad ſuſtinendum quęcunq; incommoda, ac corporis ſeu rerum diſpendia: quàm pati (quantum in nobis eſt) legis diuinę uiolationem: tam a nobis, quàm a proximis noſtris. ¶ Ad hæc tenemur, non quidem ut circa illa ſemper actus eliciamus prædictos: ſed ſecundum animi præparationem ita ſimus habituati, & diſpoſiti, ut occurrēte caſu: magis hoc agamus, quā illud: nec ab hoc trahamur per illud. Eſt enim hoc præceptum affirmatiuum, quòd non obligat pro ſemper: ſed pro aliquando, loco ſcilicet tempore, & occurrente neceſsitate. Verum quando teneamur ſic actualiter deum diligere prędictis modis: colligi poteſt ex dictis ſupra diſtinct. ix. ¶ Et ſic magis diligendus eſt deus effectiuè, intenſiuè, & ſuper omnia: quòd magis ad eius præceptorum obſeruationem conemur: quia ab illo uolita, & præcepta: quàm quia nobis delectabilia, utilia aut beatitudinis meritoria. Vnde beatus Bernardus in de diligendo deum. Eos ait,

qui pfecti ſunt charitate, delectare plus propriam beatitudinem: propter hoc, q illam habendo in ſe uoluntas dei impletur: quàm q ſua ſopita eſt neceſſitas, & adepta ſumma felicitas. ¶ Hæc etiam dilectio dei effectiua ſuper omnia, includit maius ſtudium ad ſciendum, & intelligendum diuina præcepta: (maxime ſtatum ſuum concernentia, deiq; uoluntatem) quàm quęcunq; alia, per quorum notitiam diligens fiat examinatio omnium operũ, & actionum noſtrarum: ne fiant contra diuinam uoluntatem, & pręcepta: quam ad ſciẽdũ quæcunq; alia. iuxta illud Eccl. iij. Quæ præcepit tibi deus, illa cogita ſemper: & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. præmiſit enim: Altiora te ne quęſieris: & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Omnis doctrina, & omne ſtudium debent de curioſitate uana, aut noxia culpari, quę non ordinantur actu, uel habitu: mediate, uel immediate ad bene moraliter, gratuiteq; uiuendum. Vnde dare ſtudium ſuũ rebus inutilibus, aut noxijs: utilioribus ſcienter omiſſis curioſitas eſt damnabilis, ait Gerſon cancel. in ſuis regulis moralibus. Hinc & Salo. Eccleſ. ulti. Faciendi plures libros non eſt finis. Deum time, & mandata eius obſerua: Hoc eſt omnis homo. id eſt ad hoc factus eſt, & ad hoc tenetur omnis homo. ¶ Septima concluſio poſt dominũ

Cõcl. 7. Petrum de aliaco. Præceptum de diligendo deum ſuper omnia, non ligat ad diligẽdum actu perfectiore gradualiter, uel eſſentialiter, quàm ſeipſum, uel creatura cætera, Probatur tamen: quia eodem actu poteſt diligi deus, & creatura propter deum? Idem autem nunc eſt gradualiter, aut eſſentialiter perfectius, & imperfectius ſeipſo. Tum: quia pręceptum diuinum de dilectione dei, & creaturæ nõ determinat ad certũ gradũ intenſionis, uel perfectionis actus. Vnde quis diligendo deum ſuper omnia uolendo deo ſumma bona, quæ non uult alicui creaturæ: & propter ſe deum actu quantumcunq; remiſſo, ſatisfacit pręcepto. Similiter poteſt licitè quis diligere creaturam actu quãtumcunq; gradualiter intenſo ſeipſum, uel aliam: dummodo tamen non uelit ſibi ſumma bona: nec bona, quæcunq; propter ſeipſum tanquam propter finem ultimum: ſic de alia creatura. Nec illa concluſio eſt cõtra ſextam concluſionem ſupra poſitã, quæ dicit, q præceptum obligat ad magis diligendum deum, tã intenſiue, quã extenſiue. Nam ibi intenſiue, non accipitur, ut dicit intenſionem gradualem: ſed ut dicit maioritatem affectus quantum ad repugnantiam actus oppoſiti, ut ibi declaratum eſt. ¶ Octaua con- Cõcl. 8. cluſio. Præceptum primum, & maximũ obligat ad diligendum deum plus, quã omnia quantum ad obiecti quantitatem: & ſimiliter quantum ad amoris appretiationem. Iſta concluſio ſatis patet ex concluſione ſexta, & eius probatione. ¶ Concluſio nona. Si per amo- Cõcl. 9. rem firmiorem, & naturaliorem intelligitur amor dulcioris ſentimenti, ſeu tenerior: non oportet, quod amor, quo amatur deus, ſit qualibet dilectione creaturę maior. Patet: quia amor ad ſeipſum, aut ad res ſenſibiles naturaliter dulcior eſt: & firmius hæret, quam amor rerum purè intellectualium. Nam cum primo amore concurrit appetitus ſenſitiuus, aut naturalis, naturaliter appetens permanere: aut connaturalitas rei amatę propter quę in tali amore magis afficitur homo quodam ſentimento dulcoris. Quandoq; etiam talem dulcorem, uel deuotionem donat deus dono ſingulari ſuis paruulis: ut dictum eſt notabili ſexto: & hic non eſt in poteſtate diligentis; ſed dei dulciter trahentis. Pręceptum autem loquitur de dilectione mere intellectiua ex rationis deliberatione, & uoluntatis electione libera procedente. ¶ Quantum ad Arti. 3. tertium articulum eſt primum dubium: Dub. 1. utrum pręceptum charitatis de diligen- P do deum ſuper omnia, poſſet impleri in hac uia. Hic uidetur reſpondere beatus Augu. in de perfectione iuſtitiæ: ut allegat magiſter in littera: negatiuè unde ait: Illud pręceptum hic in uia nõ penitus, ſed ex parte implet: quia ex parte diligimus, ſicut ex parte cognoſci

mus. In futura uero uita ex toto implebitur: ubi erit iuſtus ſine peccato: quia ibi nulla lex erit repugnans menti. Et ſi quæritur: cur ergo præcipitur: reſpondet. Ideo ut præceptis, oſtendatur: quo currendum eſt: quia non recte curritur, ſi quo currendum eſt, neſciatur: quomodo autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenderetur. ¶ Sed contra illud uidetur eſſe dictum Hiero. in explanatione fidei: qui anathematizat dicentes deum aliquid præcepiſſe, & hominem adimplere non poſſe. ¶ Præterea quod additur, q; præceptum datur, ut oſtendatur, quo curratur: non uidetur ſufficere: quia pari ratione dandum fuiſſet præceptum de dei uiſione. Non ut impleretur: ſed ut ſciremus, quo nobis eſſet tendendum: illo ſcilicet, ubi deus uidendus eſt, ſicuti eſt, uiſione intuitiua, & faciali. Ideo concordando illa: reſpondetur ad dubium rememorando diſtinctionem trinitatis gradus perfectę impletionis huius præcepti ultimo notabili primi artic. poſiti. Quo præmiſſo dicendum, q; præceptum illud de dilectione dei ſuper omnia intenſiue, & extenſiue impleri poteſt in uia perfecte; ſecundum primum, & ſecundū gradus perfectionis: non autem ſecundum tertium. Prima pars patet ſatis ex concluſione ſexta, & eius probatione. Secunda pars patet: quia nō poteſt deus hic actualiter diligi cum excluſione omnium actuum amoris impedientium, aut eum intercipientium: quia non poteſt homo hic in uia ſemper deum actualiter cogitare: igitur nec actualiter amare: cum amor actualis præſupponit actualem amati cogitationem. Antecedens eſt manifeſtum: quia cū intellectus non poteſt ſimul intendere ad multa. Neceſſitas quoq; uitæ cogit quandoq; intendere proprijs neceſſitatibus, ac tēporalibus actionibus. Patet, q; tunc nō poteſt ſimul cogitare de deo. Ex illis, & prioribus elicitur, q; mandatum illud maximum de diligendo ſuper omnia extenſiue, & intenſiue ſecundū primū perfectionis gradū: hēt uim præcepti reſpectu omnium. Quantum ad ſecundum gradum habet uim conſilij reſpectu proficientium, & perfectorum. Quantum ad tertiū eſt oſtenſiuum perfectiſſime fruitionis beatorū. Dictum autē Hiero. ueritatem habet de mandatis dei ſecundū ea, quę habēt uim præcepti: & ita in propoſito de mādato dilectionis dei ſecundum primū gradū. Aug. uero expreſſe loquitur ſecundū tertiū, & perfectiſſimū gradū. Vnde non negat præceptum illud hic in uia impleri poſſe: ſed dicit, nō penitus. i. quātū ad omnē gradū pfectionis ab homine poſſet impleri in hac mortali uita. Vnde ſupra dicit. Cum. n. adhuc eſt aliquid carnalis concupiſcentiæ: nō omnimode ex tota anima diligitur deus, ſed ex parte non ex toto. Vnde exponens Aug. magiſter ſubdit. Implet tn̄ ex parte ſecūdū perfectionē uitæ. Alia eſt .n. perfectio currētis: alia perueniētis: & per hoc patet ſolutio primi de beato Hiero. ¶ Ad ſecūdū de præcepto uiſionis dicitur, negādo illatū. Nec eſt ſimile: nā præceptū charitatis, etſi non perfectiſſime impleri poteſt in uia: pōt tamē impleri ex parte ſecūdū aliquē gradum diligendi deū ſuper omnia: ideo nō eſt ſolū oſtēſiuū, quo currendū: ſed etiā præceptiuum, & conſultiuū, quid faciendum. Præceptum aūt ſi quod daretur de uiſione dei, nullo modo in uia impleri poſſet, nec ex toto, nec ex parte: quia nullo modo poteſt deus in uia uideri: quia non intuitiuē cognoſci. Nec cognitio uitæ imperfecta manet, ut perficiatur in patria: ſicut charitas uitæ non excidit: ſed pficitur in beatitudine: ideo dari poterat doctrina de uiſione; non autem præceptū.

Dub. 2. Q Vtrum uolūtas humana poſſit deū ex ſuis naturalibus diligere ſuper omnia.

¶ Secundo dubitatur: utrum uoluntas humana uiatoris poſſit deum ex ſuis naturalibus diligere ſuper omnia: & ita implere præceptum dilectionis. Et uidetur q; ſic: quia ſi non poſſet implere ex ſuis naturalibus: iam deus præcepit impoſſibile uiatori: quia illud, quod ex ſe nō poteſt implere. ¶ Sed in oppoſitum eſt: quia natura determinatur ad unū. Determinatur autem ad appetendum eſſe propriū ij. de generatione. ergo non poteſt appetere ſui nō eſſe etiam, quocunq; poſito. Quæ-

eunq; ergo natura intellectualis magis determinatur ad appetendum ſe eſſe, quàm ad appetendum deum eſſe: ſi non poſſet utrumq; ſimul ſtare. ¶ Item appetitus naturalis non uidetur primò eſſe niſi reſpectu illius, cui appetit conueniẽs: illud autẽ eſt ipſe amans. Si ergo eſt primò reſpectu eius non põt eſſe magis reſpectu alterius. ¶ Propter illas duas rationes quidã dixerunt, ꝙ natura hominis nõ ſufficit diligere deũ ſuper omnia ſine habitu infuſo: quia nõ plus, quàm ſeipſum: Sed illę rationes nihil probant. arguunt enim de appetitu naturali: dubiũ quærit de appetitu, ut libero: qui ut ſic non eſt determinatus ad unum: ſed poteſt in utrumq; oppoſitorum, & in diuerſa obiecta etiam non oppoſita. Et ideo ſecundum ꝙ eſt liber ad quodlibet uolendum, uel nolendum: poteſt actu elicito uelle ſe non eſſe. Ideo aliter reſpõdetur ad dubium ſecundum opi. Sco. Ockam. Pe. de ali. & aliorum per quinq;

ppo. 1. propoſitiones. ¶ Prima. Viatoris uoluntas humana ex ſuis naturalibus poteſt diligere deũ ſuper omnia. Probatio omni dictamini rõnis rectę uoluntas ex ſuis naturalibus ſe poteſt conformare: ſed diligere deum ſuper omnia eſt dictamen rationis rectæ: ergo illi ſe poteſt uoluntas ex ſuis naturalibus conformare: & per conſequens deum ſuper omnia diligere. Conſequentia principalis nota: quia ſyllogiſtica: & minor probatur: quia ratio dictat inter omnia diligibilia aliquid eſſe ſummè, & ſuper omnia diligendum: cum non ſit proceſſus in infinitum, neq; in diligibilibus: nec in actibus diligendi. Nihil autem aliud a ſummo diligendum eſt ſummè: ergo dictat ſummum, ſcilicet deum eſſe ſummè diligendum. Maior probatur: quia circa quodlibet dictamen practicum intellectus, quo ſibi oſtenditur obiectum, ut circa ipſum aliquid uolendum, uel nolendum: uoluntas ex ſuis naturalibus poteſt habere actum, & non neceſſario malum ſe difformando dictamini: alioquin eſſet naturaliter mala: ergo poteſt habere actum bonum ſe conformando dictamini recto. Item ſi ſic: uoluntas non eſſet naturaliter libera ad tendendum in quodlibet ſecundum rationem boni ſibi oſtenſam. Non enim eſſet in ſua poteſtate quodlibet oſtenſum uelle, uel nolle: quod eſt contra Augu. iij. de libe. arb. Nihil eſt magis in poteſtate uoluntatis, quàm ipſa uoluntas: quod non eſt intelligendum de uoluntate, quo ad eſſentiam: ſed quo ad actum elicitum. ¶ Prẹterea: homo errans poteſt diligere creaturam ſuper omnia: & frui ea ex puris naturalibus: ergo pari ratione poteſt diligere deum ex ſuis naturalibus ſuper omnia, & frui eo. Mirum enim ualde eſſet, ꝙ uoluntas poſſet ſe conformare dictamini erroneo, & non recto. ¶ Item homo poteſt ex puris naturalibus uelle deum eſſe deum: & nihil aliud a deo eſſe deum. Sed talis uult deo maximum bonum, & nulli alteri uult tantum bonum: igitur ſic uolendo, plus diligit deum, quàm ſeipſum & quodcunq; aliud. Addit Sco. rationem de forti politico, quam ponderat: quia fortis politicus magis diligit rẽpublicam, quàm ſeipſum. Nam ſecundum rectam rationem exponit ſe ꝓ republica, & uult non eſſe, ut benè ſit reipub. Vult enim magis mori, quàm turpiter uiuere: turpiter fugit, qui cum iactura reipublicæ fugit. Si ergo poteſt quis rempublicam diligere plus ſe, non amore premij futuri, quod forte non credit, uelle dubitat: ſed amore uirtutis: ſequitur: ꝙ magis diligere poteſt deum republica: optimum rectorem, quàm ſeipſum. ¶ Secunda propoſitio. ppo. 2.

Actus amoris dei amicitiæ ſuper omnia, non poteſt ſtare in uiatore de potentia dei ordinata ſine gratia, & charitate infuſa. Probatur: quia ſecundum legem ordinatam cuilibet facienti, quod in ſe eſt: & per hoc ſufficienter diſpoſito ad gratiæ ſuſceptionem: deus infundit gratiam ſecundum illud prophetæ. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Zach. j. & illud Iacob. iiij. Appropiate deo, & appropinquabit uobis, ſcilicet per gratiam. & illud Lucæ. xj. Quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis. & Hiere. xxix.

Cum quæſieritis me in toto corde ueſtro: inueniar a uobis. & in Ps. xxj. Qui requirent eum: uiuent corda eorum. Viuimus autem per gratiam. hinc Chryſ. lib. j de compunctione cordis. Non, inquit, perſonarum acceptor eſt deus. Nos ſiquidem, ſi quod in propoſito noſtro, & uiribus noſtris eſt, expleamus: uenit ad unumquemq; gratia dei. de hoc ſup. lib. ij. diſt. xxvij. Sed perfectiſsimus modus faciendi quod in ſe eſt quærendi deum: appropinquandi deo, & conuertendi ad deum, eſt per actum amoris amicitiæ: nec alia diſpoſitio perfectior ad gratiā eſt homini poſſibilis: nā nullo actu magis appropinquare deo poſſumus, quā diligendo deū ſuper omnia. Hic. n. actus perfectiſsimus eſt omnium actuum reſpectu dei uiatori ex naturalibus habere poſsibilium: ergo eſt immediata, & ultima diſpoſitio ad gratiæ infuſionē: nec immediatior dari poteſt: & per conſequens ea exiſtente in eodem inſtanti infunditur gratia: quia ſubiecto diſpoſito ultimata diſpoſitione ad formam: forma immediate infunditur. In naturalibus ſiquidem nulla ratio eſt, cur poſterius infunderetur, & non in eodem inſtanti, quo eſt ſufficienter diſpoſitum: multò magis

R in gratuitis. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ actus diligendi deum ſuper omnia amore amicitię, nō eſt prior tempore gratia: licet ſit prior natura. Sicut diſpoſitio prior

ppō. 3. eſt ad formam, ad quam diſponit ¶ Tertia propoſitio: quamuis dilectio dei ex naturalibus, quæ dicta eſt, ſit prior natura, charitate, & gratia infuſis in eſſe naturę: charitas tamen prior eſt in meriti ratione. Prima pars patet ex præcedenti propoſitione. Secunda probatur: quia actus, qui ſit meritorius pręſupponit gratiam: & ratio meriti conuenit actui per gratiam: ut patet in ij. diſtinct. xxvij. & per cōſequens gratia pręcedit actum natura in ratione meriti. Vnde ſi amanti deum ſuper omnia non infunderetur gratia: quod fieri poſſet per dei potentiam abſolutam: actus ille amoris amicitiæ: licet eſſet moraliter bonus, & omnibus circūſtātijs moralibus (etiam circumſtantia finis) ſufficienter ueſtitus: non tamen eſſet meritorius. Ad actum enim eſſe meritoriū non ſufficit coexiſtentia gratiæ: alioquin uenialia peccata eſſent meritoria: ſed requiritur, ꝙ gratia concurrat effectiue. ¶ Ex quo uidetur ſequi: ꝙ peccator diſponens ſe ad gratiam, eliciendo hunc actum dilectionis dei ſuper omnia, non meretur: ſed benè cōtinuando eum. Patet: quia eius elicitio præcedit gratiam natura: & per conſequens non elicitur ex gratia. Cōtinuationem autem eius pręcedit gratia, & ad eam inclinat: ergo eſt meritoria. ¶ Quarta propoſitio. Habens ppō. 4.

actum diligendi deum ſuper omnia ex amicitia elicitum ex naturali facultate, non poteſt mortali peccato inquinari tali actu manente in uoluntate. Patet propoſitio: quia actus ille a gratia ſeparari nō poteſt: ſed gratia repugnat mortali peccato: ergo nec actus ille ſtare poteſt cum aliquo repugnanti gratiæ, quale eſt omne mortale. ¶ Ex quo infertur: ꝙ quantumcunq; homo diligat creaturam, ac in ea delectatur: dummodo nihil contrarium admittit huic actui dilectionis dei: quo ſcilicet non obſtante, toto corde uult deum eſſe ſummum deum, infinitum, omnipotentem, iuſtum, & omni perfectione pleniſſimum &c. propter ſeipſum: non peccauit mortaliter. Solum enim peccatum mortale eſt, quod huic actui contrariatur formaliter, uel interpretatiuè. Nam quicquid hunc actum non tollit: ſtat cum gratia, quę eſt animę uita & ita non erit mortale. Quoniam mortale dici non poteſt, quod uitam non adimit, neq; tollit. Hinc apoſtolus ea ne ſeparans a deo reducit ad nō diligere deum dicens j. Cor. ult. Si quis non amat dominum noſtrum Ieſum chriſtū: ſit anathema maranatha .i. ſeparatus a deo: cum dominus uenit .ſ. ad iudiciū. ¶ Quinta propoſitio poſt dominum Pe. ppō. 5.

de aliaco. Stante lege, nullus homo per pura naturalia poteſt implere præceptum de dilectione dei ſup omnia. Probatur: quia lex iubet, ꝙ actus eadem

ſub præcepto fiat in gratia, quæ eſt habitus ſuper naturalis: ergo licet exiſtés extra gratiam per ſola naturalia poſſet deum diligere ſuper omnia: non tamen implet præceptum ad intentionem præcipientis, niſi ſit in gratia. Et hoc eſt, q multi doct. dicunt: q homo poteſt implere præceptum quantum ad ſubſtantiam facti cadentis ſub præcepto: non tamen quantum ad facti circumſtantiã, & intentionem præcipientis: & ad hoc eſt determinatio eccleſ. de conſe. di. iiii. cap. ulti. Qui dixerit, q ſine gratia poſſumus mandata dei implere per libe. arbi. anathema ſit. Contrarium enim fuit hæreſis pelagiana. & hoc infert diſt. penult. q. ij. ſenten. ſuarum: ubi laté hanc materiam pertractat: q ſi quis eliceret actum dilectionis dei ſuper omnia ex puris naturalibus ſine gratia, non eſſet meritorius. Infert quoq;, q nullus homo poteſt ſtãte lege per pura naturalia ſine gratia recté agere ſimpliciter, & abſoluté. Quod probat: quia nullus ſimpliciter abſoluté agit recté, niſi qui agit conformiter diuinæ legi: ſed nullus ſic agit, niſi ſit in gratia ſecundum legem ſtatutam: ergo. Poteſt tamen aliquis ſtante lege per pura naturalia ſine gratia moraliter recté agere: quia poteſt agere conformiter rectæ rationi; quam philoſophi morales: ſicut Ariſtoteles, Tullius, Seneca, & alij ſimiles, uocaſſent rectam rationẽ: ſed conſtat, q exiſtens extra gratiã poteſt ſic agere: ergo &c. Verum tamen faciens actum præcepti quantũ ad actus ſubſtantiam, non tamen ex charitate, ſic tranſgreditur præceptũ: & per hoc peccat mortaliter: ut dicetur infra diſt. xxxvij.

Dub. 3. S Tertió dubitatur de ratione obiectiua actus charitatis: uel generalius, quæ ſit ratio formalis obiectiua actus dilectionis dei ſuper omnia: an ſit ratio dei abſoluta: an ratio dei, ut creatoris, redemptoris, beatificatoris: aut aliqua talis alia. ¶ Pro reſponſione notandum, q ratione formali obiecti aliquando intelligitur aliquid reale exiſtens formaliter in obiecto: aut intelligitur aliquid in intellectu obiectum apprehendens: puta conceptus ſeu cognitio mentis obiectum repræſentans, & quo ab intellectu uoluntati præſentatur. Si primo modo: ſic non eſt niſi una ratio eſſentialis in deo: plures uero relatiuæ: quia in deo nõ eſt niſi una eſſentia, & plures relationes: non eſſentialiter: ſed realiter diſtinctæ; Unde omnia attributa, quæ de deo eſſentialiter, ac per hoc de tribus perſonis prædicantur communiter: nihil diſtinctum important in deo. Exẽpli gratia. Sapiẽtia nihil aliud importat in deo, quã potentia, quàm bonitas, quã iuſtitia. Nã idem omnibus modis eſt in deo ſapientia, potentia, bonitas, iuſtitia, miſericordia &c. Et ſi illi termini acciperentur præciſe pro ſapientia diuina, potentia diuina &c. non importando aliquam creaturã: eſſent ſimpliciter ſynonyma: ut dictum eſt lib. j. diſt. ij. q. j. Si uero per rationem formalem obiecti intelligitur actus cognoſcendi, qui conceptus etiã dicitur, quo cognoſcitur obiectum ab intellectu: & ab eodem uoluntati præſentatur: ſic de deo poſſunt haberi diuerſæ rationes formales, tanquam de obiecto uolibili: immo tot, quot de eo poſſunt haberi conceptus non ſynonymi. Et in genere poſſunt eſſe duæ rationes formales dei, ut obiecti: aut forte triplex, ut ponit Sco. diſt. præſenti.

R Una, quæ repræſentat deum in ſe non per reſpectum ad aliquid extra ſe, ideſt ad creaturã, ſiue ſit ratio abſoluta, ſiue relatiua. Altera ratio obiectiua eſt conceptus repræſentans deum in ordine ad creaturam: ut bonum ſeu conueniens creaturæ: ut ſunt rationes creatoris, redemptoris, beatificatoris, conſeruatoris, & ſimiles. Tertia poſſet eſſe ratio cõplexa, uel incomplexa non curo: includens utrumq; ideſt repræſentans deum, ut bonum infinitũ in ſe, & participabile creaturæ. ¶ Supponitur etiam ex primo articulo: q omnis amor affectiuus eſt amor amicitiæ, aut amor concupiſcentiæ. Tunc ad dubium ſit prima propoſitio. ¶ Ratio formalis obiecti amoris amicitiæ dei, & per hoc charitatis eſt ratio dei abſoluta, uel relatiua ad intra: & intelligo per rationem abſolutam ratio nem non relatiuã. Hæc eſt ratio quæ- ppo. 1. T

cuiuſque, importans deum in ſe non per reſpectum ad creaturã. Probatur: quia ratio formalis obiecti amoris amicitiæ, eſt ratio repræſentans obiectum eo modo, quo in ipſum tendit uoluntas amando. Sed amore amicitiæ uoluntas tendit in obiectum in ſe non in ordine ad amantem uel ad aliud ab amato, ergo obiectiuum formale eſt ratio repræſentans rem, ut eſt in ſe non in ordine ad aliud extra ſe.

Corol. ¶ Corollarium. Siue deus apprehendatur abſolutè ſimpliciter, ut a beatis: ſiue ut uiuens, intelligens: ſiue ut bonũ infinitum, ut ſapiens, potens &c. in ſe ipſo: quia ſic apprehenſus amari poteſt amore amicitiæ: quælibet harum rationum eſt ratio formalis obiecti amoris amicitiæ. Volendo enim deum eſſe infinitum, uiuentem, ſapientem: uolendo primam perſonam eſſe patrem: ſecundam eſſe filium: tertiam eſſe ſpiritum ſanctum, ama deum amore amicitiæ.

ppo. 2. ¶ Secunda propoſitio. Ratio formalis obiecti amoris dei concupiſcentiæ, eſt ratio repræſentans deum, ut bonum noſtrum, aut creaturæ cuiuslibet. Et ſic per reſpectum ad creaturam, ut eſt ratio creatoris, conſeruatoris, gubernatoris, redẽptoris, beatificatoris, & ſimiles. Patet, quia illæ rationes repræſentant deum, ut in ipſum tendit uoluntas amore concupiſcentiæ. Nam uoluntas uolens deum eſſe creatorem, redemptorem &c. amat eum amore concupiſcentiæ: & accipitur ratio formalis obiecti ſecundo modo.

ppo. 3. ¶ Tertia propoſitio. Si eodem actu poteſt uoluntas amare deum amore amicitiæ, & concupiſcentiæ, id eſt ut bonum in ſe, & ut bonum creaturæ: ratio obiecti formalis talis amoris, eſt ratio repræſentans deum, ut tale eſt, ſc. infinitum in ſe: & ut participabile a creatura: id eſt ut bonum creaturæ. patet ſatis ex dictis.

ppo. 4. ¶ Quarta propoſitio. Accipiendo rationem formalem obiecti amoris dei, ſiue amicitiæ, ſiue cõcupiſcentiæ primo modo, una eſt tantum ratio formalis abſoluta, & tres relatiuæ, ſcilicet eſſentia diuina: & tres perſonæ. Patet quia ratio formalis illo modo eſt aliquid in deo. In deo autem nihil aliud eſt: quam una eſſentia diuina, & tres perſonæ relatiuæ. Nec aliud in deo amari poteſt, ſiue amore concupiſcentiæ, ſiue amicitiæ: uide latius in Petro, ubi ſupra q. iij.

Dub. 4. ¶ Dubitatur quarto. Vtrum actus amoris amicitiæ ſit ſemper rectus: & uidetur quod non. Tum quia tunc ſuperfluus eſſet habitus charitatis dirigens uoluntatem, ne ſic amando a recta ratione deuiet. Fruſtra enim ponitur aliquod dirigens potentiam in eo actu, in quo non poteſt deuiare. ¶ Præterea: poſſet aliquis elicere actum amoris amicitiæ tempore indebito: quo ſcilicet tunc ex præcepto diuino eſſet obligatus ad actionẽ aliquam circa creaturam, quæ nõ cõpateretur ſecum actum amoris amicitiæ circa deum: ſi ergo ſic eliceret actũ amore amicitiæ tranſgrederetur præceptũ negligendo actionẽ debitam: igitur ſic eliciendo actum amoris amicitiæ peccaret. Similiter deus poſſet præcipere alicui, quod pro certo tempore non amaret actualiter deum: quo poſito eliciens actum amoris amicitiæ ageret contra uoluntatem dei præceptiuã: ergo peccaret. In oppoſitum eſt beatus Bernardo de diligendo deum, ubi dicit, quod modus diligendi deum eſt diligere ſine modo: & loquitur de dilectione ordinata, & meritoria. Si ergo non eſt modus huius dilectionis determinatus: ſequitur quod quodcunque fiat, ſemper benè, & rectè fiat. Reſpondetur ſecundũ Scot. & doct. communiter, quod actus amoris amicitiæ dei ſuper omnia eſt ſemper rectus nec poteſt aliquando eſſe diſtortus. Vnde dicit Scot. quod diligere deum ſuper omnia, eſt actus de ſe rectus, cuius rectitudo per ſe nota eſt: ſicut rectitudo primi principij in operabilibus: & in i. diſt. vj. q. ij. ait. Deus non poteſt inordinatè amari ex amicitia: quia eſt tale amabile, quod ex ſola ratione ſui ut obiectum eſt, dat completam rationẽ bonitatis actui complete intenſo. Et probatur etiam ratione: quia actus amoris amicitiæ dei nõ poteſt excedere, nec deficere, & hoc nec ratione obiecti, nec ratione actus uel modi. Quòd non ratione obiecti: oſtenſum eſt præcedenti diſt. quia uirtus theologica non eſt in medio ratio-

Deus non poteſt inordinatè amari.

ne obiecti: & ita nec actus eius. Et patet clarius in propoſito: q̄a amor dei amicitiæ eſt dei in ſe, ſecundū q̄ ē entititas quædam infinita ſine relatione in aliud. Et ideo non poteſt excedere, uel eſſe minus quoad bonum uolitum: quia infinitum eſt bonū, quod uolumus deo; & ideo excedi non pōt: nec pōt deficere quo ad obiectum: q̄ amando deū amore amicitiæ: hoc uolumus deo, quod ipſe eſt: nec aliud uelle poſſumus amando. Nam ſi aliquid deo uellemus, quod ipſe non eſt: iam non amaremus: quia non uellemus ſibi bonum: cum omne bonū ſibi poſsibile habet: nec aliquando non habere poteſt. Quicquid autem non habet (uerius quicquid non eſt) nō eſt ſibi bonum. Hæc ergo uolendo ſibi non amaremus, ſed odiremus: puta uelle eum eſſe angelum, uel creaturam: aut iniuſtum, ſeu non omnipotentem. Volendo autem ſibi bonū, quod ipſe eſt: nihil minus infinito uolumus: ergo non eſt defectus ex parte uoliti: neq; quoad actus amoris modum excedere poteſt: quia non poteſt actus amoris dei eſſe nimis intenſus: quia deus: cum ſit bonum infinitum, eſt diligibilis amore infinito. Et ideo amor, quo homo ſeu creatura quęcunq; diligit deum, non poteſt eſſe nimius: quia non poteſt excedere infinitum. Sed nec poteſt attingere: quia omnis amor creaturæ eſt finitus: hinc dicitur Eccleſi. xliij. Glorificate deū, quātum poteritis: ſuperualebit adhuc mirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominum exaltate illum, quantum poteſtis. Maior eſt enim omni laude. Maxime autem deum glorificamus: cum eū ſuper omnia diligimus: Vnde quāto dilectio dei eſt intēſior, tanto eſt melior. Summe ergo bene uolendo deo propter ſe non poſſumus errare. Nec etiam talis amor dei amicitiæ deficere poteſt, ut ſit non rectus, ſi fuerit remiſſus, quia amando deum quantumcunq; remiſſe bene uolumus deo, & bene uolendo deo propter ſe nihil a deo tollimus: ſed magis uoluntate noſtra attribuimus. Et licet amoris actus alius alio ſit remiſsior: nō tamen ideo diſtortus, aut non rectus: ſicut, & in cæteris uirtutibus, uirtus remiſſa licet deficiat a perfectione uirtutis intenſæ: non tamen ideo deficit a rectitudine. Nec propter hoc deſinet eſſe actus. Remiſſa enim uirtus, uirtus eſt. Etiam non poteſt eſſe exceſſus, uel defectus circa aliquod ordinatum ad finē in actu amoris amicitiæ dei, quia actus ille eſt circa finem, tanquam circa obiectum, & non circa aliud, nec circa ipſū deum, ut refert ad aliud. ¶ Per hoc ad rationes: ad primam negetur conſequentia, q̄ ſuperflueret habitus charitatis: q̄a habitus non ſolum ponitur, ut dirigat uoluntatem in actu, ne erret a regula rationis rectæ: ſed etiam ut frequentius actum eliciat, ut etiā facilius eliciat: nec impedientibus ab eliciendo cedat: atq; ut expeditius, & delectabilius eliciat: ut. q. i. j. diſt. xxi j. patuit. Et hęc habent locū in habitu charitatis: licet non dirigat: ne ſic amando erret circa amorem amicitię dei. Verum quia charitas etiam inclinat ad diligendum ſeipſum, & proximum propter deum, & in deo: circa quē actum poteſt contingere error: & ergo circa illum actū dilectionis proximi poteſt dirigere uoluntatem. ¶ Ad ſecundū dico negando aſſumptum: q̄ aliquis poſſet deum diligere tēpore indebito. Omne enim tempus congruit diuino amori dicente pſalm. Benedicam dominum in omni tempore. ¶ Ad probationē dicitur, q̄ nulla eſt actio circa creaturam, quæ non compatiatur ſecum dei amorem actualē, ſaltē a deo præcepta: eo ipſo enim, q̄ actio præcepta eſt a deo: ordinabilis eſt in deum. Nam agens aliquid, quia præceptum a deo: iam illud agit propter deum: & ſic agendo ordinat in deum. Ordinatio autem alicuius in deum tanquam in finem ultimum, fit per actum amoris amicitiæ. Vnde per amorem amicitiæ non præſtatur impedimentum cuicunq; actioni bonę, ſed magis promouetur. ¶ Ad confirmationem admiſſo, quod aſſumit, q̄ deus poſſet præcipere & ea licet poſſet reuocari in dubium. ¶ Dicitur conſequenter: q̄ ſtante præcepto, talis non poſſet elicere amorem amicitiæ dei. Impleat enim amare

Amor creaturæ eſt finitus.

mare

mare deum amore amicitiæ contra pręceptum diuinum: quia ut dictum eſt: amans deum amore amicitię, uult eum eſſe ſummũ, & omnibus ſuperiorem, & pręceptorem: & ita pręcepta ſua a ſe, & omnibus obſeruari. Stante ergo præcepto ſibi facto de non eliciendo: ſi eliceret actum, nõ eſſet actus ille dilectio dei ſuper omnia. Non enim præferret deũ ſuę proprię uoluntati, qua tranſgreditur præceptum: & non uult deum eſſe ſummũ &c. Et tantũ de illa quæſtione.

DISTINCTIO. XXVIII.

DETERMINATO de charitate in ſe, & eius pręcepto: conſequẽter in hac diſt. xxviii. magiſter agit de charitatis obiecto, oſtendens quæ ſint a nobis charitate diligenda. Et colligitur ſententia textus in ſubiectis tribus concluſionibus. ¶ Prima. Quatuor diligendarum rerum genera: ſcilicet deus, qui ſupra nos eſt, noſipſi; & proximus, qui iuxta nos: ac corpus, quod infra nos eſt: a nobis ſunt charitate diligenda. ¶ Secunda concluſio. In duobus charitatis pręceptis omnia diligenda charitate cõprehenduntur, expreſſe, uel implicite: deus uidelicet in primo: & proximus in ſecundo expreſſe. Noſipſi & corpus in ſecundo pręcepto implicite, cum dicitur: diliges proximum tuũ ſicut teipſum. ¶ Tertia concluſio. Non deus ſecundum diuinitatẽ, ſed chriſtus ſecundum humanitatem, & angeli ſunt a nobis ſicut proximi diligendi.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionem quęritur: utrũ tãtũ quatuor rerũ genera ſunt eodẽ charitatis habitu diligenda. ¶ Solito more tribus articulis hęc queſtio diſ-

Arti. 1. ſoluẽ. Primus erit notabiliũ: ſecũdus cõ-

Not. 1. cluſionũ: tertius dubiorũ. ¶ Quãtũ ad primũ notãdũ: quod nõ omne diligibile eſt diligẽdũ charitate. Nã cuicũq; poſſum uelle bonũ, illud poſſum diligere: cũ diligere aliquid nihil aliud ſit, quã uelle alicui bonũ. Et cum ens, & bonũ cõuertãtur: ſequitur, quod nõ omne ens eſt diligibile. Etiam uolendo alicui bonum, quod nõ habet nec ipſum habere cõdecet ſic uolendo ipſum diligo: licet inordinate. ¶ Preterea: quolibet ente poſſum frui: licet inordinate. Fruitio autem dilectio eſt; ut patet ex diſt. j. lib. primi. Sed charitate diligibile eſt illud bonum ſolum: & omne tale, quod ſub obiecto adęquato charitatis includitur, ſeu continetur. Eſt autem ſecundum Petrum de aliaco q. unica iii. ſentent. obiectum adæquatũ charitatis, deus. & omne, quod deus uult a nobis propter ſe diligi: natum participare deum beatifice de potentia ordinata. ¶ Per primũ terminũ deus, exprimitur obiectũ principale, & primariũ charitatis: quod ſolum propter ſe diligitur tanquam finis ultimus, & ſummum diligibile: omnia autem alia propter eum. Dicitur omne, quod uult, a nobis propter ſe diligi. Hic tãguntur obiecta ſecũdaria: ut creaturę rationales, quę nõ propter finaliter: ſed propter deũ principaliter ſunt amãdę. Dicitur natũ participare deum beatifice: per quod excluduntur creaturæ irrationales, quę non ſunt partes creaturę rationalis: hę enim nõ ſunt capaces beatitudinis. ¶ Sed notãdum: quod creatura dupliciter põt participare beatitudinẽ. Vno mõ formaliter: quia põt per actũ beatificũ formaliter tẽdere in deũ ipſũ uidẽdo, & eo fruẽdo: & ſic ſola creatura rõnalis eſt capax beatitudinis. Alio mõ põt participare deũ beatifice: nõ formaliter fruẽdo deo: ſed quia põt participare aliquẽ effectũ beatitudinis, ſeu glorię in ipſum redũdantis. Sic corpus noſtrũ participando dotes glorię ex beatitudine animę in ipſum redũdãtes (quę ſunt quidã effectus glorię) dicitur participare deũ beatifice. Quõ aũt dotes ſunt effectus glorię: pertinet ad quartũ librum. ¶ Secundo notandum, quod actus charitatis proprius, eſt amor amicitiæ dei mediatus, uel immediatus. Nam

Creatura dupliciter participat beatitudinem.

Not. 2. B

ut dictum eſt diſt.xxvj. Amor dei concu
piſcentiæ, quo diligitur deus, ut bonum
noſtrum, eſt actus ſpei: & dicitur amor
mediatus, uel immediatus. Amorem dei
immediatũ uoco amorem dei termina
tum in deo præciſe: quo deus in ſe, &
propter ſe diligitur: & non in creatura
ita, ꝙ illo actu ſolus deus diligitur pro-
pter ſe. Mediatum uoco amorem, quo
amo proximum propter deum, quo. ſ.
primo proximus: & per proximum ama
tur deus. Omnis. n. charitatiua dilectio:
etſi quãdoq; ad creaturam terminatur,
non tamẽ ibi ſiſtit: ſed ultra refertur in
deum. Vnde actus, quo amo creaturam
propter ſe præciſe nõ referendo in deũ:
nunquã eſt actus charitatis: neq; amor
creaturæ, propter deum eſt actus chari-
tatis propter amorem creaturæ: ſed pro
pter amorem dei in amore creaturæ pro
pter deum incluſum. Non. n. eſt actus il
le actus charitatis, ut terminatur in pro
ximum, ſed ut refertur ultra in deum, tã
quam in finem propter ſe ſumme dile-
ctum. Ideo Augu. loquens de dilectio-
ne proximi charitatiue diligendi, dicit
eum diligendum non in ſe, ſed in deo,
Not. 3. uel propter deum. ¶ Tertiò notandum,
C ꝙ ſicut dictũ eſt de habitu fidei, & ſpei:
Duplex habitus charitatis. ita ſimiliter hic diſtinguitur duplex ha-
bitus, charitatis: infuſus. ſ. & acquiſitus.
Infuſus unus ẽ reſpectu oium diligibiliũ
dei. ſ. & creaturæ propter deũ, qui prin-
cipaliter inclinat ad diligendum deum
propter ſe, & omne, quod uult deus dili
gi propter deum. & mediante illo tan-
quam principio partiali inclinat ad dili-
gendum proximum. Vnde ſi diligo deũ,
& omne, qđ deus uult a me diligi: & poſt
conſtet mihi per ſcripturã, ꝙ deus uult
a me diligi: tunc charitas infuſa inclinat
me mediatè: quia mediante actu ſuo,
& charitate acquiſita, ac uoluntate tã-
quam potentia ad diligendum a. ſicut
modo conſtat per ſcripturam: ꝙ deus
uult inimicum meum pro ſtatu iſto dili-
gi a me. Et tunc per habitum charitatis
infuſæ cum charitate acquiſita: inclinor
ad diligendum inimicum. Poſtquam ue
ro inimicus damnabitur: tunc non di-
ligam eum, quia tunc deus non uult me
diligere eum: & tamẽ ſemper manet idẽ
habitus charitatis. Poſſet etiam dici ſe-
cũdum aliam opinionem ſimiliter ſicut
de fide; ꝙ habitus charitatis infuſus im
mediatè inclinat; tamen concurrente
charitate acquiſita ad quemlibet actum
diligendi deum propter ſe: & creatu-
ram, quam nobis deus uult diligi pro-
pter deum. ¶ Habitus uero charitatis ac
quiſitus ſecundum diuerſitatem actuum
ſpecie diſtinctorum, & ipſe plurificatur
ſpecie. Ex quo patet, ꝙ bonitas, proximi
non mouet ad diligendum eum chari-
tatiuè: ſed bonitas dei propter cuius, prę
ceptum de diligendo proximum: dili-
gens deum uult diligere, & proximum,
ſiue bonus ſit, ſiue malus. Quartò notan Not. 4.
dũ ꝙ nomine proximi intelligitur qui- D
libet, cuius dilectio, & amicitia eſt deo
grata, ita ut placeat deo, ut ab ipſo dili-
gatur id eſt omnis ille, a quo deus uult
diligi. Non. n. debeo rationabiliter, ait Dilige-
Sco. uelle ſumme dilectum ab illo con- re pro-
diligi, a quo non uult diligi, cuius. ſ. di- ximum
lectio non eſt ſibi grata. Nam diligere charita
proximum charitatiuè: eſt uelle proxi- tiuè qd
mo ineſſe dilectionem dei ſiquidem ni eſt.
hil melius poſſum uelle proximo ineſſe,
cum dilectio dei ſit ſummum donũ pro-
ximo communicabile: qa ergo certum
eſt bonorum dilectionem eſſe deo gra-
tam abſolutè uolendum eſt dilectionem
dei ineſſe eis. Et quoniam hoc de quo-
cunq; uiatore ſignato eſt dubium: de-
beo hoc ſibi uelle ſub cõditione. ſ. ſi pla
cet ei ab eo diligi. Circa uiatores autem
in communi: quia ſemper ſupponendũ
eſt aliquos eſſe bonos, quorum dilectio
eſt ſibi grata, uel non diſplicens poteſt
haberi actus abſolutè uolendi deum ab
eis condiligi. Circa damnatos autẽ, dę
mones, uel homines, qui ſunt ei actuali-
ter diſplicentes, nõ debeo eos uelle deũ
diligere. hæc Scotus. Quantum ad ſecũ Arti. 2.
dum articulum eſt concluſio prima. Tã Cõcl. 1
tum ſunt quatuor diligibilium genera E
habitu charitatis diligenda. Probatur
concluſio auctoritate beati Augu. quæ
habetur in litera: & ratione ſic. Quicũ
que ſunt beatitudinis nobiſcũ participes
a nobis ſunt charitate diligendi: ſed ta-

les ſunt tantum quatuor ergo. Conſequentia nota. Maior patet ex notabili primo, quia quilibet capax beatitudinis continetur ſub obiecto charitatis. Minor probatur: quicunq; ſunt charitate diligendi, aut ſunt deus: aut noſipſi: aut proximus: aut noſtrum, uel proximi corpus: illi differunt genere. Nam deus genere differt ab omni creatura: depēdēs enim, & independens genere differunt: ſolus deus eſt independens: omne aliud a deo eſt dependens. Item noſipſi genere differimus ab angelis, & animabus ſeparatis, quæ tamen ſunt proximi noſtri: licet non differamus genere ab omnibus proximis: quia homo nō differt genere: immo nec ſpecie a proximo homine beato, uel uiatore. Genere dico, aut ſpecie eſſentiali: licet bene accidentali. Similiter, & corpus noſtrum, aut proximi diſtinguitur genere a nobis, & proximo: ſicut ſimplex a compoſito. Quòd autem præter illa quatuor genera, nulla alia ſint charitate diligenda. patet: qa nulla alia ſunt beatitudinis capacia: ergo nulla alia continentur ſub obiecto charitatis: ergo diligibilia charitate.

Cōcl. 2 F ¶ Secunda cōcluſio. In omnibus creaturis diligibilib' charitate, una ſpecie eſt charitas infuſa. In eodē uero ſuppoſito reſpectu omnium charitate diligibilium eſt numero una. ¶ Dicitur notanter creaturis: quia deus licet charitate nos diligat: non tamen per habitū infuſum: ſed ipſe eſt charitas, qua nos diligit. Charitas dico eſſentialis: & ſpiritusſanctus charitas notionalis. Sed cōcluſio probatur: quia una eſt charitas infuſa, quæ inclinat ad diligēdum omnia beatitudinis capacia mediate, uel immediate: ut dictum eſt in notabili tertio. Vna dico ſpecie in diuerſis ſubiectis: qa in diuerſis ſubiectis non poteſt eſſe unū accidens numero ſecundum potentiam ordinatam, ſiue naturaliter. In eodem autem ſubiecto non multiplicatur numero: quia non poſſunt eſſe plura accidentia numero in eodem ſubiecto: niſi ſint partes unius totius accidentis, in quo uniuntur ſicut gradus intenſionales.

Cōcl. 3 ¶ Tertia concluſio. Tot ponendi ſūt habitus charitatis acquiſiti ſpecie diſtincti, quot ſunt actus tales, deum, & proximum ex charitate diligendi. Probatur: qa actus a charitate eliciti, aut charitatem generantes, ſpecie diſtinguuntur, ut actus diligendi deum propter ſe præciſe: & actus diligendi proximū propter deum: ergo, & habitus ex eis geniti. Tenet conſequentia: quia diſtinctio habituum ſequitur diſtinctionem actuū ex quibus generantur: ut ſupra habitum eſt. Antecedens patet: quia omnes actus habentes diuerſa obiecta totalia diſtinguūtur ſpecie: plus enim differunt, quā duo actus eiuſdē obiecti in diuerſis ſubiectis. Tales aūt differunt numero: ergo actus plus differentes differūt ſpecie: qa omnis differentia maior numerali eſt ſpecifica. Dicitur totalis: quia eodē actu poſſum diligere deum, & proximū propter deum: & ſed nullum eorum eſt obiectum totale partiale: ideo non ſunt plures actus: ſed unus tantum. de hoc ſupra in. j. diſt. j. Et tantū de arti. ij.

Arti. 3. Dub. 1. G ¶ Quātum ad tertium articulum dubitatur primò: utrum angeli, & beati ſint proximi noſtri: & uidetur, q non: quia iuxta parabolam Luce. x. Proximus eſt, cui bene facere poſſumus, ſed angelis, & beatis beneficia nulla poſſumus impendere. Tū quia nulla nobis cum eis eſt conuerſatio: ideo nec amicitia. Tum quia quietati ſunt in omni ſuo deſiderio: quia perfecte beati. In oppoſitum eſt magiſter in textu. Reſpondetur, quòd tam angeli ſancti, quàm beati, quā animę in purgatorio exiſtētes ſunt nři proximi: nā sūt nobiſcum capaces beatitudinis: ergo noſtri proximi. Tenet conſequentia: qa omnis creatura beatitudinis capax formaliter noſter, proximus eſt. Item omnis creatura rationalis uiatrix proximus dicitur: ſecundum Pe. Camera. Aug. ſermo. ij. dominicæ. xx. qui eſt in numero. ccxxxix & in ſermo. ccxxj. idem uult. Et dico creatura propter deum, qui propter infinitam excellentiam ſuæ naturæ diuinæ proximus noſter dici non poteſt: ſed dominus noſter. Quem etiam non ſicut noſipſos (quod de proximo præcipitur) ſed ſuper nos toto corde, &

An angeli, & beati ſint proximi noſtri.

animã diligere debemus: & hoc uerum eſt ſecundum naturam diuinam. Chriſtus tamen ſecundum naturam humanã proximus noſter dici uoluit in ſupra allegata parabola incidentis in latrones: ubi per Samaritanum ipſe intelligitur: qui curam ſauciato impendit, & miſericordiam. Ideo proximus eius domino ſententiam legiſperiti approbante dictus eſt. Nam & nos fratres appellare dignatus eſt. Mat. ult. Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in galileam &c. Dicitur etiam capax formaliter beatitudinis propter corpus noſtrum: quod proximus noſter dici non poteſt: qa infra nos eſt. Nec capax diuinæ fruitionis, & uiſionis, quæ ſunt beatitudo formalis: eſt tamen capax gloriæ per redundantiam: ut dictum eſt. ¶ Ad rationes reſpondetur. Vno modo ſecundum magiſtrum: licet angelis beneficia impendere non poſſumus: ipſi tamen nobis beneficia impendere poſſunt, & multiplicia impendunt: & per hoc nos eorum proximos conſtituunt. Sed cum non leo proximus ſit relatiuum æquiparantiæ: ut proximus ſit proximi proximus: qa nos proximi eorum ſumus: ſequitur, ꝙ & ipſi noſtri ſint proximi. Alio modo etiam poſſet dici, ꝙ etiã nos ipſis beneficia præſtamus, inquantum ex bona, & meritoria noſtra conuerſatione eos lætificamus: beatitudinem eorum accidentalem augmentando: ſecundũ illud Luc. xv. Gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Deſiderant. n. ciuitatem ſuam (ruinam paſſam) ex nobis reſtaurari. Ideo beneficium ſibi præſtari a nobis reputant: quoties nos tanquam lapides uiuos ad eiuſdem cæleſtis ædificij reſtaurationem operibus meritorijs coaptamus. ¶ Ad ſecundum dicitur: ꝙ licet non ſit nobis nunc cum angelis in uita humana conuerſatio: neq; cum animabus ſeparatis; erit tamen nobis in beatitudine iucundiſsima conuerſatio: & etiam nunc cum eis communicamus in uita gratiæ: licet non in uita naturæ. ¶ Ad tertium dicitur: licet ſint beati, & quietati in ſuo deſiderio quantum ad beatitudinem eſſentialem: non tamen quoad accidentalem, quæ in dies augetur uſq; ad finale iudicium: quoties peccatores conuertuntur: & purgati ad gloriam aſſumuntur. ¶ Dubitatur ſecundo, utrum dæmones, & damnati ſint ex charitate diligendi: & arguitur ꝙ ſic. Omnis dilectio meritoria eſt charitatiua: ſed aliqua dilectio dæmonis, aut damnati eſt meritoria: ergo. Conſequentia nota. Maior probatur, quia omnis actus meritorius procedit ex charitate, & gratia ut patuit in ij. diſt. xxvij. ergo omnis dilectio meritoria eſt charitatiua. Item: n. eſt eſſe charitatiuum, & eſſe ex charitate. Minor probatur, qa quis poteſt uelle dæmonem eſſe naturã intellectualem: quia talem eam deus condidit; & ſic eius naturam conſeruat: & hoc uolẽdo diligit dæmonem ex charitate. Quod diligit, probatur: quia uult bonum dæmoni, uolendo eum eſſe tam nobilẽ naturam: hoc. n. eſſe bonum eſt. Quod ex charitate: probatur; quia ad hoc uolendum inclinat charitas, quia charitas inclinat ad uolendum omne uolitũ a deo ſcitum eſſe tale, eo ꝙ deus ſic uult. ¶ Preterea iubemur mali, & peccatoris naturam diligere: quia bona, & ad imaginem dei creata, uitium uero odire: hoc autẽ conuenit damnatis, quorum natura eſt bona. Similiter poſſet argui de brutis: ꝙ eſſent ex charitate diligenda, qa poſſumus eis meritorie uti ad laudẽ dei: & ſic eis uelle bonum naturale. ſ. ualitudinem: & tamen non ſunt aliqua horũ quatuor diligibilium. ¶ Pro reſponſione ad dubium notandum, ꝙ aliquid charitatiuẽ, uel ex charitate diligere accipitur dupliciter. Vno modo ſtrictẽ ſecundum deſcriptionem obiecti charitatis in primo notabili poſitam: ut. ſ. eſt aliquid diligere ex gratia tanquam amicum ſecum in beatitudine communicatiuum. Et ſecundum hanc acceptionem diuiſit beatus Aug. & magiſter diligibile ex charitate in quatuor genera diligibilium. Alio modo accipitur largius pro omni diligere, ad quod charitas inclinat; qualis eſt omnis dilectio meritoria. ¶ Per hoc ad dubium reſpondetur; ꝙ loquendo de diligere ex charitate primo mõ:

Dub. 2. Vtrum dæmones ſint ex charitate diligendi.

dupliciter aliquid charitate diligitur.

hc nec

ſic nec dęmones, nec damnati, nec bruta, nec quęcunq; non rationalia: puta nec uirtutes: nec beatitudo ipſa formalis ſolo corpore humano excepto, ſunt ex charitate diligibilia: quia non ſunt diligibilia: ut amica nobiſcum in beatitudine communicatiua. Accipiendo autem diligere ex charitate ſecundo modo: ſic omnia prędicta, & omnis natura poteſt ex charitate diligi: quia qualibet natura uti poſſumus meritorie ad finem ultimum: & ſic utendo diligere ex charitate. Hæc eſt ſententia beatorum Tho. & Bonauen. pręſenti diſtin.

Dub. 3. I

¶ Poſſet etiam dubitari tertiò quomō noſipſos poſſumus diligere ex charitate: cū dicat Greg. homil. xiij. Nemo ad ſeipſum charitatē habere dicitur: ſed charitas in alterum tendit, ut charitas eſſe poſſit. Sed breuiter dicitur, ꝙ ſolutio huius dubii ſtat, in quid nominis termini. nam charitas quandoq; ſtrictiſsimè accipitur pro habitu, quo diligimus alterum in beatitudine nobiſcum communicatiuū: & illo modo loquitur Greg. Sed alio modo accipitur largius pro habitu, quo diligimus aliquod beatificabile, ſiue ſit a nobis diſtinctum, ſiue nō: & ſic accipit beatus Aug. & magiſter. Et tantum de illa quæſtione.

Charitas ſumitur dupliciter.

¶ DE ORDINE CHARITATIS. Diſtinctio. xxix.

POSTQVAM magiſter determinauit de charitatis obiecto: conſequenter oſtendit, quis ſit charitatis ordo. Trahūtur autē ex illa diſt. tres concluſiones ſententiā textus ſummarie continentes. ¶ Prima. Hic eſt ordo charitatis debitus: ut primò diligatur, quod ſupra nos eſt deus: ſecundò, noſipſi: tertiò, quod iuxta nos eſt, ideſt proximus: quartò quod infra nos eſt, noſtrum proximiq; corpus. ¶ Secunda concluſio. Quamuis ad idem obiectum ſcilicet ad beatitudinem eandem diligendi ſunt proximi: non tamen affectu, neq; effectu pari. ¶ Tertia concluſio. Quatuor charitatis gradus doctores ſancti innuūt, quos charitatem incipiētem, proficientem, perfectam, ac perfectiſsimā dicunt. Harum deductiones patent ex textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē quæritur, utrum ordinis obſeruatio circa diligibilia dilectione gratuita ſit ad ſalutē conſequendam neceſſaria. ¶ Tribus articulis hæc quæſtio abſoluetur. Primus terminos declarabit. Secundus per cōcluſiones reſpondebit. Tertius dubia mouebit.

Arti. 1. Not. 1.

¶ Quantum ad primum, notandum, ꝙ ordo charitatis, quo illud primò: iſtud ſecundò &c. diligitur: in propoſito non dicit ordinem temporis: ſed perfectionis. Poteſt autem perfectio illa dupliciter attendi: ſcilicet quantum ad charitatis affectum ideſt actum charitatis elicitum, uel delectationem conſequentem: uel quantum ad effectum .i. quantum ad actum imperatum, quo effectus alicui beneficij impenditur amato: & illa ſe non neceſſariò conſequuntur: quia poteſt aliquis actu multum intenſo alicui impendere modicum bonum, qualia ſunt bona corporis, & fortunæ, quæ minima ſunt ſecundum beatum Augu. Et poteſt quis affectu remiſſo alicui uelle impēdi maxima bona ſcilicet beatitudinem, & gratiam. Hic tamen notentur dicta ſupra diſt. xxvij de exceſſu amoris unius ſuper alium: quia perfectio actus charitatis non debet hic attendi ſecundum intenſionem actus gradualem ſimpliciter: ſed magis ſecundum appręciationem actus: uel quia fortior, & firmior: & eſt penè idem: ut dictum eſt loco, quo ſupra.

Ordo charitatis non eſt temporis, ſed perfectionis.

Not. 2. B

¶ Secundò notandum, ꝙ ſecundum beatum Amb. ut tangit magiſter in textu: ordo diligēdorum ſic aſsignatur. Ait. n. ſuper Can. c. ii. ſup illud. Ordinauit in me charitatem. Multorum charitas inordinata eſt: quod in primo eſt, ponūt tertio, uel quarto. Primò deus diligendus eſt. Se-

Ordo diligendorum.

cundò parentes; inde filij; poſt domeſti
ci, qui ſi ſint boni: malis filijs ſunt præ-
ponendi. Hoc in euangelio ad cuiuſli-
bet dilectionē proprium ponit. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde
tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus
uiribus tuis; & proximum tuum ſicut te
ipſum. Et inimicos nō ex tota uirtute:
non ſicut teipſum; ſed ſimpliciter: ſuffi-
cit enim, ꝙ diligamus: & non odio ha-
beamus. Hęc Amb. Quæ auctoritas per
concluſiones infra poſitas eſt declaran
Not. 3. da. ¶ Tertiò notandum poſt ſanctum Bo
na. ꝙ dilectio gratuita non ſemper con
cordat dilectioni naturali: nā gratia quā
doq; currit cum natura, uia cōſona, quā
doq; uia oppoſita: quandoq; uia diuer-
ſa. In hoc enim; ꝙ homo plus diligit ſe,
quam proximum: concordat naturę gra
tia. In hoc, ꝙ plus diligit ſe, quā deū na-
turę repugnat gratia. In hoc, ꝙ plus dili
git filium, quā patrem, currit natura di-
uerſa uia a gratia: hoc eſt, ꝙ gratia adue
niens in primo affectu, ſeu dilectione,
quo homo plus ſe, quàm proximum dili
git: ordinem ſaluat. In ſecundo ſimpli-
citer mutat, & facit hominem deū præ-
ponere ſibi. In tertio uero nouum ordi
nem dat: quia facit te plus diligere pa-
rentem, quā filium: & tamen illum affe-
ctum ad filium nō exterminat. Credo. n.
(ait ſanctus Bona.) ꝙ aliquis, qui habet
parentes, & filios dum mouetur affectu
gratuitę dilectionis, magis deſiderat parē
tum ſalutem: & tamē affectu naturæ ma
gis deſiderat filij ſanitatem. Ex illo ſequi
tur, ꝙ inclinatio naturalis non eſt ſem-
per recta: neq; uoluntas conformans ſe
inclinationi naturali, eſt ſemper recta.
Inclinatio enim naturalis eſt ad conſer
uationem ſuppoſiti: etiam in tempore
perſecutionis, dum pro chriſti nomine
moriendū eſt: & uoluntas tunc ſe con-
formans naturali inclinationi diſtorta
eſt: & non recta. Itē appetitus ſenſitiuus
naturalis eſt: quia non liber: & tamen
manifeſtum eſt, ꝙ uoluntas ſe illi con-
formans frequenter eſt uitioſa, & non
recta; ſed uoluntas conformans ſe le-
gi naturæ: hoc eſt principijs practicis
per ſe notis, quæ ſecundum apoſtolum
ad Roman. ij. ſcripta eſt in cordibus ho-
minum, illa eſt recta. Et ad hunc ſenſum
oportet trahere dictum beati Tho. diſ.
pręſenti. iij. ſcripto: qui eum uoluerit ſal
uare: & per hoc multa argumenta cau-
tus lector ſoluere poteſt. De hoc latius
dictum eſt diſt. vj. libri. ij ¶ Quantum ad Arti. 2.
articulum ſecundum eſt concluſio pri- Côcl. 1.
ma. Ordo debitus charitatis requiritur C
neceſsitate ſalutis. Probatur: quia dili- Ordo debitus charitatis.
gens non diligenda: aut æquè diligens,
quod minus, uel amplius diligendum eſt:
aut minus, uel amplius: quod æquè dili-
gendum eſt: contra ordinem diligit: ut
dicit Aug. & per conſequens contra le-
gem charitatis peccat. Tenet conſequē
tia: quia lex, ſiue præceptum charitatis
eſt maximum præceptorum, a quo cæte
ra dependent: & ideo tranſgreſsio eius
eſt culpa mortalis. Antecedēs probatur:
quia non ſolum actus charitatis: ſed etiā
& ordo, & modus eſt in pręcepto. Vnde
dicitur. Diliges dominum deum tuū ex
toto corde tuo &c. & proximum tuum
ſicut teipſum. Item probatur concluſio
auctoritate magiſtri in textu. Peccat, in
quit, qui præpoſterè agit. nam ſcire, quid
facias: & neſcire ordinem faciendi: non
eſt perfectę cognitionis. Ordinis namq;
ignorantia conturbat meritorum for-
mam. Item ſecundum Diony. & philoſo-
phum. Bonum eſt ex cauſa integra: ma-
lum autem multifarium. Ideo cuiuſcunq;
defectus circumſtantię in eſſe debitę red
dit actum uitioſum. ¶ Secunda concluſio. Côcl. 2.
Deus primò, & pręomnibus affectiuè &
effectiuè eſt diligendus. Hęc concluſio
ſatis probata eſt ſupra. diſt. xxvi. Item
in deo eſt ratio bonitatis pleniſsima:
quia bonitas infinita, cui nulla ratio bo
nitatis creaturæ comparari poteſt: utpo
te infinitè excedens omnē bonitatem
creatā: ita etiā nullus actus ordinatus di
ligendi creaturam, poteſt adæquare in
perfectione dilectionem dei charitati-
uam. Eſt ergo diligendus ſuper omnem
creaturam. ¶ Tertia concluſio. Om- Côcl. 3.
nia ex charitate diligenda citra deum, D
æquè ſunt diligenda quantum ad obie-
ctum principale dilecto uolendum.
Probatur concluſio: quia & nobis,

& proximis amicis, & inimicis uolendum eſt, ut beatificè poſsideant deum. Optanda eſt omnibus gloria, & gratia: ut uult beatus Auguſt. Allegans illud apoſtoli. Volo omnes uos homines eſſe, ſicut meipſum j. Corinth. vij. Et dixi notanter quantum ad obiectum principale: quia non ita oportet de obiectis ſecundarijs, ſcilicet medijs ad finem: quia quantum ad huiuſmodi particularia bona poſſunt plus, uel minus uelle uni, quã alteri: ut uni conuerſionem a malo: alteri conſeruationem in bono.

Cõcl. 4. E ¶ Quarta concluſio. Quilibet charitatiuè diligens plus debet diligere ſeipſum charitatem electiua, & effectiua, quã quẽcumq; aliã creatã. Probatur ſecundum ſanctum Bonauent. quia ſecundum rectum rationis iudicium, magis diligenda eſt ſalus propria, quã aliena: & bonum proprium, quã proximi: ergo &c. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia una quæq; res magis appetit perfectionem in ſeipſa, quã in ſuo ſimili: & ideo habens charitatem per tã plus appetit deũ uniri ſibi: & ſe in ipſum per charitatem tendere: & in eo quieſcere: quã hoc appetat in alio. ¶ Si dicis: charitas nõ quærit, quæ ſua ſunt ſecundum apoſtolum j. Corinth. x. & xiij. Dicendum uerum eſt, tantum ſecundum gloſ. hoc eſt: nemo quærit, quæ ſua ſunt cum iactura, aut ſcandalo cęterorum. ¶ Aliter probat Scotus hanc concluſionem: quia ubi plures concurrunt rationes dilectionis: maior eſſe debet dilectio: ſed principales rationes dilectionis ſunt unitas, & bonitas. In ſeipſo autem poſt rationem bonitatis infinitæ, in quo perfectiſsima ratio bonitatis concurrit: eſt alia ratio maxima, ſcilicet unitatis quę eſt perfecta identitas. Quilibet enim naturaliter inclinatur ad ſuiipſius dilectionem poſt bonum infinitum: in quo eſt perfectiſsima ratio bonitatis. ¶ Aliter probat. Nam charitas ex hoc, ꝙ eſt principium immediatum tendendi in deum actu recto: eſt principium uolendi cuilibet uoluntati potenti diligere deum, ꝙ diligat deum: & in hoc eſt principium reflectendi ſuper actus illos, quibus tenditur in deum: & in hoc principium uolendi cuilibet potenti diligere deum, ꝙ diligat deum, cuius amor eſt ſibi gratus, uel non diſplicens: & in hoc eſt principium diligendi proximum: nam idem eſt habitus, qui eſt principium actus recti, & reflexi. Inter omnes autem actus eiuſdem rationis tendentes in deum, principium immediatiſsimum reflectendi ſuper actum, quem elicit: eſt ille actus, quo habens charitatem diligit deum: ergo poſt deum immediatè uult quis ex charitate illud diligere, quo tendit in deum, ſine quo uult ſe diligere deum. In uolendo ſe diligere deum diligit ſeipſum ex charitate: quia uult ſibi bonum iuſtitię: ergo immediatè poſt dilectionẽ dei diligit ſe ex charitate. Hęc Scot. Sed dictum illud Sco. ſi intelligitur de habitu infuſo ſuſtineri poteſt: quia ut predictum eſt: unus eſt habitus infuſus charitatis reſpectu omnium rectè diligibilium: ſiue actus diligendi ſe, & proximũ ſit actus reflexus, ſiue rectus. Poſſum enim meritoriè diligere proximum uolendo ſibi remiſsionem peccatorum: uolẽdo ſibi gratiã, ac cętera dona gratuita: immo & bona temporalia, ſanitatem, diuitias, uitã, ordinando in finem ultimũ actu recto: & ad talem dilectionem inclinat habitus infuſus mediatè, uel immediatè ſecundũ duas uias ſup. diſt. proxima poſitas. ¶ Si uero intelligitur de habitu acquiſito, ſic dictũ ſuũ nõ uidet habere ueritatem: quoniã uniuerſaliter habitus diuerſorũ actuũ ſpecie diſtincto rũ etiã ſpecie diſtinguuntur. Actus aũt rectus, & reflexus ſpecie diſtinguũtur: cum ſint obiectorum ſpecie diſtinctorum. ¶ Verum quia actus rectus eſt tam actus reflexi, ſicut obiectum cognitionis ſuæ: ita habitus actus recti: quia eſt cauſa cauſę (puta actus recti, qui eſt cauſa actus reflexi) aliquo modo eſt cauſa mediata actus reflexi: nihilominus actus reflexus frequentatus generat habitum immediatè ad actum reflexum inclinantem ſpecie diſtinctum ab habitu actus recti.

Cõcl. 5. F ¶ Quinta concluſio. Secundum ordinem gratuitę dilectionis

præponendi ſunt parentes filijs: & quãtum ad amorem affectiuum ſimul, & effectiuum. Intelligenda eſt autem hęc concluſio, ſicut & pręcedens, cęteris paribus quantum ad effectiuum amorẽ ſcilicet beneficij exhibitionem. Nam in caſu neceſsitatis extraneus præferendus eſt ſibi ipſi, parentibus, filijs, & propinquis. Probatur concluſio: quia memoria beneficiorum receptorum propter uirtutem gratitudinis auget amorem gratuitum. Nam uirtutes morales non opponuntur charitati: ſed magis per eam formantur: & actum charitatis reddunt perfectiorẽ. Nam actus a pluribus uirtutibus procedens perfectior eſt: quã ſi ab una ſola procederet: ſed plura beneficia accipiunt filij a parentibus, & maiora, quã econuerſo: quia eſſe naturale nutritionem, & diſciplinam, quæ parentes non recipiunt a filiis: ergo &c. Nec impedit, ꝙ filii naturaliter plus diliguntur a parentibus: quia ſunt quaſi aliquid parentum: quia (ut dictum eſt notabili iii.) dilectio naturalis non ſemper concordat dilectioni gratuitæ.

Cõcl.6. ¶ Sexta concluſio. Dilectione gratuita magis diligendi ſunt propinqui cęteris paribus quã remoti.

G Dilectione gratuita magis ſunt diligẽdi ꝓpinqui cęteris paribus.

Probatur: quia ubi plures concurrũt rationes diligẽdi, uel potiores: ibi dilectio debet eſſe maior: ſed in propinquis concurrit maior coniunctio, & unio, quã remotis: tum quia intenſius ſecundum appræciationem diliguntur: tũ quia pluribus rationibus diligũtur: ergo cęteris paribus magis ſunt diligendi iſti, quã illi. ¶ Ad intelligendum in particularioribus charitatis ordinem aduertendum, ꝙ multę ſunt rationes diligendi. Prima & principaliſſima eſt bonitas rei, quæ perfectiſsima eſt in deo: quia infinita: ideo deus ſimpliciter ſuper omnia diligendus: ut dictum eſt: ſine hac ratione nihil eſt diligibile: ideo communiter ponitur bonum eſſe obiectum uoluntatis. Poſt hanc potior ratio eſt unitas amantis ad amatum. Et hæc multiplex. Quędam identitatis: & hæc perfectiſsima in amante ad ſeipſum: ideo ſeipſum plus alijs diligit. Quædam originis: quia unus ab alio: ſicut filius, & pater: uel ab eodem tertio, ſicut cęteri conſanguinei. Quædam communicabilitatis ſecundum uarias ſpecies communicationis in natura, in una patria, in una domo, in uno officio, in una ſocietate, in uirtute, in gratia, in expectata beatitudine: & ſic de alijs quàm plurimis. Et ſecundum ꝙ plures, uel potiores rationes communitatis ſimul concurrunt in uno diligibili: ſecundum hoc magis diligendum eſt affectiuè. Et quia maiorem affectum ſequitur maior beneficentiæ effectus cęteris paribus .i. ſi fuerit ęqua neceſsitas non maior in uno, quã in alio etiam magis diligendum eſt effectiuè. Nec ſola unitas amantis, & amati: ſed etiam unitas alicuius ad amatum ratio eſt diligendi: unde diligens amicum, diligit omnia coniuncta amico: & ſecundum hoc gratia, per quã quis unitur deo ſummè dilecto: ratio eſt gratuitæ dilectionis. Et quia hæ rationes ſunt etiam rationes naturalis dilectionis: & in his gratia nõ diſcordat naturæ: ideo ſunt etiã cũ gratia rationes gratuitę dilectionis: & ſecũdum hoc dilectiones habent ſe ut excedẽs, & exceſſa: ut quãdoq; dilectio propinquorũ excedit dilectionẽ extraneorũ. Quãdoq; excedit: ut qñ in extraneis alię rationes cõcurrũt, quę nõ inueniũtur in propinquis: ut bonitas iuſtitiæ: ſecũdũ ꝙ Amb. dicit: ꝙ domeſtici ſi ſint boni: malis filijs ſunt præponendi. Et ſecundum hoc pleriq;, cum quæritur: quis quo magis ſit diligendus: ſub diſtinctione reſpondent: maximè dum in his, quæ adinuicem cõparantur: diuerſę rationes diligendi reperiuntur. Quẽadmodũ regulariter tenet beatus Tho. unde ii.ii.q.xxvi. art. vii. ubi ſatis clarè materiam hãc proſequitur, quęrit: utrum magis diligendi ſint coniunctiores, quàm meliores. Reſpondet in effectu, ꝙ actus diligendi proportionari debet obiecto, & agenti. Obiectum charitatiuę dilectionis eſt deus: agens eſt diligens. Actus ergo charitatis quantum ad obiectum ſequitur comparationẽ eius, quoad deũ, ut .ſ. ei, qui eſt

deo

deo propinquior maius bonum ex cha ritate uelimus: & hoc ad charitatem pertinet: ut uelit iuſtitiam dei ſeruare, ſecundum quam meliores perfectius beatitudinem participant. Sed intenſio dilectionis eſt attendenda per comparationem ad ipſum hominem, qui diligit: & ſecundum hoc illos, qui ſunt ſibi propinquiores intenſiori affectu diligit ad illud bonum, ad quod omnes diligit, quàm meliores ad maius bonum.

Cócl. 7. H ¶ Septima concluſio. Gratuita dilectione magis ſunt diligendi extranei boni, quàm propinqui mali: ſecus tamen dilectione naturali. Probatur concluſio prima parte: quia ratio dilectionis gratuitæ magis locum habet in extraneis bonis, quàm propinquis malis: ergo. Conſequentia nota. & antecedens probatur: quia tota ratio diligẽdi creaturã gratuitè eſt: quia deus uult eaſ a nobis diligi: ut ſup. diſt. præcedẽti (de obiecto adæquato charitatis, qđ eſt deus: & quicquid deus uult propter ſe a nobis diligi natum participare nobiſcum in beatitudine) dictum eſt. Sed deus magis uult a nobis diligi, quos ipſe magis diligit: magis autem diligit bonos, quàm malos. Maior patet: quia uult nos ſibi conformare in uolito nobis noto: ſed notum eſt, ꝙ bonum magis diligit, quàm malum. Hoc ergo uolendo, magis diligimus bonum, quàm malum: quia maius bonum eis uolumus, dilectionem ſcilicet dei, qui eſt ſibi maximum bonum. Item bonus extraneus eſt coniunctior deo, quàm malus propinquus: ergo &c. Tenet conſequentia: quia magis unitus dilecto, magis eſt diligendus propter deum. Antecedens eſt manifeſtum. Pro ſecunda parte probatur: quia maior eſt unio propinqui ad diligendum, quàm extranei. Dilectio autem naturalis ut plurimum ſequitur unionem amati ad amatum.

Cócl. 8. Magis ẽ diligẽd' proximus, q̃ propriũ corpus. ¶ Octaua concluſio. Magis diligendus eſt proximus, quã proprium noſtrum corpus. Probatur concluſio: quia illud magis eſt ex charitate diligendum, in quo eſt plenior ratio diligibilis. Conſociatio autem in beatitudinis participatione eſt partialis ratio dilectionis charitatiuę. Et iſta eſt plenior in proximo, quàm corpore noſtro pro prio. Et cętera ſunt paria: cum corpus non ſit efficax beatitudinis, niſi per redundantiam. Proximus uero capax eſt beatitudinis formaliter: ut ſup. dictũ eſt diſt. proxima.

Cócl. 9. ¶ Vltima concluſio. Neceſsitas obſeruantiæ ordinis in dilectione gratuita ſecundum concluſiones præmiſſas eſt moderanda.

Arti. 3. Dub. 1. ¶ Quantum ad tertium articulum eſt primum dubium utrum ordo ille charitatis remaneat in patria. Reſpondetur breuiter ſecundum beatum Thom. ii. ii. q. xxvi. ar. xiij. per aliquas propoſitiones ſententiam ſuam ſummando.

ppõ. 1. ¶ Prima. Neceſſe eſt, ꝙ ordo charitatis maneat in patria quantum ad dilectionem dei præ omnibus, & ſup omnia: ita ꝙ deus plus ſeipſo, & omnibus diligatur, quãtum ad bona ipſi uolita: & quãtum ad actus diligendi appræciationem, firmitatem, eſſentialem perfectionem, & intenſionẽ. Probatio: quia ibi pręceptum dilectionis dei ſuper omnia quantum ad omnes conditiones, perfectiſsimè implebit: & beatus perfectè eo fruetur: & ſic arctiſsimo amore ſibi unietur. Hic autem actus dilectionis intenſiſsimus eſt graduali ter: perfectiſsimus eſſentialiter: firmiſſimus & ſummè appræciatus comparando eũ ad actus dilectionis cuiuſcũq; alterius a deo, ſcilicet ſuiipſius ſiue alterius: non ad actus fruitionis aliorũ beatorum: quia illi in diuerſis beatis non ſunt eiuſdem intenſionis. In domo. n. pa. mei man. mul. ſunt. i. diuerſitas pręmiorum: eſſentiale autem præmium ſunt uiſio, & fruitio.

2 ¶ Secunda propoſitio. Licet beatus quilibet plus ſeipſum diligat, quã proximũ quãtũ ad actus diligẽdi intẽſionẽ: magis tamẽ diligit beatiorẽ ſe quantũ ad eſſentialis beatitudinis, & bonorum patriæ participationẽ. Prima pars probatur: quia intenſio actus dilectionis prouenit ex parte ſubiecti diligentis: & ad hoc confertur a deo unicuiq; donũ charitatis: ut primò quidem mentem ſuam in deum ordinet: qđ pertinet ad dilectionem ſuiipſius. Secun

dariò uero uelit ordinẽ aliorum in deũ:
intẽſius ergo uult beatitudinẽ propriã,
per quam unitur deo, quàm beatitudinẽ
alterius beati. Pars ſecunda probatur: qa
beatus plus diligit meliores ſe, quã ſeipſum:
& minus, minus bonos. Volet enim
quilibet beatus unũquẽq; habere, quod
ſibi debetur ſecundũ diuinam iuſtitiam,
propter perfectam conformitatem uolũ
tatis beatorum cũ uolũtate diuina. Nec
tunc erit tempus proficiendi per meritũ
ad maius præmium: ſicut nunc accidit,
qñ homo põt melioris uirtutem, & præmiũ
deſiderare: ſed tunc uoluntas uniuſ
cuiuſq; ſiſtet infra hoc, quod eſt determinatũ
diuinitus. Volendo autem beato
cuilibet gradũ beatitudinis ſuę quan
tum ad bonũ uolitũ, plus diligit beatio-
3 rem, quàm ſeipſum, & minus beatũ. ¶ Ter
tia propoſitio. Quantũ ad ordinẽ proxi
morum adinuicem ſimpliciter quis ma
gis diligit meliorẽ. Probatur: quia tota
uita beata conſiſtit in ordinatione mẽ-
tis in deum: unde totus ordo dilectionis
obſeruabitur per cõparationẽ ad deũ: ut
ſ. ille magis diligatur, & propinquior ſi
bi habeatur ab unoquoq;, qui eſt deo ꝓ-
pinquior. Ceſſabit enim tunc prouiſio,
quę eſt in præſenti uita neceſſaria, qua
quiſq; tenetur magis ſibi coniunctis
prouidere de uitę neceſſarijs, doctrina
uel diſciplinis, quã nõ coniunctis: ratio-
ne cuius in hac uita ex ipſa inclina-
tione charitatis, homo plus diligit ſibi
coniunctum, cui magis tenetur impẽde
4 re charitatis affectum. ¶ Quarta propoſi
tio. Beatus in patria pluribus modis dili
get coniunctum, quam extraneum. Pro
batur: quia nõ ceſſabũt ab animo beati
honeſtę dilectionis cauſę: quales ſunt ꝓ
pinquitas generis &c. incomparabiliter
tamen pręterit ratio dilectionis, quę ſu
Dub. 2. mitur ex propinquitate ad deũ. ¶ Secũ-
K dò dubitatur de tribus gradibus charita-
tis, quos ponit magiſter in fine diſtin.
quomodo inter ſe diſtinguantur: hi
ſunt charitas incipiens: charitas profi-
ciens: & charitas perfecta. ¶ Pro reſpon
ſione notandum, ꝙ gradus iſti chari-
tatis accipiuntur ſecundum augmen-
tum charitatis. Nam charitas, & quæ-

libet uirtus (non ſtatim nata) perfecta Grego.
eſt: nam ſecũdum beatum Greg. homil.
xv. ſuper Ezech. Nemo repente fit ſum
mus; ſed in bona conuerſatione animi
unuſquiſq; inchoat, ut ad magna perue-
niat. Alia enim ſunt uirtutum exordia:
aliud perfectus: aliud ꝑfectio. Et beatus
Aug. ſup epiſtolã Io. & habeẽ in litera.
Nũquid mox, ut naſcitur charitas, perfe
cta eſt: immo ut ꝑficiatur, naſcitur: cum
fuerit nata, nutritur: cũ fuerit nutrita,
roboratur: cũ fuerit roborata, ꝑficitur:
nõ aũt diſtinguuntur illi gradus, quaſi in
ter eos non ſit medium, inter initium,
medium & finem. Nã charitas tendens
ad perfectionem continuè per ſui inten
ſionẽ creſcit: & ſemper tempore ſui cre-
menti pro quolibet poſteriori inſtanti
maior eſt, quam in priori. Sed diſtingui-
tur in ordine ad certos effectus princi-
pales, quos operatur in habente eam; dũ
tendit ad perfectionem: nec ſit quantũ
ad illos effectus tantum: quin in quoli-
bet gradu etiam aliquid officij alterius
gradus quãdoq; exerceatur: licet minus
principaliter. Et ſecundum hos gradus
etiam triplex ſtatus hominum deo placẽ
tium, & ſeruientium nominantur: quo-
rũ alia, & alia ſunt officia, & ſtudia con
uerſandi. Hi ſunt ſtatus incipientiũ, pro Triplex
ficientiũ, & perfectorũ. Incipienti cũ in eſt gra-
eo naſcitur charitas: incumbit principa dus.
liter a peccato recedere: & eius reliquijs
ſcilicet uitioſis habitibus, & cõcupiſcen
tijs (quę adhuc militant in eo: & in cõ-
trariũ charitatis fortiter mouent) dili-
genter reſiſtere: ne acquiſita charitas
corrumpatur: ſed foueatur, & nutria-
tur. Hoc autem fit operibus pęnitentię,
contritione, confeſſione, & ſatisfactio-
ne: quia & ſtatus incipientium eſt ſtatus
pęnitentium: & licet ſic agendo etiam
creſcãt per huiuſmodi opera in uirtute:
principalis tñ eorũ ſolicitudo ẽ: nõ quõ
creſcãt: ſed qñ o peccatis reſiſtant. Et hic
labor pręcipuè incipiẽtibus Hiere. iiij. No
uate uobis nouale, & nolite ſerere ſuper
ſpinas. Circũcidimini, & auferte prępu-
tia cordiũ ueſtrorum. Nouatur nouale per
contritionem: euelluntur ſpinę per con
feſſionẽ: auferuntur cordis pręputia ſa-

tiorum per ſatisfactionem. Ad idem eſt
illud Eccle.xvij. Cõuertere ad dominũ,
& relinque peccata tua per ueram con-
tritionem: precare ante faciem domini,
per puram cõfeſsionem: & minue offen
dicula per diligẽtẽ ſatisfactionẽ. ¶ Priuſ
quam autem aliquantulum creuit chari
tas: & decreuerunt concupiſcentię, &
uitia impugnantes: ut iam non ſic acri-
ter, fortiterq; impugnent: ſuccedit ſe-
cundum ſtudium, & cura ad hoc princi-
paliter tẽdẽs, ut pficiat in grã, & uirtuti
bus: & hoc pficiẽtiũ eſt: nõ tñ ita pficiẽ
tes uirtutũ profectũ intendũt: ut cõtra
dæmonũ oppugnationes defẽſionis gla
diũ deponãt. Sicut figuratũ eſt in ædifi-
catiõe Hieruſalẽ ab Eſdra, & Zorobabel
de quibus ſcribitur Neemiæ. iiij. q una
manu ędificabãt, & altera tenebãt gla-
diũ: principalius opus fuit ædificare: te-
nebãt tñ gladius ad obuiandũ impugna
tionibus inimicorũ. Horũ ergo ſolicitu
do eſt, p opera uirtutũ acquirere uirtu-
tes, & ornare aĩam ſuã in tẽplũ benepla
cẽs domino ¶ Fortificata uero ſic chari
tate, ac uirtutibus roboratis, quibus li-
gantur paſsiones: & humanus quietatur
animus: ſuccedit tertium mentis ſtudiũ
ad hoc principaliter intendens: ut di-
miſsis creaturis, ſoli deo inhęreat con-
templatione, & amore quantum uitæ,
præſentis neceſsitas patitur, & admit-
tit. Et quædam alij duo gradus pro obie
cto habuere creaturas. Primus uitia ex-
pugnanda: ſecundus uirtutes acquiren
das: ambo deum finem. Sed gradus il-
le tertius, qui ſolum perfectorum eſt: ha
bet deum nedum pro fine, ſicut duo prio
res: ſed etiam pro obiecto immediato:
quia eorum opus eſt contemplari diui-
nas perfectiones: & feruentiſsimo amo
re ſoli deo inhęrere cum contẽptu om-
nium temporalium, & terrenorũ. Nec
tamen ita quietẽ poſſunt his inhærere:
quin licet non a carne, uel mundo om-
nino non tententur uel modicẽ: tñ ma-
lignorũ inuidia ſpirituũ & illos attentet
illaqueare, ad cuius fraudes, & ipſi ha-
bent attendere: ſicut in Abraam ſignifi
catũ eſt Gene.xv. Hic tãquã pfectus na
tale ſolum reliquit: domino perfectẽ
adhęſit. Hic in ſignum perfectionis
utriuſq; uitæ, actiuæ, & contemplatiuæ,
ſacrificium domino ex terreſtribus ani-
malibus, & cæli uolucribus iunxit: ſed di
uiſis hoſtijs deſcenderunt uolucres ad ſa
crificiorum rapinam: improbas ſcilicet
cogitationes ſuggerentes, & immiſsio-
nes per angelos malos, quos Abraã abi-
gebat. Quemadmodum latius declarat
uenerabilis Hugo in libel. de triplici ho-
locauſto. Et per hoc patet reſponſio ad
dubium.

DISTINCTIO. XXX.

DISTINCTIONE.
xxix. magiſter egit
de charitatis ordine.
In hac diſt. xxx. agit
de eius merito in di
lectione amicorum,
& inimicorũ compa
ratione. Colligitur itaq; ſententia li-
teralis textus in his tribus concluſio-
nibus. ¶ Prima: Dilectione amicorum
tantum melior eſt dilectio amicorum
ſimul, & inimicorum. ¶ Secunda. Si
alio actu amicus: alio diligitur inimicus:
dilectio amici eſt melior: quia feruen-
tior: ſi uno hic inde melior, unde arden
tior. ¶ Tertia diligere inimicos omni-
bus eſt præceptum generaliter: licet per
fectẽ diligere uſq; ad beneficiorum ex-
hibitionem conſilij ſit, & perfectorum
ſpecialiter. Has latius proſequitur magi
ſter in textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionem A
quæritur, utrum dilectio gra
tuita, quæ de neceſsitate
pręcepti impenditur inimi-
co: ſit magis meritoria, quam ea, quæ
redditur amico. ¶ Quæſtio hæc: quæ
unum præſumit ſcilicet, q dilectio gra-
tuita inimici ſit de neceſsitate præce-
pti. & quęrit, an ſit magis meritoria, quã
dilectio amici: determinabitur tamen
tribus articulis quorum primus pręmit
tet terminorum declarationes secun-

dus ſubiunget reſpõſiuas concluſiones. Tertius mouebit aliquas dubitationes.

Arti. 1. ¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ ly

Not. 1. inimico in titulo quæſtionis non accipitur, ut appellet ſuam rationem: licet ſequatur uerbū, impenditur: quod in propoſito importat actum animi interiorem: quia ualet tantum, quæ impenditur inimico. i. qua diligit inimicus. Non enim quęrit quęſtio utrum dilectio inimici ſub ratione inimici, uel inquantum

Inimic⁹ qñō ē diligēdus. inimicus eſt: ſit diligendus de neceſsitate præcepti. Certum enim eſt, ꝙ inimicus ſub illa ratione non eſt diligendus: quia malum non eſt diligendum. Inimicus autem, ut talis, malus eſt non tantū priuatione boni: ſed habitu poſitiuo uitij: ſicut iniuſtus nō tantum dicitur, qui caret habitu iuſtitię: ſed qui habet habitum iniuſtitię contrarium habitui iuſtitiæ cauſatum ex actibus iniuſtis: ut habetur ex commen. Boe. ſuper prædicamenta qualitatis: & hoc modo ſicut amicitia connotat bonum uirtutis in amato conueniens actui uirtutis in amante: ſic inimicitia connotat malum uitioſum in inimico diſconueniens bono, quod eſt in eo, cui eſt inimicus. hoc eſt dictū: amicus connotat actum uirtutis. ſ. dilectionem in amante, quo tendit in amatum propter uirtutem amati. Inimicus connotat actum odij uitioſum inimico, quo odit eū, cui eſt inimicus propter bonum uirtutis, quod eſt in eo: nam qui od t uitium alterius, non eſt inimicus. Inimicus ergo inquantum talis eſt malus, & uitioſus: & per conſequens nullo modo ut ſic diligendus. hoc enim modo uirtuoſe odiuit inimicum, qui dixit. Deficiant peccatores a terra: & iniqui, ita ut non ſint. Et qui dixit. Verte impios, & non erunt. Prouen. xij. Sed quęrit de inimico ſecundum rationem aliā: id eſt quærit de homine, qui inimicus eſt: an neceſſitatiō ſit diligendus, nō

Not. 2. ut inimicus: ſed ut homo. ¶ Secundō,

B notandum, ꝙ de præcepto dilectionis dupliciter poſſumus loqui, ſcilicet poſitiuē: & per modum actus eliciendi: uel quaſi prohibitiuē per modum actus contrarij parcendi. Præcepta autem affirmatiua magis obligant, ne contraria eliciant, quàm ꝙ actus poſitiui circa præcepti materiam eliciantur. Gratia exempli. Preceptum de parentum honore magis obligat, ne parentes inhonorentur, ſeu blaſphementur, quàm ꝙ actus honorationis eis impendatur: quia ad primū obligant ſemper, & pro ſemper. Non ſic ad ſecundum: ſed tantum pro aliquãdo. Loquēdo igitur de primo intellectu: ut diligere accipitur pro non odire: duplex bonum eſt, quod poſſum non odire inimico. ſ. bonū ſpirituale, quo natus eſt attingere deum, uel bonum. Aliud eſt indifferens, quod poteſt ad illud ordinari: & etiam poteſt ad oppoſitum ordinari. De primo genere ſunt actus amoris dei, amicitiæ: ut eſt in ſe bonum honeſtum: etiam cōcupiſcere, ut deū, ut bonum cō modum ſibi. Item uiuere uita ſpirituali. ſ. uita gratiæ. Itē audire prædicationes, correptiones, inſtructiones, per quas cōuertatur ad Deū diligendum, & ſimilia. De ſecūdo genere ſunt uiuere uita corporali, ſanum eſſe, diuitem eſſe, fortem eſſe, potentem &c. Valet etiā ad propoſitum dicta diſt. xv. huius. q. j. de uoluntate ſimpliciter & conditionata: hic tñ

ꝑpter breuitatem non repetuntur. ¶ Ter Not. 3.

tiō notandum, ꝙ actum eſſe meritorium C

ex duobus depēdet: ut dictum eſt. in ij. diſt. xxvij. ſ. a gratia & libe. arb. hoc eſt a uolũtate libere ſecundum inclinationē gratię actum eliciente. Sic & quantitas meriti ex eiſdem dependet ſcilicet ex quantitate gratię, & conatus libe. arbi. Quātō enim maiori conatu, & feruore uoluntas elicit actum ſecundum inclinationem gratiæ, tantō actus erit intenſior: & ex hac parte magis meritorius: ſic etiam quantō elicitur ab intenſiori gratia: tātō ex alia parte eſt magis meritorius. Nec tñ intēſio gratię, & intēſio actus meritorij neceſſariō ſe cōſequitur: quia gratia ſicut & qlibet alius habitus: licet inclinēt uolūtatē: nō tñ eā neceſsitāt: ſed ſicut ē in libertate arbitrij actū elicere ſdm inclinationē grę uel nō: ita ēt ē in eius libertate elicere actū tātō, uel maiori, aut minori cōatu, ſeu feruore: & ita intēſū, uel remiſſū: &

cut enim actus quantum ad ſubſtantiã eius dependet a ſola uoluntate: ita etiã quantum ad eius intenſionẽ: licet quãtũ ad rationẽ meriti depẽdet ex utroq;: gratia .ſ. & uoluntate liberẽ ſecundum inclinationem gratiæ actum eliciente: licet principalius a gratia, quã a uoluntate: ut ibi ſupradictum eſt. Ideo ſi duo actus eiuſdẽ intenſionis dependent a diſparibus gratijs quãtũ ad gratiæ intenſionẽ: ille erit magis meritorius, qui dependet ab intenſiori gratia. Similiter ſi ab eadẽ gratia eliciunt inclinatiuẽ actus diuerſæ intenſionis: actus intenſior erit magis meritorius propter maiorẽ uolũtatis conatum in eliciendo actum ſecũdum inclinationem gratię, & charitatis. Sit actus remiſsior aſsiſtente intenſiore gratia, alius intenſior cũ minore gratia: illi actus habent ſe adinuicem, ut excedentia, & exceſſa: ita q̃ quilibet ex aliqua parte excedit aliũ: & ab alio ex parte alia exceditur. Ex parte gratię excedit, qui ex maiori gratia elicitur. Ex parte conatus libe. arbi. quę fuerit gradualiter intenſior. ¶ Quantum ad articulũ

Arti. 2. Cõcl. 1 D ſecundum, eſt concluſio prima. Dilectio gratuita primo modo pro non odire accepta quantum ad bona primi generis eſt inimico de neceſsitate præcepti impendenda. Probatur: quia non poſſum ſine præcepti tranſgreſsione nolle inimico dilectionẽ dei: neq; in uia: neq; in termino: & per conſequens nec alia ad diligendum deũ neceſſaria: ergo cõcluſio uera. Antecedens probatur: quia nõ ſtat cum dilectione dei nobis præcepta, nolle eum condiligi ab alio, cuius dilectio neſcitur ei diſplicere: & hoc condiligi, ſiue in ratione honeſti ſiue propter ſe, ſiue in ratione boni cõmodi eius. Itẽ inimicus eſt proximus noſter: ergo tenemur eum diligere ad eadem bona, ad quæ noſipſos diligimus. Et per conſequens non poſſumus ei uelle contraria. Quòd autem inimicus noſter ſit noſter proximus: patet ſup. diſtinct. xxviij. poſſumus enim ſibi impendere bona: & eſt capax nobilium ęternę beatitudinis. ¶ Secunda concluſio.

Cõcl. 2. Dilectio inimici gratuita primo modo accepta quantum ad bona indifferẽtia non eſt ad ſalutem neceſſaria. Probatur concluſio: quia poſſum illa bona indifferentia ſecundi generis nolle inimico: ergo. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia ordinatẽ poſſum talia odire ſiue nolle mihi: multò ergo magis inimico. Itẽ inimicus poteſt ordinatẽ illa nolle ſibi: quęcunq; autẽ põt ordinatẽ nolle ſibi: etiã ego poſſum eadem ordinatẽ nolle ſibi. Aſſumpta patent: quia poſſum mihi nolle diuitias, uel ſanitatem, & neceſſaria omnia ad uitam corporalem. Et hoc ordinatẽ dupliciter. Vel contemnendo ea uoluntate propter deũ. Vel uoluntate antecedente uolendo deum ea infligere mihi propter peccata mea. Vel uoluntate conſequente (ſi fuerit mihi inflicta) acceptando ea, & gaudẽdo de eis inflictis. Tot modis poſſum etiã alij uelle talia mala. Vnde poſſum uelle inimico paupertatem uoluntariam: & ita uelle eũ carere diuitijs. Item poſſum uelle mala tẽporalia ſibi infligi a deo pertinẽtia ad eius correctionẽ, & emẽdationẽ. Si ĩ ſint inflicta, poſſum uelle ea, approbando iudiciũ diuinũ, & cõgaudẽdo eis. Et generaliter ſi credo eũ p̃ cõmoda extrinſeca tẽporalia peccata cõtinuare: ac p̃tĩmpeccato ſuperaddere: poſſum illa ſibi odire, & nolle: & oppoſita ei uelle, per quæ emẽdetur: & quantũ ad hoc: pariformiter dicendũ eſt de bonis fortunę, & bonis corporis. Hęc omnia Sco.

Cõcl. 3. E ¶ Tertia concluſio. Nõ eſt uolẽda inimico ſimpliciter, & ſine cõditione extinctio corporalis uitę. Probatur: quia nullus põt uelle inimico oblationem facultatis pœnitentiæ: uel diligẽdi deũ, & cõuerſionis uitę: quia hoc eſſet nolle ei ſpiritualia bona: cõtra cõcluſionem primã. Sed uolens inimico extinctionẽ uitæ, & mortẽ corporalẽ: uult ademptionẽ facultatis pœnitentię &c. ergo. Cõſequẽtia nota cũ maiore. Minor patet: quia poſt mortem non eſt pœnitentię locus: nec conuerſio ad diligẽdũ deũ, & ad emẽdationem p̃ctõrũ: ſicut poſt ablationem ſanitatis, & bonorum fortunę, quorũ ablatio nõnunquã eſt occaſio cõuerſionis, &

Non eſt uolenda ſimpliciter, & ſine conditione extinctio corporalis uitę.

penitentiæ. Nunquam autem ablatio uitæ corporalis,per quam ſimpliciter excluditur a poſſibilitate conuerſionis,& diligendi deum. Dictum eſt notanter in concluſione uolendi ſimpliciter ſine conditione;quia cum conditione: ſiue uoluntate conditionata:poteſt quis uelle mortem inimici:immo etiam nõ offendentis proximi: talem mali puta ſi credat finaliter eum futurum malum:& tunc poteſt ſibi optare mortem: uel ut det locum ſanctis,quos impedit; uel ne addat peccata peccatis,propterque poſt mortem acrius puniatur. Hæ duæ cauſæ colliguntur ex legenda beatę Anaſtaſiæ,q̃ ſcripſit ſancto Criſogono de uiro ſuo Publio:ut ſi deus prævideret eum in infidelitate ſua finaliter permanſurum: iuberet eum dare locũ ſanctis. Hæc quo ad primũ. Et ſequitur quo ad ſecundum: quia melius eſt ei animam exhalare,quã filium dei blaſphemare. ¶ Sed forte quis replicaret:Iudex in cauſa criminali poteſt iuſtè ſentẽtiare cõtra criminoſum. Et ſimiliter actor in eadem cauſa poteſt licitè agere contra eum. Vterq; ergo poteſt uelle effectum illius ſententiæ,q̃ eſt occiſio rei ut poſſet ex canonibus deduci. Similiter ſi quis impediat eccleſiam dei:uel quantum in ipſo eſt,impediat bonum commune: quia pacem eccleſiæ. Et quia bonum commune magis eſt diligendum,quam bonum priuatum unius perſonæ:ergo ſi non poſſunt ſtare ſimul:uolendũ eſt bonum priuatum nõ eſſe:ut ſaluetur bonum commune. Nã delictũ perſonę non debet in detrimentũ eccleſiæ redundare.de re.iur.lib. vj. ¶ Reſpondet ad illa Sco. diſt. præſenti q̃ in omnibus iſtis caſibus illud, propter quod mors inimici eſſet aliquantulum uolita,eſt ſimpliciter nolitum. Tenetur enim iudex in cauſa: & ſimiliter actor, nolle eũ eſſe reũ. Et uelle eũ nõ punire quantum eſt ex ſe:quia ſi faciat hoc ex libidine,uel odio,aut ſpõte, peccat mortaliter. Vnde Augu. in lib. retractat. & eſt in textu præcedentis diſt. Duo,inqt, ſunt diligenda in homine. natura,& uirtus:uitium uero, & peccatum odiendũ. Parentes ergo inquantum mali odiendi ſunt,& inimici dil gendi inquantũ homines. Diligamus ergo inimicos lucrãdos regno dei:& odiamus in propinquis ſi impediant nos a regno dei: & in omnibus communiter naturam diligamus, quam fecit deus. Non ergo poteſt odiri natura:& per hoc ex odio, uel libidine extingui ſine transgreſſione præceptis & per conſequẽs ſine mortali. Sic in alio caſu tenetur patiens perſecutionem tyrannicam nolle eſſe tyrannum contra eccleſiam:& quantum in ſe eſt nolle eum ſimpliciter eſſe reprobũ. Et ideo ſi ponitur oppoſitum iſtorum nolitorũ ex ſuppoſitione huiuſmodi oppoſitorũ, poteſt uelle ei mortẽ cum triſtitia quadam:quod eſt uelle non ſimpliciter uoluntarium,ſed conditionatum,quod tamen ſufficit ad cauſandum triſtitiam;ut ſupra dictum eſt diſt. xv. ¶ Verum de tyranno quidam aliter dicunt:quia tyrannus non poteſt facere perſecutionem niſi exteriorem. iuxta illud ſaluatoris Mat. x. Nolite timere eos,qui occidunt corpus:animam autem non poſſunt occidere: quia poſt occiſionem corporis non habent amplius,quid faciant. Talis autem perſecutio exterior frequenter eſt electis materia proficiendi in uirtutibus:& præcipuè in patentia,qua ſecundum beatum Iacobum opus perfectum habet. Iaco. j. Hoc enim modo eccleſia profecit,& creuit: & ideo in caſu illo non uidetur, q̃ liceat tyranno optare mortem temporalẽ:niſi forte eſſet aliquis,a quo mors eſſet ſibi iuſtè infligenda propter peccata ſua:tunc poſſet optare,q̃ a tali iudice fieret iuſtitia, tamen cum triſtitia:quia ſemper debet nolle eũ eſſe dignum tali pena. ¶ Quarta concluſio. Non eſt ſimpliciter neceſſarium actu poſitiuo quantum ad bona ſpiritualia diligere inimicũ. Probatur: quia nõ tenetur quis cogitare de inimico; ergo nec circa illum actũ dilectionis elicere. Cõſequẽtia tenet: qa actus dilectionis præſupponit apprehenſione obiecti. Antecedens patet:quia abſque cogitatione de inimico poteſt qu s habere actus ordinatos circa finem:& circa ea, quæ ſunt neceſſaria ad finem conſequendũ.

Marginal notes: Duæ cauſæ q̃bus poſſumus malo optare mortẽ ſine noſtro peccato. — Duo ſunt diligenda in hoie. — Cõcl. 4 F

ergo nõ eſt neceſſaria cogitatio de inimico. Conſequentia nota. Anteccdens ſimiliter patet. Et poſſet poni ſimilis cõcluſio de dilectione quantum ad bona corporis, & exteriora. ¶ Quinta concluſio. In caſu neceſsitatis tenetur quilibet inimicum ſuum quantum ad bona temporalia, uel ſpiritualia actu poſitiuo (ſi poteſt) diligere: niſi adſit alius paratus illa pręſtare. Probatur. quia dicit beatus Ioan. & ſupra patuit. Si quis habet ſubſtantiam huius mũdi, & uidet fratrẽ ſuum n. h. & clau. v. ſ. ab eo. q c. d. m. in. e. j. Io. iij. Sed inimicus frater eſt, & proximus: ergo Et ſi hoc uerũ eſt de ſubſtãtia huius mundi quantum ad bona exteriora: multò magis uerum eſt quantum ad bona ſpiritualia immediatius ad ſalutem neceſſaria. Vnde ſi appareat aliqua neceſsitas inimici euidens in ſpiritualibus, propter quorum carentiam nõ poſſet attingere ad diligẽdum deum: ut ſi fuerit infidelis indigens doctrina, per q̃ conuerti poſſet ad ueritatẽ: ſi poteſt: ille, cuius eſt inimicus præſtare doctrinã nec ſit alius, qui informet: & ipſe inimicus informationem recipere uelit: tenetur non ſolum uelle, ſed etiam efficaciter eam tradere. Sic de correctione fraterna alijq; pluribus ad uitam ęternam requiſitis. Et ſpecialiter quantũ ad hoc, ꝙ quilibet tenetur orare deum pro ſe, & tota eccleſia dei: & in illa oratione tenetur uelle ualere eam cuilibet bono & malo ad bonum ſpirituale. Sicut enim malus eſſet ſtomachus: qui nollet ſuſtẽtationem ſuam ualere ſuſtentationi manus: ita non eſt bonum membrum in eccleſia, qui nollet bonum actum ſuũ, quẽ habet: ualere omni mẽbro eccleſiæ pro quanto deus illud acceptat: & pro quanto poteſt ſibi, & alijs ualere. Sic de bonis corporis, & fortunæ: nam de uita corporali tenetur uelle quantum ad actum interiorem eam inimico, & quantum ad actum exteriorẽ (ſi poſſet) tenetur eum ſaluare: dum non ſit alius potens, & uolens adiuuare: puta ſi eſſet moriturus fame: uel in flumine: & nullus eſſet, qui poſſet, uel uellet eum cibare, & eripere de aqua tenetur eum cibare, & eripere. ſecundum illud Amb. Fame paſce morientem: ſi non pauiſti, occidiſti. Inimicus autem eſt frater, & proximus: ut patuit: ideo non minori charitate teneor diligere inimicum, quàm proximũ quantum ad ea, quæ ſunt de neceſsitate ſalutis: ſecus in alijs. Extra autem caſum neceſsitatis nullus tenetur uelle inimico: immo nec proximo diuitias, ſanitatẽ &c. Nũquã enim tenetur aliquis uelle ſimpliciter: cuius oppoſitũ poteſt bene uelle. Poſſumus autẽ oppoſita. ſ. paupertatem, infirmitatem nobis, & alijs bene uelle: ergo. ¶ Sexta concluſio. Aliqua dilectione inimicorum magis meritoria eſt amicorum dilectio: aliqua minus meritoria: aliqua æquẽ meritoria: & econuerſo. Probatur concluſio: quia ſtat, ꝙ ex eadẽ charitate, ꝓcedit dilectio amicorum, & inimicorum eadem: dico ſecundum intenſionem: & tũc dilectiones illę amicorũ, & inimicorũ, uel ſunt æqualis intenſionis, quo ad gradum: aut una excedit aliam. Si primum ſic ſunt æquẽ meritoriæ: quia ab æquali charitate, & æquo conatu uoluntatis ambę ſũt elicitæ, & per conſequens ęquẽ meritoriæ. ¶ Tenet conſequentia: quia ex his duobus attenditur, & ratio meriti, & ratio quãtitatis eiuſdem; ut dictum eſt in ulti. notabi. arti. j. Si uero illorum duorum actuum dilectionis unus excedit alium: tunc excedens erit minoris meriti: ſiue ſit dilectio amici, ſiue inimici. Sic etiam ſi amores illi fuerint eiuſdem intenſionis, & non a gratia eiuſdem perfectionis, ſed unus a perfectiore: alius a minus perfecta: tunc ille amor eſt perfectior, qui procedit a perfectiore charitate, ſeu gratia, ſiue ſit amici, ſiue inimici. Si uero amores differũt, & quo ad intenſionem actus, & quo ad perfectionẽ gratiæ: aut intenſior eſt a perfectiore gratia, & remiſsior a gratia minus perfecta: aut amor intẽſior ẽ a grã minus ꝑfecta: & amor remiſsior a gratia perfectiore. Si primum: manifeſtum eſt, ꝙ amor intenſior eſt melior duplici ratione: & quia intenſior, & quia a gratia perfectiore. Si ſecundum: tũc habent ſe adinuicem ſicut excedentia, & exceſſa: q̃

Cõcl. 5 | Cõcl. 6 G | Amor intẽſior eſt melior duplici ratione.

unus excedit alium in merito quantum ad gratiam perfectiorē,a qua procedit: exceditur autem quantum ad actus:ſimpliciter tamen ille uidetur perfectior, qui procedit a gratia perfectiore :quia ab ipſa gratia meritum principalius pendet,quā a conatu uoluntatis: unde ſequitur intenſio actus. Difficultas uero in elicieudo amorem inimici nihil facit ad rationem meriti:niſi pro quanto exigit maiorem conatū liberi arbi. & ſic actū intenſiorem. Alioquin actus quantò magis procedit a uirtute,quæ reddit elicionem actus facilem:tātò minus eſſet meritorius;quod eſt abſurdum. ¶ Quantū ad articulum tertium, dubitatur utrum dilectio pximi ſit magis meritoria, quā dilectio dei:& uidetur ꝙ ſic: quia amor proximi eſt magis fructuoſus: quia pertinet ad uitam actiuam,quæ fructuoſior dicitur:& ideo per Lyam fœcundam deſignatur. Dilectio autem dei ad uitam pertinet contemplatiuam: quæ per Rachel infœcundam figuratur. In oppoſitum:dilectio dei eſt fruitio: dilectio pximi eſt uſus. Fruitio autem perfectior eſt:& ita magis meritoria. Reſpondetur breuiter,ꝙ dilectio dei ordinata ſicut ē perfectior intenſiuè, & extenſiuè dilectione quaecunq; creaturæ:ita etiā magis meritoria. Similiter proximus diligēdus eſt propter deum dilectum:ut patet ex ſupradictis: ergo deus eſt magis diligendus:per regulam topicam. Propter quod unūquodq; tale, & ipſum magis. Et de hoc ſatis dictū eſt diſt.xxvij. ¶ Sed ad rationem motam dicendum, ꝙ uita contemplatiua ſimpliciter eſt excellentior actiua:ſecundum illud Lucæ.x. Maria optimam partem elegit &c.& ita magis meritoria. Quòd uero actiua dicitur magis fructuoſa, non eſt uerum quantū ad ipſum actiuum:ſed quantum ad eos, quibus beneficia exteriora impendit. Sed de hoc alibi. ¶ Secundò dubitatur: utrum quis teneatur dimittere ſigna rācoris. Reſpondet ſanctus Bonauentu. in dubijs literalibus præſentis diſt.ꝙ aliud eſt dimittere rācorē:& aliud ſigna rancoris. Rācorē dimittere oēs tenentur:ſiue inimicus maneat inimicus, ſiue non. Signa uero rancoris dimittere, ut nolle loqui,& ſimilia facere cum inimico : hęc quidem deponere perfectionis eſt. Nec ad hoc tenetur homo:niſi quādo inimicus humiliter,& deuotè poſtulauerit facto,uel ſigno:tunc tenetur eī loq.,& reſpondere, & ſimilia. Sed de hoc dubio,& multis ſimilibus: ut reconciliatione cum inimico,oratione pro eo,latius dixi in lectura canonis lcōne.lxxvj. ideo hic reſcindo. Et tantum de hac quæſtione.

Arti. 3. Dub. 1. H

Dub. 2. I

DISTINCTIO XXXI.

EGIT magiſter de cōparatione charitatis amicorum, & inimicorum in merito. In hac diſt.xxxj. proſequitur de eius duratione,& permanendi termino. Et eliciuntur ex textu tres cōcluſiones textus ſententiam includentes ¶ Quarum prima eſt charitas in uia haberi poteſt a damnādis:& amitti poteſt a temporaliter prædeſtinatis. ¶ Secunda concluſio. Charitas neq; quo ad habitum;neq; quo ad actum: neq; quo ad modum excidit in patria:ſed perficitur. Fides,& ſpes penitus euacuabuntur: ſcientia uero non ſecundum eſſentiam: ſed ſecundum actum,& modum auferetur. ¶ Tertia concluſio. Chriſtus, in quo fuit charitas ſecundum modum patriæ eiuſdē ordinē in diligēdo ſeruauit:& nō uiæ. Harum declaratio patet in textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hāc diſtinctionem quæritur utrum in patria ſine imperfectione maneant uirtutes theologicæ. ¶ Per tres articulos,quorū primo termini tibi declarabuntur: ſecundo concluſiones ſubiungentur; tertio dubia mouebuntur:hæc deſcindet quæſtio. ¶ Quantum ad primum:notandum,ꝙ ad inueſtigandum,unde ſurgat repugnantia habituū manendi in patria,uidendum eſt primò

A Verū in patria ſine im pfectiōne maneāt uirtutes theologicæ.

Arti. 1. Not. 1.

de actibus: & per hęc de habitibus. Videndum igitur eſt de actu fidei, & uiſionis, & ſpei, & tentionis, ſeu habitionis. Notandum igitur, ꝙ actus fidei, & uiſionis eiuſdem obiecti ſcilicet dei, circumſcripta omni diſtinctione in obiecto: differunt ſpecie: & ſunt adinuicem oppoſiti. Primum patet: quia eiuſdem obiecti: & ſub eadē ratione formali obiecti, poſſunt eſſe multi actus in eadem potentia ſpecie diſtincti: ut de eodem obiecto habetur cognitio intuitiua, & abſtractiua, quę ſub eadem ratione repræſentant obiectum: & tamen differunt ſpecie propter diuerſam approximationem obiecti: ut. q. j. prologi patuit. Cum. n. perfectio actus ſit a duobus. ſ. potētia, & obiecto: quādo uariantur in ſe: uel in coniūctione cum reliqua cauſa: ſiue in approximatione ad reliquam cauſam: tunc quia minus perfectē agunt cauſæ partiales reſpectu effectus; quando non ſunt ſufficienter approximatę, & coniunctæ uariabiť perfectio actionis, & effectus. Et ita in propoſito reſpectu actus uiſionis deus eſt in ſe præſens in ratione uiſibilis intellectui. Reſpectu actus credendi non eſt in ſe, præſens, hoc modo: ſed in enigmate: & per cōſequens actus credēdi eſt imperfectior, & alterius ſpeciei ab actu uiſionis. Sic reſpectu actus tentionis, obiectum eſt in ſe præſens uoluntati: reſpectu actus deſiderii abſens. Et quia actus deſiderii, ſeu ſpei eſt actus obiecti, ut abſentis: ſicut & actus fidei ē actus obiecti nō apparentis: erit alterius ſpeciei ab actu tentionis, qui eſt obiecti ut habiti: & actu uiſionis, qui eſt obiecti, ut in ſe pręſentis. Nō propter aliā rationē in obiecto, nec in potentia: ſed propter aliam approximationem obiecti ad reliquā partialē cauſam. i. potentiā, quæ ſufficit ad diſtinguendū ſpeciem effectuū: ut ſi aliquis effectus ſequeretur ſolē præciſē, ut eſt præſens ſecundū radiū rectū: & aliquis effectus, ut eſt pręſens pręciſē

B ſecundum radium reflexum: illi effectus diſtinguerentur ſpecie. ¶ Ex quo ſequitur primō, ꝙ imperfectio nonapparentię eſt de eſſentia actus fidei: ſimiliter imperfectio abſentiæ obiecti in ſe

Imperfectio nō apparentiæ ē de

eſt de eſſentia actus ſpei: ità ꝙ actus fidei, & actus uiſionis, non ſolum diſtinguuntur ſpecie accidentali: ſed ſpecie eſſentiali: ſic de actibus ſpei, & tētionis. ¶ Ex quo ſequitur ſecundō, ꝙ actus illi formaliter adinuicem repugnant. ¶ Tertiō ſequitur, ꝙ actus fidei, & ſpei non poſſunt perfici manentes in ſe ſecundū eſſentiam: quia ſi ſtante actu fidei in intellectu reſpectu obiecti non apparētis, ſi obiectum apparuerit & ita ſui uiſionē cauſabit: iam actus fidei eiuſdem obiecti præexiſtens nō ſolum definit eſſe fides: ſed ſimpliciter definit eſſe: nam non apparentia obiecti eſt de eſſentia actus fidei. Similiter ſi ſtante actu ſpei reſpectu deſiderati deſideratum fiat præſens ſperanti: & in eo cauſabit ſui fruitionem in ſperante, iam non ſolum actus deſiderij præexiſtens definit eſſe ſpei actus: ſed ſimpliciter definit eſſe. ¶ Ex quibus manifeſtum eſt, ꝙ cum uiſione nō poteſt ſtare actus fidei eiuſdem obiecti: nec cum actu tenſionis actus eiuſdem obiecti: quia nō pōt idem cognoſci euidenter, & obſcure: nec idē teneri ut pręſēs, & deſiderari ut abſēns. ¶ Licet autē actus illi ſic ſint oppoſiti, & ſimiliter eorum habitus: ut dictum eſt diſt. xxiii. tamen habitus nō opponūtur actibus oppoſiti habitus. Gratia exempli. Habitus fidei non repugnat uiſioni: nec habitus ſpei actibus deſiderandi: ſicut in ſimili. Licet actus temperantiæ, & actus intemperantię circa idem obiectum opponantur: tamen habitus temperantiæ ſtat cum actu intemperantię: & actus uirtuoſus cum habitu uitioſo: ut patet in nouiter conuerſis. De quo latius ſupra diſt. xxiiij. ¶ Circa illud, ꝙ apoſtolus aſsignat pro ratione: cur fides, & ſpes nō manēt: quia. ſ. ſunt ex parte. Quę ratio poſſet uideri eodē mō militare cōtra charitatē: quia & charitas uiæ eſt imperfecta: & ita eſt ex parte. ¶ Ideo notandum ſecundō, ꝙ aliter fides, & ſpes dicuntur eſſe ex parte, aliter charitas. Nam fides, & ſpes in ſuis actibus includunt imperfectionem eſſentialiter ſcilicetineuidētiā, & obiecti abſentiā: ita ꝙ ſi notitia fuerit euidēs: iā

eſſentia actus fidei.

Not. 2.

C

non eſt actus fidei. Similiter amor ſi fue rit reſpectu præſentis, & habitus iam non eſt actus ſpei: ut ſtatim dictum eſt. Non ſic de charitate: quia charitas non determinat ſibi neceſſario imperfectionem: neque in habitu: neq; in actu. Charitas enim, quæ eſt habitus inclinans ad diligendum deum, ut bonum ſummum in ſe amore amicitiæ: non determinat ſibi aliquem certum gradum intenſionis in habitu, uel actu: ſed neq; imperfectionem in obiecto. Vnde actus intenſiſsimus diligendi deum eſt actus charitatis, & habitus diligendi quãtumcunq; perfectus non exit rationem charitatis: unde charitas patriæ eſt charitas: & fruitio beatifica eſt actus charitatis ideo charitas nõ eſt ex parte eſſentialiter includens imperfectionem eſſentialiter in actu ſuo: Sed charitas uiç poteſt eſſe ex parte quãtum ad intenſionem habitus ſimiliter, & actus: hoc autem non eſt ſibi eſſentiale: ut dictum eſt. ¶ Sed di. Cõtra actus charitatis uiç eſſentialiter includit imperfectionem: ergo eſt ex parte eſſentialiter ſicut fides. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia actus charitatis in uia, ſpecie differt ab actu charitatis patriæ, & tanquam ſpecies inferior, ſiue imperfectior a ſpecie ſuperiori, & perfectiori: ergo actus charitatis uiç includit eſſentialiter imperfectionẽ: quia carẽt tãta perfectionis illius, in qua præciſe actus charitatis patriæ excedit dilectionẽ uiç. Antecedens patet, ſicut ſupra probatũ eſt de fide: quia propter diuerſam præſentiam obiecti, elicitur alius actus ſpecie diſtinctus. Eſt autẽ deus in patria in ratione obiecti pſens in ſe: in uia tãtum præſens in conceptu, uel ſpecie Reſpõderur, ꝙ ratio illa bene procedit de actu charitatis fidei: illi enim ſpecie diſtinguuntur a fruitione patriæ: ut probat ratio: ſed non probat de charitate maxime infuſa, quæ manet eadem in patria eſſentialiter, quç in uia, licet in patria ſit perfectior: ſicut qualitas quç intenditur, eſt eadem numero poſt intenſionẽ, quæ fuit ante intenſionem. ¶ De habitu charitatis acquiſito uidetur dicẽdũ, ꝙ ſi fruitio uiæ, & fruitio patriç ſpecie

D

Charitas acquiſita uiæ

differunt: charitas acquiſita uiæ non eſt eadem cũ acquiſita patriæ: quia (ut frequenter dictum eſt) habitus acquiſiti diſtinguũtur ſecũdũ diſtinctionẽ actuũ, ex quibus generãtur. Verum, ꝙ ratio charitatis etiam acquiſitæ non includit imperfectionẽ: quia in genere ſignificat habitũ inclinantem ad diligendum deum in ſe, ſiue habitũ, ſiue habendum: & ideo tam fruitio uiæ, quãm patriæ ſunt actus charitatis ¶ Aliter reſpondet ſanctus Bonauent. ꝙ dupliciter aliquid dicitur ex parte. Vno modo, quia deficit a perfectione alicuius perfecti, ad quod habet quãdam diſpoſitionem per quam eſt in potentia ad perfectiorem: ſic qualitas remiſſa eſt in potentia ad qualitatem intenſam. Alio modo, quia deficit a perfectione alterius, ad quod eſt diſpoſitio quãdam cum ſui oppoſitione, ſicut tepidum ad calidum. Eſt enim tepidum diſpoſitio ad calidum: & tamẽ opponitur calido: quia idem non eſt calidum, & tepidum: & intrante caliditate expellitur tepiditas. Primo modo charitas uiæ dicitur eſſe ex parte: & qđ ſic ẽ ex parte: nõ tollitur in patria: ſed perficitur. Secũdo modo fides, & ſpes ſunt ex parte, & quod ſic eſt ex parte: tollitur in patria. Et de ſecundo modo loquitur apoſtolus. Cũ uenerit, ꝙ perfectum eſt: euacuabitur, quod ex parte eſt. Hęc reſponſio de charitate infuſa ſuſtineri põt: ſed de acquiſita prior reſpõſio uidetur uerior. ¶ Quãtum ad articulum ſecundum, eſt concluſio prima. Neq; fides infuſa, neq; acquiſita manet cũ aperta uiſione in patria. Et ſimilis concluſio per omnia ponenda eſt de ſpe. Probatur utraq; concluſio per Apoſtolum .j. Corin. xiij. & alijs pluribus locis. Et perſuadetur ratione ſecũdum Sco. Nullus habitus ponendus eſt in patria fruſtra permanere. Fruſtra. ſ. abſq; hoc, ꝙ inclinet ad actum propriũ: ſed fruſtra eſt habitus, cuius inclinatio ad actum proprium eſt incompoſsibilis beatitudini pro ſtatu illo in patria: ergo talis habitus non eſt ponendus in patria: tũc ultra fides, & ſpes ſunt tales habitus: ergo ponendi non ſunt in patria. Antecedens probatur: quia fidei actus

non eſt eadẽ cũ acquiſita patriæ.

Arti. 2. Cõcl. 1

E

Neque fides infuſa neque acquiſita manet cũ aperta uiſione i patria

eſt credere uerum non apparẽs: & actus ſpei deſiderare bonum abſens: ut patet ex dictis. Hi autem non ſunt beatitudini compoſsibiles: ubi omnia cognoſcũtur euidenter: & nihil deſideratum eſt abſens. ¶ Verũ ratio illa nõ conuincit: ſed perſuaſio eſt. Probat enim, ꝙ quantum ad hunc effectum, qui eſt inclinare ad actus proprios: fruſtra ponitur: tamẽ non ideo ſimpliciter eſt fruſtra: quia eſt ſpiritualis ornatus animæ: ſicut probabile eſt, ꝙ in corporibus ſanctorum martyrum in reſurrectione reſeruantur cicatrices pro ſingulari ornatu, & gloria corporis: ita dici poſſet, ꝙ manet fides, & ſpes, quibus triumpharunt contra inſidias dæmonum. Iuxta illud. Heb. xj. Sancti per fidem uicerunt regna, & hoc pro gloria, & ornatu animæ: ſed propter autho. Apoſtoli, & ſanctorum tenenda eſt concluſio magis, quam propter rationem.

Cõcl. 2 ¶ Secunda concluſio. Charitas, quę uiatori infunditur, eadem numero in beatitudine conſeruatur. Probatur p Apoſtolum. j. Corint. xiij. Charitas nũquam excidet. Et probatur ratione. nulla uirtus, quæ non includit eſſentialiter imperfectionem, euacuabitur in patria: ſed charitas eſt uirtus nõ includens imperfectionem eſſentialiter: ergo. Conſequentia nota: & maior patet: q̃a hanc ſolam cauſam euacuatiõis aſsignat apoſtolus fidei, & ſpei: quia ſunt ex parte: nũc ſupra habitum eſt. Maior probata eſt in primo articulo.

Cõcl. 3 ¶ Tertia concluſio. Probabile eſt charitatem acquiſitam uiæ in patria non manere. Probatur ſicut de ſpe, & fide. Nam charitas uiæ eſſentialiter includit imperfectionẽ repugnantẽ patrię, nam inclinat ad diligendum deũ amore amicitiæ non præſentem: ſed ab ſentem in ratione obiecti: ut ſtatim declaratum eſt. Nec poteſt habere actum in patria: cum ibi non diligatur, ut abſens: ſed ut pręſens in ſeipſo, ut in articulo primo latius dictum eſt. Item probabile eſt fruitionem uiæ ſpecie diſtingui a fruitione patriæ: quo poſito procedit concluſio, & non alias &c.

Arti. 3. Dub. 1. ¶ Quãtum ad tertium articulum dubitatur primo: utrum fidei euacuatæ in patria ſuccedat aliquis habitus inclinans ad actũ uiſionis ſuccedentem actui credendi. Similiter utrum ſpei ſuccedat habitus aliquis inclinans ad actum tenſionis in patria. Reſpondetur poſt Sco. d. ſt. præſenti. ꝙ dictis habitibus uię non ſuccedunt alij habitus proprie loquendo de habitu: ut eſt qualitas quędam diſtincta ab actu inclinatiua ad actum &c. Nam non oportet ponere aliquem habitum diſtinctum in anima beati (ſaltem aliũ a charitate) qui ſit principium uidendi, & tẽdendi in obiectum: quia habitus nõ ponitur in potentia, niſi ad facilitandũ, & habilitandum potentiam: ad eliciẽdũ actum promptẽ, & delectabiliter: uel ſaltem, ut per habitum obiectum fiat præſens, eo modo, quo potẽtia nata eſt circa ipſum elicere actum: ut contingit in intellectualibus: ut ſupra diſt. xxiij. dictũ eſt. Sed in beatitudine obiectum eſt ſemper præſens potentiæ in ratione obiecti: & potẽtia eſt ſummẽ inclinata, & facilitata. Nec poteſt aſſueſieri ad contrarium. Et omnis ratio ponendi habitum in potentia ceſſat in beatitudine: ergo &c. Item cognitiones, quibus deus cognoſcitur, & cetera in deo ſunt cognitiones intuitiuę: ſed reſpectu intuitiuæ cognitionis non ponitur habitus: ut oſtenſum eſt. Similiter ſi uiſio beatifica, & actus tenſionis eſt a ſolo deo, ſicut præmium a ſolo præmiante: ut quidam probabiliter tenent: ut patuit in. j. diſt. j. non eſt neceſſarius habitus ad infuſionem actus a deo: quoniam etſi ponitur habitus infuſus reſpectu actus eliciendi a potentia: non tamen ponitur habitus reſpectu actus infuſi a deo. Non enim deus indiget inſtrumento ad creandum aliquem actum in potentia.

Dub. 2. ¶ Secundo dubitatur contra concluſionẽ tertiam. Nam ratio charitatis acquiſitę, & etiã fruitionis uiæ non includit aliquam imperfectionem eſſentialiter: ergo poteſt manere in patria. Conſequẽtia nota ex dictis. Antecedens probatur: nam intellectus poteſt oſtendere obiectum, ſcilicet deũ, ut ſummũ amabile in ſe: & neq; ut pręſens, neq; ut abſens. Et circa obiectum ſic oſtenſum uoluntas poteſt elicere

cere actum diligendi deum in ſe,& propter ſe:& neq; ut præſentem,neq; ut abſentem: ille actus nullam includit imperfectionem:& ideo manebit in patria. Et per conſequens etiam habitus ad ipſum inclinans:nam ubi ponitur actus, ibi & habitus eius:saltem ſi reſpectu eius poterit eſſe habitus. Et ſimiliter poſſet argui de actu diligendi deum,ut ſummum commodum diligenti, quo tendit potẽtia in obiectum : nec ut præſens,nec ut abſens:& ille poteſt manere in patria : immo talis actus tenſionis poteſt elici in patria.& ille erit actus ſpei : qa amor concupiſcentiæ:& hic ſpes,& eius actus manere poſſunt in patria:quod eſt contra concluſionem primã de ſpe. Ad illa reſpondetur,ꝙ fruitio uiæ non ẽ euſdẽ ſpeciei cum fruitione patriæ ; quod ſic probatur:qa ſi eſſent eiuſdẽ ſpeciei : nõ differrent niſi ſcdm intenſiõ,& remiſſum:quia cum ſint eiusdem obiecti ſecundum eandem rationem, nulla alia differẽtia aſsignari poteſt. Sed conſequẽs fallum:quia ſi differrent tantum ſecundum intenſionem,& remiſsionem:poſſet in tantum habitus charitatis in uia per actuum frequẽtiam intendi:ꝙ æquaretur habitui charitatis in patria : qa cũ ſolum differunt ſecũdum intenſionem, differunt non infinite:ſed ſecundum determinatum gradum, & proportionem. Sit ergo(exempli cauſa)ſecundum duplam proportionem exceſſus charitatis patriæ:poterit charitas uiæ in duplo augeri:& ſic æquabitur charitati patriæ:& per conſequens poterit eſſe principium elicìendi actus in duplo intenſiores : & ita eiusdem perfectionis cum actu beati ſeo:quod eſt impoſsibile. ¶ Et ſi dicit, ꝙ perfectio actus eliciti non tantum dependet ab habitu:ſed etiam a potentia, & obiecto præſente per actualẽ intellectionẽ. Et quãtò eſt pfectius præſens p intellectionẽ:tantò etiã uolũtas elicit actum perfectiorem. Et quia uiatori obiectum beatificum non ſit præſens per intellectionem intuitiuam: ſequitur, ꝙ licet habitus charitatis uiæ eſſet æquẽ perfectus cum habitu patriæ : non tamẽ erit principium actus eiusdem perfectionis:quia deficit aliqua cauſa partialis.potentia ſcilicet,& obiectum. ¶ Sed iſta replica non obſtat:quia fruitio uiæ, ſi differt tantum ſecundum intenſionẽ, & non ſecundum ſpeciem a fruitione patriæ:poteſt fruitio uiæ per ſolam intenſionem eius aſcendere ad perfectionem fruitionis patriæ:cum ſolum finite excedat. Nam poteſt habitus uiæ intendi ultra perfectionem habitus patriæ intantum,ꝙ poteſt eſſe principiũ actus eiusdem perfectionis cum fruitione patriæ. Item poteſt deus intendere huiuſmodi actum uiæ ad æqualitatem fruitionis patriæ: & tunc illa fruitione ſic intẽla habens eam erit beatus abſq; notitia intuitiua diuinitatis: qđ eſt impoſsibile:ideo neceſſe eſt dicere fruitionẽ patriæ non ſolum ſecundum intenſionem: ſed ſpeciem differre a fruitione uiæ: & hoc propter aliam applicationẽ,& præſentiam ſpecie obiecti : quod eſt cauſa partialis actus fruitionis utriuſq;. Diſtinguitur enim ſpecie præſentia obiecti per cognitionem intuitiuam propriam a præſentia per cognitionem ſolum cõfuſam,aut in conceptu,uel ſpecie. Hoc ergo ſuppoſito,ad rationẽ dubij reſpõdetur,concedendo ſi ratio dicit conceptum,ꝙ ratio charitatis in genere prout extendit ſe ad charitatem uiæ,& charitatẽ patriæ,nõ includit impfectionẽ : ſed tñ rõ ſpecialis charitatis uiæ includit impfectionẽ ſicut ens in gñre non dicit impfectionẽ:ſed ens creatũ,uel depẽdẽs dicit impfectionẽ. Et cũ arguit: intellectus põt oſtẽdere obiectũ:& nec ut præſens,nec ut abſens. Poſſet iſta negari quantum ad notitiam intuitiuam, quam præſupponit actus fruitionis patriæ:quia per notitiam intuitiuam ſemper cognoſcitur præſentia obiecti : ſed quantum ad oſtenſionem uiæ,poteſt cõcedi,ꝙ poteſt præſentari obiectum:puta deus,ut ſummẽ diligendum, ſiue pſens ſiue abſens:ſed illa oſtenſio non eſt uiſio patriæ : ſed cognitio uiæ.& fruitio ſequens eſt fruitio uiæ, & non patriæ,& per conſequens imperfecta,& ſpeciei inferioris ad fruitionem patriæ:& ita non manet in patria:neq; habitus eius : & ideo

Fruitio uiæ non eſt eiuſdem ſpeciei cũ fruitione patriæ.

ideo licet poſſet apprehēdi deus, ut ſummum diligibile generaliter: & nō ut præſens, uel abſēs, & ut ſic diligi: illa tamen dilectio eſt imperfecta: & deficit a fruitione beatifica: & ideo nō manet in patria.

Dub. 3. I Vtrum ſcientia euacuet in patria.

¶ Dubitatur tertiò. Vtrum ſcientia euacuetur in patria. Reſpondetur ſecundum ſanctos Tho & Bonauē. ꝙ ſcientia non euacuatur in patria, quātū ad habitū: ſed bene quātū ad ſciendi modū. Primū patet: quia habitus ſcientię facit ad animę decorē: & nō repugnat cognitioni actuali beati. Secūdum probatur: quia licet ibi ſit cognitio rerum in proprio genere: nō tamen eſt ibi ille, modus qui nunc, quoniā hic omnis ſcientia, & cognitio intellectiua oritur ex ſenſitiua. Et ſecūdū philoſophū nihil eſt in intellectu, qđ nō fuerit in ſenſu. In patria uero intellectus immediatè exit in actū præſente intelligibili: nec prerequirit phantaſmata, aut miniſteriū uiriū ſenſitiuarū: de quo magis uidēdū eſt in quarto. de hoc etiam uide ſup. diſt. xiiii. Sed licet habitus ſcientię uiæ non repugnat actuali cognitioni patriæ: ſicut habitus fidei, & ſpei non repugnat uiſioni, & tēſioni: quia tñ in patria actū habere non pōt. & apoſtolus planè dicit: ſiue ſcientia deſtruetur: ideo uidetur probabilius dicendū eſſe de ſcientia uiæ, ſicut de ſpe, & fide: nec oportet ponere in anima bti omne, quod fuit ornatus, uel perfectio in uia: qñ ornatus ille includit imperfectionē: alioquin oportet ponere in anima beati oēm cognitionē actualē uiæ: cū omnis cognitio ſit perfectio cognoſcentis. Et tantum de illa quæſtione.

DISTINCTIO. XXXII.

EGIT de charitate creata, qua a nobis deus diligit, & proximus. In hac diſtin. xxxii. proſequitur de charitate increata, qua nos diligit deus. Et colligitur ſententia textus in tribus ſequentibus concluſionibus. ¶ Prima concluſio. Eadem eſt charitas: & hęc increata, quā nos diligit deus, & qua nos deum diligimus. In hac tamen concluſione communiter negatur magiſter: eo ꝙ charitas, qua nos diligit deus, increata e[illegible] ſ. ſpirituſſanctus, ſiue diuina eſſentia. [illegible]t charitas, qua nos diligimus deum, eſt habitus quidam aut forma accidentalis, & creatura uoluntatē diligentis realiter informans, & perficiens. Poteſt tamen magiſter facilè ſaluari. Nō .n. loquitur de charitate, qua nos formaliter diligimus deum: ſed de ea, quę eſt ſimpliciter neceſſaria, ut diligamus deum meritoriè: & hęc eſt ſpirituſſanctus: nā ſimpliciter neceſſariū eſt ad hoc, ꝙ dilectio noſtra (qua diligimus deum, nos, uel proximū) ſit meritoria: ꝙ per ſpiritū inhabitātē acceptet ad præmium retribuendū: ita ꝙ oppoſitū includit contradictionē: & ita ſpirituſſanctus ē, quo diligimus deū meritoriè nō formaliter: qa ipſe eſt, qui acceptādo noſtrā dilectionem reddit ipſam meritoriam; de quo magiſter diſt. xvij. primi. ¶ Secunda concluſio. Dilectione una, eademq; quātum ad eſſentiam deus ab æterno omnia creata æqualiter dilexit, & immutabiliter: ſed ſecundum efficientiam boni in dilectis plus creaturas rationales: & inter illas magis ſua membra: maximè autem ſuum unigenitum ſecundum hominē amauit temporaliter. ¶ Tertia concluſio. De ſolis electis, non de reprobis cōcedendū eſt ſimpliciter loquendo, ꝙ deus eos dilexerit ab æterno: ſiquidem preſciti ab ęterno oditi ſunt, & reprobati: licet tanquam opera quędā a deo dilecti.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē quęritur: utrū deus ab ęterno diligit ex charitate ęqualiter omnia creata, & creabilia. ¶ Tribus articulis quęſtio abſoluetur. Primus terminos declarabit. Secundus per concluſiones reſpondebit. Tertius dubia mouebit. A

Arti. 1. Not. 1. ¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ diligere ē alicui bonū uelle: & dilectio actus eſt

uolũtatis: quo uoluntas ſibi complacet in bono ſui, uel alterius: hoc eſt uult aliquod bonum ſibi, uel alteri. illud ſupponatur ex premiſsis. ¶ Ex quo ſequit̃ primò, ꝙ deũ diligere aliquid a ſeipſo, eſt ipſum illi bonum tribuere eo modo, quo uult. ſ. nunc ſiue præſentialiter, ſi uult bonũ tale nunc in eſſe: aut in futuro, ſi uult illud bonũ in futuro dare. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ deus nõ diligit illud, cui non pro aliquo tempore communicat entitatem, ſiue eſſe exiſtere. Patet: quia nullum bonũ illi communicat, cui negat proſemper exiſtentiam: quia omne bonum preſupponit eſſe: & quod nihil eſt, nullius boni capax eſt. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ nullum poſsibile non futurum diligit deus. Patet: quia tale poſsibile nũquã habet eſſe. ſiquidẽ ſemper nihil eſt: quod nunquam eſt. ¶ Secundò notandũ circa hũc terminum ex charitate, ꝙ duplex eſt charitas. ſ. creata, & increata. Creata eſt habitus perficiens uolũtatẽ, & inclinans eam ad diligendum finem propter ſe: & cetera propter finem. Increata uero eſt eſſentia diuina propriè, qua formaliter diligit deus ſe, & alia: appropriatur autem ſpirituiſancto: qui per modũ amoris procedit a patre, & filio; de quo latius tractatur in primo. ¶ Supponatur etiã, ꝙ dictũ eſt ſup. diſt. xxviij. ꝙ aliquid diligi ex charitate dupliciter intelligitur: quod poteſt ſuo modo applicari ad propoſitũ: ut deus dicatur ex charitate diligere: uel q̃ diligit, ut amicũ, qui eſt capax charitatis & amicitię: uel ex charitate, quę eſt principium boni uoliti creaturę. Primo modo diligit tantum creaturas & deum diligentes. Secundo modo etiam diligit creaturas irrationales diligere nõ potentes. ¶ Tertiò notandum circa illum terminum æqualiter, ꝙ diligere aliqua ęqualiter, dupliciter intelligitur. Quia quandoq; ly equaliter, refertur ad bona uolita: & ſic ęqualiter diliguntur aliqua, quibus æqualia bona tribuuntur. Alio modo equaliter diligere ad actum diligendi refertur: actum ſcilicet quo uoluntas uult formaliter alicui bonum: & ſic æqualiter diliguntur, quæ eodem actu, uel actibus ęquè intenſis, & eodem ordine diliguntur. Dicitur & eodem ordine: quia licet quandoq; eodem actu diligitur aliquod medium propter finem: non tamẽ æqualiter diligitur tali actu mediũ & finis: quia non eodem ordine diligũtur, ubi unum propter aliud: & aliud propter ſeipſum diligitur: ibi enim eſt ordo quidam: nõ temporis, neq; perfectionis actus ad actum: quia actus unus eſt: ſed ordo cuiuſdã principalitatis, ſiue appręciationis, quo illud dicitur prius diligi, quod principalius diligit̃: ſiue quod magis appręciatur: aut propter quod aliud diligitur: & poſterius illud diligitur: quod minus principaliter, & non propter ſe ſed propter aliud, quod diligitur magis appręciatur: quo modo prius diligitur finis, quã medium dilectũ propter finẽ. Et põt reduci hic modus prioritatis ad prioritatẽ naturæ, ſiue cauſę largè: quia dilectio finis ẽ aliquo mõ cauſa dilectionis eorũ, quæ ſunt ad finẽ. Et ſecundũ hoc ſanè intelligi poteſt, qđ doctor ſubtilis præſenti diſt. dicit: ait. n. ꝙ omnis rationabiliter uolẽs primò uult finẽ. Secũdò immediatè uult illud, quo immediatius attingit finẽ. Tertiò alia, quæ ſunt remotius ordinata ad attingendũ finẽ. Sic deus rationabiliſsimè uult omnia: licet non diuerſis actibus: unico tamẽ actu: & inquãtum ille actus unus tẽdit diuerſimodè in obiecta ordinata. Primò. n. uult finem: & in hoc eſt actus eius perfectus, & uoluntas eius beata. Secundò uult illa, quę immediatius ordinantur in ipſum predeſtinando ſcilicet electos, qui immediatè attingunt eum: & hoc quaſi reflectendo, uolendo aliquos diligere illud obiectum ſecum. Quia enim primò amat ſe ordinatè: & per cõſequens non inordinatè zelãdo, uel inuidendo. Secundò uult alios habere ſecum condiligentes: & hoc eſt uelle alios etiam habere amorem ſuum in ſe: & hoc eſt prædeſtinare eos, ſi uelit eis hoc bonum finaliter, & ęternaliter. Tertiò uult illa, quæ ſunt neceſſaria ad attingendum finem hunc, ſcilicet bona gratię. Quartò uult propter illos alia, quę ſunt remotiora: puta hũc mun-

Diligere quid eſt.

Not. 2. Duplex eſt charitas.

Not. 3. B

Deus rationabiliter & ordinatè diligit.

dum ſenſibilem, ut ſeruiat eis: ut uerũ ſit illud ij. Phiſ. Homó quodammodo eſt finis omnium. Omnium quidem ſenſibilium a deo: quia propter ipſum uolitum a deo quaſi in ſecundo ſigno naturæ ſunt omnia ſenſibilia uolita, quaſi in quarto ſigno. Illud etiam, qđ eſt propinquius fini ultimó conſueuit dici finis eorũ, quę ſunt remotiora: ſiue ergo quia in ordine ad hominẽ prędeſtinatum uult deus mundum ſenſibilem: ſiue quia quodammodo immediatius uult hominem amare ſe, quã mundum ſenſibilem eſſe: homo eſt mundi ſenſibilis finis. Et ita patet inęqualitas uolibilium quantum ad uolita: non ut uolitio eſt ipſius uoluntatis: ſed ut tranſit ſuper obiecta prędicto modo: nec tamen illa inęqualitas in actu eſt propter bonitatem præſuppoſitam in obiectis quibuſcunq; alijs a te: quę ſit quaſi ratio ſic, uel ſic uolendi: ſed ratio eſt in ipſa uoluntate diuina: quia enim ipſa accepta alia in tali gradu: ideo ipſa ſunt bona in tali gradu: & non econuerſo. Hæc Scotus.

Arti. 2. ❡ Quãtum ad articulum ſecundum eſt concluſio prima.

Cõcl. 1. C Deus ab ęterno diligit ſe & omnia creata, ac creanda ex charitate formaliter, quæ eſt diuina eſſentia.

Deus ab ęterno diligit ſe, & omnia poſſibilia.

Probatur, ꝙ ex charitate formaliter diligit ſe: quia deus ex ſe naturaliter eſt intelligens, & uolẽs: & per conſequens beatificabilis: non autem precedit in eo potentia actum: quia tũc eſſet imperfectus: nec ſemper beatus. Cum ergo ſit ſemper, & æternaliter beatus: non eſt beatus niſi intelligendo, & uolendo ſe: quia nullum aliud obiectum poteſt etiam creaturam rationalem beatificare: ergo actu intelligit, & diligit ſe. Quód etiam diligit omnia creata, & creanda, probatur: quia omnibus illis uult bona naturæ pro certo tẽpore eis communicanda: igitur. Conſequentia tenet ex quid nominis diligere. Antecedens patet: qa omnia creata, aut creãda aliquãdo habent, uel habebũt eſſe exiſtẽtię: quod eſt bonũ naturæ. Eſſe autem bonum a deo eſt, Iacob. j. Igitur. Quód uero ab ęterno diligit, patet: quia uolũtas dei eſt immutabilis: ergo quę aliquando diligit, ęternaliter dilexit: alioquin uoluntas, qua diligit, mutata fuiſſet. Quód charitas, qua formaliter diligit, ſit diuina eſſentia, patet: quia eſt communis tribus; omne autem tale diuina eſſentia: ut patet ex primo notab.

❡ Secunda concluſio. Poſſibilia, & tamen non futura deus nó diligit, quibus bona nulla tribuit. Cõcl. 2.

Huius concluſionis pars ſecunda probat primam. Probatur autem pars ſecũda: quia quod nihil eſt: nec unquam aliqđ erit, nullius boni capax eſt: ergo nec dilectionis diuinæ, quæ diligendo bonũ, quod uult, aliquãdo donat. Anteccedẽs probatur: quia omne bonũ aut eſt eſſe, aut pręſupponit eſſe: qđ autẽ poſſibile eſt, & nunquã futurum: nunquã habebit eſſe: ergo &c.

❡ Tertia concluſio. Deus ſolas rationales creaturas diligit primo modo, & propriè ex charitate, quas in ſui amicitiam dignatur acceptare. Cõcl. 3. D

Patet ſatis ex notabili ſecundo: quia inanimata propriè non ſunt diligibilia ex charitate: quia charitas eſt amicitia: & ad illa non eſt amicitia propriè habenda. Amicitia enim dicit relationem mutuam: & ita in utroq; charitatem, in dilecto ſcilicet & diligente. Irrationabilia uero charitatis nõn ſunt capacia: tamen ex charitate poſſum habere aliquod uelle ad irrationalia. Ex charitate enim poſſum arborem uelle eſſe: & uelle mihi ſeruire ad talem actum, qui iuuat me ad diligendum deum in ſe: & ſic deus omnia diligit ex charitate: quia omnia, quæ diligit, diligit per propriam eſſentiam formaliter, quæ eſt charitas: & propter ſeipſum tanquam propter finem: non tamen dilectione amicitiæ, qua uelit omnia ſibi eſſe amica.

❡ Quarta concluſio. Attendendo æqualitatem amoris pęnes actũ dilectionis, quo deus diligit formaliter ſe: & alia diligit æqualiter. Cõcl. 4.

Probatur: quia actu non inęquali: eodem quippe actu deus diligit, quæcunq; diligit, ſua ſcilicet eſſentia: ut dicit concluſio prima.

❡ Quinta concluſio. Referendo æqualitatem dilectionis ad bona uolita, aut ordinem uolendi: inęqualiter deus ſe, & crea- Cõcl. 5. E

turas diligit eodem actu diligendi. Patet ex notabili ultimo. Nam præſcitis non uult tanta bona, quanta uult prædeſtinatis: ſed nec prædeſtinatis omnibus ęqualia bona: quia in domo patris manſiones multę ſunt. Sed & in uia diuiſiones gratiarum ſunt: licet unus ſit ſpiritus diſtribuens ſingulis prout uult: ſed nec eodem ordine uult deus finem, & quæ ſunt ad finem: ad intellectum in ultimo notabili expreſſum. Et tantum de articulo ſecundo. ¶ Quantum ad

Arti. 3. tertium articulum, eſt primum dubium

Dub. 1. contra concluſionem primam. Nam ſi

F deus diligeret omnia creata: ſequeretur, ꝙ ſimul diligeret contraria: quia utrumq; contrariorum habet entitatem quandam, & ita diligibilitatē: conſequens falſum: quia tunc contraria ſtarent ſimul: & per conſequens contradictoria eſſent ſimul: quod eſt contra primum principium. ¶ Item contra concluſionem ſecundam. Deus diligit omnia poſsibilia etiam nunquam futura; quod probatur: quia omnia diligit deus, in quibus habet complacentiam: ſed in poſsibilibus non futuris habet complacentiam, quia uult ea poſſe eſſe, quam non habet in impoſsibilibus: ergo. ¶ Ad primum dicitur concedendo: illa tamen ſiue loquamur de propoſitionibus contrarijs: ſiue de rebus contrarijs: utraq; .n. contraria uult eſſe in rerum natura. Vult etiam contradictoria: id eſt propoſitiones contradictorias ſimul eſſe in rerum natura: non autem uult contrarias, aut contradictorias propoſitiones ſimul eſſe ueras: hoc enim eſſet contra primum principium. Contraria etiam realia ut calorem, & frigus uult ſimul eſſe: ſed in diuerſis ſubiectis: quamuis per ſuam omnipotentiam poſſet illa conſeruare in eodem ſubiecto. Nec ex hoc ſequitur, contradictorias propoſitiones eſſe ſimul ueras: contraria enim realia ſimul in eodē exiſtentia nō inferunt contradictorias eſſe ueras:

Quō Deus diligit cōtraria. ſed contraria logicalia. ¶ Ad ſecundum negetur aſſumptum: & ad probationem negetur, ꝙ deus diligat omnia, in quibus hēt cōplacētiā, extendēdo nomē complacentię ad cōplacentiā generaliſsimā, quo dicit̄ habere cōplacētiā in omni poſsibili eſſe in eo, ꝙ uult ipſum poſſe eſſe: licet nūquā uel t ipſum eſſe, ſeu producere: ſed de complacentia ſpeciali aſſumptum uerū eſt. De modis autem cōplacentiæ dictū eſt in j. q. j. diſt. xvii. Verum aliqui diſtinguunt de duplici dilectione: .ſ. efficaci, qua aliquando ea, quę diligit: in eſſe producit. Quædā diligit uolitione ſimplicis complacētię non efficaci: quę nunquam producit in eſſe: quę tamen uult eſſe poſsibilia ſicut ea quę uult efficaci uolitione: illa tamē propriè nō diligit: quia nihil eis cōfert, nec cōferet. ¶ Et ſi dicis: cōfert eis poſſibilitatem. Dico, ꝙ illa poſsibilitas nihil eſt in re ipſa poſsibili, quę ſimpliciter nihil eſt: & nihil eſſe habet: ſed poſſibilitas dicit diuinam uoluntatem potentem rem producere: illa autem nihil eſt rei producibilis. Vel dicatur breuiter, ꝙ concluſiones intelligendę ſunt

de dilectione efficaci. ¶ Secundò dubi Dub. 2.

tatur, utrum actus diligendi, quo deus G

diligit ſe, & omnia alia: ſit proprius alicui perſonæ in diuinis. Reſpondetur, ꝙ diligere ſe, & alia, eſt actus eſſentialis. & per conſequens nulli perſonę proprius: quia ſicut pater non ſapit ſapientia genita: ita nec diligit dilectione ſpirata. Nihil enim recipit perſona producens a producta. Pater ergo & filius diligūt ſe, & ſpūm ſanctū amore eſſentiali, qui eſt eſſentia. Diligūt aūt ſe ſpiritu ſancto: qa diligendo ſe dilectione eſſentiali ſpirāt ſpūm ſanctū: de quo latius in primo. Qđ etiā dilectionis actus, quo deus diligit alia a ſe: non ſit proprius alicui perſonę, patet: quia ſi ſic maximè ſpiritui ſancto: cōſequens falſum: qa tūc aut ſpūſ ſanctus non neceſſariò produceretur, ut amor patris & filij: aut d̄us amaret neceſſariò aliquid aliud a ſe: utrumq; eſt impoſsibile. Approprientur tñ omnia, quæ ad uoluntatē pertinent, ſpiritui ſancto: ſicut

ea, quę ad intellectum pertinēt, uerbo. Dub 3.

¶ Tertiò dubitat̄ utrū chriſtus magis di H

lexit Petrū, quā Ioannē: cū Petrus plus dilexit Chriſtum, quā Ioannes: ut habet̄ Ioā. ult. Petre diligis me plus his &c.

Hanc

Hane queſtionem late pertractat beatus Aug. homel. ul. ſuper Io. Sed breuius dicitur ſuppoſito, q in Petro fuerit maior dilectio charitatis, quã in Ioanne: q ſimpliciter dominus plus dilexit Petrũ, quã Ioannẽ: licet ita loquendo familiarius dilexit Ioãnem. Primũ, patet: quia cum deum diligere creaturã eſt ei bonũ uelle: hanc magis diligit, cui maius bonum, uult. Vnde quia maximũ bonũ uiæ eſt donũ charitatis: & maximũ bonum patriç, gloria beatitudinis; illum ſimpliciter magis diligit, cui uult maiorem charitatem in uia: & maiorem gloriã in patria. Stante ergo ſuppoſitione manifeſtum eſt, q magis Petrum dilexit, quàm Ioãnem. Secũda pars, probatur: quia illũ diligit deus familiarius, cui plura, uel maiora ſigna familiaritatis oſtendit. Ioãni autem, qui ſuper pectus dominicũ in cęna recubuit, cui matrem uirginem in cruce cõmendauit, propter ingenitam manſuetudinem: propter uirginalem puritatem: propter ętatis iuuentutem, quę etiam cæteris paribus facit hominem tenerius diligi: plura familiaritatis ſigna oſtendit, quã Petro: ergo &c. Et per hęc multæ quæſtiones ſolui poſſunt, ſcilicet utrũ deus magis dilexerit hominẽ, quã angelũ: magis genus humanũ, quã Chriſtũ; magis peccatorem, prędeſtinatũ, quã iuſtum præſcitum: & ſimiles, quas latius pertractat ſanctus Tho. & Bonauen. in prȩſenti diſt. Et tantum de illa quæſtione.

Vtrũ magis hominem, quã angelũ de⁹ dilexerit.

¶ SEQVITVR TRACTATVS DE uirtutibus cardinalibus.

DISTINCTIO. XXXIII.

POST tractatum de theologicis uirtutibus ſequitur doctrina de uirtutibus cardinalibus. Et colligitur ſententia tex. in tribus concluſionibus quæ ſequuntur. ¶ Prima concluſio. Quatuor ſunt uirtutes cardinales, quibus in præſenti bene uiuit: & poſt ad æternam uitam peruenitur. Hæ ſecundũ beatum Aug. ſunt. Iuſtitia in ſubueniendo miſeris: prudentia in cauendis inſidijs: fortitudo in perferendis moleſtijs: temperantia in coercendis delectationibus prauis. Secũda concluſio. Hæ uirtutes in chriſto fuerunt pleniſſimę ſecundum uſum, quem habent in patria: & uſum circa paſſiones ab extrinſeco illatas, quem habent in uia. ¶ Tertia concluſio. Virtutes cardinales nõ ceſſabunt in patria quantũ ad habitũ: licet alium ibi, quã in uia habebunt operationis uſum.

QVAESTIO VNICA.

A

CIRCA hanc diſtinctionẽ xxxiij. quæritur utrũ pręter uirtutes theologicas, uirtutes cardinales ſint ponẽdæ in parte rationali, aut ſenſitiua ſubiecte. ¶ In tribus articulis quęſtio abſoluetur. In primo præmittentur terminorũ declarationes. In ſecundo addentur reſponſiuę concluſiones. In tertio ponentur mouendorũ dubiorũ ſolutiones.

Arti. 1. Not. 1.

¶ Quantũ ad articulum primũ: quia quęſtio hæc pro magna parte tractata eſt ſup. diſtinct. xxiij. in quęſtione generali ibi mota: ideo breuius hic expedietur. ¶ Primò igitur notandum, ſuppoſita differentia inter uirtutem theologicam, & moralem ex diſt. xxvj. pręter uirtutes theologicas, quatuor ponũtur uirtutes principales. ſ. prudentia, tẽperantia, fortitudo & iuſtitia: ſecundum illud Sap. viij. Sobrietatem, & prudentiam docet: iuſtitiam & uirtutem ideſt fortitudinem: quibus in uita nihil utilius eſt hominibus. Hę dicuntur cardinales a cardine, in quo uoluitur ianua: quia in his uita humana uerſatur: & quibuſdam regulis quaſi in cardinibus, regulariter dirigitur, & uoluitur: ad quas uirtutes reliquæ reducuntur: & ideo principales dicuntur.

Virtutes principales.

¶ Secundò notandum, q ſicut generaliter habitus: ita & uirtutes diſtinguuntur penes actus, ex quibus generantur, & ad quos inclinant: ut dictum eſt quęſt.

Not. 2. B

j. diſtinct. xxiij. Actus uero diſtinguuntur ſecundum potentias, & obiecta. ij. de

Obiectum.

anima: obiectum eſt, circa quod operatio uerſatur, ſicut artifex circa materiã.

Potẽtia.

Potentia autem uis eſt animę eliciens actum, ſeu operationem: cum ergo omnis operatio animę rationalis uerſatur circa finem tanquam circa obiectũ: immediatè autem circa medium ad finẽ: & ſecundũ hoc uirtus diuiditur diuiſione immediata in theologicã, & moralem: accipiendo moralem largè, ut nõ diſtinguitur contra intellectualẽ. Obiectũ uero, quod eſt ad finẽ, duplex eſt: aut eſt ueritas practica cognoſcenda: aut eſt materia, circa quam ſunt aliqua operanda.

A

Circa primum eſt prudentia, per quam cognoſcitur, quid agendum, quid ue reſpuendũ. Obiectum uero circa quod eſt operandum ultra diuiditur: quia aut eſt in ipſo operante: aut in alio ſcilicet proximo. Vel ſic: aut eſt obiectum aliquod, per quod operans benè ſe habet ad ſeipſum, uel ad proximum. Si ſecũdum: ſic circa ipſum eſt iuſtitia: quę benè ordinat hominem ad aliũ: Si primum: aut eſt aliquod appetibile proſequendum: & hoc pertinet ad concupiſcibile, circa quod ponitur temperantia: aut eſt aliquod impediens uincendum: & hoc pertinet ad iraſcibile: circa quod moderatur appetitũ fortitudo, per quã uincitur impediẽs in proſecutione appetibilis, aut fuga triſtabilis. Et ſecũdũ hãc diuiſionẽ mediatã ſumũtur uirtutes cardinales; quæ quidem pauciores eſſent citra ſiſtendo: aut plures ultra per ſubdiuiſiones procedendo.

Not. 3.

¶ Tertiò rememorandum ex dictis di-

C

ſtin. xxiij. q. j. ꝙ ſicut, actuum uirtuoſorum quidam ſunt intrinſeci, ſeu per ſe, aut primò uirtuoſi: quidam denominatione extrinſeca: ſic & habitus quidam ſunt intrinſecè uirtutes, qui ſ. generantur ex primis actibus. Alij ſunt uirtutes, ſeu uirtuoſi denominatione extrinſeca, qui generantur ex actibus accidentaliter uirtuoſis: & ſecundũ hæc alia, & alia aſsignantur ſubiecta: ut ubi ſupra dictũ eſt; hæc breuiter de arti. j.

Arti. 2.

¶ Quãtum ad ſecundum articulum eſt concluſio pri-

Cõcl. 1.

D

ma. Præter tres theologicas uirtutes, ponendæ ſunt uirtutes morales, quæ cõmuniter dicuntur cardinales. Probatur concluſio ſecundum ſanctum Bona. qa uirtutes ponuntur principaliter ad rectificandũ, & uigorandũ potentias in eliciendis actibus uirtuoſis. Ad rectificandum contra obliquitatem: ad uigorandũ contra difficultatem. Virtus. n. facit potentiã rectam, & uigoroſam. Contingit autem hominem ordinari quoad deum: ac quoad ſeipſum: & quoad proximum: & eodem mõ obliquari, & retardari. Sicut ergo habentur uirtutes rectificantes hominem, & uigorantes ut rectè tẽdat in deum ſcilicet theologicæ: ſic opportunum eſt habere habitus uirtutum rectificantes, & uigorãtes homines: prout ordinantur ad ſeipſum, & proximũ: & tales ſunt uirtutes cardinales. Vnde ſicut præter præcepta primæ tabulę, quæ directè ordinant in deum: neceſſarium fuit ponere præcepta ſecũdę tabulę, quę ordinant ad proximum: ſic dicendũ eſt in propoſito, ꝙ pręter uirtutes theologicas, opportunum eſt ponere cardinales, ſeu morales. Nec obeſt illud Ro. xiij. Qui diligit proximum, legem impleuit: quaſi ſola charitas ſine alijs uirtutibus ſufficeret: quia legis impletio non conuenit charitati ſecũdum ſe formaliter, & elicitiuè: ſed imperatiuè. hoc ẽ dictu. Charitas non elicit ſe ſola cum potentia omnes actus præceptos: quia non illos, quibus tenditur in ſeipſum: aut in proximum tanquam in obiectum: ſed omnium pręceptorum actus imperat, ut eliciantur mediantibus alijs uirtutibus propter deum, tanquam propter finem propter ſe, & ſuper omnia dilectũ: habent. n. annexos aliarũ uirtutũ habitus: qui ad imperium charitatis moti, faciũt impletionem mãdatorũ: ſicut pręceptũ dei nõ fornicãdo elicitiuè impletur per caſtitatem: imperatiuè per charitatem. Poteſt etiam probari concluſio per illa media, quibus ſupra probatũ eſt habitus eſſe ponendos diſt. xxiij. q. j.

Pręter uirtutes theologicas ſunt ponendæ morales.

¶ Secunda concluſio. Quatuor ſunt uir- Cõcl. 2.

tutes ſecundum cõſuetam diuiſionem, E

quę dicuntur cardinales: oẽs cęteras uirtutes morales cõpræhẽdẽtes. Concluſio

patet ex articulo primo: quia per uirtutem cardinalem homo rectificatur quo ad creaturã: ſicut p theologicã quoad creatorem deum: uel ergo quoad ſeipſum: uel quoad alium. Si ſecundum: ſic eſt iuſtitia. Si primum: hoc contingit dupliciter. Vel quo ad rationem, & ſic eſt prudentia: uel quoad appetitum: & hoc dupliciter. Vel quoad concupiſcibilẽ, & ſic eſt temperantia: uel quoad iraſcibilem: ſic eſt fortitudo. ¶ Ex illo patet multiplex diſtinctio uirtutũ cardinaliũ inter ſe: quia diſtinguuntur penes potentias, quas perficiunt, ut ſtatim dictũ eſt. Penes obiecta: quia prudentia dirigit circa uerũ practicum: iuſtitia circa proximum debitũ: temperantia circa delectationes, & triſtitias, fortitudo circa pericula, & aduerſitates uincendas.

Multiplex diſtinctio uirtutũ cardinalium.

Etiam penes actus, quos eliciunt: quia prudentię actus eſt dictare agenda: iuſtitiæ reddere omnibus debita: temperantiæ refrenare appetitum circa concupiſcibilia: fortitudinis repellere, aut ſuſtinere aduerſa. Etiam poſſunt diſtingui penes uitia contraria: quæ excludũt: & penes media, q̃ determinãt, quorũ proſecutio remittit ad libñ Ethi. Et dictũ eſt notãter ſecũdũ cõſuetã diuiſionem: quia illa diuiſio uirtutum cardinaliũ in quatuor nõ eſt immediata, nec ultima. pręcedunt nãq; immediatiores: & ideo circa illã conſuetã diuiſionem ſiſtendo eſſent tantũ duæ .ſ. intellectualis, & moralis: capiẽdo moralẽ ſtrictẽ: hoc eſt uirtus potentiæ intellectiuę, & uirtus potentiæ appetitiuę. Similiter ad ulteriores diuiſiones progrediendo eſſent multò plures, ſecũdũ q̃ quęlibet harum quatuor ultra diuidi põt in partes integrales, ſubiectiuas, & potẽtiales. Partes ſubiectiuæ ſunt ſpecies ſub illis quatuor generibus contentę. Partes integrales ſunt, quę ſumuntur ſecũdũ aliquas cõditiones ad integritatẽ uirtutis requiſitas. Partes potentiales ſunt, quæ participãt aliquẽ modũ, qui principaliter, & pfectẽ inuenitur in alia uirtute: reſpectu cuius dr̃ pars ſecũdũ beatũ Tho. q. ix. huius diſt. Vnde ad ſimilitudinẽ partiũ totius, ſumuntur hæ partes uirtutis ſecundum eundem. Eſt .n. triplex totũ, integrale, uniuerſale, & potentiale. Integrale eſt cõpoſitum ex partibus ipſum conſtituentibus: ſicut compoſitũ ſubſtantiale, qđ cõponitur ex materia, & forma. Totũ uniuerſale eſt cõceptus cõmunis, ut conceptus generis. Totũ potẽtiale eſt, quòd in ſe continet perfectionem aliquorum eminenter. ¶ Et ſimiliter ex oppoſito inueniť triplex pars. Integralis, quę intrat conſtitutionẽ totius: ſicut paries domus. Pars ſubiectiua eſt inferius cõtẽtũ ſub ſuperiori: ut ſpecies reſpectu generis. Pars potentialis eſt, quę non recipit prædicationem totius: ſed aliquid de potentia, ſiue perfectione totius participat. Sic dici poſſet, q̃ anima ſenſitiua eſt pars potẽtialis animæ intellectiuæ: nã anima intellectiua dicitur tota anima: eo q̃ in ipſa oẽs potentię animę cõgregãtur: & anima ſenſitiua in brutis dicitur pars potẽtialis animę intellectiuę: quia aliquid perfectionis animę intellectiuę, .ſ. uitã cognitiuã participat: ſed nõ intellectiuã. Sic ſecundũ hũc modũ aſſignanť tripliciter partes in uirtutibus. Primò integrales: cũ .ſ. poniť pars alicuius uirtutis illud, qđ requiritur ad pfectionẽ ei⁹: ut dũ ad pfectionẽ uirtutis plures requirunť cõditiones: id qđ reſpicit unã cõditionẽ: uocať pars integralis. Sic Tullius ponit memoriã pręteritorũ: intelligentiã pſentiũ, & prouidentiã futurorũ partes prudentię: quia prudẽtia innitiť experiẽtię: quę colligiť ex memoria pręteritorũ, & cognitione pręſentiũ, ex quibus ſumitur prouidentia futurorũ. Secundo mõ partes ſubiectiuę, quę ſunt ſpecies cõtẽtę ſub toto uniuerſali: & illę ſolę partes ſubiectiuę recipiũt pdicationẽ totius: licet una pars de alia nõ prædicať. totũ ſicut genus de ſpecie. Sic partes prudentię ſunt ſpecies prudentię: ſicut prudentia politica: prudentia œconomica: prudentia ethica ſiue monaſtica: quæ dirigit hominem (in ſe conſideratum) in ſuis operationibus: non ut eſt pars domeſticę, uel ciuilis communitatis. Vnde monaſtica dicitur a monos, qđ eſt unũ: quia dirigit hominẽ, ut eſt unus ſibi: nõ ut pars com

Totum triplex.

Pars triplex.

Cicero.

munitatis. Tertio modo partes potentiales, quæ ſunt uirtutes participātes aliquid de modo, qui principaliter, & perfectè inuenitur in aliqua uirtute. Et ſic phyſica, dialectica, rhetorica, ponuntur partes potentiales prudentię: pro quanto participant aliquem modū eius. Et generaliter omnes artes, & diſciplinę eo, ꝙ de omnibus his ordinat prudentia, a quibus & quātū ſunt addiſcēdę, uel exercēdæ. j. Ethi. Hęc Tho. ❡ Vel quātū ad ultimū poſſet dici, artes, & diſciplinæ, ideo partes ſunt prudentię potentiales: quia participant aliquem modū prudentiæ. Prudentia. n. eſt habitus inclinans ad aſſentiendum dictamini practico, & uero rationis rectæ. Ita omnes artes, & diſciplinæ inclinant ad aſſentiendū uero concluſo per rationem: maximè autem diſciplinę practicę participāt modum prudentiæ: ſuo modo exemplificari poteſt de alijs uirtutibus cardinalibus. Et ſecūdum hunc modū uirtutes cardinales oēs alias uirtutes compręhendunt tanquam partes altero trium modorū.

Cócl. 3. F

❡ Tertia cōcluſio. Quatuor uirtutes cardinales quatenus ſunt uirtutes intrinſecæ ſubiectātur tātum in rationali parte. Probatur: quia in ſola parte rationali eſt uirtus intrinſecè, & eſſentialiter ſeu habitus intrinſecè uirtuoſus: igitur. Cōſequentia nota: & antecedens probatum eſt diſt. xxiij. q. j. prope finem.

Cócl. 4.

❡ Quarta concluſio. Aliqua uirtus cardinalis denominatione extrinſeca eſſe poteſt in parte ſenſitiua, & executiua. Patet concluſio de temperantia, iuſtitia, & fortitudine. Nā uoluntas poteſt imperare appetitui ſenſitiuo, moderando paſsionem eius, proſecutionem uel fugam: & per hoc derelinquere ex imperijs rectis: hoc eſt actibus ſenſitiuis imperatis aliquem habitū in appetitu ſenſitiuo: inclinantem appetitum ſenſitiuum, ut delectabiliter moueatur ad ſimilia ex imperio uoluntatis & illæ habitus derelictus: licet non ſit uirtus propriè idest intrinſecè (quia non eſt habitus electiuus, nec inclinans ad electionem) poteſt tamen dici uirtus aliquo modo, ſcilicet denominatione extrinſeca: quia inclinat ad ea, quę ſunt cōſona rectę rationi: & quia imperatur a uirtute uoluntatis. Hęc Sco. diſt. præſenti. Et ſuo modo poteſt poni huiuſmodi uirtus in parte executiua: ut in manu ſcriptoris: ut etiam habitum eſt ſupra. Et tantum de arti. ij.

Arti. 3. Dub. 1. G Quę uirtutum cardinalium ſit principalior.

❡ Quantum ad articulum tertiū eſt dubium primum: quę uirtutū cardinalium ſit principalior. Hic tenet ſanctus Tho. ꝙ prudentia ſit principalior, & cęteræ ad eā reducuntur. Sco. tenet, ꝙ uirtus eliciens ſecūdū dictamē prudentiæ, principalior ſit ipſa prudentia. Sed faciliter poſſunt concordari illa dicta doc. diſtinguendo de principalitate. Nā aliquid pōt eſſe principalius altero, uel quia naturaliter prius eo: & quod ab alio præſupponitur: & ſine quo aliud nō eſſe tale, puta in propoſito, ſine quo habitus non eſſet uirtus. Alio modo illud dicitur principalius, quod eſt ſimpliciter perfectius: tunc dicitur, ꝙ prudentia eſt principalior alijs uirtutibus moralibus primo mō, quia ipſa uel actus eius pręſupponitur alijs uirtutibus: & eſt prior eis generatione: & eſt regula aliarū uirtutum: ſine qua nullus alius actus eſt uirtuoſus. Nam ad eius conformitatem, uirtuoſum eſt quicquid dicitur uirtuoſum: & ſic ad eum omnes aliæ uirtutes morales reducūtur. Et hoc modo philoſophus uult eam eſſe priorem, & principaliorem: & beatus Antonius præfert diſcretionem, quę ad prudentiam pertinet cęteris uirtutibus: ut dicit Caſsiodo. Col. j. Sed loquendo de principalitate ſecundo modo, ſic uirtutes electiuæ ad uoluntatem pertinentes ſunt principaliores uirtute dictatiua ad intellectum pertinentem. Tum quia nobilioris perfectibilis nobiliores ſunt pfectiones. Voluntas autem ē perfectibile nobilius intellectu (ut nunc ſupponitur: & eius declaratio pertinet ad quartum de beatitudine) nec ſufficit, ꝙ non oportet omnem perfectionem nobilioris perfectibilis eſſe nobiliorem. Siquidem in nobiliore eſt aliqua perfectio minus nobilis, aliqua perfectione ſubiecti ſiue perfectibilis inferioris, & minus nobilis. Sufficit enim ſupremam nobilioris excedere ſupre-

mamminus nobilis. Nunc autem uirtus moralis non eſt ſuprema perfectio uoluntatis: nec prudentia ſuprema intellectus, ſed charitas uoluntatis, & fides intellectus. Charitas autem excedit fidem perfectione ſecundum apoſtolum. Hoc, inquam, non ſufficit: quia reſpectu eiuſdem obiecti nobilior potentia uidetur habere nobiliorem actum, quando utraq; agit ſecundū ultimum ſui: quia ibi non eſt exceſſus ex parte obiecti: quia idem eſt: ſed tātū ex parte potentiarū: ergo nobilioris potētię talis actus eſt nobilior. Cum ergo circa idem bonum, tanquā obiectū ſit actus intellectus practici, & uoluntatis: ſi utraq; potentia perfectè agat: hęc dictando, iſta eliciendo: ſimpliciter nobilior erit electio recta, dictamine recto. Et per conſequens habitus generatus ex electionibus rectis, eſt nobilior ſimpliciter habitu generato ex actibus intellectus dictatiuis. Tum etiā quia dictamen rectum intellectus ordinatur ad electionem rectam uoluntatis, & finis eſt nobilior ordinatis in finem. Tum quia priora uia generationis poſteriora ſunt uia perfectionis. Sed dictamen præcedit generatione electionē: ergo.

Dub. 2. ¶ Secundò dubitatur: utrū pręter uirtutes cardinales acquiſitas, oportet etiam ponere uirtutes cardinales infuſas. Reſpondetur, quod uirtutes morales acquiſitę ponendę ſunt: ratio probat, & experientia, ut deductum eſt ſup. diſtinct. xxiij. q. j. Nulla autem ratio naturalis probat uirtutes infuſas eſſe ponendas: ſed ſola auctoritas ſcripturæ, & ſanctorum. Et per hoc ſicut dictum eſt de uirtutibus theologicis: ita hic communiter dicitur de moralibus. Vnde Aug. diffiniens uirtutem: ut habetur in ſecundo diſt. xxvii. dicit. Eſt qualitas bona mentis, qua nullus male utitur, quam ſolus deus in nobis operatur; quod tantum de infuſa eſt uerum. Item dei perfecta ſunt opera: ideo cū hominem iuſtificat: non tantum infundit uirtutes theologicas: ſed etiā morales. In iuſtificatione itaq; impij, omnes illę uirtutes ſimul infunduntur: licet nō exeant in actum hīc acquiſitis: ſicut dictum eſt de theologicis infuſis: & cōmuniter proportionabiliter dicitur de iſtis, ſicut dictum eſt de illis.

H Vtrū pręter uirtutes cardinales acquiſitas oportet ponere uirtutes infuſas.

¶ Tertiò dubitatur, utrū uirtutes cardinales maneant in patria. Reſpondetur breuiter, quod quia habitus non opponitur actui habitus contrarij. Virtutes cardinales: quia perfectiones quędā ſunt animę non includentes eſſentialiter imperfectionem, ſicut fides, & ſpes: ideo manent in patria. Habent etiā actus in patria, ſecundum alios ab actibus, quos habent in uia. Nam ſecundum ſanctum Bon. omnes actus noſtri in gloria erūt fortes, iuſti, prudentes, caſti: ut iuſtitia excludit obliquitatem: prudentia errorem: fortitudo moleſtiam: temperantia omnem libidinem. Actus autem, quos habent in uia, nō habent in patria: non enim ibi prudentia cauet inſidias, quæ ibi nullæ ſunt: nec ibi iuſtitia ſubuenit miſeris: nec fortitudo pfert moleſtias: nec temperantia coercet delectationes prauas: ſed manent ibi excellētiori modo, quàm fuerūt in uia. In uia pugnant contra uitia: in patria gaudent de uictoria pleniſsimè adepta. Et tantum de quæſtione.

Dub. 3. I Verum uirtutes cardinales maneāt in patria.

¶ TRACTATVS DE DONIS, Diſtinctio. xxxiiij.

EGIT Magiſter de uirtutibus theologicis, & cardinalibus: conſequenter determinat de donis ſpiritus ſancti: & circa hoc tria facit. Primò agit de donis in genere: & de dono timoris in ſpecie. Secundò de quorundam donorum, quæ magis conuenire uidentur diſtinct. xxxv. Tertiò de donorum, ac uirtutum connexione, & ęqualitate diſtinct. xxxvi. Et poteſt ſententia tex. in tribus concluſionibus quaſi ſummatim abbreuiari, quarum prima concluſio hæc eſt. ¶ Dona ſeptem ſancti ſpiritus uerè ſunt uirtutes electos in patria ſicut animam chriſti in uia: ſecūdum certū uſum perficientes.

¶ Secunda concluſio. Timor in mundanum, ſiue humanum, in ſeruilem, initialem, & caſtum, uel filialem quadripartitur, quorum ſolus filialis cum perfecta charitate tam in uia, quàm in patria manere conceditur. ¶ Tertia concluſio. In chriſto fuit timor pœnæ alius a prædictis: qui dici potuit timor naturalis. Has latius proſequitur magiſter in textu.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionē. xxxiiij. quęritur: utrum neceſſarium eſt ponere dona, fructus, & beatitudines a uirtutibus theologicis, & moralibus realiter differentes. ¶ Per tres articulos procedit ad quęſtionis ſolutionem. Primus præmittet terminorum declarationem. Secundus ſubiunget cōcluſiuam reſponſionē. Tertius addet mouēdorū dubiorū

Arti. 1. ſolutionē. ¶ Quantum ad primū: quāuis
Not. 1. uariè loquūtur ſancti, & doct. de diſtin.
uirtutes donorū, beatitudinū, & fructuū: tñ ad ui
dōa bea tādū prolixitatē, ſequor in hac pte doc.
titudi- ſubtilē, cui concordat Ockam. ¶ Dimiſ
nes ha- ſis uariarū opi. recitationibus, primò no
bitus q tādum, ꝙ uirtutes, dona, beatitudines,
dam na & fructus ponuntur habitus quidam na
turales. turales, uel ſupernaturales: animā quantum ad actus ſuos in uia perficiētes: aut paſsiones, puta gaudium, uel delectatio actus conſequentes: quod additur quoad fructus aliquos. Probatur: quia cum hæc ſint aliquid in anima, in qua ſecūdū philo. nō ſunt niſi potētia, & habitus, & paſsiones, q̇ ſunt actus: aut q̄litates act⁹ naturaliter cōſequētes: ut ſupra habitū eſt diſt. xxiij. q. j. Et nō ſunt potentię: q̄a illę idētificantur animę: ut habitū eſt in ij, nec actus eliciti: quia manēt tranſeūte actu. Sunt. n. in anima actu nō cognoſcēte, uel appetēte, ut puta in dormiente: ergo ſunt habitus, uel paſsiōes actus conſequentes. Paſsiones ad ſolos fructus pertinent, habitus ad cæteras potentias circa actus, & paſsiones dirigentes, & hoc tanquam principium ab om-

Not. 2. nibus conceſſum ſupponatur. ¶ Secūdò

B notandū pro generali habituū diſtinctione potētias perficientiū diſtinctione, ꝙ habitus eſt quoddā genus ſubalternum de genere qualitatis habens ſub ſe multa gñra ſubalterna, quibus deſcenditur ad ſpecialiſsimas: Habitus ergo ſiue uirtus diuidi pōt. primò in intellectualē, & moralem: & cōſequenter utrūq; membrū in infuſum, & acquiſitum. Vel primò diuidi pōt habitus in infuſum, & acquiſitum ac deinde quodlibet mēbrorū i itellectualē, & moralem ſiue appetitiuum: & nihil intereſt ad propoſitum, an ſic, uel ſic diuidatur.

Habitus.

¶ Habitus ergo ſiue acquiſitus, ſiue infuſus intellectualis diuiditur in practicum, & ſpeculatiuum. Speculatiuus diuidi poteſt in mathematicum naturalē, & metaphyſicum ſeu diuinum, ut loquitur philoſ. v. Meta. & quodlibet horum membrorū ultra uarijs modis ſubdiuidi pōt: donec ueniatur ad ſpecialiſsimas, Sed illis dimiſsis: quia ſcientia ſpeculatiua non perficit hominem ad benè moraliter uiuendum: procedo ad diuiſionem habitus practici. Habitus practicus intellectualis diuiditur in eū, q eſt circa agibile, & circa factibile. Qui eſt circa factibile, dicitur ars: & pōt ſubdiuidi per plures diuiſiones, quouſq; ueniat ad ſpecialiſsimas, & artes ſpeciales mechanicas. Similiter & habitus practicus circa agibile multipliciter ſubdiuiditur: quia neq; ſcientia practica: neq; prudentia ē una circa oia agibilia. Diuerſorum. n. agibiliū, tanquā diuerſorum obiectorū diuerſi ſunt habitus: immo ut infra dicetur: q̄libet uirtus moralis habet ſpecialē prudentiā ſibi connexam. Siquidē alia ſpecie eſt prudentia circa obiecta fortitudinis: alia circa obiecta temperantiæ: alia circa obiecta iuſtitiæ. Ideo ſcd̄m diuiſionem uirtutū moraliū poſſet ſubdiuidi prudentia. Vnde de tota diuiſione habitus intellectiui practici in numero uirtutū, nō recipitur niſi fides, & prudētia. Habitus appetitiuus, ſiue moralis poteſt diuidi primò in habitum benè diſponentem appetitum circa deum, uel circa creaturam. Primus eſt duplex ſcilicet ſpes, & charitas. Charitas eſt circa deū, ut diligibilē in ſe. Spes, ut diligibilē tan

Habitus ſiue acquiſitus, ſiue infuſus intellectualis diuiditur in practicū & ſpeculatiuum.

quam commodum mihi: ut ex ſupradictis patet. ¶ Appetitiuus habitus circa creaturam, aut diſponit appetitum bene ad ſeipſum, aut quoad alterum. Secūdus. ſ. bene diſponens quoad alterū uocatur uno cōi noie iuſtitia: ſed primus, q bene diſponit appetitū quoad ſeipsū, nō habet nomē cōe. Et forte ꝓpter hoc in annumeratiōe uirtutum cardinaliū, non ſtatur in illa diuiſione bimēbri: ſed ultra proceditur ſub illa ad ſpecies proximas. ¶ Appetibilium enim ad ſeipſum, quędam ſunt appetibilia ex ſe, quæ ſecūdum ſe nata ſunt conuenire ſtatim appetitui. Et hic quædam ſunt fugibilia, quæ nata ſunt ſtatim ex ſe diſcōuenire. Alia ſunt niſi primò appetibilia, nec primò fugibilia: ſed quaſi ſecundariò propter illa primò appetenda, uel fugienda. Et habitus, qui diſponit circa prima appetibilia, uel fugibilia in communi, dicitur temperantia. Qui uero circa ſecundadicitur fortitudo. & prima appetibilia proprie pertinent ad concupiſcibilem, & ſecunda ad iraſcibilem. Sic ergo in connumeratione uirtutū omniū ſolū ſunt tres theologicę, & quatuor cardinales. De theologicis habetur. j. Cor. xiij. De cardinalibus Sap. viij. ut ſupra allegatū eſt.

Not. 3. ¶ Vlterius ſubdiuidendo notādū, ꝙ tres uirtutes morales acquiſitę. ſ. iuſtitia, fortitudo, & tēperātia, ſunt gňa inter media, ſiue ſubalterna. Nā primò concupiſcibilia ſunt duo. honor ſcilicet, & delectatio: quia omne quo aliquid primò eſt bonum idest conueniens, aut eſt honeſtum, uel delectabile. Vtile enim: qa cōcupiſcitur propter aliud, nō pōt eſſe primum motiuū ad concupiſcendū. Vnde utile in auct. j. Io. ij. Omne, ꝙ eſt in mūdo, aut cōcupiſcentia carnis eſt, & cōcupiſcentia oculorū, & ſuperbia uitę: innuitur in cōcupiſcentia oculorū. Nā cōcupiſcentia oculorū, q reſpicit diuitias: nō pōt eſſe primū cōcupitū, loquendo de diuitijs, ut ſunt bonū utile, nō ut bonū delectabile: quod intelligitur per cōcupiſcentiam carnis. Qđ ſi loquamur de diuitijs, inquātū ſunt pulchræ: & ſic bonū delectabile: ſic poſſunt primò concupiſci, ſicut aliud pulchrū uiſibile. Sic ergo ut dictū eſt, primò cōcupiſcentia a natura rōnali ſunt duo: honor, & delectatio. Et ſcđm hoc tēperātia, q generaliter diligit appetitū circa cōcupiſcibilia: duas habet ſpecies immediatas. Illa, q moderatur circa honores uocatur humilitas. Quæ uero circa uoluptates: retinet nomen generale generis, ſcilicet temperātiæ. Et quot poſſunt eſſe uoluptates diſtinctæ, ad quas uoluntas inclinatur, & quas moderari poteſt temperantia: tot ſunt ſpecies temperantię. puta altera circa guſtabilia: altera circa tangibilia. Et non ſolum circa uoluptates ſenſuū, de quibus delectatur uoluntas coniuncta: ſed etiam uoluptates propriæ uoluntatis. ut uoluntas eſt. Qm̄ & uoluntas angeli appetere poteſt delectabile: licet nō habeat appetitum ſenſitiuum. Et ꝙ illæ temperantiæ ſint ſpecies diſtinctę, patet per ſeparationem, quia poteſt aliquis tēperatus eſſe circa uenerea nolens uti ni ſi ſua: aut nolens ſimpliciter continere & intemperatus eſſe circa guſtabilia uolens comedere non comedenda: uel nolens comedere comedenda. Poteſt etiā aliquis eſſe temperatus circa ſenſibilia: & intemperatus circa ſpeculabilia. puta ſi uoluntas ſua immoderata delecteтur in hoc intelligibili ſpeculando: ꝙ ſcđm ſe nō ē ita utile, nec honeſtū ſicut aliud. Hęc delectatio ſcđm ſe eſt immoderata: ſicut delectatio nimia circa notitiam curioſam aſtrorum cęli, & motuum eius impediens ſtudium rerum ſalutarium, & neceſſariarū: & ideo moderanda eſt: cū ſecundum ſe ſit inordinata. Et ſecundū multiplicitatem delectationū ſpiritualiū moderamine indigentiū, multiplicantur ptes tēperātię. ¶ Species fortitudinis pñt etiā eſſe duę immediatę, quarū una eſt fortiter ſuſtinere terribilia, quæ uocatur patientia: q eſt nobiliſsima fortitudo. Hęc eſt, q inclinat ad non repellē dū triſtia, ſeu terribilia: & illud non repellere eſt quidem actus poſitiuus ſcilicet uelle non impedire: quod eſt nolle impedire aduerſa terribilia, ſeu uelle pati talia. Alia eſt fortitudo in aggrediendo, & repellendo terribilia, & aduerſa: quę retinet nomen fortitudinis. utraq;

Tres uirtutes morales acquiſitę ſunt genera īter media, ſiue ſubalterna.

Fortitudo in genere duas habet ſpecies.

uincit:ſed longè nobilius patiẽtia, quã
repellens fortitudo. Iuſtitia etiam ſubdi
uiditur:cum enim iuſtitia ſit uirtus di-
rigens appetitum, ut ſe benè habeat in
ordine ad alterum. Poteſt autem quis
benè ſe habere ad alterum dupliciter.
Primo communicando ſe alteri quãtũ
põt ſe illi cõmunicare. Scđo cõicando
illi aliquid aliud, quàm ſe, ut cõicando
ſua: uirtus inclinans ad primũ actum di-
citur amicitia, qua quis ſeipſum dat pro-
ximo, quantum poteſt ſe dare; & quan-
tum proximus põt eũ hẽre: & hæc eſt p-
fectiſsima uirtus moralis: quia uirtus iu-
ſtitiæ ſimpliciter eſt pfectior uirtute be-
nè ordinante hoiem ad ſeipſum: & hæc
amicitia eſt pfectiſsima ſpecies iuſtitiæ.
Si autẽ cómunicet proximo aliud á ſe:
aut ergo bona extrinſeca, uel bona in-
trinſeca: aut bona ptinentia ad conui-
ctũ humanũ, ſiue ad uitam humanã. Iu-
ſtitia ordinans circa bona extrinſeca:
quibus homines indigent cõicatione, di
citur iuſtitia cõmutatiua: & frequẽtius
dr̃ iuſtitia p tanto, ꝙ ea, quæ ſic cõican-
tur: cõmutantur illi, q cõmunicat in ali
quod æquiualens. Si autem cõicet aliqđ
neceſſarium ad conuictum. i. ad ſimul in
aliqua cõmunitate ciuili, uel domeſtica
uiuendum: aut ergo eſt regimen: & hoc
conuenit præſidenti; & hæc ſpecies eſt
innominata, poſſet tamen dici prȩſiden
tia, uel dominatio iuſta: aut cõicat ei
ſubiectionem iuſtam: hȩc noiatur obe-
dientia. ¶ Vlteriores uirtutum cardina-
lium ſubdiuiſiones reſcinduntur: quia
illæ, quȩ dictæ ſunt, ſufficiunt ad propo
Not. 4. ſitũ. ¶ Conſequenter notandũ pro intel
D lectu terminorũ beatitudinis donorũ,
De di- & fructuũ: ꝙ noia beatitudinum, quæ
ſtinctio nominãtur, ſiue numerãtur Matt. v. sũt
ne bea- noia habituũ uirtuoſorũ ſcđm aliquos
titudi - heroicorum, aut tenſione perfectorũ.
num. Enumerantur aũt quinq; ſpecies ſpecia
liores uirtutum, quã numerantur in ſep
tenario uirtutum prius aſsignato. Duas
quippe ſpecies temperantiæ enumerat
ſaluator inter beatitudines. Vna eſt hu-
militas, quæ moderatur circa primum
delectabile, quod eſt honor: & hanc ex-
pimit ibi. Beati pauperes ſpũ. vñ. Aug.
Rectè hic intelliguntur paupes ſpũ: hu-
miles ac timentes deum. i. nõ habentes
inflatũ ſpiritũ. Aliam ſpeciẽ moderantẽ
uoluptatem in cõmuni exprimit p hoc;
Beati mũdo corde. Munditia enim cor
dis eſt immunitas uoluntatis ab omni
inordinata delectatione: tam rõne ſui,
quã rõne appetitus ſenſitiui, cui coniun
gitur. Fortitudinem exprimit in ſua per
fectiſsima ſpecie, quæ eſt ipſa patientia:
ibi. Beati, qui perſecutionem patiuntur
propter iuſtitiam &c. Iuſtitiæ exprimit Tres ſpe
tres ſpecies. Vnam, quȩ eſt in cõmunicã cies sũt
do ſeipſum per amicitiã: cum dicit. Bea- iuſtitiæ.
ti mites. inſinuat. quãuis enim amicitia
ſit plus, quã beneuolentia: ſecũdũ phil.
viij. Ethi. latente in cõtrapaſsis. Et bene
uolentia ſcđm philoſo. plus ſit, quã mi-
titas: quia mites ſunt, qui non offendũt,
nec reſiſtunt in malo: tamẽ per hoc mi
nimũ, quod eſt quaſi infimum in amici-
tia: exprimit illam, qua quis ſeipſum cõ
municat proximo. Aliã ſpeciẽ iuſtitiȩ, q
ſcilicet diuiditur in dominationẽ iuſtã,
& obedientiã: exprimit p hoc, ꝙ dicit.
Beati pacifici. Pax. n. in hoc ſeruatur, ꝙ
præſidens rectè regit: & ſubditus rectè
obedit. Tertia ſpecies iuſtitiæ, quæ eſt
quantũ ad exteriora, exprimitur ibi. Bea
ti miſericordes. Nullo enim alio modo
poteſt quis eſſe perfectus circa exterio-
ra, communicando ſe proximo, quã ut
ſit miſericors, qui ſua communicat: nõ
ut rehabeat: nec ut prius beneficiatus
ab eo, cui communicat. Liberalis enim
etſi communicat amico aliqua; tamen
poteſt eſſe liberalitas aliqua inferior, q̃
ſit miſericordia: expectat enim quan-
doq; ipſe liberalis gratitudinem pro be
nefactis: & ita liberalitas eſt impfectior
ſpecies iuſtitiæ, quã miſericordia. Hanc
igitur iuſtitiam, quȩ eſt circa tẽporalia,
exprimit deus in ſpecie. Beati miſericor
des. Et ita habentur tres uirtutes mora-
les expreſsè in ſuis ſpeciebus, uel in ſe.
¶ Theologicas duas exprimit, ibi. Bea-
ti, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Eſu-
rire enim non eſt ſine miſericordia: ſed
habitus, quo elicitur, eſt charitas.
Propriiſsimè enim charitas uiæ eſt ha
bitus, quo eſurimus iuſtitiam: & dili-

gere

gerę deum in ſe quæ eſt quædam dile-
ctio: eſt uera iuſtitia. Spem uero expri-
Luctus eſt habitus deſiderandi. mit per illam. Beati qui lugent: Luctus
enim eſt habitus deſiderandi. Sic ergo
in octo beatitudinibus exprimũtur duæ
uirtutes appetitiuę theologicę, & tres
morales. Fortitudo in ſe: & temperan-
tia in duabus ſpeciebus: & iuſtitia in tri-
bus ſpeciebus. Duæ autem uirtutes intel
lectuales: theologica ſcilicet fides: & car
dinales, quę eſt prudentia; non exprimũ
tur in ſe, nec in ſuis ſpeciebus: ſed dan-
tur ſatis intelligi per appetitiuas: quia
non eſt uoluntas ſatis diſpoſita ſine uir
tute in intellectu correſpõdẽte. ¶ Quòd
etiam dicuntur beatitudines, non eſt in
telligendum, ꝙ habitus illi, uel actus eo
rum ſint beatifici in re: ſed in merito: q̃a
per actus eorum meremur beatitudinẽ:
ſicut in pleriſq; locis loquitur ſcriptura
de beatitudine in ſpecie, ſiue in merito:
ut ibi. Beatus, qui intelligit ſuper egenũ,
B & pauperem. ¶ Sic de donis intelligen
dum, ꝙ ibi numerantur quatuor uirtu-
tes cardinales: & tres theologicę. Pru-
dentia per illud. Spiritus conſilij. Nam
prudentia propriè eſt habitus conſilia-
tiuus: quia eſt habitus ſyllogizandi pra-
ctice: & ſic ſyllogizare eſt conſiliari.
De diſtinctione donorum. Vnde habitus, quo quis eſt conſilia-
tiuus, eſt prudentiæ. Fortitudo expri-
mitur nomine ſuo inter dona. timor eſt
ſpecies temperantiæ. Idem enim eſt om
nino timor, quod humilitas: licet alio
nomine nominetur. Vnde Augu. ſu-
per illud. Beati pauperes ſpiritu. Quòd
ſcriptura frequenter commendat ti-
morem dei initium dei ſapientiæ. nihil
aliud eſt, quàm ꝙ humilitas eſt initium
uirtutum. Quòd etiã inter dona nume
ratur pietas, hęc eſt miſericordia: & illa:
ut dictum eſt: ſpecies eſt iuſtitię. Chari
tas autem exprimitur per illud. Spiritus
ſapientiæ. Vbiq; enim in ſcriptura per ſa
pientiam charitas intelligitur. Sapien-
tia enim eſt habitus, quo ſapit haben-
ti obiectum, quod eſt in ſe ſapidum:
quo ſcilicet mihi placet illud bonum in
ſe: & illud uolo mihi: & ita in illo dono
etiã includitur ſpes. Nam habitus, quo
ſapit mihi bonum in ſe: eſt charitas:
& habitus, quo bonum in ſe ſapit mihi
tanquam bonum mihi, eſt habitus ſpei:
& utrumq; pertinet ad ſapientiam. Fi-
des autem exprimitur per duo dona, ſci
licet intellectum, & ſcientiam. Non
enim illa duo circumloquũtur duos ha-
bitus ſpecie diſtinctos: ſed unum tan-
tum ſecundum perfectum, & imperfe-
ctum, quorum imperfectus eſſe poteſt
ſine perfecto: & non econuerſo. Sicut
enim in naturalibus intellectus dicitur
eſſe principium, & ſcientia concluſio-
nis explicitè ex principijs illatę: & in-
tellectus, quia notitia uniuerſalior, eſt
imperfectior ſciẽtia, quæ eſt notitia par
ticularior: quia concluſionis illatę. Ita
per intellectum accipitur notitia articu
lorum primorum, quę ſunt quaſi princi
pia cęterorum credibilium: & ſcientia
ꝑ notitia explicita articulorũ ſpecialiũ:
quaſi cõcluſionũ ex prioribus illatarum.
Et põt ſcientia dici fides perfecta: intel-
lectus uero fides imperfecta, q̃a eſt prin
cipiorum: ſcientia uero concluſionum.
Sic ergo in donis numerantur tres uir-
tutes theologicæ: & quatuor cardina-
les. Charitas, & ſpes in ſapientia: fides in
intellectu, & ſcientia. Prudentia intelli-
gitur per conſiliũ: iuſtitia in ſua ſpecie,
ſcilicet pietate, quę eſt miſericordia. Tẽ
perantia ſimiliter in ſua ſpecie .ſ. timo-
re, quę eſt humilitas. Fortitudo in nomi
ne proprio. ¶ De differentia tñ particu- F
larior ſapientię, intellectus, & ſcientiæ,
clarius dicetur in diſ. ſequenti. ¶ Fructus Fructus ſpiritus.
autem ſpiritus annumerat apoſtolus ad
Gal. v. Fructus ſpiritus (inquit) eſt cha-
ritas, gaudium, pax, patientia, benigni-
tas, bonitas, longanimitas, mãſuetudo,
fides, modeſtia, continẽtia, caſtitas. Ho
rum duodecim fructuum quidã ſunt uir
tutes de numero ſeptem uirtutum. Qui
dam ſunt ſpecies uirtutum numeratarũ.
Quidã neq; ſic, neq; ſic: ſed ſunt delecta
tiones conſequentes uirtutũ actus. uerbi
gratia: charitas ibi exprimitur nomine
proprio: ſimiliter & fides. Spes autem in
hoc, q· dicitur longanimitas. Dicitur.n.
longanimis, quaſi in lõgum animoſè ex
pectans. Exprimũtur ẽt morales ibi. For
titudo, in hoc, q· dicitur patiẽtia, quę eſt

principalior ſpecies fortitudinis. Iuſtitia exprimitur in tribus ſpeciebus. In miſericordia, quæ in fructibus dicitur bonitas, communiter enim bonus dicitur, qui communicat ſe in aliquo proximo. In amicitia, quæ dicitur benignitas, quæ eſt beneuolentia: nam benignus dicitur quaſi bene ignitus. In tertia ſpecie, quæ pertinet ad regimen, & ſubiectionem, quæ dicitur manſuetudo: uel per manſuetudinem ſpecialiter exprimitur obedientia. Manſuetus enim exequitur omnia ſine murmure. Temperantia exprimitur in duabus ſpeciebus ſuis. ſ. cōtinētia, & caſtitate: ſi placet dicere cōtinentiā eſſe circa alia delectabilia, & caſtitatem circa uenerea. Per hæc duo pōt intelligi una ſpecies circa quæcunque delectabilia. Prudentia exprimitur ibi: modeſtia. Modeſtus enim eſt, qui debitū, & rectū modum tenet in agendis, & prudentiæ eſt debitum modum, in actione inuenire, præfigere, & determinare. Sic habemus tres theologicas uirtutes in ſe. Fortitudinem in una ſpecie. ſ. patientia: iuſtitiā in tribus ſpeciebus: tēperantiam in una, uel duabus ſpeciebus: prudentiā in una ſpecie. Et ita in fructibus habentur omnes ſeptē uirtutes theologicæ, & cardinales. Numerantur etiā ibi quædam, quæ ſunt delectationes cōcomitantes, uel cōſequentes actus uirtutum gaudium ſcilicet, & pax. Gaudium enim propriè eſt delectatio in uoluntate. Et pax eſt ſecuritas habendi obiectum ſine impugnatione ❡ Vltimò notandum, ꝙ habitus illi uirtutū. ſ. beatitudines, fructus, & dona, que omnia hic includunt: dicūtur dona ſpūſſancti dupliciter. Vno modo: qa immediatè infunduntur a ſpūſancto. & nec illi, nec aliqui habitus eiuſdem ſpeciei cum illis circa eadem obiecta poſſunt acqri per naturā ſicut ſupra dictum eſt de fide infuſa, quę eſt alterius ſpeciei cum fide acqſita: qa habitus acqſitus poteſt eſſe ſufficiens principium cum potentia, & obiecto ad eliciendum actum, ad quē infuſus nō eſt ſufficiens principium cum potentia, & obiecto. Nam habitus infuſus nunquam inclinat ad actū ſine habitu, uel actu eius acqſito: ut ſupra dictū eſt de fide acqſita, & infuſa. Secundo mō dicuntur dona ſpūſſancti: qa licet infundantur a ſpūſancto: poſſunt tñ ipſi, uel alij eiuſdē rōnis naturaliter acquiri. Et ijdem ſunt eiuſdem rationis cū acqſitis: & poſſunt immediatè inclinare ad eoſdem actus, ad quos habitus acqſiti ſine acquiſitis. Sicut donum linguarum datum apoſtolis in die pentecoſtes fuit habitus, per quē poterant intelligere, & loqui omnia linguarum genera, quæ potuiſſet naturaliter acquiri per uſum, & doctrinam. Et ita de dono ſcientiæ & intellectus, quo nouerūt omnem ueritatē neceſſariā ad ſalutē, & ſcripturarum intellectum, qui habitus licet poterant acquiri ꝑ ſtudiū, & doctrinā lōgi temporis, & exercitij: tn de facto infundebantur a ſpūſancto. Sed tales habitus uirtutum non infunduntur regulariter cuilibet baptizato: ſicut docet experientia. Non enim infunduntur ſine ſpeciali, & nouo miraculo. Et forte de his ſecundo modo dictis habitibus loquitē apoſtolus, dum uult dona gratiæ, & ſpiritusſancti nō omnia ſingulis infundi: ſed eſſe diuiſiones gratiarum, & unum ſpiritum diuidentem ſingulis prout uult. j. Cor. xij. Ex quo uidetur ſequi, ꝙ ſi dona ſpiritusſancti infunduntur cuilibet baptizato unacum charitate, ſpe & fide: ꝙ illi habitus non sūt eiuſdem rationis cum habitibus infuſis apoſtolis, & prophetis, qui ſtatim ſine acquiſitis poterant per habitus infuſos elicere actus: quod non poſſunt regulariter baptizati: ut patet per experientiam, & oſtēſum eſt ſupra de fide. ❡ Quātum ad ſecundum articulum eſt concluſio prima. Viator ſufficienter perficitur per habitus ſeptem uirtutum, ad quoslibet actus ſaluti neceſſarios eliciēdum. Et intelligenda eſt concluſio de habitibus infuſis, & acquiſitis. Probatur concluſio poſt Sco. Soli habitus ponendi ſunt in uiatore, quibus uiator perficitur circa omne obiectum quantum ad actus eliciendos, circa quod perfici poteſt in uia: huiuſmodi habitus ſunt ſeptem uirtutes in genere: tres theologicæ, & quatuor cardinales: ergo preter illos

Not. 5. G Duplici ratione dicūtur, dona ſpūſancti.

Arti. 2. Cōcl. 1 H Viator ſufficiēter perficitur per habitus ſeptē uirtutum.

ſeptem alij non ſunt ponendi. Conſequentia nota eum maiore. Minor probatur: quia omne obiectum, circa quod perficipôt uiator: aut eſt deus: aut creatura. Sed circa deum ſufficienter perficitur tribus uirtutibus theologicis in ſummo: quantũ phci poteſt uiator perfectiſsime: ſi illi tres habitus ſunt perfectiſsimi. ſi habet eas in habitu multum intenſo: ſecundum hoc enim dicuntur perfectiſsimi. Circa creaturam uero ſufficienter perficitur per quatuor uirtutes cardinales, ſi ſint perfectiſsimæ: ideo. Minor uera. Antecedens probatur. Sufficienter perficitur uiator quoad deũ, ſi perficiatur quoad eum, ut intelligendum, & bonum in ſe diligibile: & ut cõmodum uiatori: quia alios actus ordinatos circa deum habere non poteſt, quã intelligere, & diligere deum in ſe: & appetere deum, ut bonum commodũ uiatori. Sed quantum ad primũ ſufficienter perficitur per fidem: quia omnis cognitio dei uiatoris eſt cognitio fidei. Quoad ſecundum per charitatẽ: quoad tertium per ſpẽ: ut patet ex dictis. Et qui dẽ perfectiſsime, ſi dictæ uirtutes ſunt perfectiſsimę, ſcdm capacitatẽ uiatoris: uel ſcdm ſe ſcdm diuerſas opiniones. Secũda pars antecedentis ſimiliter patet: q̃a quoad alia a deo ſufficiẽter perficit̃ intellectus per prudentiam: quia per illã (ſi ſit perfectiſsima) nouit omnia agibilia circa creaturas quantum ad omnẽ conditionem agibilis. Similiter appetitus perficitur quantum ad ſe, & ad alterum appetendum, diligendum, uel fugiendum per tres uirtutes morales: temperantiam, & fortitudinem tam quoad concupiſcibilem, quã quoad iraſcibilẽ quoad ſe: & per iuſtitiã quoad alterum: ut dictum eſt in primo arti. & hoc quantum poſsibile eſt phci, ſi ſint perfectiſsimæ. Et dicitur notanter quoad actus ad ſalutem neceſſarios: quia pręter illos ſeptem habitus, plures ſunt habitus ſpeculatiui, & practici ut metaphyſicales, mathematicales, & naturales: & ſimiliter hab tus factiui artium mechanicarum: ſed horum actus non

Cõcl. 2 ſunt neceſſarij ad ſalutem. ¶ Secunda cõcluſio. Beatitudines, & dona ſanctiſpiritus non diſtinguuntur realiter a dictis ſeptem uirtutibus. Probatur concluſio: quia dona, & beatitudines ſunt habitus quidam perficientes animæ potentias, quantum ad ea, quæ pertinent ad animæ ſalutem. Sed omnes tales habitus compræhenduntur ſub his ſeptem uirtutibus: ergo non diſtinguuntur ab eis realiter. Conſequentia nota. Maior patet: quia ſunt perfectiones accidentales animæ permanentes inclinantes animam ad actus uirtuoſos: & ita ſunt aliquid in anima, & non potentię. manifeſtum eſt. Nec paſsiones: quia non actus, nec actum requirentes: alioquin non eſſent in dormiente: ergo habitus. tenet conſequentia per philo. ij. Ethic. ſimili forma probantem uirtutes eſſe habitus. Minor probata eſt concluſione præcedenti. Item probatur ex diffinitione uirtutis. Sunt enim qualitates permanentes quæ habentem perficiunt, & opus eius bonum reddunt, ergo uirtutes: & per conſequens aliquę ex his ſeptem, ad quas (ut dictum eſt) omnes a lię reducuntur tã infuſę, quã acquiſitę. Poſſet idem probari deſcendendo ad ſingula particularia, & uirtutes: ut patuit in primo arti. ¶ Tertia cõcluſio. Perfectio donorum, & beatitudinum non mutat ſpeciem uirtutum: probatur: q̃a pfectio habituum reſpectu eorũdem obiectorũ, & eorũdem actuum ſpecie, & ab eadem cauſa procedentium attenditur pœnes intenſionem gradualem eorundem: ſed intenſio gradualis non mutat ſpeciem: ergo habitus ſecundũ ſolã perfectionẽ intenſionalem diſtincti ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Conſequentia nota. Maior patet. Perfectio habituum, uel attenditur ex perfectione obiectorum, aut actuum ad quos inclinant: aut cauſarum, a quibus producuntur: aut ex intẽſione gradualiſ, quia nihil aliud ab his aſsignari põt. Nam finis, & circũſtantiæ ſunt obiecta: ut dictum eſt ſupradi. xxiij. q. j. Vbi ergo eſt idem obiectum actus, & cauſa: habitus perfectio attendi non poteſt, niſi pęnes intenſionem. Minor probatur: q̃a qualitates intenſa, & remiſſa ſũt eiuſ-

Beatitudines, & dona S. S. non diſtinguũtur realiter a dictis ſeptem uirtutibus.

Cõcl. 3 K

Perfectio donorum nõ mutat ſpeciẽ uirtutum.

dē ſpeciei: ſicut ſumma caliditas: & caliditas ſunt eiuſdē ſpeciei. Similiter ſūma charitas: & charitas ſunt eiuſdem ſpeciei. In oibus enim gradibus qualitatis ſaluatur rō ſpeciei. Quilibet enim gradus albed'nis eſt albedo: & quilibet gradus gratiæ eſt grat'a, & ſic de alijs. ¶ Vltra habitus donorū, & beatitudinū ſunt eiuſdē obiecti, & eorūdem actuū, cuius & quorum ſunt uirtutes: ut patet ex primo arti. & ab eadem cauſa: quia a deo infunde nre: ſicut enim dona, & beatitudines ſunt habitus infuſi: ita etiam uirtutes ſunt infuſę. Patet de theologicis, & cardinalibus: licet pręter infuſos etiā ſint uirtutes acquiſitæ eiuſdem numeri: ergo ſi differunt dona, & beatitudines in perfectione, non differunt, niſi ſecundum intenſionem a uirtutibus: ſed perfectio intenſionalis non tollit rationē uirtutis. Sūma enim charitas, eſt charitas, & uirtus: & ſic de alijs. Quare propter perfectionē dona, & beatitudines nō diſtinguūtur a uirtutibus. ¶ Corollariū. Diſtinctio, quā beatus Tho. & ſanctus Bona. aſsignāt inter uirtutes: & dona, & beatitudines, non tollit rationē uirtutis. Patet: qa illa diſtinctio accipitur penes minorē pfectionē habituū eorundē obiectorū, & actuū ſpecie: ut patet diligēter eorū ſcripta intuēti, & illa nō tollit rōnem ſpeciei. Summa enim charitas eſt charitas: & omnis charitas eſt uirtus theologica: etiā ſumma omnium perfectionum habitualiū, tam uiæ, quām patriæ eſt charitas: ſecundū Apoſtolum, & Aug. quæ tamen eſt uirtus: ergo dona, & beatitudines nō ſūt pfectiores uirtute. Similiter nec illa differētia, quam ponit Henricus de Ganda. qua dicit uirtutes perficere hominem modo humano: dona modo ſuphumano: beatitudines modo inhumano, & quaſi diuino (ſicut faciunt uirtutes heroicæ) excludit rationem uirtutis. Nam & uirtus heroica eſt uirtus: ut infra dicetur de connexione uirtutum, & charitas pfectiſsima (omnia cætera excellens) eſt uirtus, ut iam dictum eſt: ergo &c. Hanc opi. Henrici da Ganda. ſufficienter impugnat Sco. ¶ Quarta concluſio: quamuis res ſignificatæ, quæ ſunt realiter dona. & beatitudines non diſtinguātur a reali uirtute: differunt tamē hec nomina, donū, beatitudo, uirtus: idē autem a ſeipſo non diſtinguitur. Secundū probatur: qa rō inferioris diſtinguitur a ratione ſui ſuperioris: ſicut ratio hoīs a ratione animalis. Sed dona, & beatitudines ſunt inferiora ad uirtutem: nam nomen uirtutis importat omnem habitum inclinantem ad actū uirtuoſum, ſiue infuſum, ſiue acquiſitum: donū autē tātū habitū infuſū beatitudo (ut hic capitur) habitū infuſum, & perfectū. Neq; in omnibus illis oportet diſtinctionē q̄rere realē, quę ſcriptura diuerſis nominibus exprimit. Frequenter. n. ſcriptura (ait Sco.) eadem realiter exprimens exprimit illa ſub alijs uerbis: nunc quædam omittens, & alibi explicās ſic omiſſa: & ideo numerus octo beatitudinum non uariat, nec importat realem diſtinctionem earum a ſeptenario nūero uirtutū. ¶ Quinta concluſio. Fructuū quidā ſunt uirtutes: quidā ſunt paſsiones uirtutū actus conſequētes. Scdm patet de gaudio, & pace. Primū patet de cæteris fructibus: ut declaratū eſt in arti. j. nota. penult. ¶ Quantum ad articulum tertium, dubitatur primò de ordine donorum: qui ſecundum beatum Aug. in de ſermone dñi in mōte uariatur apud Eſaiam, & apud Matthę. nā Eſa. xj. enumerationem donorum incipit a ſapientia deſcendendo uſq; ad timorem. Quandoq; econuerſo a timore aſcendendo ad ſapientiam: ut Mat. v. Beati pauperes ſpiritu. Pauperes ſunt humiles deum timentes: ut exponit Beatus Augu. Nam & beatitudines dona ſunt ſanctiſpiritus: ut habetur in gloſ. Matth. v. Reſpondetur, quòd ordo donorum quandoque ſumitur ab ordine generationis, ſecundum quem poſteriora prioribus ſunt perfectiora. Alio modo ſecundum ordinem perfectionis; quo digniora ſunt priora. Primo modo primum donum eſt timor: qui eſt initium ſapientię: de quo ſequentibus diſtin. dicitur. Ab eo aſcenditur uſque ad ſapientiam, quæ eſt perfectiſsimum donorum: quia ut dictū

Coroll.

Cōcl. 4

L

Nomina uirtutum differūt ratione licet res ſint eędem.

Cōcl. 5

Arti. 3. Dub. 1.

M

De triplici donorum ordine.

ut dictum eſt: ſapientia ipſa eſt charitas
ſumma uirtutum. Secundo modo, ubi
proceditur a perfectiſsimo, & dignisſi-
mo e conuerſo deſcendendo ad minus
perfectum: in hoc ordine primum eſt
ſapientia, & ultimum timor: quę intelli-
genda ſunt de timore ſeruili, mercena
rio, ſeu initiali: non de filiali, aut caſto,
qui includit ſapientiā, quia ille procedit
ex charitate, qua diligitur deus propter
deum: ideo ille nō eſt initium ſapientię,
& charitatis: ſed eā pręſupponit: aut coe
xigit. Vnum ordinem tenet propheta. ſ.
ſecundum: alium tenet euangeliſta, pu-
Dub. 2. ta primum. ¶ Secundò dubitatur, utrum
N dona maneant in patria. Reſpondetur
ſecundum ſanctum Bona. φ dona mane
bunt in patria, ſicut fuerunt in Chri-
ſto, qui ſemper fuit beatus, & comprę hē
Dona ſor uerus. Vnde dona fuiſſent in ſtatu in
nūm ma nocentię: in ſtatu naturæ lapſæ, & in ſta
neāt in tu naturę glorificatę. In ſtatu innocen-
patria. tię fuiſſent ad ſanitatem animę ſeruan-
dam tanquam medicina pręſeruatiua:
in ſtatu naturæ lapſę ad ſanandū, tanquā
medicina curatiua: in ſtatu glorię ad ſa-
nitatem perpetuandā. Erunt autem in
beatitudine quantum ad habitus: ſimili
ter quantum ad actus: non tamē ad om
nes: nec omnino eiſdem modis ſicut in
uia; nō.n. manebūt dona, quæ perficiunt
in uia actiua quātū ad actus, quos habēt
in uia circa propriam materiam, uel cū
imperfectione. Nō.n. erit ibi timor quā
tū ad actū, q eſt recedere a malo, ſiue re
trahere a noxiis, q̄ nulla ibi ſunt: ſed ma
net ibi quantū ad actū reuerentię quoad
deū. Sic fortitudo nō facit ſuſtinere dif-
ficilia: ſed facit adhærere deo. Pietas nō
ad cōdolendū pximo: ſed ad cōgauden-
dū ſibi, ſimiliter beato. Cōſiliū nō quan
tū ad diſcuſsionē dubiorū: ſed quātū ad
Qūo electionē bonorū. Intellectus nō quātū
manent ad inquiſitionis diſcurſū: ſed quantū ad
in pa- ſimplicem aſpectum. Scientia non quā
tria. tum ad cognitionem benè conuerſan-
di in medio nationis prauę: ſed ut ſciat
unuſquiſq;, quomodo ad alterum de-
beat ſe habere. Donum ſapientiæ, ſicut
& charitas manet quantum ad propriū
actum: quia eſt reſpectu dei, quibi per

fectiſsimè, & clarè uidebitur, & frui-
tione perfectè guſtabitur, & ſapietur.
De hoc ſimiliter dictum eſt quæſtione
præcedenti de uirtutibus cardinalibus,
& ſiue de theologicis, quę ſimiliter hic
locum habent: quia dona ab his non di-
ſtinguuntur. Poſſent etiam plura moue
ri dubia. ſ. de prioritate donorū de habi
tudine donorū ad beatitudines, & fruct9
ſed attēto, φ dona nō diſtinguunt, a uir
tutibus; ſed ſūt uirtutes infuſę. Similiter
& beatitudines, & fructus pter gaudiū, &
pacem, quę ſunt paſsiones, actus uirtutū
conſequentes, ut pręmiſſum eſt: iam pa
tet horum dubiorum ſolutio. Nam eiuſ
dem ad ſeipſum nulla eſt prioritas: nec
excellentia: nec alteritatis habitudo. Si
tamen fiat comparatio donorum ad uir
tutes acquiſitas: dicitur, φ dona ſunt p-
fectiora acquiſitis uirtutibus: ſicut infu
ſum immediatè a deo perfectius eſt ac-
quiſito. De timore dicetur quæſtione, &
diſtinctione ſequenti.

DISTINCTIO. XXXV

PRAECEDENTI diſtinctione egit de donis in genere. In hac diſtinct. xxxv. agit de quibuſdā donis in ſpecie: oſtendens diſtinctionem eorum, quę magis uidentur inter ſe conuenire, ſcilicet de ſapientia, ſcientia, intellectu & cōſilio. Colligitur aūt ſentētia textus in his tribus cōcluſionibus. ¶ Prima. Sapiētia rerū diuinarū eſt cognitio. Scientia rerum humanarum, quibus fides ſaluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Ideo ſapientia contemplationi: ſcientia actioni, qua rectè in medio nationis prauæ uiuitur. Intelligentia uero rerum ſpiritualium tam æternarum, quàm in tempore exortarum notitię deputatur. ¶ Secunda concluſio Sapientia, intelligentia, ſcientia, quę ſunt infuſa dona ſpiritus ſancti: diſtinguūtur ab acquiſitis (eorundem nominum) uirtutibus. ¶ Tertia concluſio. Sapientia animæ infuſa non

eſt realiter deus, ſed uerus, & præcipuus eius cultus.

QVAESTIO VNICA.

A Vtrum, ſicut timor, & charitas in eodē ſubiecto repugnant, ita ſapiētia intellectus inter ſe diſferūt. Arti. 1. Not. 1. Timor.

CIRCA hanc diſtinctionem, & ultimam partē prioris diſtinctionis quæritur: utrum ſicut timor, & charitas in eodem ſubiecto repugnant: ita ſapiētia, intellectus, ſcientia, & conſilium realiter inter ſe differunt. ¶ Tribus articulis quæſtio abſoluetur. Primus reſpondet ad ſuppoſitū: ſecūdus ad quæſitū: tertius dubia declarabit. ¶ Quantum ad primum notandum: ꝙ timor accipitur tripliciter. Vno modo pro paſsione appetitus ſenſitiui, uel intellectiui naturaliter ſequente appræhenſionem alicuius diſconuenientis, ut poſsibiliter futuri: hoc modo annumeratur inter principales quatuor paſsiones: ut patet metro. vij. lib. j. de conſol. Secundo modo accipitur pro actu elicito conſequente huiuſmodi apprēhēſionem, & paſsionem. qui in uoluntate eſt actus nolendi, fugiendi, aut cauendi huiuſmodi inconueniens. Et illo modo frequēter accipitur a Beda, & Aug. ut patet attendenti uerba eorum, quę allegat magiſter diſ. prçcedenti: ubi per actus diffiniunt partes timoris: ut patet in textu. Dicit enim. Aug. Timor ſeruilis eſt, cū per timorem gehennę cōtinet ſe homo a peccatis. & ſequitur. Et timore facit, quicquid facit. Ecce continere a peccato: facere bonum: actus ſunt a paſsione timoris procedentes. Tertio modo accipitur pro habitu ad huiuſmodi actus inclinante acquiſito: aut a deo immediatè infuſo. Hanc acceptionem cum ſecunda tangit ſanctus Bonauen. q. ij. huius diſt. ar. ij. inquiens. Timorem ſeruilem dico habitum ipſum, quo quis habilitatur ad timendum deum: quia punit preuaricantes. Et eadem quæſtione arti. v. recitans opiniones quorundam dicit: ꝙ loquendum eſt de timore dupliciter quantum ad habitum, & quantum ad uſum. Vſus timoris eſt actus ex eo procedens, & caute attendi debet in ſanctorum dictis: quo horum trium modorum accipitur timor. ¶ Secundò notandum, ꝙ magiſter in textu precedentis diſtinct. Not. 2.
quadruplicem diſtinguit timorem: mundanum, ſeruilem, initialem, & caſtum, uel filialem. Cui capitulo ultimo addit quintum membrum, ſcilicet timorem naturalem. ¶ Timor naturalis eſt, quo naturaliter homo horret malū naturæ læſiuum apprælienſum, ut tale. Hic oritur ex naturali appetitu ad eſſe. Hic timor naturalis dicitur ſecundum magiſtrum, non quia fuit in homine ſecundum naturam; prout eſt inſtituta, ſiue in ſtatu innocentiæ. (Tunc enim nihil apprçhendebatur, ut lçſiuum naturç: quia tunc in poteſtate hominis fuit non mori: ut habitum eſt in a. ij.) ſed quia per peccatum homo incidit neceſsitatem moriendi: acceſsit timor mortis, ac lçſionis, quæ abſtulerunt eſſe rei. Hunc timorem aſſumpſit Chriſtus ſicut, & cçteros pœnales peccati effectus, quem diſtinguit magiſter a cæteris timoribus, per quos homo magis, aut minus recedit a deo, aut accedit ad deum: quales ſunt illi quatuor timores, quos diſtinguit magiſter per comparationem ad deum, tāquā ad obiectum, a quo remouent, uel cui magis coniungunt. Timor uero ille naturalis dicitur naturalis: non per reſpectum ad deum, a quo ſecundū ſe nec elongat, nec ad ipſum impellit: ſed per reſpectum ad naturam, cuius cōſeruatio naturaliter appetitur, & eius deſtructiuum timetur. ¶ Timor mundanus eſt timor alicuius, ut diſconuenientis temporalis, propter cuius fugam deſeritur deus: hoc eſt, eſt actus, uel habitus, quo eligit appetitus deſerere deum per tranſgreſsionem præcepti, ne deſerat bonum temporale: ſeu ne incidat periculum amiſsionis uitæ, aut delectationis corporalis, aut rerum mundanarum. Ex quo ſequitur, ꝙ deformitas eſt de ratione timoris mundani: quia uoluntas deſerendi deum, & bonum æternum propter bonum temporale habendum, uel conſeruandum. Ideo dicit magiſter, ꝙ hic

B De quintuplici timore cum eorum diffinitionibus.

Timor malus eſt, qui in primo gradu cō-
uerſionis cum mundo deſeritur, quem
dominus prohibet dicens. Nolite time
re eos, qui occidunt corpus: animam
autem occidere non poſſunt Matth. x.
Timor ſeruilis dupliciter accipitur. Vno
modo, ut includit deformitatem ſerui-
litatis peccati. Et ſic eſt habitus, uel a-
ctus declinandi malum culpę, propter
euaſionem pœnæ futurę cū actuali prō
ptitudine non declinandi malū, ſi pœ-
næ non ſequerentur. ut cum quis timet
pęnas: & timēdo dolet, q̄ tales pœnæ
infliguntur pro culpa, & actu uellet pec
care, ſi non eſſent illę pœnę: ut dicit ſan
ctus Bonauent. diſt. xxxiiij. q. ij. arti. ij.
Alio modo accipitur timor ſeruilis, ut
non includit huiuſmodi deformitatem,
ſcilicet uoluntatem peccandi: ſi pęna
non ſequeretur. Et ſic eſt habitus, uel
actus declinandi peccatū propter pœnā
peccato debitā. Vt ſi quis appręhendit
per fidē pœnas ęternas debitas mortali
peccato. & ideo elicit propoſitum non
peccandi timens pœnas: ibi ſiſtendo nō
habendo propoſitum conditionale pec
candi, ſi non ſequerentur pœnæ. Iſte ti
mor, etſi non ſit bonus meritoriē: quia
nō procedit ex amore boni ęterni: ſed
ex amore ſui: eſt tamen bonus, & utilis,
per quem fit paulatim conſuetudo ad
actus bonos de genere exercendos, &
malos uitandos: quo pręparatur locus
charitati: ut dicit Auguſt. & magiſter:
& cui ſuccedit timor initialis. Hic timor
non diſtinguitur a timore naturali ſecū
dū beatum Tho. diſt. præcedent. q. viij.
ar. ij. quo quis nociuum omne naturali
ter refugit. Non diſtinguitur, dico, niſi
ſicut inferius a ſuperiori: quia timor ſer
uilis acceptus illo modo ſpecialiter re-
ſpicit pœnam futuram peccato debitā.
Timor naturalis generaliter eſt reſpectu
cuiuslibet nociui appręhenſi, ut poſſibi-
liter futuri: ſiue ſit temporale: ſiue per-
petuum, ſiue ſpirituale, ſiue corporale.
Timor initialis eſt, quaſi, medius inter
ſeruilem, & caſtum ſeu filialem: medius
per participationem extremorum. Iſte
n. timor, ut dicit magiſter: nec ex toto
ē ſeruilis: nec ex toto caſtus: ſed tāquā
medius aliquid de ſeruili, & aliquid de
caſto timore habet. Facit .n. partim ſer
uire timore pœnę: partim amore iuſti-
tiæ, per quē timemus damnari, & time-
mus offendere. Et poſſet ſic deſcribi. Eſt
actus, uel habitus ſeruiendi deo propter
cauere dei offenſam: & ſimul pœnam di
uinę legis tranſgreſſoribus debitā. Vt — Timor initialis qui.
dum quis appræhendit indignitatem di
uinæ offenſę, eiuſq; malitiam, & horret
eam: ſimiliter, & pœnam offenſoribus
præparatā: & elicit nolle offendere deū
propter cauere utrūq; .ſ. dei offenſam, &
pœnam: actus ille ſimiliter, & habitus ad
ipſum inclinans eſt timor initialis. Hic
timor oritur ex amore dei, ſimul & ex
amore ſui: propter primum timet offen
dere dilectum, propter ſecundum cauet
pœnam, & ſibi malum. Nonnunquā tñ,
ut dicit magiſter uterq; timor dicitur
quādoq; in ſcriptura initialis, & uterq;
ſeruilis: quia & initialis, qui eſt in chari-
tate inchoata: aliquid habet de ſeruili ſ.
angorem pœnę: & aliquid de caſto .ſ.
q̄ timet ſeparari, ac offendere. Sic &
ſeruilis cōmunicat cū initiali: quia attē
dit pœnā, quā etiam (licet non ſolam)
attendit initialis: unde uterq; dicitur
initium ſapientiæ, alia tamen, & alia ra
tione. Seruilis, quia pręparat locum ſa
pientiæ, & ducit ad ſapientiā initialis:
quia eſt inchoata ſapientia, quem cum
quis habere incipit: ſapientiam, & cha-
ritatē habere incipit. ¶ Timor amicalis,
caſtus aut filialis, quod idem eſt. Dici-
tur .n. amicalis: quia cauſatur ex amo-
re dei, quę eſt amicitia. Filialis: quia eſt
reſpectu offenſę dei, qui eſt pater no-
ſter. Et dicitur caſtus: quia deus dici-
tur metaphoricē ſponſus animarum no
ſtrarum. Hic ergo timor eſt habitus,
uel actus cauendi dei offenſam, & re-
uerendi deum propter offenſę mali-
tiam, & diuinæ dignitatis amorem: ut
cum quis appręhendit ſummam dei di-
gnitatem, quā diligit: & ſummam ma-
litiam offenſę huius dignitatis, quam
horret ut contrarium dilecto. Hinc eli
cit actum reuerendi deum, & cauendi
offenſam. Hic actus, & habitus ad ip-
ſum inclinantes, timor eſt caſtus, acci.

piendo timorem ſecundò, & tertiò modis. Iſte timor planè oritur ex charitatiuo amore dei, qui horret offenſam dei: & eius dignitatis reuerentiam ardenter deſiderat. Ex hoc paret, ꝙ timor initialis etiam communicat cũ timore caſto: quia horret malitiam diuinę offenſę, quã principaliter cauet. Nõ tamen hic principaliter habens oculum ad diuinam reuerentiam, ſicut timor caſtus. De timoribus uide Auguſt. xiiij. de ciuit. dei cap. ix. poſt medium, & ſequent. capitulis ad propoſitum. ¶ Tertiò notandum, ꝙ licet de differentia horum timorum diuerſitas ſit apud doc. tamẽ innitẽdo principijs ſupra diſt. xxiij. q. j. declaratis: uidelicet, ꝙ finis, & cęteręcircũſtantiæ ſint obiecta actus eliciti uoluntatis. Et per hoc, quia uariata aliqua circũſtantia uariatur obiectum: uariatur & ſpecies actus circa tale obiectum: diuerſorum autem actuum ſpecie habitus etiã diſtinguuntur ſpecie. Dicitur, ꝙ quia in illis timoribus accipiendo pro actibus elicitis, uel eorum habitibus uariantur obiecta saltem partialia: quia uariantur circumſtantię preſertim finis. Nã in timore naturali nõ eſt circũſtãtia pœnæ æternæ peccatis debitæ, que eſt in timore ſeruili. In ſeruili non eſt circumſtantia, ſeu finis diuina offenſa cauenda, quæ eſt in timore initiali. In initiali non eſt circumſtantia, ſeu finis mouens diuinæ dignitatis reuerentia ſaltem principalis. ſed magis cauenda diuinæ dignitatis offenſa: licet cauere offenſam dei ſit quoddam reuereri Deum. Reuerentia uero dei eſt principale intentum in timore caſto: & ideo timores illi ab inuicem ſpecie differunt. Nec; ut quidam dicunt, manente ſubſtantia habitus timoris ſeruilis effici poteſt initialis, uel caſtus: & econuerſo, per additionem, uel remotionem nouę circumſtantię: quia quacumq; circumſtantia uariata, ſiue remota ſiue addita partiale obiectũ uariatur: & ita nõ manet idem actus elicitus: ſed elicitur alius a priore ſpecie diſtinctus, & ſic de habitibus. ¶ Verum de actibus imperatis non ita: nam poteſt idem actus imperatus: puta opus aliquod imperatum primò propter timorem naturalẽ continuari ex timore mundano: & poſtea ex timore ſeruili: de hinc ex initiali: & tandem ex caſto, & econuerſo. Vt ſi quis opus præcepti adimpleret, puta ieiunium primò intentione cauendi infirmitatem corporalem: deinde metu pœnæ temporalis: poſt intẽtione euadendi damnationem: hine ne non ieiunando offendat deum: demum ut obedientia præcepti deum ſuper omnia dilectũ ueneretur: ibi ſtante eodem actu exteriori imperato, per intentionis mutationẽ, & ita etiã per mũtationẽ actus interioris eliciti ſortitur diuerſa nomina timoris. ¶ Si quæris utrum timor mercenarius diſtinguatur a prędictis. Reſpondetur, ꝙ timor mercenarius eſt, qui ſit timore amiſsionis ęternæ mercedis, ſiue beatitudinis: pro quanto eſt maximum commodum, & eius amiſsio maxima penarum. Quod notanter additur: quia amiſsio beatitudinis dupliciter timeri poteſt. Vno modo, ut eſt ſeparatio animę a deo ſponſo ſuper omnia dilecto, cui ex amore iungi deſiderat ad laudem, & reuerentiam dilecti: & hic timor pertinet ad timorem caſtũ, & filialem. Alio modo ut amiſsio beatitudinis eſt priuatio ſummi commodi: & maxima omnium pęnarũ: & ſic pertinet ad timorẽ mercenariũ, qui eſt ſpecies timoris ſeruilis. Et ſecundum hanc diſtinctionem oportet intelligere uerba beati Aug per magiſtrum allegata: ubi timorem ſeparationis a ſponſo attribuit timori caſto, & filiali. Patet ergo, ꝙ timor mercenarius eſt timor ſeruilis: quia eſt timor pœnæ: ſcilicet amiſsionis regni, & ſummi commodi, qui eſt magna pœnę. ¶ His premiſsis ponuntur concluſiones ad primum articulum reſponſiuę: hoc eſt ſuppoſitum: & eſt prima. Timor naturalis neq; repugnat charitati: neq; coexigit eam ſibi. Probatur quo ad primã partẽ: quia ipſa ſit in chriſto timente pœnas corporales, & mortem: ut dicit magiſter c. ult. diſt. pced. in quo nunquam defuit charitas. Pro ſecunda parte patet: quia ille timor ineſt omni

Marginalia: Not. 3. C — De differentia timorũ. — D — Timor mercenarius q̃s ẽ, & ſub quo cõprehẽditur. — Cõcl. 1. E — Timor naturalis nõ repugnat charitati.

omnibus hominibus, tam fidelibus, quã infidelibus: quia naturaliter omnis homo timet mortem: ſed non in omnibus eſt charitas: ideo non coexigit eã. Item timor ille oritur ex amore naturali ſui ipſius: ſed ille nec repugnat charitati: nec eam coexigit: cum ille ſit in omnibus hominibus. ¶ Si dicis: ꝙ ille amor ſui repugnat charitati: quia eſt radix ciuitatis reproborum: ſicut amor dei radix eſt ciuitatis electorum: ut dicit Auguſt. xiiij. de ciuit. dei cap. xxviij. Fecerunt itaq; ciuitates duas amores duo. Terrenam ſcilicet amor ſui. Cęleſtem uero amor dei. Reſpondetur, ꝙ non omnis amor ſui eſt radix ciuitatis terrenę reproborum. Sed ille, qui creſcit uſq; ad contemptum dei: ut ibi addit Auguſt.

Cõcl. 2. ¶ Secunda concluſio. Timor mundanus charitati eſt contrarius. Patet: quia ille includit deſertionẽ dei, quæ repugnat charitati. Vnde in primo gradu. i. in initio cõuerſionis deſeritur. ut dicit Caſſiod. ut allegat magiſter di. xxxiiij. & dictũ eſt ſupra notabili ſecũdo.

Cõcl. 3. ¶ Tertia cõcluſio. Accipiendo timorẽ ſeruilem ſecundo modo, non primo, repugnat charitati quoad actum: ſed neutro mõ quo ad habitũ.

F Timor ſeruilis repugnat charitati uno modo.

Primum patet: quia ille timor primo modo includit deformitatẽ repugnãtem charitati in actu ſuo: ut patet ex notabili ſecundo. Et peridẽ patet pars ſecunda: quia timor ſeruilis ſecũdo modo acceptus, illam deformitatem nõ includit. Eſt enim timor naturalis, ꝗ ſtare poteſt cum charitate. Hic timor ſecũdum Augu. utilis eſt, & bonus, & locum præparat charitati: & non manet cum charitate perfecta, manet tamẽ cum imperfecta: quia quantõ charitas creſcit in anima: tantõ timor ille pœnæ remittitur, & decreſcit. Nam & habẽtes charitatem timent pœnam; ſed ubi eſt perfecta charitas, non eſt unde timeat, ut pulchrẽ deducit Aug. ut habetur in textu. c. vj. diſtin. procedẽ. quod placuit hic inſerere, quia notabile eſt. unde ait, Cœpit aliquid credere diem iudicij, ſi cepit credere: cepit & timere: ſed quia adhuc timet, nondum habet fiduciam in die iudicij. Nondum eſt in illo perfecta charitas: ſi perfecta in illo eſſet charitas: non timeret: perfecta enim charitas faceret perfectam iuſtitiam: & non haberet, quare timeret: immo haberet, quare deſideraret, ut trãſeat iniquitas: & adueniat regnum dei: ergo timor non eſt in charitate. Sed in qua charitate, non in inchoata, in qua ergo, in pfecta. Perfecta, inquit, charitas foras mittit timorem: ergo incipiat timor: quia initiũ ſapientię timor domini. Timor enim quaſi locum pręparat charitati: cum autem ceperit charitas habitare: pellit timor, qui ei pręparauit locum. quãtum enim illa creſcit: ille decreſcit: & quantum illa fit interior: timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autem nullus eſt timor: non eſt, quo intrat charitas: ſicut uidemus per ſetam introduci linum, quãdo aliquid ſuitur: ſeta prius intrat: niſi exeat non intrat linum. Sic timor primõ occupat mentem: non autem ibi remanet timor: quia ideo intrauit, ut introduceret charitatem: hæc. Augu. Tertia pars concluſionis probatur: quia timor utroq; modo manet cum charitate ſecundum habitum: quia quamuis charitas repugnet actui uitioſo: non tamen habitui uitioſo: ut patet in nouiter conuerſis: & pariformiter habitus timoris etiam uitioſi, ſiue mundani, ſiue ſeruilis ſtare poteſt cum charitate.

¶ Quarta concluſio: quamuis timor initialis quantum ad actum ſtat cum charitate in uia: nõ tamen manet cum ea, dum fuerit perfecta. Probatur per magiſtrum in textu diſtin. xxxiiij. c. viij. Et ratione: quia timor ſeruilis non manet cum charitate perfecta. Anteecedens patet ex qd nominis timoris utriuſq;. Qd uero timor initialis maneat cum charitate imperfecta: patet: quia etiam timor ſeruilis manet cum illa: ergo multõ magis timor initialis. Cõcl. 4.

¶ Quinta concluſio. Timor caſtus ſecundum habitum, & actum nõ ſeparatur a charitate, neq; in uia: neq; in beatitudinę. Probatur concluſio quoad actum in uia ex quid nominis timoris caſti. Nam actus eius procedit a charitate. Eſt enim Cõcl. 5.

G Timor caſtus nõ ſeparat a charitate.

actus cauendi diuinam offenſam: & reuerendi deum propter amorem dei: ut habitum eſt ſupra. Quòd etiam non ſeparatur: ſed manet in patria, probatur: quia duo ſunt actus timoris caſti. Vnus eſt, quo declinatur malum timore offenſionis diuinæ, aut ſeparationis a deo, qui non manet in patria: ubi cõfirmati ſunt beati, ut peccare non poſſunt: & perpetuò ſpõſi præſentia ſecuri. Alius eſt actus, quo reuerentur deũ tãquam ſummum, ac digniſsimum, & perfectiſsimum bonũ: ut patet ex diffinitione ſupra data timoris caſti: & ille manet in patria. Ibi enim ſumma laus, honor, & reuerentia exhibetur deo: ſecũdum illud. Pſ. Beati, qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabũt te. Poteſt & eſſe actus tertius, quo declinatur malũ diuinæ offenſionis propter dei reuerentiam, & peccati malitiam: qui ambos prædictos uirtualiter includit: & nec ille manet in patria quia nõ eſt ibi poſsibilis offenſa dei, quæ caueatur. Quoad habitũ manifeſtũ eſt: ſi actus non ſeparatur: neq; habitus ad eũ inclinans. Ex illo patet: ꝙ nec timor naturalis, nec ſeruilis: nec initialis manet in patria. Patet, quia omnes illi ſunt reſpectu mali cauendi: nullum autem malũ nec pœnæ, nec culpæ eſt in patria: ergo reſpectu illius nõ erit aliquis actus. Hoc etiam eſt de intentione beati Bonauen. diſtin. xxxiiij. q. ij. arti. vj. ubi reſpondendo queſtioni: utrum timor in patria euacuetur: ita dicit. Timor intuetur tria. pœnam, ut fugiat: offenſam, ut caueat: ſummam maieſtatem, ut illi ſe ſubijciat exhibendo illi. Secundum hoc eſt triplex timoris differentia: quia unus eſt qui principaliter reſpicit pœnam, & eſt ſeruilis. Alius, qui unum oculum habet ad pœnã: tamen principaliorem habet ad offenſam uitandam, & eſt initialis. Tertius, qui unum oculum habet ad offenſam, alium uero ad reuerentiam exhibendam: & eſt filialis. Et ſi unus oculus ſit in refugiendo offenſam, ne ſepararetur a deo principalis, tñ eſt in exhibendo reuerentiam: reuertendo a ſumma maieſtate in propriã paruitatẽ. Et hic uſus quidem fuit in Chriſto; & erit in beatis, & eſt in ſanctis angelis, & quãtum ad iſtũ uſum manet donũ timoris in patria: quantum uero ad alios inferiores euacuabitur. hęc ille. Vbi loquitur de timore tñ, qui habet ordinẽ aliquẽ ad deũ: ideo nõ facit mentionẽ de timore naturali, aut mundano. Et per oculum intelligit intellectum attendentem obiectum: uel circumſtantiã, quę eſt obiectum partiale: qui præſentat nũc hoc: nunc illud obiectum totale, uel partiale. ¶ Per uſum timoris intelligit actum a uoluntate elicitum ad oſtenſionem huiuſmodi intellectus: & intelligenda ſunt hæc ſecũdũ reſolutionem ſuperius factam. Et tantum de articulo primo.

Arti. 2. H De diſtinctione ſapientię intellect⁹ ſcientię & conſilij quantum ad nomina.

¶ Quantum ad ſecundum articulum, in quo uidendum eſt de diſtinctione donorum ad intellectum pertinentium. ſ. ſapientiæ, intellectus, ſcientiæ, & conſilij. Primò uidendum de diſtin. nominum, quantum ad quid nominis eorum. Vbi notandum: ꝙ circa diſt. ſignificationis horum quatuor nominum uario modo loquuntur autores: nec mirum, quoniã nomina ſunt ad placitum inſtituta. Multipliciter quoq; ęquiuocãtur in ſcripturis tã gentiliũ, quã catholicorũ, propter quę alius ſic accipit: alius ſic. De rebus nãq; ſatis conſtat ex præcedenti diſt. ubi oſtenſum eſt, ꝙ ad omnes actus ad ſalutem neceſſarios: uiator ſufficiẽter diſponitur per ſeptẽ uirtutes tres theologicas: quatuor cardinales infuſas, & acquiſitas. Et ideo dona, & beatitudines, & fructus: cũ ſint habitus quidã perficientes hominẽ in ſuis operationibus neceſſarijs ad ſalutem: non diſtinguuntur a uirtutibus, qũo aũt inter ſe diſtinguantur uirtutes: ibi dictum eſt. Maior ergo diuerſitas eſt nunc quantum ad præſentem quæſtionem in quid nominis terminorum, in quo autor. diuerſificantur. Magiſter breuiter ſe expedit: oſtendens, ꝙ ſapientia eſt ęternorum contemplatio cum delectatione: per æterna intelligens ipſam beatitudinem obiectiuam. Intellectus ẽ creatoris, ac creaturę ſpiritualis ſpeculatio. Sciẽtia eſt cognitio practica ad rerum temporaliũ rectã adminiſtrationẽ,

& bonā inter malos cōuerſationem per
tinens. Itaq; ſapientia ad cōtemplatio
nem, intellectus ad ſpeculationē: ſcien-
tia ad actionem pertinere uidetur. De
conſilio (quod ad prudentiā pertinet)
nullam facit mentionē. ¶ Sanctus Bo-
nauent. diſt. pręſenti horum termino-
rū equiuocationes, & acceptiones di-
uerſas latius proſequitur: talē nominū
horū differētiā (prout inter dona cōnu
merātur) ponēs: ꝙ ſapiētia in cognitio
ne, & affectione ęternorū cōſiſtit. Intel
lectus aūt eſt cognitio ueri ęterni ſecū
dū cōditiones creaturarū .i. ſecundū ꝙ
ex cōditionibus creaturarū noſci pōt.
In duobus igiť a ſapientia differt. Pri-
mò: quia intellectus ad ſolū intellectum
pertinet: ſapientia aūt ad intellectū, &
affectū. Secūdò: quia ſapientia eſt cogni
tio, & amor dei ſecundū proprias cōdi-
tiones deo: intellectus uero ſecūdū cō-
ditiones deo, & creaturę cōmunes. Sciē
tia eſt cognitio practica dirigens actio-
nem ſecūdū regulā fidei. Conſilium eſt
cognitio practica dirigens in eligendis,
& fugiendis ſecūdū regulā diuini iuris:
quę ſunt ſpecialis arduitatis: & ſecundū
hoc uidetur, ꝙ conſilium eſſet ſpecies
ſcientię. Actio enim eſt operatio inte-
rior, habens ſub ſe electionē proſecutio
nis, & fugę. Regulę etiam iuris diuini
ſunt regulę fidei: per fidem enim omnia
diuina pręcepta, & conſilia nobis inno
teſcunt. In hoc ergo erit differentia:
quia ſcientia dirigit in omni actione: ſi-
ue ſit ſpecialis arduitatis ſiue non: con
ſilium autem tantum in his, quæ ſunt
ſpecialis arduitatis; nā non de leuibus:
ſed de arduis tantum cōſiliamur. Satis
uidetur concordare bea. Tho. in hac
diſtinct. Sco. uero magis accedens ad
conformitatem diſtinctionis habituum
vj. Ethico. plane diſtinguit, ut ſupra
diſtin. proxima habitum eſt: dicens ſa-
pientiā eſſe ſaporem ſequentem cogni
tionem dei, iuxta nominis interpreta-
tionem. Sapientia ideſt ſapida ſciētia:
& ita eſt realiter charitas ipſa: uel ſpes
præſupponens ęternorū cognitionē. In
tellectus eſt cognitio principiorū .i. pri-
morū articulorū fidei: ex quibus cętera
credēda deducunť. Scientia eſt notitia
ſpecialium articulorū, qui uelut conclu
ſiones ex primis, & generalibus articu-
lis deducuntur. Conſilium autem eſt ip
ſa prudentia, qua ex regulis ſcientiæ, &
intellectus homo in agēdis dirigitur ad
ſalutem. de quo latius ſupra dictum eſt.
¶ Quibus pręmiſsis eſt hęc unica con- Concl.
cluſio ad articulū iſtum. Sapientia, con reſpon.
ſilium, ſcientia & intellectus interſe dif I
ferunt realiter prout ſunt dona ſancti
ſpiritus. Probatur: quia omnes habi-
tus diuerſorum obiectorum, & actuum
realiter diſtinguuntur: ſed ſapientia, cō
ſilium, ſcientia, & intellectus. quatenus
dona ſunt ſancti ſpiritus: ſunt habitus di
uerſorū obiectorū, & habituū: ergo rea-
liter diſtinguunť. Conſequentia nota,
& maior ſimiliter. Nihil. n. aliud arguit
diſtinctionem habituum, quā diſtinctio
actuū, & obiectorū. Minor patet ex ſta
tim dictis: quia omnes de his habitibus
loquentes, aſsignāt eis diuerſa obiecta,
& actus: licet in horum aſsignatione al
terentur; non tamen negandum; quin
aliquis idem habitus contineatur ſub
pluribus donis. Vnde habitus huius,
obediendum eſt præceptis diuinis: per-
tinere uidetur ad ſcientiam: & ſimiliter
ad conſilium, niſi ſcientia acciperetur
ꝓ notitia ſpeculatiua credibiliū tātū: &
cōſiliū pro notitia practica agendorum.
Sed hāc nō inuenio in aliquo auctorū:
& ideo concluſio poſita eſt particulari- Arti. 3.
ter, & non uniuerſaliter. ¶ Quantum Dub. 1.
ad articulum tertium dubitatur primò: K
utrum timor ſeruilis ſit donū ſanctiſpi- Vtrū ti
ritus. Ad dubium illud aliter reſpon- mor ſer
det ſanctus Thom. aliter ſanctus Bo- uilis ſit
nauent. Nam beatus Thom. non om- donum
ne, quod eſt a ſpirituſancto, dicit do- S. S.
nū: ſed donum dicit habitum a S. S. in-
fuſum excellentiorem uirtute. unde
ponit quadruplicem diſtinct. Sunt enim
quædam a ſpirituſancto, quæ non ſunt
cum ſpirituſancto: ut fides informis, &
timor ſeruilis, ut dicunt defectum con-
comitantem. Quædam ſunt a ſpiritu-
ſancto, & cum ipſo: ut gratia gratum fa
ciens, & charitas. Quædam cum ipſo,
ſed non ab ipſo: ut peccatum ueniale.

Quædam nec ſunt a ſpiritusancto, nec
cum eo: ut peccatum mortale. Spiri-
tusſanctus uero ſecundum eum ſine cha
ritate non habetur: & ita ſecundum eũ
donum ſpiritusſancti non eſt ſine chari-
tate. Sanctus Bonauent. tenet, ꝙ om-
nis habitus a ſpiritusancto infuſus: ſiue
ſit cum ſpiritusancto: ſiue etiam ſine ſpi
ritusancto inhabitante eſt donum ſpiri-
tusſancti. Vnde dicit: ꝙ donum timoris
ſeruilis eſt a ſpiritusancto: ſed non eſt cũ
ſpũſancto: quia pparat ad ſpũmſanctum:
& de hoc dono nõ eſt uerũ, ꝙ ſpiriſsãctus
ſe cõpatitur cũ donis ſuis. Verũ uidetur
abſurdũ: ꝙ aliqđ ſit donũ ſpiritusſancti:
qđ eſſentialiter includit peccatũ morta
le. Et ita cũ ſpiritusancto ſtare nõ poſſet:
ideo quaſi mediũ tenendo dici poſſet ti
morem ſeruilem (capiendo primo mo
do: ut eſſentialiter includit mortale: uel
ad ipſum inclinat tãquam ad proprium
actum) non eſſe donum ſanctiſpiritus:
nec eſſe a ſpiritusancto; quia ſecundum
bea. Auguſt. in lib. lxxxiij. q deo aucto
re nemo ſit deterior. Deo autem au-
ctore ſit nemo deterior: quia magis per
hunc timorem elongatur a ſpiritusan-
cto: quã ꝙ per ipſum præparetur ad ſpi-
ritumſanctum. Nec ſpiritusſanctus in-
fundit donũ, cuius uſus eſſe non poteſt
ſine mortali pctõ. Neq; ſpiritusſanctus
infundit habitum uitioſum: nec actum
peccati: ſed timor ſeruilis primo modo
accipiendo, eſt habitus uitioſus, aut act⁹
mortalis peccati. Timor autem ſerui-
lis ſecundo modo accipiendo: ut nõ in-
cludit deformitatẽ, donũ eſt ſpiritusſan
cti, qui aliquãdo ſtat cum ſpiritusancto:
quandoq; ſine ſpiritusancto: ſicut donũ
prophetiæ, & donũ ſcientię, & donũ con
ſilij: quæ eſſe poſſunt ſine charitate: &
L ita ſine ſpiritusancto inhabitante. ¶ Ex
illo patet reſpõſio ad quęſitum hic mo-
ueri ſolitũ: utrum uſus timoris ſeruilis
ſit bonus, an ſemper malus. Per uſum ti
moris intelligitur actus timoris: tunc di
citur, ꝙ actus timoris ſeruilis primo mo
do accipiendo ſemper eſt malus: quia
includit deformitatem: non autem ſe-
Habitus cundo modo. ¶ Si quæritur de habitu
timoris timoris ſeruilis, an ſit bonus, an malus.

Videtur dicere ſanct. Tho. q. viij. diſt. ſeruilis,
xxxiij. artic. ij. ꝙ idem ſit habitus ti- & initia
moris ſeruilis, ſiue accipiatur primo lis non
modo, ſiue ſecundo modo ſecundum ſunt idẽ.
ſubſtãtiã: & ꝙ deformitas ſibi accidat,
& non ſit ſibi intrinſeca. Sed hoc non
uidetur poſſe ſtare: quia habitus illi dif
ferunt ſpecie eſſentiali ex eo, ꝙ uni de-
formitas eſt annexa, & non alteri. Et
per cõſequens deformitas non erit ha-
bitui, cui annexa eſt accidẽtalis: ſed in-
trinſeca: quod ex eo patet: quia actus il
lorũ habituũ differunt ſpecie: ergo & ha
bitus. Antecedens patet. Nam alius eſt
actus ſpecie, quo uolo non peccare pro
pter pœnam, paratus peccare, ſi pœ-
na non ſequeretur: ab eo actu, quo uo-
lo non peccare propter pœnã ſimplici-
ter: nihil actu uolendo, aut nolendo ſi
pœna non ſequeretur. Nam in primo
partiale obiectũ eſt nõ exiſtẽtia pœnę:
quæ non eſt obiectum in ſecundo actu.
Item omnis actus uitioſus ſaltem intrin
ſecẽ differt ſpecie a non uitioſo: horũ
autem actuũ unus eſt uitioſus: alius non
uitioſus: igitur. Quód autem actus ille
timoris ſeruilis primo modo ſit unus:
patet: quia omni dictamini intellectus,
ſiue recto, ſiue erroneo poteſt ſe uolun
tas uno actu, ſeu uolitione cõformare.
Poteſt autẽ intellectus errans oſtende-
re non eſſe peccandum propter pœnã,
quæ ſi non foret determinata eſſe pec-
candum, cui poteſt ſe uoluntas confor-
mare ſic uolendo. Et ſic actus ille timo
ris ſeruilis erit unus includens eſſentia-
liter deformitatem: & per conſequens
habitus eius erit malus, & uitioſus. Di-
cendum igitur erit de habitu, ſicut de
actu timoris ſeruilis: ꝙ aliquis eſt uitio-
ſus, & aliquis non. ¶ Dubitatur ſecun- Dub. 2.
dò circa quartam concluſionem primi M
artic. quis ſit ille timor, qui creſcente Quis &
charitate decreſcit. An illud dictum quõ ti-
beati Auguſti. uerum ſit de quolibet ti- mor de-
more: an ſolum de aliquo, & de aliquo creſcit
non. Reſpondetur, ꝙ omnis timor ha- creſcẽte
bens annexã pœnã, & aſflictionẽ animi charita-
timentis decreſcit creſcente charitate: te.
nam charitas animum confortat, & af-
flictionem minuit, & tollit. Ex quo ſe-

quitur, ꝙ timor pœnæ ſeparationis, & offenſę: quia affligit animam charitate creſcente decreſcit: propter quod et á in patria euacuatur: ut dictum eſt. Timor uero, qui reueretur diuinam maieſtatem; & ſubiectum ſuum humiliat reſpectu eiuſdem diuinę maieſtatis, creſcit creſcente charitate. Hic enim ſolus manet in patria: patet ergo, ꝙ ſolus timor caſtus quãtũ ad actũ diuinæ reuerẽtiæ, & humiliationis ſubiecti ſui reſpectu diuinæ magnitudinis, creſcit creſcente charitate. Cæteri uero ſcilicet ſeruilis, initialis, & caſtus: quantum ad illud, in quo communicant cum initiali, ſcilicet timore diuinæ offenſionis, creſcente charitate decreſcunt in tantum, ꝙ perfecta charitate, liceat dicere cum apoſtolo. Quis nos ſeparabit a charitate chriſti, & ſequitur. Certus ſum, ꝙ neq; mors: neq; uita: neq; angeli: neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare a charitate dei, quæ eſt in chriſto Ieſu. Roman. viij. Si dicis: non uidetur, ꝙ timor ſeruilis, initialis, & caſtus quantum ad offenſam dei cauendam decreſcat creſcente charitate: quia decreſcentia fieret per remiſſionem: ſed charitas non remittit habitum: neq; actum timoris: neq; timorem, qui eſt paſſio: quia illis contrariatur; cum eos ſecum compatitur: ergo non remittit: quia remiſſio cum ſit corruptio quędam, non fit niſi per contrariũ. Reſpõdetur ſaluo meliori iudicio, dici pôt: ꝙ charitas licet nõ contrariatur timori in quolibet gradu: quã ſtat cũ eo in gradu remiſſo, dũ eſt impfecta: contrariat tñ in gradu intẽſo. Pariformiter ſicut ſecundũ cõmunem multorum opinionem: qualitates primæ non contrariantur ſibi in quolibet gradu: ſed tantum in his, qui ſimul numerati excedunt medium latitudinis: & ideo ſicut creſcente caliditate remittitur: non tota corrumpitur, niſi fuerit ſumma: ſic creſcente charitate timor remittitur: non totus corrumpitur: niſi fuerit perfecta ſicut in patria: tunc totũ timorem expellit, & corrumpit. ¶ Aliter põt dici: ꝙ quia actus timoris eſt in poteſtate uoluntatis, & quantũ ad ſubſtãtiã actus, & quantum ad eius intenſionem: ideo creſcente charitate remiſſiorem actum timoris elicit uoluntas, aut elicitum remittit. Remiſſo autem actu eius etiam remittitur habitus: nam per eadẽ habitus corrũpitur, perquę generatur; eadem dico contrario modo ſe habentia. ii. Ethicorum. Item creſcente charitate, uoluntas conuertit intellectum ad intenſè conſiderãdum dei bonitatẽ, maieſtatem, & gloriam, & per hoc ad minus conſiderandum pœnam peccati, & dei offenſam: quia ſicut pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: ita intenſè ad aliqua conuerſus, remiſſius ad alia conuertitur. Ad remiſſam autem conſiderationem mali pœnæ, & offenſæ: ſequitur etiam remiſſus timor, qui eſt paſſio, & cõſequenter remiſſus actus, & habitus. Et per hoc ad rationem conceditur: ꝙ decreſcentia timoris fit per remiſſionem eius. Conſequenter de contrarietate charitatis, patet ſecundum primum modum: ꝙ charitas in gradu intenſo contrariatur timori intenſo: ideo eum remittit uſq; ad gradum, in quo ſibi non contrariatur. ¶ Secundũ aliũ modum dicitur, ꝙ remiſſio non ſolum fit per contrariũ: ſed etiam per defectũ, aut remiſſionem conſeruantis: quod maximè uerum eſt in habitibus. Nunc autem conſeruans timoris actum eſt ipſa uoluntas: quę liberè conſeruat, ſicut liberè elicit: etiã liberè remittit, ſicut liberè intẽdit: & per actum mediatè remittit habitum. Similiter per auerſionem intellectus ab intenſa conſideratione pœnę, & offenſę remittit timorẽ paſſionũ.

¶ Tertiò dubitatur: an timor ſit in concupiſcibili: uel in iraſcibili. Reſpõdetur: licet quidam ponunt timorem in iraſcibili tantum: quia timor eſt reſpectu mali ardui; quia modicum, aut leue malum nõ timetur. Sed illa diſtictio iraſcibilis, & concupiſcibilis penes arduũ ſupra impugnata eſt diſt. xxvj. Et ita arduum eſt obiectũ concupiſcibilis, ſicut iraſcibilis. Nam nihil maius arduum beatitudine, quæ eſt obiectum concupiſcibilis. Obiectum autẽ iraſcibilis eſt offendens: & cõ

Dub. 3. N In qua potẽtia ſit timor.

cupiſcibilis eſt bonum appetibile ſecundum ſe conſideratum : ideo dicitur ; ꝙ timor eſt tam in concupiſcibili : quàm in iraſcibili. Nam timor ſeparationis a beatitudine eſt in cōcupiſcibili, ſicut deſiderium beatitudinis: & timor offendētis eſt in iraſcibili, in quo eſt deſiderium repellendi offendens: & ſe uindicandi. Generaliter enim timor eſt in ea potētia, in qua eſt deſiderium oppoſiti eius, quod timetur. Etiam non eſt uerum, ꝙ leue ſeu modicum malum non timetur: quia licet non timetur intenſè: timetur tamen remiſſè: immo nonnunquam intenſè, timetur, & cauetur: ne per leue malum uia aperiatur ad maius malum, aut quia oppoſitum eius eſt multum deſideratum, & amatum: ſicut quandoque pro leui malo: magnus ardor iræ accenditur. Et tantum de illa quæſtione.

DISTINCTIO XXXVI.

IN duabus præmiſſis diſtinctionibus magiſter tractauit de donis in genere, & in ſpecie. In hac diſtin. xxxvj. agit de uirtutum, & donorum cōnexione: cuius ſententia in tribus concluſionibus ſequen. continetur. ¶ Prima cōcluſio. Omnes uirtutes cōnexæ ſunt cum charitate tanquam cum matre, & totius legis plenitudine. ¶ Secunda concluſio. Non modo inter ſe cōnexę ſunt uirtutes: ſed etiam quantum ad habitū (nō quoad exteriorum uſum actuum) in animo ſunt æquales. ¶ Tertia concluſio. Sicut ad decalogum cętera moralia. & cerimonialia præcepta ſpiritualiter intellecta referūtur: ita ad duo charitatis mādata oīa pręcepta decalogi reducūtur. Harū ſpeculatio patet in textu.

QVAESTIO VNICA.

A Vtrum omnes uirtutes

CIRCA hāc diſtinctionem quæritur: utrum omnes uirtutes in genere ſint adinuicem connexę. ¶ In huius quæſtionis determinatione more ſolito erunt articuli tres. Primus notabilium pro terminorum declaratione, ſecundus concluſionum. tertius dubiorum.

ſint in genere annexæ

Arti. 1. Not. 1.

¶ Quantum ad primum, ſuppoſitis his, quæ dicta ſunt diſt. xxiij. q. j. & ij. notandum, quod Ockam in iij. quæſt. xij art. ij. & in. iij quodlibet q. vj. ubi materiā hanc late pertractat: ponit, ꝙ iuſtitiæ, & cuiuslibet moralis uirtutis, ſecundum quod non eſt alia uirtus formaliter, nec æquiualenter: ꝙ ſimiliter cuiuslibet actus uirtuoſi, largè capiendo actū uirtuoſum, & uirtutem, poſſunt diſtingui quinque gradus: non quidem numero tantum: ſed ſpecie diſtingui.

Quinq; gradus uirtutis moralis

Primus.

¶ Primus gradus eſt actus uolūtatis elicitus ſecundum dictamen rectę rationis propter honeſtatem, uel utilitatem talis operis ſicut propter finem, uel habitus ad ipſum inclinans. Exemplum: ut ſi ratio dictat tale opus iuſtum eſſe faciendum tali loco, & tempore cum cęteris circumſtantijs reſpicientibus pciſè ipſum opus iuſtum propter honeſtatem operis, uel pacē reip. aut aliquod tale; & uoluntas eliciat actū uolēdi tale opus conformiter, ut dictatū eſt a ratione recta. Hic actus uolēdi eſt actus uirtuoſus, & habitus ex ſimilibus actibus genitus, eſt uirtus moralis primi gradus largè capiendo uirtutem, & actum uirtuoſum.

ſecūdus

¶ Secundus gradus eſt uelle ſic elicitum cum intentione nullo modo dimittendi tale pro quocunq; contra rectam rationē: etiā non pro morte fugienda: ſi recta ratio dictet tale opus non eſſe dimittendum pro morte. Exemplum: ut ſi quis uelit honorare patrem ſecundū dictamen rationis rectę, cum intentione, & uoluntate non dimittendi per illum honorē p morte, ſi immineret.

Tertius

¶ Tertius gradus eſt uelle elicitum ſecundū rectā rōnem: & cū tali intētione, & ultra hoc pciſè ſolū; qa ſic dictatū eſt a recta rōne

quartus

¶ Quartus gradus eſt uelle ſic, & cum intentione hac, elicitum propter amorem dei pręciſè: puta: quia ſic dictatum eſt; ꝙ tale opus ſic uolendum eſt, pręciſè propter amorem dei: & iſte gradus ſolum eſt perfecta, & uera uirtus moralis, de qua lan-

cti loquuntur. Et ꝙ dicitur pręciſe intel
ligendum eſt, nō ꝙ excludit alios fines,
ut honeſtatem operis: aut bonum reipu
publicę: ſed ſic pręciſè, ꝙ ſi ille finis tā
tum oſtēderetur uoluntati a rōne recta
ſine quocunq; alio fine: adhuc uolūtas
eliceret huiuſmodi uelle. Quòd autem
gradus ille quartus pertinet ad uirtutē
moralem: licet habeat deum pro fine:
patet. Tum qa habet obiectum morale,
puta creaturam aliquam, quæ non eſt
deus. Tum quia uariatio finis non uariat
uirtutē, quantū ad eſſe morale, uel non
morale, ut patet ex diſtinctione uirtutū
moralium a theologicalibus poſita ſu-
pra diſtin. xxvj. q. unica. Tum: quia uitiū
oppoſitum eſt morale: ut ſi quis contrà
dictamen rectę rōnis dictantis patrem.
debere honorari propter deum, uult in
honorare patrem. Illud uelle eſt uitio-
ſum moraliter: ergo, & uirtus oppoſita
moralis eſt: quia oppoſita pertinet ad
idem genus moralis, uel theologicę.

quintus ¶ Quintus gradus eſt uelle efficaciter,
uel imperatiuè facere opus aliquod ſe-
cundum dictamen rectę rationis: quia
ſic dictatū eſt a rōne recta propter deū,
ſiue alium finem honeſtum: quod opus
ſic facere excedit cōem ſtatū hominū:
& eſt contra inclinationē naturalē, uel
ex natura actus, uel ex aliqua circum-
ſtātia, uel habitus ad huiuſmodi uelle in
clinans: & talis habitus eſt propriè uir-
tus heroica: & huiuſmodi uelle impera-
tiuum talis operis, eſt actus eius. hoc eſt
Virtus talis uirtutis heroicę generatiuus, uel
heroica ab ea elicitus. Exemplum. Aliquis uult
actualiter, & efficaciter, ſeu imperatiuè
(quod idem eſt) imminēte morte mor-
tem ſuſtinere pro defenſione fidei. Simi
liter, ſi quis habens iuſtitiam, ita ꝙ quic
quid eſt contra rōnem rectā; uult dele-
re, & in oibus iuſtitiā facere: ſi ille ex
ponitur igni, aut perpetuo carceri, non
faciat iniuſtitiā: ſi tunc ille uult actu im
peratiuo magis ſuſtinere ignem, uel car
cerem perpetuum, quàm facere iniuſti-
tiam: habet uirtutem heroicā: & eſt ue-
rè heroicus: ſic et enim nolle facere in-
iuſtitiam, non excedat communem ſta
tum hominū: tamē uelle cum tali circū
ſtantia excedit communē hominum ſta
tum. ¶ Diſtinctio illorum actuū, & gra-
duum numeralis patet per eorū ſepara-
bilitatem. Diſtinctio ſpecifica patet per
diſtinctionem ſpecificā obiectorū. Cum
enim, ut dictum eſt diſt. xxiiij. q. j. circū-
ſtantię ſunt obiecta partialia, & ſecun-
daria actus eliciti uirtuoſi: uariatā circū-
ſtantia ſecundū ſpeciem: & uariatur etiā
actus, & habitus ſecundum ſpeciem. Sed
actus cuiuslibet gradus aſcendendo ha-
bet aliquod obiectum, & circumſtantiā
ſpecie diſtinctam ab obiecto, ſeu circū-
ſtantia gradus inferioris: propter quod
quantūcunq; augeretur habitus gradus
inferioris: nunquam inclinaret ad actū
gradus ſuperioris. ¶ Secūdò notandum Not. 2.
pro intellectu huius clauſulę formali- B
ter imperatiuus, ꝙ actus dupliciter dici- Duplex
tur imperatiuus formaliter, & uirtuali- ē actus
ter, ſeu ęquiualenter. Actus formaliter impera
imperatiuus executionis, eſt actualiter tiuus
uelle exequi aliquid ſimpliciter: aut uel formali
le ſuſtinere actualiter ſine rebellione. ter, &
Vt ſi quis inrentata ſibi morte pro de- ęquiua
fenſione fidei, imperat potentijs in- lenter.
ferioribus ſuſtinere mortem ſine rebel-
lione. Iſtud imperium (quod nihil aliud
eſt, quàm uelle actualiter ſuſtinere mor
tem, dum infertur pro defenſione fi-
dei) eſt actus imperatiuus. Similiter ha-
bens multas diuitias, qui uult actualiter,
& efficaciter illas dare pauperibus: quod
eſt imperare membris exterioribus exe-
cutionem: nam illud imperare membris
nihil aliud eſt, quàm actualiter uelle per
membra dare pauperibus. ¶ Actus impe-
ratiuus non formaliter, ſed æquiualen-
ter eſt, uelle aliquid non abſolutè: ſed
conditionaliter, ſcilicet amoto impedi
mento; ut pauper, qui uellet dare omnia
ſua propter deum, ſi haberet danda. Il-
lud uelle non eſt uelle ſimpliciter, & ab
ſolutum, non enim poteſt rationabili-
ter uelle ſimpliciter, & abſolutè dare,
qui danda non habet propter impedi-
mentum, ſcilicet carentiam doni dan-
di. Similiter uelle ſuſtinere mortem, ſi
immineret pro fidei defenſione pro-
pter deum: licet modo non immineat.
Illud uelle eſt actus imperatiuus, non

formaliter,ſed æquiualēter:& ex illis actibus generātur habitus ſpecie diſtīcti. Tum propter diſtinctionem obiectorum ſpecificam:quia unus actus habet impedimentum pro obiecto:alius, qui eſt formaliter imperatiuus, non habet. Tū quia quamuis habitus æquiualenter imperatiuus quantumlibet augeretur: nō inclinabit ad actum formaliter imperatiuū. Tum quia ſeparari poteſt:quia poteſt aliquis habere actum imperatiuum æquiualenter reſpectu obiecti: licet nunquā habeat actum imperatiuū reſpectu eiuſdem formaliter. ¶ Tertiò notandum, quod actus dicitur bonus, uel malus tripliciter ſcilicet ex genere: ex circumſtantia:ex principio meritorio. quod eſt dictu, actuū bonorum quidam eſt bonus ex genere: quidam bonus moraliter: quidā bonus meritoriè.de quibus dictum eſt diſt. vij. lib.ij.q.j.circa principiū:& deſcripta ſūt ſingula membra cum bonitate naturali, quę ibi addita eſt pro quarto membro: ſufficiat hic ponere exempla. ¶ De actu bono ex genere, ut dum elicitur actus circa debitam materiam ſine alijs circūſtantiis, ut uelle dare eleemoſinam de ſuis bonis, comedere cibum naturæ conuenientem, reſtituere non ſua. Illi enim actus ſine aliis circumſtantiis eliciti nō ſunt moraliter boni:quia nō ſūt eliciti ſecundum omnes circumſtantias, quas ratio recta determinat. quia tamen actus illi cadunt ſuper debitam materiam. i. ſuper materiam, quam ratio recta determinat: dicuntur boni ex genere. ¶ De actu bono eſt circumſtantia: ut actus elicitus circa debitam materiam cum omnibus circumſtantiis, ſecundum quas rō recta dictat eliciendum propter honeſtatem actus: uel propter conſeruationē naturæ proprii ſuppoſiti: aut pacem, uel aliud bonum: aut utilitatem reipublicę, tanquam propter finem, quem ſcilicet, ratio recta dictat. Iſte actus ſic elicitus non meritorius:quia non eſt ordinatus in deum tanquam in finem ſecundū inclinationem chairtatis, & gratiæ: eſt tamen moraliter bonus. Eſt enim elicitus ſecundum omnes circumſtantias, quas naturalis philoſophus (ut talis) dictaret adeſſe debere. Sic ſumere cibum naturæ cōuenientem pro loco, & tempore, & mō debito &c. propter naturę conſeruationē: eſt actus moraliter bonus. Sic exponere ſe pro conſeruatione reipublicæ ſecundum dictamen rationis rectæ: eſt bonus moraliter: & ita de aliis. ¶ De actu bono meritorio, ſiue bonitate gratuita: ut dum actus elicitur ſecundū rationem rectam quantum ad materiam, & omnes circumſtantias ineſſe debitas: propter deum tanquam propter finem ſecundum inclinationem charitatis, & gratiæ inexiſtentis. Ille enim actus eſt deo gratus, & ad prēmiū acceptatur, & nullus alius. ſic orare: abſtinere: immo & comedere ex charitate propter deū ſecundum dictamen rationis rectę, ſunt actus boni gratuita bonitate, & meritorii. Sic uelle furari, uelle fornicari, adulterari &c. ſunt actus ex genere mali: et nulla alia circumſtantia attenta: quia cadunt ſuper indebitam materiam, puta rem non ſuā. Et de illis dicit philoſoph. ii. Ethic. c. vii. quod mox nominata conuoluta ſunt malitia. Nā nomina illa fornicari, furari &c. connotant malitiam, & deformitatem: ideo per nullam circumſtantiam poſſunt bene fieri. Sic facere bonū ex genere non bene, nō ſcdm debitas circumſtantias: puta dare eleemoſynam de ſuis non in tempore debitū, uel loco, uel fine, eſt malum ex circumſtantia. Poſitiuè, ſi fit cum circumſtantia cōtraria cōtra dictamen rectæ rationis: & tunc eſt malum uitioſum: aut priuatiuè, ſi careat circumſtantia ad bonitatem requiſita: licet nō adſit cōtraria, & tunc non eſt malū uitioſum: ſed malū priuatiuè: id eſt non bonum: niſi forte circumſtantia non inexiſtens tunc eſſet de bita ineſſe. Similiter facere bonum ex circumſtantia debita, non propter deū ex charitate: eſt malum oppoſitum bono meritorio poſitiuè, ſi fit propter finē contrarium: ut propter uanam gloriam: aut alium finem prohibitum. Vel tantū priuatiuè ſi non fit propter finem charitatis: ſed propter alium finem licitum: & tunc non eſt meritorium: ſed nec demeritorium. ¶ Quartò notandum. poſt Ockam

Not. 3. C — Actus dicitur bonus, uel malus ex genere tripliciter.

Not. 4. D

ckam in iij.q.xij.q.ij. & in quodli.iiij. q.vj.ubi eandem quæſtionem habet de uerbo ad uerbū: licet plus uideatur pertinere ad quodli quàm ad repertorium. iij. ad quod remittit in queſtione nunc allegata ar.j.ar.iii.cōcluſio.j.ꝙ habituū inclinatiuorū ad actus: quidā ſunt ſubiectiuè in parte ſenſitiua: & quidam in uoluntate: de quo latius ſupra diſt.xxiij q. j. Primum membrum patet de brutis, furioſis, infatuatis hominibus per experiētiam, qui poſſunt elicere aliquos actus in abſentia rerum ſenſibilium: & non per intellectum, & uoluntatem: quia in eis non eſt uſus rationis: ergo per phantaſiam, & alias uirtutes ſenſitiuas operantur. Hoc autem non poteſt eſſe ſine habitu genito ex actu: qui habetur in præſentia iſtarum rerum: alioquin tranſiretur de contradictorio in contradictoriū ſine mutatione facta in re &c. Nā phātaſia in talibus, & appetitus ſenſitiuus poſt primum actū poſſunt aliquē actum elicere, quem non poſſunt habere ante primum actum. Ex illo ergo actu aliquid generatur illa potentia. nō ſpecies: quia ſi illa poneretur, eſſet prius actu primo. Nec ſpecies eſſe poteſt, aut mouere potentiā niſi in pręſentia obiecti: ergo erit habitus. Nā quicquid ſequitur actū inclinans, ad ſimilē actū, habitus eſt, licet forte ab aliquibus in cognitiuis poſſet nominari ſpecies. Secundū membrū patet: quia aliquis habitus eſt ſimpliciter, & intrinſecè uirtuoſus: & ille nō pōt eſſe niſi in ſola uolūtate: ut ſupra loco ſtatim allegato probatum eſt. Pręterea ſi nō hoc eſſet niſi propter libertatem uolūtatis, quæ non pōt eſt determinari, ſeu determinatè inclinari ad unam partē contradictionis: uel propter conformitatē eius ad rationem rectam, a qua non poſsit diſcordare. Primum non impedit: quia ſecundum omnes charitas ponitur in uoluntate ad eliciendū actum meritoriè, qui liberè elicitur: alioquin nō eſſet meritorius: & tñ inclinat uolūtatē per modū naturę, & ad unū determinatè. Inclinat quidē, non neceſsitat: & ideo libertatem uoluntatis non tollit. Nec ſecundū dici pōt: quia manifeſtè falſum ē, cū frequenter uoluntas deuiet a recta ratione.

Habituū inclinatiuorum ad actus aliq ſūt in parte ſenſitiua, quidam in uoluntate.

¶ Quintò notandum de prudentia ſecundum eundem, ubi ſupra: ꝙ prudentia accipitur quadrupliciter. Vno modo pro ſimplici habitu. Alio modo pro aggregato ex pluribus notitijs ſimplicibus. Accipiendo pro ſimplici notitia capitur tripliciter: largè, ſtrictè, uel ſtrictiſsimè. Largè eſt notitia directiua reſpectu cuiuſcūq; agibilis mediatè, uel immediatè: ſic accipit Aug. lib. j. de lib. arbit. hoc eſt, eſt notitia adhęſiua propoſitionis dictantis aliquid agendum: aut oſtendentis agendi modum: ſiue ſit uniuerſalis, ſiue particularis. i. ſingularis ſiue nota per ſe: ſiue per experiētiā: ſiue ex his doctrinaliter deducta. Ex quo ſequitur, ꝙ propoſitiones practicę, quarum notitia aſſenſiua eſt prudentia largè: ſunt in quadruplici differentia: quędam uniuerſales: quædam particulares ideſt ſingulares. Vniuerſales ſunt duplices: quędam per ſe notæ, ut illa: omni benefactori eſt benefaciendum: omne bonum honeſtum eſt diligendum: omni rationi rectæ eſt obediendum, omne malum culpę eſt fugiendum: & ſic de alijs. Quædam notæ per experientiam: ut omnis iracundus per dulcia uerba eſt leniendus: omnis timidus per exercitia bellica eſt animandus. Sic particulares ſunt duplices. Quędam notæ per doctrinam: ut quę deducuntur ex uniuerſali nota per experientiam. Vt cum arguitur: omnis iracundus eſt per dulcia uerba leniendus: & ille eſt iracundus: igitur ille eſt per dulcia uerba leniendus: poſito ꝙ aliquis maiorem, & minorem nouerit per experientiam. ſed non concluſionem: ille per hanc deductionem ſyllogiſticam aſſentit concluſioni: & ita per doctrinam. Quędā ſunt notæ per ſolam experientiam: ut hęc, ille iracundus eſt per dulcia uerba leniendus: ſi expertus eſt, ꝙ ille quandoq; per dulcia uerba eſt lenitus, & ab iracundia curatus. Strictè accipitur prudentia pro notitia immediatè directiua circa aliquod agibile propoſitionis particularis notę per doctrinam, non per experientiam: ut eius, quę euidenter

Not. 5. E

De quadruplici acceptione prudentię, & ei⁹ diſtinctione.

giendum: omne bonũ dictatum a recta ratione eſt eligendum, & diligendum: & ſic de alijs multis, & uelle conformiter illis. Inclinat iuẽ: ita ꝙ habeat aliquẽ actum in uoluntate, per quem concurrente prudentia. i. recta ratione inclinatur ad primum actum alterius uirtutis: ut ꝙ habet in ſe uirtutem caſtitatis, qua unlt continere ab omni concupitu, ſi occurrat aliquis uolens compellere pœnis ad incontinentiam: iam uirtus caſtitatis inclinat ad uelle fortiter ſuſtinere pœnam, ne perdat caſtitatem: quod uelle eſt primus actus fortitudinis. ¶ Quantum ad articulum ſecundum, in quo ponendę ſunt concluſiones reſponſiuę.

pars. 1. ſcdi art. G

Primo ponuntur concluſiones de connexione uirtutum moralium inter ſe. Secundo de connexione uirtutum moralium cum prudentia. Tertio de connexione uirtutum theologicalium inter ſe. Quarto de connexione uirtutum moralium cum theologicalibus. Quinto de connexione uirtutum moralium cum uirtutibus inferiorum potentiarũ.

Côc 1. ¶ Quoad primum eſt hæc prima concluſio ſecundum Ockam, ubi ſupra quæſt. xj reperto. iij. & quodlibet. iij. queſ. vj. Virtutes morales inter ſe in nullo gradu ſunt formaliter connexę. Probatur. quia nulla uirtus moralis in quocunq; gradu perfecto, uel imperfecto coexigit aliam uirtutem in quocunque gradu: ergo non ſunt formaliter connexæ. Conſequentia patet ex quid nominis connexionis formalis. Antecedens probatur: quia cum omnis uirtus acquiſita (de qua intelligenda eſt concluſio iſta cum ſequentibus: quę loquuntur de uirtutibus moralibus) acquiritur ex actibus frequentatis, quibus põt quis ſe exercitare eliciẽdo actus frequenter circa materiam unius uirtutis: non eliciendo actum circa materiam alterius uirtutis: iſte acquirit habitum inclinantẽ ad act⁹ ſimiles actibus, ex quibus genitus eſt: & nullum habitum circa materiã alterius uirtutis, cuius actus non exercent: ergo poteſt habere unam uirtutem ſine alia. Conſequentia nota: quia uirtus omnis moralis eſt habitus ex actibus acquiſitis. ij. Ethic. Minor ſimiliter nota: quia non frequẽtatis actibus non generatur habitus: & per cõſequẽs nec uirtus. Maior probatur: quia poſſibile eſt, ꝙ nõ occurrat materia cuiuſcunq; alterius uirtutis ei, qui ſe in una uirtute exercet: quia poſſibile eſt, ꝙ talis ſe in una uirtute exercens actus eius eliciendo nunquam cogitet đ materia alterius uirtutis: ſicut exercens ſe in uirtute temperantiæ, poteſt nunquam elicere aliquem actum magnificẽtię, uel liberalitatis: ut religioſi uoluntarij pauperes propter deũ omnium temporalium proprietatẽ abdicantes: nec de actibus magnificentię, aut liberalitatis cogitare: & tñ exercẽdo actus tẽperantię acquirere temperantiã ſcdm pfectiſsimum eius gradũ, nunquã eliciendo alterius uirtutis actũ: niſi forte per accidens. Et ſi diceres. Licet materia alterius uirtutis non occurreret exterius: occurreret tamen interius in phantaſmatibus: & circa illã oportebit recte elicere, & inde acquiritur uirtus alia. Reſpondetur, quod poſſibile eſt intellectũ illa alia nõ cõſiderare; ſed tãtũ illa, ad quę inclinat uirtus acquiſita, quia non contingit intellectum multa ſimul diſtincte intelligere ſcdm communiter loquẽtes: uel ſi occurrãt alia ad aliã uirtutem pertinentia in intellectu: põt uoluntas non elicere circa illa aliquẽ actũ immo præcipere intellectui, non conſiderationem illorum: & præcipere conſiderationem illorũ, quæ pertinent ad uirtutem, quam habẽt. ¶ Pręterea arguit ad cõcluſionem Scoti: uirtus eſt perfectio aliqua hoïs, & nõ totalis: quia tunc ſufficeret uirtus una moralis: quando autem ſunt plures perfectiones partiales alicuius, poteſt illud eſſe ſimpliciter perfectum ſecundum unam perfectionẽ in ſummo: & eſſe ſimpliciter imperfectum ſecundum aliam: ſicut apparet in homine, cuius eſt habere multas perfectiones organicas: poteſt enim habere unam perfectionem in ſummo nihil habendo de alia: ut eſt ſummẽ diſpoſitus quantum ad uiſum, uel guſtum, uel olfactum: & nihil habere de auditu: igitur poteſt aliquis habere perfectionem reſpectu ma-

Virtutes morales inter ſe nõ ſunt formaliter connexæ.

teriæ temperantiæ in ſummo, nihil habendo de perfectione, q̄ requiritur circa materiam alterius uirtutis: & per cōſequēs poteſt eſſe ſimpliciter tēperatus quantum ad quemcunq; habitū tēperātię: & nō eſſe liberalis, aut magnificus, uel fortis circa actus bellicos. Verum talis licet ſit ſimpliciter, & perfectè, & tēperatus: non tñ erit ſimpliciter, aut perfectè moralis ſine omnibus uirtutibus moralibus: ſicut nō eſt perfectè ſentiēs ſine omnibus ſenſibus: ſed non eſt minus temperatus, licet ſit minus moralis ſicut non eſt minus perfectè uidens ſurdus: licet ſit minus perfectè ſentiens.

Cōcl. 2 H Oēs uirtutes morales uerè, ſeu perfectè ſunt cō nexæ.

¶ Secunda concluſio. Omnes uirtutes morales uerè, ſeu perfectè quantum ad eorū actus principiatiuè ſunt adinuicē connexæ. Hanc concluſionem ſecundā uide clarius in Ockam in repert. iij. q. xj. iuxta finem, & in quodlibet iiij q. vj. ubi remittit ad repertorium ubi ſupra. Probatur: quia ſunt quædam principia uniuerſalia omnibus ueris moralibus uirtutibus præſuppoſita, ſine quibus nulla uera uirtus acquiri poteſt: quæ tāquā cauſæ partiales inclinant ad omnium uirtutum actus, occurrente earum materia, ergo ſunt principiatiuè coniunctæ, ſeu connexæ. Tenet conſequentia ex quid nominis cōnexionis principiatiuè. Antecedens habet tres partes. Prima: q̄ ſunt quædam principia uniuerſalia omnium uerarum uirtutum actibus præſuppoſita: quæ ſic probatur: nam omni actui ueræ uirtutis p̄ſupponitur hoc principium: omne dictatum a ratione recta eſt faciendum: nedum in ratione, ſed etiam in uoluntate conſentiente ideſt ſic uolente: quia de ratione ueræ uirtutis eſt, q̄ inclinat ad actum eliciēdum ſcdm dictamen rectę rōnis propter hoc: quia ſic dictatū a recta ratione: ergo præſupponit tanquam euidens uerū, q̄ omne dictatum a recta ratione eſt faciendum, & actum uoluntatis conſentientis ideſt uolentis omne dictatum a ratione recta. Secunda pars antecedentis, q̄ ſine tali principio nulla uera uirtus acquiri poteſt: ſatis patet ex priori: nam actus uoluntatis non eſt uirtuoſus: niſi eliciatur propter hoc, quia ſic dictatum eſt: ergo oportet oſtendere uoluntati, q̄ omne dictatū a recta rōne eſt faciendum: & q̄ ille actus ſic eſt a recta ratione dictatus: alioquin non eliceretur propter hoc: oportet enim dictamen rectæ rationis eſſe obiectum uolūtatis: ut oſtenſum eſt ſupra diſt. xxiij. q. j. Tertia pars antecedentis ſcilicet, q̄ illud principium, tanquā partialis cauſa inclinet ad omnem actū uirtuoſum occurrente eius materia: probatur: quia illud principium eſt pars dictaminis rationis rectæ ad actum uirtuoſum requiſitæ. Eſt enim maior ſyllogiſmi practici concluſiuè oſtendentis tale eſſe faciendum propter rationem rectam: ſic enim ſyllogizat intellectus. omne dictatū a ratione recta eſt faciēdum propter hoc, quia ſic dictatum eſt: ſed tale uelle (gratia exempli: ſubuenire pauperi indigenti propter deum) eſt dictatū a ratione recta: ergo eſt uolendum. hoc autem dictamen eſt cauſa partialis rectæ uolitionis uirtuoſæ, ſine qua non eliceretur talis uolitio: ergo inclinat ad talem actum, tanquam partialis cauſa eius: hoc autem inclinare eſt eſſe cauſam: iclinat aut nō ſe ſolo; ſed cum minore cuiuſlibet uirtutis actū repræſentante: & per hoc ad quamlibet uirtutem. ¶ Dicitur notanter in concluſione quantum ad eorum actus, quia habitus uirtutis pōt manere in uoluntate peccantis & tunc non inclinat principiatiuè ad actum uirtutis, quia in peccāte non eſt hoc principiū in uoluntate, ſcilicet uelle omne dictatum a recta ratione: quia impoſſibile eſt uoluntatem uelle peccare: & ſimul uelle omne dictatum a recta ratione: quia recta ratio dictat non eſſe peccandum, & ſic uellet ſimul contradictoria: licet ergo habitus uirtuoſus præſupponat hoc principium uoluntatis in fieri: non tamen ipſum requiritur in facto eſſe.

Cōcl. 3 I oēs uirtutes morales inclinatiuè ſūt cōnexę.

¶ Tertia concluſio. Omnes uirtutes uerè morales ſeu perfectè, inclinatiuè adinuicem ſunt cō nexæ. Probatur: quia omnis uirtus uera cū uoluntate eſt generatiua primi actus cuiuſlibet uirtutis, ex quo uirtus poteſt generari: ergo. Antecedens probatur: q̄a ſi

quis habet uirtutem, habet habitum inclinantem eum firmiter ad eliciendum actum uirtuoſum: & ita ad nõ dimittendum actum propter quodcunq; contrarium, uel impediens: & ideo ſi per actũ alterius cuiuſcunq; uirtutis poteſt reſiſtere, aut repellere contrarium, ad illum actum occurrente caſu inclinabit. Exẽpli cauſa: Aliquis habens habitum caſtitatis uirginalis: ſi alius minetur mortẽ, niſi fornicetur: licet habens caſtitatis uirtutem uerã non habeat uirtutem fortitudinis: quia prius nõ elicuit aliquem actum eius: tamen antequam uelit fornicari, eligit per habitũ caſtitatis magis ſuſtinere flagella, & ultima ſupplicia: talis electio eſt primus actus fortitudinis: ex talibus enim frequentatis generatur habitus fortitudinis: & ita generaliter habens unam uerã uirtutem: illa uirtus occurrente materia alterius uirtutis cum circumſtantia neceſſario ſequente eam, uel repugnãte: puta ſi oporteret deſerere, actum uirtutis, aut facere aliquod inhoneſtum: aut intrare carcerem, niſi uirtutem habitam deſereret: tunc ad actum alterius uirtutis ſufficienter inclinaret. Si autem occurreret materia alterius uirtutis cum circumſtantia impertinente (hoc eſt nec conueniente, nec repugnante: ita q ſiue adſit, ſiue abſit illa circumſtantia: nihilominus manet uirtus acquiſita, & actus eius) ad illam non inclinat: ut ſi occurreret pauper, cui eſſet danda eleemoſyna, quæ eſt materia liberalitatis: ad illum actum uirtus caſtitatis non inclinaret: licet principium uniuerſale cuilibet uirtuti præſuppoſitum ad illum actum inclinaret. ¶ Dicitur in illis duabus concluſionibus notanter uera, ſeu perfecta uirtus propter uirtutes primorum duorum graduum: quæ nõ ſunt ueræ uirtutes, neq; perfectę. Non ueræ, quia actus eorum non eliciuntur propter hoc principaliter: quia ſic dictatum eſt a ratione recta: eliciũtur ſed cõformes rationi rectæ ꝑpter honeſtatẽ, aut utilitatẽ, aut pacem reipub. aut aliqd̃ ſimile ſeruatis omnes circũſtãtias: preter iam dicta: ita q licet eliciant actum, qui eſt conformis rationi rectæ: non tamẽ ideo quia conformis rationi rectę. Et hæc quidem circumſtantia eſt de ratione ueræ uirtutis moralis: ut patuit ex eius diffinitione ſupra diſt. xxiij. q. j. expoſita. Neq; perfectẽ: quia illa ſola eſt ꝑfecta uirtus, quæ eſt quarti, uel quinti gradus; cuius actus ſit principaliter propter finem uerẽ, & ſimpliciter ultimum: ſcilicet propter deum ſuper omnia dilectũ: hoc eſt, qui ſit propter hoc: quia ratio recta dictauit actum illum eliciendum propter deum ſuper omnia dilectum. Sunt ergo uirtutes primi, & ſecũdi gradus uirtutes analogicæ: quia ſimiles ſecundum operationes exteriores uirtutibus: non ſunt tamen uerę uirtutes. Vnde Guil. Ockam in. j. parte ſui dialo. lib. vj. c. lxxix. notat, q bonũ actũ exteriorem contingit tripliciter exercere: ut paſcere pauperẽ, uel propter deũ: uel quia dictatur a ratione naturali recta: uel tertio propter aliquod bonum utile, uel delectabile cõſequẽdũ: aut propter aliquod malum, uel periculum euitandum. Sub primo modo comprehendit quartum, & quintũ gradus: ſub ſecũdo modo tertium gradũ: ſub tertio primum, & ſecundum. Subdit. actibus bonis primo modo elicitis correſpondẽt uirtutes perfectæ. Qui. n. pauperẽ paſcit ex habitu propter deum, habet uirtutẽ pietatis, ſeu miſericordię, quę eſt uirtus perfecta. Et quæ ex habitu uera loquit propter deũ, habet ueracitatem, quę eſt uirtus perfecta. Has uirtutes habent ſoli fideles: quia illi ſolũ propter deũ ex charitate operanẽ. Actibus bonis ſecũdo mõ elicitis correſpondẽt uirtutes uerę: ſed imperfectę reſpectu priorum. Verę: quia actus eliciuntur propter hoc, q recta ratio ſic dictat eliciendos: & ſic conuenit eis diffinitio uirtutis: non tñ perfectẽ: quia nõ principaliter propter deũ: uelle n. uerũ dicere: quia recta ratio dictat ꝑpter deum eſſe dicendum: multo perfectius eſt, quã uelle uerum dicere ſolum: quia recta ratio ſic dictat ueritatem eſſe dicendam: ſicut deus perfectior eſt rõne ſola: & illæ uirtutes, & actus eorũ fuerũt et in quibuſdã infidelib9 philoſophis uolẽ

K Bonum actũ exteriorẽ tripliciter contingit exercere.

tibus uiuere ſecundum rationem rectã:
licet deum ignorauerunt. Actibus bonis
exterioribus tertio modo dictis nõ cor-
reſpõdent uirtutes uerę: neq; perfectę:
neq; imperfectæ: quia neq; uirtutes ſim
pliciter ex eis generantur: neq; ipſi ge-
nerantur ex uirtutibus: quia illi actus
exteriores boni fieri poſſunt conformi
ter rationi rectę: & tamen non propter
hoc: quia conformes rationi: ſed alia in
tentione bona indifferenti, uel mala: ut
ſi fiunt propter bonum rei publicę, uel
propter utilitatem propriã non prohibi
tam: uel ex hypocriſi propter ambitio-
nẽ, aut aliũ finem malũ: quo modo Pha
riſei multos actus exteriores bonos de
genere operati ſunt corrupta intentio
ne, & ita uitioſe. Tales itaq; uirtutes ter
tij modi, quę etiã ſunt primi aut ſecundi
gradus ſuprapoſiti: nõ cõnectuntur alijs
ueris uirtutibus, neq; formaliter: neq;
principiatiue: neq; inclinatiue. Qđ nõ
formaliter, manifeſtũ eſt: ſic.n. neq; ue
ræ uirtutes ſunt connexę. Quód etiam
nõ principiatiuè: quia non ſupponũt il-
lud uniuerſale principiũ: ꝙ omne dicta-
tum a recta ratione eſt faciẽdũ, tanquã
cauſam ſuam partialem: non.n. propter
hoc inclinat ad actum: quia ſic eſt a recta
ratione dictatum. Nec inclinatiue: quia
quantũcunq; inclinent ẽt ad alios actus
bonos: nunquã tamen uirtuoſos: quia
ſemper deficit illa conditio propter re-
ctam rationẽ. ¶ Ex his duabus concluſio
nibus .ij. & iij. elicitur notabile corolla
riũ, ꝙ omnis habẽs unã ueram uirtutẽ,
habet oẽm uirtutem ſibi poſsibilem ſe-
cundum cordis præparationẽ: & omnis
habens unũ uitiũ, ſecundũ cordis prępa
rationẽ eſt omni uitio irretitus. & idem
eſt de habente actũ uerè uirtuoſum, uel
uitioſum: de actibus.n. corollariũ habet
primò ueritatem: & de habitibus non ni
ſi ratione actuũ. Ad cuius declarationẽ
notandũ, ꝙ habere actus uirtutum ſecũ
dum prę parationem cordis, nihil aliud
eſt, quã habere diſpoſitionem, uel prin-
cipiũ inclinans ad actus uirtutum. Et irre-
titũ uitio ſecũdũ cordis præparationem
eſt habere diſpoſitionẽ, uel principiũ in
clinans naturaliter ad uitiũ: & ꝑ nullam

Cor. 1.

Omnis habens unã ueram uirtutem hẽt omnem uirtutẽ ſibi poſſibilem.

uerã uirtutem a tali uitio refrenari. Tũc
probaẽ prima pars corollarii: quia omnis
habẽs uirtutẽ uerã, uel actũ uerè uirtuo
ſum, habet in ſe hoc principium, ꝙ uult
uiuere ſecũdũ rectã rationem: & ꝑ hoc
uult actũ cuiuſcunq; uirtutis, quem re-
cta ratio dictat. Hoc.n. eſt uelle uiuere
ſecundũ rectã rationem: uelle agere, &
cauere quicquid recta ratio dictat eſſe
agendũ, uel uitandum. Sine.n. tali prin-
cipio.ſ. uelle uiuere ſecũdũ dictamen re
ctę rationis, nullus habet uirtutem ali-
quã uerã. gratia exempli. Sine hac uolũ
tate nullus habet caſtitatem, quæ eſt ue
ra uirtus quantũcunq; ab omni actu im
pudico abſtineat. Qui autem habet caſti
tatem, quæ eſt uera uirtus: habet iã hoc
principiũ uelle uiuere ſecũdũ rectam ra-
tionem, quo inclinatur ad omnem uir-
tutis actũ: quia cuiuſcunq; uirtutis mate
ria occurrente, ſi ratio recta dictauerit
actum illius uirtutis eſſe eliciendum: ſta
tim uult eũ elicere. Nam impoſsibile eſt
uelle antecedens, & nõ uelle cõſequens
ſcitũ eſſe tale. ſed uelle elicere actũ uirtu
tis eſt conſequens ad illã maiorem: uolo
omne dictatũ a recta ratione, addita illa
minore Et elicere actum talis uirtutis,
eſt dictatũ a recta ratione: ut patet ſyllo
gizanti. omne dictatum a recta ratione
uolo: & uelle elicere hunc actum eſt di-
ctatum a ratione recta: ergo uolo elice
re hunc actum. Pro ſecunda parte corol
larium probatur, ſcilicet ꝙ habens unũ
uitium, ſecundum cordis pręparationẽ
eſt quolibet uitio irretitus: quia habens
unum uitium, habet in ſe diſpoſitionem
malam: ſcilicet contemptum rationis
rectæ: auerſionem a deo: amorem ſui
uſq; ad contemptũ dei, qui naturaliter
eum inclinat occurrente materia cuiuſ-
cunq; uitij, elicere actũ illius uitij: nec
habet aliquam uirtutem uerã ipſum ab
alio uitio refrenantem: ergo &c. Con-
ſequentia nota. Antecedens patet: quia
habens in ſe uitium luxuriæ, quo uult cõ
tra rectam rationem adulterari, inclina
tur ad actus quoſcunq; promouentes
adulterium cuiuſcunq; uitij: eliceret
quoq; ſi non prohiberetur, uel propter
abſentiã obiecti: uel alterius cauſę parti

culaſis, quæ ad talem actum requiritur: aut aliá paſsionem prædominantem; ut timorem cõfuſionis, aut pœnæ uel dãni temporalis, & huiuſmodi: ſic adulteriũ Dauid impulit eũ ad homicidium Vriæ militis ſui fidelis. Qui enim efficaciter uult adulterari, uult omnia, ſine quibus adulteriũ non poteſt perficere, & amouere impedimenta per actus quorſcũq; uitiorũ, niſi aliunde retrahatur: & horũ conſideratio multum ualet ad uitiorũ, deteſtationem, & ad generandum hor-

Coroll. 2. rorem cuiuſcunq; uitij. ¶ Secundum corollariũ. Primi duo gradus uirtutis cõpatiuntur ſecũ tã habituale uitium, quã actum uitioſum. Probatur; quia aliquis poteſt temperatè agere ſecundũ primos duos gradus temperantiæ: & tamen uelle iniuſtè agere, etiã ſtante rectę rationis dictamine, quo dictat, ꝙ talia opera iniuſta non ſunt facienda. Nã quia ſecũdum illos duos gradus non elicit actum uirtuoſum; quia ſic recta ratio dictauit: nihil prohibet hũc actũ cõformẽ rationis dictamini elicere: & cum hoc alium conformem elicere: & ita uitioſum propter ſuam libertatem ad rationis rectæ dictamen nõ determinatã: uerũ, ꝙ actũ contrariũ actui uirtutis, quem elicit, illo ſtãte, elicere nõ poteſt propter formalem eorum contrarietatẽ: ſed actũ uitio-

Coroll. 3. ſum alteri uirtuti oppoſitum. ¶ Corollariũ tertiũ. Tertius uirtutis gradus non ſtat cum uitio cuicunq; uirtuti oppoſito: & prudentiæ illius uirtutis dictamine recto. Patet: quia quantumcunq; aliquid eſt uolitũ: quia tale præciſè nihil licitum eſſe tale põt eſſe nolitũ. Exẽplũ: ſi diligo ſortem: quia homo. Catarinam: quia pulchra. impoſsibile eſt ſtãte reduplicatione, ꝙ odiam aliquẽ, uel aliquam: quem, uel quã ſcio eſſe hominem, uel pulchrã: quia illa reduplicatiua infert illã uniuerſalem. Diligo omnem hominem, cũ qua non ſtat, ꝙ odiã aliquem, quem ſcio eſſe hominẽ: ſed in tertio gradu uolo facere opera caſta: præciſè: quia conformia rectę rationi ea ſic fieri debere dictanti: ergo impoſsibile eſt, ꝙ ſciam aliquid ſic eſſe dictatum a recta ratione: & tamen nolim ipſum. Et ſimiliter impoſsibile eſt, ꝙ aliquid cõtra dictamen rectę rationis uelim. Omnis autem actus uitioſus eſt contra dictamen rectæ rationis: ergo nullus talis ſtat cum uirtute tertij gradus. Item habens quãcunq; uirtutem tertij gradus (exẽpli gratia) cõtinentiã, ille uult omne dictatum a recta ratione: ergo non uult eius contrariũ: hoc eſt aliquod reprobatum a recta ratione. Sed omne uitium, & actus uitioſus eſt contra dictamen, & reprobatum, ac reprobatus a recta ratione: ergo nullum tale poteſt uelle: & per conſequens quilibet actus uirtuoſus cuilibet actui uitioſo contrariatur: & illa nullum ſecum compatitur. Additur in corollario tertio. & recto dictamini prudentiæ illius uirtutis, cuius oppoſito uitio repugnat: quia ſi error contingeret in dictamine prudentiæ: ita ꝙ iudicaret actum uitioſum aliquem non eſſe uitioſum: ſed bonum: tunc cũ actu uirtuoſo uoluntatis; & tali errore poteſt ſtare uitioſus oppoſitus actui alterius uirtutis: gratia exempli. Si quis habet uirtutem continentiæ: & ratio dictaret dilapidatori ſua turpiter aliqua eſſe ſecretò ſubtrahenda, & conuertenda in bonos uſus, ſtante illo dictamine erroneo: poſſet continens elicere actũ uolendi ſubtrahere dilapidatori, & dare pauperibus: hoc habet uirtutem de errore inuincibili, alias non: quę tamen ſubtractio eſſet uitioſa: ſimiliter, & eius uel-

le. ¶ Quartũ corollarium. Virtus quar- Coroll. 4.
ti gradus repugnat omni uitio, & errori culpabili. Probatur: quia uirtus quarti gradus habet annexam charitatem: quia elicit actum ſuum finaliter, & præciſè propter deum ſuper omnia dilectum. Sed charitati repugnat quicquid eſt culpabile, ſiue ſit actus uoluntatis, ſiue error intellectus culpabilis. Et dicitur notanter cum errore culpabili: quia bene ſtat cum errore inuincibili: ſed ille non eſt culpabilis: nec actus ex illo procedens: habet enim continentiam coniugalem in quarto gradu, nolens cognoſcere non ſuam propter deum adulterium prohibentem, ſi cognoſceret [illegible]

rore inuincibili putaret eſſe ſuam : talis non peccaret hac ignorantia inuincibili ſtante nō ſuam ſic cognoſcendo : nec ſic errando ; quia inuincibilis error non eſt culpabilis : ſtat ergo cum uirtute quarti gradus. De uirtute quinti gradus hoc eſt heroica : quia illa poteſt includere ſecundum gradum tantum : & non tertium, nec quartum : uel tertium, & nō quartum : uel ſimul tertium, & quartum : & ſecūdū hoc dicendū eſt de uirtute heroica, ſicut de uirtute illius gradus, quem præſupponit : ſi ille ſtat cum uitio : poteſt & heroica ſtare cum uitio : ſi non, non. ¶ Quantum ad ſecundam partem illius articuli de connexione uirtutum cum prudentia, eſt concluſio prima. Omnes operationes uerè uirtuoſæ connexæ ſunt cum actuali prudentia. Probatur : quia omnis operatio uirtuoſa præſupponit : dictamen rectæ rationis in actu : & quodlibet tale pertinet ad prudentiā ſecūdū aliquā quatuor acceptionum ſuprapoſitarum : ergo cōcluſio uera. Conſequentia nota. Maior patet ex diffinitione actus uirtuoſi ſup. diſt. xxiij. poſita. Minor probatur : quia omne dictamen rectę rationis practicum de operatione elicienda, uel habetur per doctrinā, uel experientiam : aut eſt per ſe notum : & ſiue ſic, ſiue ſic ſemper pertinet ad aliquam prudentię acceptionem. ¶ Et notanter dicitur in actu : quia ad hoc, quod actus ſit uirtuoſus, non ſufficit habitus prudentiæ ſine actu : quia nullus uirtuoſè agit, niſi ſcienter ij. Ethic. & liberè ideo ſi aliquando talis actus eliceretur ab habitu uirtutis ſine actu prudentiæ, non eſſet uirtuoſus : ſed magis eliceretur : ſicut actus appetitus ſenſitiui habituati : ſicut patet in infatuatis, qui aliquid uolunt, quod prius uirtuoſè uoluerunt, propter habitum derelictum in uoluntate, qui inclinabat ad actus uirtuoſos : quando fuit in bono ſtatu mentis : ſed nunc non eſt uirtuoſus : quia nec eſt talis laudandus : nec uituperandus propter tales actus ſuos. Cuius ratio : quia neſcit, quid facit : quia actum prudentiæ qui eſt dictamen rationis rectæ non habet. Ex quo ſequitur ſecundum Ockam, ubi ſupra in quodlib. & in iij. quod actus prudentiæ habet ſe ad actum uirtuoſum in genere cauſæ efficientis : quia habet ſe in genere cauſæ, cum neceſſario requiratur ad eius eſſe : & non materialis, formalis, nec finalis, ergo efficientis : impoſſibile enim eſt ſtante lege, eſſe actum moraliter bonum : ſicut actiuitate actus prudentiæ, & ipſius uoluntatis. Illa enim duo neceſſariò requiruntur ad actum eſſe moraliter bonum : actiuitatis ſcilicet actus prudentiæ, & actus uoluntatis.

Pars. 2. ſecundi artic.

Cōcl. 1.

N Omnes opationes uirtuoſæ cōnexæ ſunt cū actuali prudentia.

¶ Secunda concluſio. Virtutis moralis habitus habituali non actuali prudentiæ eſt connexus. Quòd habituali probatur : quia non poteſt habitus moralis generari ſine habitu prudentiæ : nec manere ſine eo : ergo. Antecedens probatur : quia habitus moralis non generatur niſi ex frequentatis actibus uirtuoſis : ſed non poſſunt frequentari actus uirtuoſi, niſi frequententur actus prudentiæ : ergo ſicut ex illis frequentatis generatur habitus moralis : ſic ex iſtis frequentatis generatur habitus prudentię : nec poteſt manere ſine illo : quia ſi corrumpitur habitus prudentię : uel ergo per negligentiam actuum elicitorum corrumperetur : eadē ratione habitus uirtutis. Si uero corrumpitur habitus prudentię per errorem contrarium : corrumperetur, & habitus uirtuoſus in uoluntate : quia habitus in uoluntate inclinat ad actū : quia ratio recta ſic dictabat. Si ergo ratio dictat oppoſitum per errorem : generabitur habitus priori cōtrarius : ergo prior corrumpitur. Quòd uero uirtus habitualis non ſit connexa actui prudentiæ, patet : quia habitus manet in uoluntate nulla conſideratione obiecti talis habitus exiſtente in intellectu : ut patet in dormiente.

Cōcl. 2. Virtutis moralis habitus habituali nō actuali prudentiæ eſt connexus.

¶ Tertia concluſio. Prudentia non connectitur uirtuti morali : nec habitus habitui : nec act⁹ actui. Probata concluſione de actibus, patet de habitibus ex actibus generatis. Probatur ergo de actibus : quia pōt ſtare iudicium rectum in intellectu : & nulla eſſe electio cōformis in uolūtate, & affectu : ergo.

Cōcl. 3. O Prudentia non cōnectitur uirtuti morali.

ergo. Antecedens probatur auctoritate beati Aug. ſuper illud pſ. Forte uiuos deglutiſſent nos. Viui (inquit) abſorbent, qui ſciunt malum eſſe: & tamen conſentiunt. Idē ſuper illud pſ. Fiat mēſa Quid eſt uiuos eſſe uitiohs conſentientes: niſi ſcientes uitio conſentire non debere: & tamen conſentire. Ecce nouerunt muſcipulam, & pedem mittunt. Idem ſuper illud pſal. Concupiuit anima mea. Præcedit intellectus: & ſequitur tardus, aut nullus affectus. Probatur idem ratione. Intellectu rectè dictante uoluntas pōteſt nihil eligere: ſicut poteſt non eligere illud, quod dictatur ab intellectu: nihil autem eliciendo non generatur in uoluntate aliqua uirtus: ex recto autem dictamine intellectus generantur prudentiæ: & ita abſq; uirtute morali. Item ſtante dictamine recto in intellectu, uoluntas poteſt elicere oppoſitum contra dictamen rationis uitioſæ: & ſic ſtabit actus prudentiç in intellectu, ſine actu uirtuoſo in uoluntate: immo cum actu uitioſo. Antecedēs patet: quia niſi ſic, uoluntas non poſſet peccare, niſi eſſet error in intellectu: & per cōſequens nullus poſſet peccare ex malitia contra communem diſtinctionem peccati, in peccatum ex ignorantia, ex infirmitate, ex malitia. ¶ Præterea ſciens non eſſe fornicandū poteſt uelle fornicari: & ita uelle contra dictamē rectç rationis. Antecedens patet: quia ſciens nullum prohibitum lege diuina eſſe faciendum: & ꝙ fornicatio eſt quid lege diuina prohibitum, ſcit fornicationem non eſſe faciendā: quia cognita maiore, & minore, ſimul cognoſcitur, & concluſio: & talis poteſt uelle fornicari: immo fornicando poteſt dictamen contrarium rationis habere, & illud attēdere: ut certa docet experiētia: ſicut de furto: alioquin nullus poſſet ſcienter trāſgredi præcepta contra illud. Seruus ſciēs uoluntatem dn̄i ſui, & non faciēs uapulabit multis. Qui autem nō cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. ubi innuitur aliquos contra dn̄i uolūtatē ſciēter operari, quibus tn̄ maior illa non eſt cognita. Omne, quod eſt cōtra domini uoluntatē, eſt omittendum. Itē ſtante recto dictamine in recta ratione aut uoluntas poteſt contrariū uelle, aut non. ſi ſic, habetur propoſitū: ſi nō, tunc uoluntas non eſt libera: quia non habet actum ſuum in poteſtate ſua. Si di. licet non habeat actum ſuum immediatè in ſua poteſtate: tamen habet eū in ſua poteſtate mediatè: quia poteſt imperare intellectui, ꝙ nō conſideret illud obiectum, ſed aliud: & ita poteſt non elicere ceſſante priore rationis dictamine. Cōtra: illud imperiū prærequirit dictamen rationis: aut ergo conformat ſe neceſſariò illi, quo dictat intellectus eſſe imperandum intellectui &c. & ita non erit liberè imperando intellectui: & ita nec liberè ad uertendum eum, ſi contingit: ergo poteſt imperium non elicere mediatè uel immediatè. ſi ſecundum, habetur propoſitum: quia contra dictamen rationis de imperando: ſi mediante alio imperio: de illo iterum quæro, ut prius: & erit proceſſus in infinitum. Plures alias rationes adducit Ockam q. vi. quodlib. iiij. & in iij. q. xii. Item Scot. diſt. præſenti. Eſt tamen aliqua prudentia, quæ haberi non poteſt ſine actu uirtuoſo uoluntatis actualiter inexiſtētis: uel quç aliquando infuit: ut eſt notitia euidens particularis, quç haberi non poteſt niſi per experientiam actus propriç uoluntatis: ſicut illa diligens deum ſuper omnia: delectabiliter contemnit, quç ſunt legi diuinæ contraria: hanc ſcire non pōt niſi per propriā experientiā: & ita per actus diligendi deū, quos ipſe elicuit: & p eos cōtraria legi diuinç delectabiliter cōtēpſit. Hi aūt actus diligēdi deū, & cōtēnendi contraria legi ſunt uirtuoſi: uerū (ut dictū eſt) notitia illa prudentiæ nō requirit actum uirtuoſum actu ineſſe: & ſufficit, ꝙ aliquādo īfuit, & eius memoria intellectui inſit. ¶ Quā- Pars 3. ſecundi artic.
tum ad tertiam partem articuli ſecundi de connexione uirtutum theologicalium inter ſe, eſt hęc concluſio unica. P
Virtutes theologicæ non ſunt formaliter ad inuicem connexç. Probatur tām in patria, quā in uia: nam in patria charitas ſola manet, & nec fides ibi erit,

neqꝫ ſpes:ut oſtẽſũ eſt ſupra diſ.xxxj.ſic in uia manent ſpes,& fides in peccatore ſine charitate. Poſſunt.n.tam fides,quã ſpes eſſe informes: ergo ſine charitate. Et concluſio hæc habet ueritatem tã de infuſis,quàm acquiſitis;& hoc in eſſe harum uirtutum:non autem in fieri:nã licet deus eas, cũ ſint ſeparabiles in eſſe, etiam ſeparatim infundere poſſet de potentia abſoluta: tamen in fieri uirtutes theologicæ infuſæ ſecundum potentiã ordinatam ſunt connexæ ex liberali diuina uoluntate: quia deus totum hominem perficit: ſecundum Augu.in de uera & falſa pœnitentia. Impium eſt a deo dimidiã ſperare ueniam,ita ꝙ ſicut corporaliter nullum ſanauit niſi perfectè: ita etiam ſpiritualiter non ſanat hominem,niſi perfectè ſanet eũ. Perfecta autem ſanitas eſt,ſi quantum ad intellectũ habeat fidem: & quantum ad uoluntatem,ſpem & charitatem. ¶ Si quæritur an fides, & ſpes ſine charitate ſunt uirtutes propriè:reſpondetur ſicut de alijs uirtutibus moralibus,ꝙ ſunt uirtutes ueræ,ſed non perfectæ:ſunt.n.uirtutes tertij gradus,& non quarti:& ſolæ uirtutes quarti gradus ſunt perfectæ: ut dictum eſt. Verum de fide,quæ non eſt uirtus appetitus,ſed uirtus intellectus: nõ eſt uirtus niſi per ſubordinationem eius ad uirtutem appetitus: hoc eſt inquantum imperatur a uoluntate ſecundum dictamẽ rectę rationis:poſſunt tamen dici in ſpecie ſua perfectę, inquantũ ſcilicet ſunt principia propriorum actuum reſpectu propriorum obiectorum: ſed non ſunt ſimpliciter perfectę:quia perfectionem ultimam, quam habent in attingendo finem ultimum, ad quem ordinantur ex charitate, non poſſunt habere ſine ipſa. Eſt etiam perfectio meritoria, quæ nullius uirtutis actui conuenit ſine charitate:nullum enim actum cuiuſcũqꝫ uirtutis deus acceptat ad uitam æternã ſine charitate, quæ ſola (ut Augu. ait) diuidit inter filios regni,& perditionis.

Pars. 4. ſecundi arti. ¶ Quoad quartam partem huius articuli de connexione uirtutum moralium cum theologicis,ponitur hæc concluſio unica. Non eſt neceſſaria connexio

Cõcluſio unica. uirtutum moralium cum theologicalibus:nec theologicalium cum moralibus. Prima pars patet:quia uirtutes morales poſſunt eſſe in gentilibus philoſophis, in quibus non ſunt theologicæ, nec fides, nec ſpes:multò minus charitas. Antecedens patet ex dictis. Secũda pars patet de moralibus acquiſitis,de quibus principaliter intelligitur concluſio: quia paruulo baptizato infundũtur uirtutes theologicę, in quo nondum poteſt eſſe aliqua uirtus acquiſita: cum nõ dũ poſsit habere actus uirtuoſos. ¶ Præterea etiam uirtutes theologicę quantũ ad actus ſuos non ſunt neceſſariò connexæ actibus uirtutum moralium: nam actus poſſunt elici circa finem tanquam obiectum abſqꝫ hoc,ꝙ eliciantur circa media:uirtutes autem morales ſunt circa media tanquam circa obiecta. Verũ uirtutes morales quarti gradus ſunt cõnexæ charitati:quia ſola charitas eſt,quæ omnium uirtutum actus ordinat,& inclinat ad ultimum finem. Virtutes autem morales quarti gradus:quę inclinant ad eliciendum actus ſuos propter deum ſuper omnia dilectum habent annexã charitatem,ſicut habent annexam dilectionem dei ſuper omnia:ille autem actus ſine charitate deeſſe non põt,ut alias dictum eſt. ¶ Corollariũ. Licet ſine charitate haberi poſsit uera uirtus moralis: non tñ perfecta:quia ſola uirtus quarti gradus eſt perfecta:quia illa ſola ordinat ad finem,in quo eſt ſumma noſtra perfectio. Et licet heroica eſt perfectiſsima in ſuo gradu,ſeu genere: & hoc perfectione intenſiua: non tamen quælibet perfecta eſt perfectione finis ultimi, niſi includat quartum gradum:unde apud gentiles eſſe potuit uirtus heroica, quæ tamen non fuit ſimpliciter perfecta. Cor. 1.

¶ Corollarium. Licet uirtutes tertij, & quinti gradus nõ ſunt connexę theologicalibus,non tamen compatiuntur ſecum contrarium theologicarum uirtutum. Prima pars patet. Secunda probatur: quia nulla uera uirtus compatitur ſecum contrarium cuiuſcunqꝫ uirtutis quantum ad actum: quia non compatitur ſecũ aliquod contrariũ dictaminis re- Cor. 2.

ctæ rationis, ſed omne contrarium uirtutis ueræ eſt contrarium rectæ rationi quantum ad actum: igitur. Secus autem eſt de uirtutibus primorũ duorum graduum, quę quia non ſunt uerę uirtutes cõpatiuntur ſecum contraria uirtutum.

Pars. 5. ¶ Quantum ad ultimam partem illius ar
Côcl. 1. ticuli de connexione uirtutum mora
R lium, cum uirtutibus potentiarũ inferiorũ, ut partis ſenſitiuę, & executiuę eſt cõcluſio prima. Nulla uirtus moralis uoluntatis requirit habitũ conſimilem prudentiæ inferioris. Probatur: quia quantumcunq; in potentia inferiore actus uirtuoſi per imperium uoluntatis uirtute informata frequentantur: poteſt tñ generatio habitus ex huiuſmodi actibus impediri per aliquam qualitatem corporalem, aut cõplexionẽ naturalem ad oppoſitum fortius inclinãtẽ, quo imperio uolũtatis potentia inferior nõ delectabiliter: ſed difficulter cum quadam remiſsione, uel dolore obtemperat: & ita habitus non generatur: quia ſignum habitus ingeniti eſt delectatio in opere ij. Ethic. Exemplum eſt de beato Paulo, qui paſſus fuit ſtimulum carnis: licet tẽperatiſsimus fuerit, & caſtiſsimus: cum cuius ſtimuli uehementia non ſtetit habitus partis ſenſitiuę ad oppoſitũ incli
Côcl. 2. nans. ¶ Secunda concluſio. Nullus habitus in potentia inferiore mediãtibus ſuis actibus ad uirtuoſum uoluntatis imperium genitus, coexigit uirtutem intellectiui appetitus. Patet: quia omnis habitus uirtuoſus alterius potẽtiæ a uoluntate, eſt uirtuoſus ſolum denominatione extrinſeca: igitur poteſt manere quantum ad eius ſubſtantiam mutata intentione uoluntatis, & per conſequens uirtute uoluntatis. Gratia exempli. Habitus temperantiæ in ſenſu inclinans ad refectionem ſobriam poteſt manere: etiam ſi uoluntas actus abſtinentiæ uitioſę, & intentione mala imperaret: quo caſu manet idem habitus in ſenſu, qui tamen per imperium uoluntatis ex actibus uirtuoſis partis ſenſitiuę fuerat generatus. ut refectio imperata, propter deum: & demum continuata pro
Côcl. 3. pter uanam gloriam. ¶ Tertia concluſio. Habitus partis inferioris, ut ſit uirtus denominatione extrinſeca, coexigit habitum in uoluntate, qui ſit uirtus intrinſecè, & denominatione intrinſeca. Patet concluſio: quia omnis habitus uirtuoſus extrinſecè poteſt idem manens fieri uitioſus, uel indifferens per ſolam mutationem uirtutis in uoluntate: nec eſt uirtuoſus, niſi quatenus imperatur a uirtute in uoluntate exiſtente: ut declaratum eſt ſup. diſt. xxiij. q. j. ergo cõcluſio uera. ¶ Quantum ad tertium ar- Art. 3.
ticulum, eſt primum dubium contra co Dub. 1.
rollarium elicitum ex ij, & iij. concluſionibus: uide hic Ockam in j. parte dialog. lib. vi. cap. lxxvii. & deinceps. Nam quędam uirtutes ſunt contrarię, & ſibi repugnant: ſicut caſtitas coniugalis, & caſtitas uirginalis. Item paupertas euangelica, & liberalitas ſiue magnificentia: nam non habens proprium non poteſt habere uirtutem liberalitatis, & minus magnificentiæ. Similiter humilitas, & magnanimitas repugnant: quia magnanimus dignificat ſe maximis. Humilis etiam mediocres fugit honores. Nunc ergo, qui habet unum contrariorum, non habet ſecundum præparationem cordis reliquum. Sicut enim contraria ſibi repugnant, ita etiã habent pręparationes, ac diſpoſitiones contrarias, & repugnantes. Similiter ſecũdò quędã uitia ſunt contraria, ſicut generaliter omnia uitia extrema, inter quæ mediat uirtus: ut auaritia, & prodigalitas, gaſtrimargia & inſenſibilitas: & ſic de alijs: ſic ſępe uitia quędam ſunt adinuicem omnino diſparata: ſicut intemperantia cibi, & potus: & ſuperbia aut magnanimitas; ſed habens unum uitium diſparatorum, non habet aliud ſecundum cordis pręparationem. ¶ Præterea tertiò uidemus quoſdam uno crimine irretitos, qui tamen alia crimina in ſe, & in alijs deteſtantur: intantum ꝙ potius ſe morti exponerent, quã talia committerent: ſicut quidam irretiti crimine fornicationis potius mortem eligerent, quã ꝙ patriam, & parentes traderent: aut turpiter in bello fugerent: uel fidem homini frangerent.

talis ergo habens unum crimen, nullate nus habet omne aliud ſecundum cordis præparationem: non enim uidetur habere illud crimen ſecundum cordis præparationem, pro quo uitando mortem ſubiret. Ad illa reſpondetur per ordinẽ: primò utrum aliquę uirtutes ſint ſibi cõtrarię: ad quod dicitũ, ꝙ nulla uirtus moralis repugnat alteri: ſed (ut dictum eſt) quęlibet eſt principium, & cauſa efficiens partialis reſpectu alterius. Et ad illud de uirginitate, & caſtitate coniugali dicitũ, ꝙ actus uirginitatis eſt abſtinere a concubitu propter deum: hoc eſt illo modo, quo deus uult talem abſtinere. Et actus caſtitatis coniugalis eſt uelle uti actu matrimoniali: eo modo, quo deus uult talem uti actu matrimoniali: & illi actus non repugnant. Nam ſic habẽs uoluntatem abſtinendi a cõcubitu, eo modo, quo deus uult eũ abſtinere: & conſtet ei per reuelationem, uel ſcripturam, ꝙ deus uelit eum contrahere, & actui coniungali operam dare tunc uelle contrahere propter deum: & actui coniungali operã dare propter deum: in tali generat caſtitatem coniungalem: manente nihilominus caſtitate uirginali: quia ſemp manet uelle abſtinere ab omni concubitu, ſi ita deo placeret: ubi ergo actus nõ contrariantur: multò minus habitus. Sic modo dicitur de paupertate, & liberalitate, & aliis. Et ſi dr, ꝙ ad uirginitatem requiritur abſtinentia de facto ab omni actu carnali: actus tamen carnalis ſtat cũ caſtitate coniungali: licet non requiratur: ut patet de coniugio Marię, & Ioſeph. Non autem ſtant ſimul caſtitas uirginalis, & actus cõiungalis: illa. n. coexigit carnis integritatem: iſte integritatẽ nõ cõpatitur. Reſpondetur, ꝙ ad uirginitatem requiritur abſtinentia, ſeu uelle abſtinere ab omni actu carnis: eo modo quo deus uult: quia eo modo, quo recta ratio dictat, quæ non aliter dictat, quã eo mõ, quo deus uult: & hoc ſtat ſimul cũ actu cõiugali: ſi hũc præciperet deus: ut dictum eſt. Et cũ additur, ꝙ uirginitas coexigit carnis integritatẽ. Dicendũ, ꝙ caſtitas uirginalis quatenus eſt uirtus perfecta non conſiſtit in carne: ſed in mente. Vnde ſi aliqua neſciẽs, uel inuita, aut in furia uiolaretur nullo accedente cõſenſu: dum ratione uteretur: non amitteretur uirtus caſtitatis. Vnde beata Lucia ad Paſcaſium tyrannum. Si me inuitam uiolari feceris: caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Sicut etiam econuerſo, uolens abſtinere ab actu carnali cõtra dictamen rationis licet habeat integritatem carnis: non tamen habet uirtutem caſtitatis. ¶ Ad ſecundũ, ꝙ uitia ſunt contraria: hoc concedit Ockã par. j. lib. vi. cap. lxxvij. in dialo. ſed hoc non obſtante, qui habet unum uitium etiã ſecundum pręparationem cordis habet uitium ſibi contrarium. Nam ſicut in naturalibus quędam ſunt cauſæ uniuerſales, ex quibus diuerſi, immo contrarij effectus cauſantur (uel propter diuerſitatem paſſiuorum: ſicut ſol indurat lutũ, & liquefacit ceram: uel propter diuerſitatem cauſarum particularium concurrentium: ſic eadẽ influentia cæleſtis cũ igne producit calorem, & cũ terra frigiditatẽ: & ſol cũ aſino aſinũ, cũ leone leonẽ) ita etiã in moralibus ſunt quędã diſpoſitiones, quę ad plurimos actus uirtutum, uel uitiorum ẽt contrarios natura liter inclinant: quemadmodum charitas inclinat ad omnes actus uirtutum: & ita ad contumelias, rixas, detractiones, homicidia &c. & ita licet quædam uitia ſint cõtraria: & ideo actus eorum ſimul eſſe nõ poſſunt: tamẽ habens unum uitium, habet unam diſpoſitionem malã inclinantẽ ad actum uitii contrarii: niſi impediatur, aut deficiat aliquid ad actũ uitii contrarii requiſitum. Verbi gratia. Prodigalitas, & tenacitas ſunt uitia contraria: & cũ tenax põt habere prodigalitatẽ ſecundũ cordis præparationẽ: quia in tenace eſt deſideriũ acquirẽdi: ideo ſi tenax cõſiderat, ꝙ per actũ prodigalitatis poteſt multa acquirere, ex deſiderio acquirẽdi exhibet actũ pdigalitatis. Sicut ẽt uidemus, ꝙ uitia, & uirtutes cõtrariantur: & tamẽ ſæpe uitioſus habet actũ uirtutis ſecũdũ pręparationẽ cordis. Sæpe. n. mẽdax, ut ſibi credatur, loquitur ueritatẽ: & ambitioſus, ut magnos honores conſequatur, paruos honores

Actus uirginitatis, & cõiugalis caſtitatis q̃s eſt.

Virginalis caſtitas ubi cõſiſtit.

ſpernit, & reſpuit: quod uerũ eſt de actibus uirtutum exterioribus, qui tamen, dum procedũt ex inclinatione uitij, nõ ſunt uirtuoſi. ¶ Et ſi quæris, an habens unã uirtutem habeat etiam actũ cuiuſlibet uitij ſecundum præparationẽ cordis. Reſpondetur, ꝙ non: quia uirtus nõ inclinat niſi ad actũ, qui poteſt bene, & uirtuoſe fieri. Sunt autem multi actus uitiorum exteriores, qui bene fieri nõ poſſunt: ut mentiri, peierare, adulterari: quæ mox nominata conuoluta ſunt malitia, ut dicit philoſophus: & ad illos nõ inclinat uirtus ſecundũ præparationem cordis. Nullus autẽ eſt actus exterior uirtutis, quin male fieri poſsit: nã orationes, uigiliæ, eleemoſynæ: immo & actus martyrij male fieri poſſunt: propter quod criminoſus habere põt actus uirtutũ exteriores: ſed non interiores ſecundũ præparationẽ cordis. Vnde de hypocritis dicitur Matth. vj. Exterminãt facies ſuas, ut appareant hominibus ieiunãtes. Et de ambitioſis dicit Inno. iij. Humilitatem ſimulat, & honeſtatẽ mentitur: affabilitatem exhibet: benignitatem oſtendit. Ex quo patet, ꝙ uitioſus poteſt habere actus exteriores uirtutũ ſecũdũ præparationem cordis, qui tamẽ dũ ex inclinatione uitij procedunt, nõ ſunt uirtuoſi. Sed uirtuoſus actus uitiorum plurimos habere non poteſt ſecũdũ cordis præparationẽ: quia illi uirtuoſi nunquã fieri poſſunt. Ex quo ſequitur, ꝙ etſi ex actibus exterioribus quis uitioſus iudicari poſsit: utputa adulter, fur, mendax: ſed ex nullis actibus exterioribus poteſt quis certe iudicari uirtuoſus. Quod ergo in ratione dicitur, ꝙ contrariorum contrariæ ſunt diſpoſitiones: uniuerſaliter non eſt uerum: nam eadem diſpoſitio poteſt eſſe contrariorum: licet non totalis, & ſufficiens. ¶ Ad tertiũ dicitur, ꝙ ratio illa arguit pro dictis .ſ. ꝙ criminoſus ſecũdũ præparationẽ cordis poteſt habere actus exteriores uirtutũ: uerũ, ꝙ illi in habente uitium cũ actu uitioſo, nunquã ſunt actus uirtuoſi. Neq; fornicarius, qui magis uult ſuſtinere mortem, quã patriã prodere, aut turpiter fugere: non hoc uult amore uirtutis: quia ſic ratio recta dictat: ſed uel amore naturali: aut timore pœnæ: aut cauſa uitandi ſcandali apud homines: aut alia ſimili paſsione uincente, actus illos uitat: non amore uirtutis: hoc eſt, nõ quia actus illi ſunt uirtuoſi. Si enim ſic: tunc amaret omnes actus uirtuoſos: & odiret uitioſos: & per conſequens non amaret fornicationẽ: nec odiret caſtitatem. Vnde hoc uerum eſt, ꝙ ille non habet uitium ſecũdũ præparationẽ cordis, pro quo uirtuoſo uitando magis mortẽ eligeret: ſecus ſi pro eo uitando non uirtuoſe: ſed uel uitioſe: uel ex alia cauſa non uirtuoſa: ſicut multi uitioſi ab actibus uitiorũ, quibus irretiti ſunt, ſe reſtringunt: quia habet diſpoſitiones malas, aut nõ uirtuoſas ad contrariũ inclinantes: utputa, quia timent inhonorationem, confuſionem, aut omnium rerũ temporalium confiſcationem: uel aliquid tale: quod antequã incurrant, mortem ſuſcipiunt. Sic luxurioſus occultus, mendax, hypocrita, ſuperbus, antequã depræhẽdi uellent in actibus ſuorum uitiorum, morti ſe exponerent: & habens uitium aliquod, habet actum eius ſecundum præparationem cordis: quamuis tamen nõ propter paſſionem timoris uel uerecundiæ: uel aliud uitium, quod dominatur illi uitio, cuius actum non exequitur: quo ceſſante paratus eſſet eum exequi. ¶ Secundo dubitatur contra tertium, & quartum corollaria primæ partis ſecũdi articuli: nã uirtus nõ repugnat niſi uitio ſibi cõtrario: ſtat autem cum alio uitio alii uirtuti oppoſito: ergo illa corollaria falſa. Antecedens probatur: quia charitas tã infuſa, quã acquiſita ſtant cum habitu fornicationis, aut parcitatis, ſeu prodigalitatis. Nam ſi luxurioſus, tenax, aut prodigus conuertatur ad pœnitentiam: & infundatur ſibi charitas, per quam peccata remittuntur: non ſtatim corrumpuntur omnes habitus uitioſi: quia conuerſus talis poſt conuerſionem adhuc ſentit ſe inclinatum ad actus priorum uitiorum plus, quàm ad alios actus inordinatos: quæ inclinatio non eſt niſi per habitus derelictos.

Dub. 2. V

Virtus nõ repugnat niſi uitio ſibi contrario.

Reſpondetur concedendo, ꝙ habitus
uniusuirtutis non opponitur,nec repu
gnat habitui uitioſo alteri uirtuti op-
poſito:imo nec actui talis uitij;ſed nec
actui uitij ſibi oppoſiti:nam habitus ca
ſtitatis ſtat cum actu luxuriæ. Poteſt. n.
habens habitum caſtitatis per liberta-
tem uoluntatis uelle luxuriari;& etiam
actum perficere: ſicut luxurioſus con-
uerſus manente habitu luxuriæ, poteſt
uelle continere. Habitus enim etſi in-
clinant uoluntatem ad actus proprios;
non tamen neceſsitant: ideo eis manen
tibus, poteſt uoluntas actus oppoſitos
elicere. Non ergo cõtrariatur habitus
actui etiam habitus oppoſiti, excepta
charitate infuſa,quę contrariatur omni
actui culpabili. Et ideo corollaria illa
non ſunt intelligẽda de ſolo habitu uir
tutis:ſed de actu uirtuoſo, & uitioſo, q
actus etiã uirtus uſu loquentium dr. Eſt
enim uirtus duplex; ſcilicet actualis, &
habitualis: ſic & uitium. Aut intelligũ
tur de habitu habente actum cõiunctũ.
Nam probationes procedũt de actibus:
ideo in tertio corollario dicitur copu-
latim,& dictamini recto prudentię illius
uirtutis oppoſitæ uitio:qa ſtãte habitu,
& actuali actu prudentiæ, ſequitur actus
ſecundum inclinationem habitus, q for
maliter contrariatur actui uitij oppoſi-
ti:& per conſequens non ſtat cum uitio
actuali. Sic in quarto corollario additur
culpabili:quod referendum eſt ad uitiũ,
& errorem. Vitium autem habitus ſine
actu nõ ẽ culpabile:licet habeat genera
tionis principiũ culpabile: ſcilicet actus
uitioſos:Habitibus enim neq; laudamur
neq; uituperamur meritoriè:ſed actib⁹.
Non ergo uera ſunt illa corollaria de
habitu ab actibus ſeparato, ſed breuiter
intelligẽda ſunt de uirtute actuali: hoc
eſt de actu uirtutis, ſiue de habitu con-
iuncto actu.

Virtus duplex actualis & habitualis.

Dub. 3. X

¶ Tertiò dubitatur contra
concluſionem tertiam ſecundę partis
articuli ſecundi,ubi dictum eſt:pruden-
tiam non connecti uirtutibus morali-
bus. Nam philoſophus. vj. Ethic. cap. x.
dicit impoſsibile eſt prudentem eſſe non
entem bonum, cuius rationẽ pręmiſit.
Peruertit enim malitia,& mentiri facit
circa principia practica &. iij. Ethi. c. iij.
Ignorat quidem igitur omnis malus, q̃
oportet operari,& a quibus fugere opor-
tet.& ita ſi malitia execęcat intellectum:
ſequitur,ꝙ prudẽtia nõ põt ſtare cũ ma
litia:ergo neceſſariò coexigit bonita-
tẽ,q̃ non erit niſi per uirtutem moralẽ.
¶ Ad illud reſpõdetur, ꝙ prudẽtia qñq;
accipitur ſtrictiſsimè pro ratione recta
agibilium, cui ſe conformat appetitus.
quomodo dicit philoſophus. vj. Ethic.
ꝙ eſt recta ratio agibilium confeſsè ſe
habens appetitui recto:appetitus autem
non eſt rectus ſine uirtute morali. Alio
modo accipitur communius pro rõne
recta agibiliũ, hoc eſt pro notitia habi-
tuali,uel actuali practica de agibilibus
uerè, & rectè dictante, non curando,
an uoluntas eligendo conſentiat, uel
non. Primo modo prudentia dicit duo;
ſcilicet uirtutem intellectualem:& aſsi-
ſtentem moralem,& ſic non eſt dubium
quin prudentia coexigit uirtutem mo-
ralem;nec de illo eſt aliqua diſputatio;
quia ſic non eſt aliud quærere. An pru-
dentia ſit connexa uirtuti morali, quã
quærere,an prudentia habens coniun-
ctam uirtutem moralẽ ſit cõnexa uirtu
ti morali: quod nihil eſt quærere: cum
ſit per ſe notum. ¶ Sed de prudentia ſe-
cundo modo eſt quæſtio. ſ. utrum intel
lectus poſſet rectè dictare de agendis,
dum nulla ſit uirtus in uoluntate. Et ſe-
cundum hanc acceptionem prudentia
reſponſum eſt affirmatiuè: ꝙ ſimplici-
ter rectum dictamen poteſt ſtare in intel
lectu abſq; recta electione illius dictati
in uoluntate. Et ſecundum hanc acce-
ptionem prudentię reſpondendo ad au
ctoritates, dicendum ſecũdum Sco. diſt.
præſenti; ꝙ malitia execęcat intellectum
ſecundũ auctoritates allegatas duplici-
ter:uno modo priuatiuè: alio modo po
ſitiuè. Priuatiuè,quia auertit a cõſidera
tione recta. Voluntas enim eligens op-
poſitum alicuius dictati a recta ratione:
non permittit intellectum diu ſtare in
illo dictamine recto: ſed auertit ipſum
ad conſiderandum rationem pro oppo
ſito:ſi quæ poſſint eſſe rationes ſophi-
ſticæ,aut probabiles ad illud:aut ſaltem

Prudentia.

Malitia excęcat intellectum dupliciter

auertit intellectum a ſuo uero dictamine ad conſiderandū aliqđ impertinens, ne ſtet illa actualis diſplicentia, ac remorſus, qui habetur eligendo oppoſitū dictati. Poſitiuè autem excecat; nā ſicut uoluntas rectè eligens finem precipit intellectui conſiderare illa, quæ ſunt neceſſaria ad illum finē, & intellectus ſic inquirendo media ordinata ad illū finē rectum generat in ſe habitum prudentiæ; ita uoluntas eligens, ſeu præſtituēs ſibi malum finem. (Poteſt enim ſibi pͥſtituere malum finem: ut inordinatam delectationem) imperat intellectui cōſiderare media neceſſaria ad conſequēdum illum finem. Et ſicut habitus generatus ex imperio uoluntatis bene eligentis in intellectu dictante circa medium ad illum finem benè electum aſſequendum, eſt prudentia. Ita uoluntate mala eligente, habitus acquiſitus ex intellectus dictamine circa ea, quæ ordinantur ad illud malè electum, eſt error: & habitus directè oppoſitus habitui prudentiæ: & poteſt uocari imprudentia, uel ſtultitia: non tamen priuatiuè; ſed poſitiuè, & contrariè: quia ſicut prudēs habet habitum quo rectè, & promptè dictat media, ordinata ad finem debitum; ita ille habet habitū, quo prōptè inueniat media ordinata ad finem a uoluntate mala præſtitutum. Et quia talis habitus generatur ex imperio uoluntatis malè eligentis: pro tanto uerum eſt, ꝙ uoluntas mala excecat intellectum. Nō quidem faciendo errare circa aliqua cōplexa: ſed faciendo intellectum habere actum conſiderandi obiecta media ad malum finē. Et habitus ille error ē in agibilibus: licet non ſit error deceptiuus quantum ad ſpeculationem. Hæc Scot. hoc eſt, error ille non eſt error in cognitione ueri: quia illa media inuenta ad finem uitioſum præſtitutū ad eum cōſequendū uera ſunt media. Eſt aūt error in moribus; quia cum finis præſtitutus malus ſit: & malitia dicitur error in moribus: omnia, quæ ad hunc finem ordinantur: mala ſunt: & ſic erronea in moribus. Et ita ad primam aucto. dicitur, ꝙ philoſophus loquitur de prudentia ſtrictiſsimè ſumpta. Et ad ſecundam patet: quomodo malitia peruertit intellectum circa principia practica priuatiuè auertendo ab eorum conſideratione: non ꝙ malitia facit diſſentire principijs practicis: ſed facit ea non conſiderare, & facit mentiri in alia media conſiderare, quibus deuiatur, & erratur ab attingendo finem uirtutis: licet eis non deuietur ad malum finem præſtitutum conſequēdum. ❡ Ad tertiam aucto. iij. Ethic. dicitur, ꝙ non eſt contra concluſionem: q̄a etſi malus eſt ignorans, nō conſiderādo uera bona finis, aut mediorū: ſed apparentiam amplectendo pro ueris: non tamen ſequitur, ꝙ omnis benè iudicans de agendis, & ita prudens ſit non malus ſiue bonus. ❡ Quartò dubitatur utrum omnes uirtutes in eodem homine ſint æquales iuxta concluſionem ſecundam textus. ❡ Pro reſponſione notandum, ꝙ dubium intelligi poteſt, uel de uirtutibus theologicalibus, & moralibus infuſis: aut de acquiſitis. ❡ Secundo notandum: ꝙ hæc æqualitas intelligi poteſt. Vel quantum ad dignitatem, & perfectionem eſſentialem uirtutum, quæ arguitur ex dignitate obiecti, & coniunctione potentiæ cum obiecto. Secundo modo quantum ad extenſionem: ut quia una circa plura obiecta dirigit, quā alia. His duobus modis dubiū nō eſt, quī uirtutes tam infuſæ, quàm acquiſitę nō ſint æquales. Nam primo modo theologicæ perfectiores ſunt moralibus: & inter theologicas perfectior eſt charitas, q̄ intimius unit obiecto beatifico, quā ſpes, aut fides. Et inter morales iuſtitia dicitur perfectior ſecundum philoſoph. v. Ethic. Secundo modo prudentia excedit alias: quia dirigit circa omnium uirtutum obiecta. ſimiliter, & fides. Tertio modo poteſt attendi æqualitas pœnes intenſionem habituum: & quantum ad hunc modum loquendo de acquiſitis non ſunt æquales: quoniam cū habitus ſicut ex actibus generantur. & ita ex eiſdem intenduntur, & augentur: non autem æqualiter eliciuntur, actus circa ſingula obiecta uirtutum: ſequitur, ꝙ habitus non ſint æquales: immo

Dub. 4. Y Vtrum omnes uirtutes in eodē homine ſint æquales.

ut dictũ eſt: non ſunt ſic cõnexæ formaliter. Vnde põt haberi una uirtus inteſa, & nullus gradus alterius uirtutis. Verum quantum ad connexionem principiatiuã poteſt poni æqualitas, eo ꝙ eadẽ ſunt principia generatiua, et cauſæ partiales omnium uirtutum: ideo quantum ad hoc eſt æqualitas: non autem quantum ad cõnexionem inclinatiuã: qa ille habitus magis, & fortius inclinat, q eſt intenſior. Sed de infuſis theologicis: qa ſimul infunduntur: dicitur ſecundũ ſanctos & doct. ꝙ ſunt æquales quantũ ad gradum intenſionis, quia cum ex diuina liberalitate infunduntur: nulla poteſt aſsignari cauſa, cur eiuſdem gradus infundantur: quælibet tamẽ in ſua ſpecie. Non ex parte dei, qui liberaliſsimus eſt: & ſecundum diſpoſitionem ſubiecti recipientis dona ſua partitur. Nec ex parte meriti: quia dum præcedit meritũ ſiue de condigno, ut in augmentatione: ſiue de congruo, ut in impij iuſtificatione: unum eſt meritum reſpectu omnium uirtutum. Nam uno actu meritorio ſicut augmentatur charitas: ita eodem ſpes, & fides. Non enim meretur actus augmẽtum habitus infuſi: niſi pro quanto procedit a charitate: nec actus, ut eſt alterius uirtutis præciſe eſt meritorius. Et ſimile eſt de uirtutibus moralibus infuſis (ſi ponantur) qa ſentit Sco. circa finem huius diſt. ꝙ non ſunt neceſſariæ: neq; in uia: neq; in patria. Et ſi propter perfectionem compræhendentis ponantur in beatitudine: poſſunt infundi in illo inſtanti beatificationis: aut poſſunt acquiri per actus earum. Et ſecundum hoc intelligenda eſt æqualitas uirtutum, quam ponunt ſancti ſicut earum connexio. Vnde eo modo ſunt æquales, quo connexę. Per hæc dicta ſoluuntur: omnium auctoritates ſanctorũ, quæ de connexione loquũtur, quod sũt quædam connexæ: ſed illis modis qui in concluſionibus poſitis exprimuntur. Et tantũ de illa quæſtione.

DISTINCTIO XXXVII.

POSTQVAM in præcedẽtibus. xiiij. diſtictiõibus a xxiij. uſq; ad præſentem: ſcilicet determinauit magiſter de perfectionibus (capitis chriſti, & membrorum) habitualibus, uirtutibus ſcilicet, & donis. In ſequentibus quatuor diſtinctionibus finalibus, agit de perfectionibus, quæ ſunt actus: & de præceptis. ¶ Et circa hoc duo facit. Primò agit de præceptis reſpicientibus executionem operis. Secundò diſt. xl. de ultimis duobus, quæ reſpiciunt concupiſcentiam cordis. Circa primum adhuc duo facit. Primò de octo primis prçceptis decalogi agit generaliter. Secundò quaſdam difficultates proſequitur concernentes certa ꝑcepta ſpecialiter diſt. xxxviij. Sententiá huius diſt. in ſequentibus tribus concluſionibus continetur. ¶ Prima concluſio. Decalogus decem habet præcepta, quorum prima tria ad deum pertinentia, in prima tábula: reliqua ſeptem dilectionem proximi concernentia, in altera ſunt deſcripta. ¶ Secunda. Præceptorum primæ tabulę, quæ ad uerum dei cultum (literaliter, & tropicè intellecta) plenè dirigunt, & perfectè: primum ad patrem, in quo eſt unitas & auctoritas, ſecundũ ad filium, in quo eſt æqualitas, tertium ad ſpiritum ſanctũ pertinet, in quo ẽ cõmunitas utriuſq;. ¶ Tertia concluſio. In primo præcepto ſecundæ tabulæ parentum honor, & prouiſio neceſſaria præcipitur. Homicidiũ corporale, & ſpirituale in ſecundo: Mæchia, & omnis genitalium membrorum abuſus in tertio. Furtum, & rapina, ſacrilegiũ, & uſurę in quarto. In quinto ſub falſo teſtimonio, crimen mendacij, ac periurij prohibetur: quarum latior declaratio eſt in textu. Quia autem diſtinctio hæc cum ſequentibus, de præceptis decalogi tractat, de quibus ſufficienter tractandis: uolumen ingens circa reſtãtium quatuor diſtinctionum materias colligendum eſſet: ſicut nonnulli de his de-

his decem præceptis non inutiliter, tam diffuſè, quàm doctrinaliter, & fructuoſè uolumina non modica conſcripſerũt. Faſtidio igitur cõſulens: circa has diſtinctiones breuius procedam, quędam generalia mouendo: particulariorem inquiſitionem alijs committens.

QVAESTIO VNICA.

A QVÆRITVR iuxta hanc diſtinctionem queritur: utrum ad pręcepta decalogi legis naturæ indiſpenſabilia, referantur omnia alia legis mandata. ¶ Premiſsis notabilibus reſponſiuę concluſiones ſubiungentur cum mouendorum ſolutione dubiorum.

Arti. 1. Not. 1. Lex unde dicatur. ¶ Quantum ad primum: quia quõ quęrit de lege, & mandatis. Notandum, ꝙ lex dicitur a ligando. i. obligando: uel a legendo. i. dictando, quid agendum ſit. Et quia lex decalogi obligatoria eſt: ideo dimiſsis conſultorijs, ac permiſsiuis legibus (etſi quę ſunt alię) de obligatoria lege dicendum eſt: quę & pręceptum, & mandatum dicitur extendendo pręceptum ad prohibitionem. Et hæc ſic deſcribi poteſt: unde hic Gerſ. lec ii. de uita ſpirituali animę: & in de pote. eccle. conſi. ulti.

Lex obligatoria. ¶ Lex obligatoria eſt ſignum uerum creaturę rationali notificatiuũ rectę rationis dictãtis

B ligari eam ad aliquid agendum, uel non agẽdũ. ¶ Dicitur ſignum notificatiuum: quia nulla lex obligat liberum arbitriũ, ſi notificata non fuerit: alioquin naturaliter fatui, & inſenſati: immo & bruta dicerentur obligari: & legẽ obligatoriam habere, cuius tranſgreſsio eſſet imputabilis ad pœnam: & obſeruatio ad pręmiũ: quod nullus dicit. ¶ Sed forte obijceres de paruulis, quos obligauit deus ad baptiſmi ſuceptionem taliter: ꝙ ſine eo, ſi in utero materno moriantur, damnabũtur: & tñ cõſtat eos tũc ignorare, immo nec ſcire poſſe. Reſpõdetur, ꝙ ibi nec lex eſt: nec præceptũ, cuius trãſgreſſio imputetur ad nouã culpã actualẽ: ſed eſt ibi quoddam ſtatutum diuinum, quo non obſeruato, non redditur hæreditas amiſſa in Adam primo parente. Vnde abſq; libera cõmiſsione, uel omiſſione, ad cuius oppoſitũ rationalis creatura obligata fuerat: peccatum eſſe nõ poteſt. ¶ Sed adhuc quis obijceret: nã lege humana quandoq; obligãtur ignorantes ea, quæ iuris ſunt. Reſpondetur, ꝙ nullus, qui poteſt ignorantiam inuincibilem ſufficienter allegare, poteſt trãſgreſſor legis appellari: nec quoad deum: neq; quoad homines. Plerumq; tamen pręſumitur apud homines aliquis eſſe ſciens: quia non poteſt iuridicè per teſtes iuſtam ignorantiæ ſuæ cauſam aſsignare: propter quod damnatur: quandoq; apud homines ille, qui uerè eſt innocens apud deum. Eſt autem ſignum rationis notificatiuum triplex: ſ. mẽtale, uocale, & ſcriptũ. Sic & lex triplex eſt: ſ. lex indita ſiue ꝑ inſpirationẽ, ſiue ꝑ naturalẽ dictaminis euidẽtiã, ſiue ꝑ doctrinã: lex prolata: lex ſcripta. ſiue quod idem eſt: lex mentalis: uocalis: & literalis.

Lex triplex.

¶ Dicitur notanter in deſcriptione legis præceptiuę uerum: quoniã ſigna falſa: etſi ligare quandoq; dicantur de per accidens (quomodo ligat conſcientia erronea) nihilominus de per ſe, & propriè legis obligatoriæ uim non habent. ¶ Dicitur rectę rationis: quia ſignum rationis erroneę: ut dictũ eſt: propriè non eſt obligatorium: etiã ſi ſignum eſſet uerũ. Gratia exempli: ut ſignum ſiue propoſitio explicans pręceptũ aliquod emanaſſe a ſuperiori iniuſtum: quamuis ſignum ſit uerum: tamen non eſt obligatorium: quia non eſt ſignum rectę rationis. Mandatum .n. iniuſtũ non emanat a recta ratione. ¶ Dicitur dictantis, ſeu uolentis ligari creaturã rationalẽ &c. ad excludendũ legẽ conſultoriam, aut permiſsiuã. Etiam ad innuendum ꝙ recta ratio precipientis una cũ uoluntate eſt ratio obligationis inferioris .i. quo inferior obligatur. Nam quantumcunq; notificetur uolũtas ſuperioris: niſi per illam uelit ligari inferiorem: non conſurgit obligatio. Vnde nec tenemur in omnibus nos cõformare diuinę uoluntati: niſi dum deus uult nos illi conformari. Hoc eſt: non tenemur uelle quicquid deus uult

etiam cognitum, ut tale: ſed tenemur uelle quicquid deus uult nos uelle. Diuinę tamē uoluntati cognitę tenemur nō remurmurare. de quo latius in j. diſtin. ult. ¶ Lex hæc pręceptiua in genere deſcripta multipliciter poteſt diuidi: ſed quantū hic ſufficit: ponitur diuiſio trimēbris. Eſt enim lex diuina: naturalis: & humana ſiue politiua. ¶ Lex diuina ē ſignum uerum creaturę rationali reuelatum notificatiuum rectæ rōnis diuinæ uolentis teneri illam, ſeu ligari ad aliquid agendum: uel non agendum; pro conſecutione felicitatis æternæ. ¶ Dicitur reuelatum: ad excludendam legē naturalem, & humanā, quę nō habētur per reuelationē immediatē a deo; ſed aliter, ut dicetur. ¶ Dicitur p cōſecutionem fęlicitatis æternę: ad excludendū leges politicas etiam a deo reuelatas, ut ſunt leges ueteris teſtamenti, quæ dicuntur iudiciales. Vnde non ideo pręciſę dicitur lex aliqua diuina, ſeu de iure diuino appropriatē; quia reuelata. Tradidit. n. deus plures leges patribus ueteris teſtamenti pro regimine politico, & ciuili: ut puta iudiciales, quæ non immediata, & directa intentione ordinant ad finem ultimum, & ſupernaturalem. Et ideo non ſunt propriē diuinæ. ¶ Pro cuius elucidatione notandum: ꝙ homo, qui ſubſiſtit ex duplici ſubſtātia: ſcilicet ſpirituali, & ęterna, atq; corporali mortali, duplicē habet finē. Vnum ſupernaturalem; aliū naturalem, qui humanus dici poteſt, ſeu politicus, uel ciuilis. Nunc pro conſecutione primi finis datę ſunt leges proportionatæ ad illum finem. Et illæ appropriatæ dicuntur leges diuinæ: theologicę: ſiue de iure diuino. Quemadmodum non omnes uirtutes: ſed eas dūtaxat, q immediatę ad deum ordinant, theologicas, & diuinas nominamus: fidē, ſpem .ſ. & charitatem. Ad conſequēdum autē alium finem humanū: ciuilem ſeu politicum: leges alię latę ſunt. Qnq; a deo reuelatę, ut iudicialia ueteris teſtamenti. Quandoq; & plurimum per humanam inueſtigationē impoſitę. Illæ enim quāuis ordinentur finaliter ad finem beatitudinis æternæ ſicut ea, quę corporis ſunt, & corpus ipſum ꝑpter animū factū eas tñ nō dicim⁹ diuinas: alioqn leges, & regulæ medicinales, ſi a deo reuelarētur: leges diuinę dicerentur. Poſſunt autem in lege purē diuina aſsignari quatuor gradus. In primo ponuntur leges immediatē reuelatæ a deo pro tota cōmunitate hominum, aut principaliori parte: ſcriptę in biblia: & præſertim in euangelijs latis a chriſto ad conſecutionem beatitudinis. In ſecundo gradu ponuntur leges diuinæ, quæ ex præcedentibus ſolis deducuntur in conſequētia euidenti. In tertio gradu ponuntur leges diuinę ex prędictis deductę, p ſucceſſiuā relationē apoſtolorū, & aliorū æquiualētē ſcripturæ canonicę: ſicut determinationes eccleſię, q ipſi ſtō creditur regi. In quarto gradu ſunt leges ſpāliter inſpiratę, & reuelatæ quibuſdam ſingularibus perſonis pro ſe, aut pro paucis ad hoc electis. ¶ Lex naturalis obligatoria eſt ſignum naturaliter habitum: notificatiuum rectę rationis diuinæ uolētis creaturam rationalem ligari ad aliquid agendum: uel non agendū pro cōſecutione finis ſui naturalis, qui eſt fęlicitas humana, ſiue monaſtica, ſiue oeconomica, ſiue politica, dicitur autem ſignū purē naturaliter habitum illud: ꝙ inditum eſt cuilibet homini non impedito in uſu debito rōnis. Impeditur aūt p corpus, per errores, per uitia multa. Ex hac deſcriptione colligitur duplex differentia iuris naturalis a iure diuino: ſcilicet ex modo acquiſitiōis; & ex parte finis. Lex enim diuina acquiritur per reuelationem. Lex naturalis ex naturali lumine intellectus. Quamuis quicqd naturali lumine intellectus acquiritur: idipſum deus poteſt immediatē reuelare. ſicut patet in datione præceptorum, de quibus quæſtio in utraq; lege ueteri, & noua. Sic ex parte finis. Lex diuina de propinquo ordinat de per ſe ad fęlicitatem æternam. Naturalis uero ad fęlicitatem humanam huius uitæ. In reliquis particulis conueniunt lex naturalis, & diuina. ¶ Lex humana, quæ & politiua præceptiua: eſt ſignum uerum humana traditione, & auctoritate immediatē

C

De triplici lege.

Homo duplicē habet finem.

Quatuor gradus diuinæ legis.

D

Lex naturalis obligatoria.

Differētia iuris naturalis a iure diuino.

E

Lex humana.

conſtitutum, notificatiuum rectę rationis uolentis rationalem creaturā ad aliquid agendū: uel nō agēdū propter finē aliquem rōni cōſonum ęternū, uel temporalem obligare. Et ſcd̃m hos duplices fines, diſtinguitur ius humanū, ſiue lex humana in legem canonicam, & ciuilē, quę dūtaxat diſtinguitur ex parte finis. Nam finis legis canonicę eſt conſecutio fęlicitatis ęternę: in quo concordat cum diuina. Finis legis ciuilis eſt fęlicitas humana monaſtica, politica, uel œconomica: in quo conuenit cū lege naturali. Ex illis ſequitur, ꝙ illa diſtinctio legis non eſt per oppoſita. Nam nihil prohibet eandem legem in ſpē eſſe diuinam, & naturalem: immo, & humanā. Pōt. n. lex aliqua naturaliter cognoſcibilis ordinans ad beatitudinem æternā a deo reuelari: & etiā humana conſtitutione ſtatui: & talis erit diuina, naturalis, & humana: quamuis alia, & alia ratione: niſi deſcriptiones prædictæ darētur cum excluſione Hæc latius in Gerſone reperies lec. ij. de uita ſpūali animę

Not. 2. F — Dupliciter aliquid dicitur de lege naturæ.

& in de pote. eccle. conſide. ulti. ¶ Secundò notandū, ꝙ dupliciter aliquid eſt habitū, ſeu notū naturaliter. Et ſcd̃m hoc dupliciter aliqd dr̃ eſſe de lege naturæ. Primò naturaliter dicūtur nota, q̃ ſunt principia practica nota ex terminis: aut concluſiones ſequentes ex eis: & hæc ſtrictiſsimè dicuntur eſſe de lege naturæ. Alio modo dicuntur quędam naturaliter nota, & de lege naturæ: quia licet non ſint neceſſaria: nec ex terminis euidentia: nec ex talibus ſequuntur in conſequentia ſimpliciter neceſſaria: ſunt tamen multū cōſona iſtis. Hęc diſtinctio pōt declarari in exēplo: nā ſuppoſito illo principio. Pacificè uiuendū eſt in cōitate. non neceſſariò ex hoc ſequitur; ꝙ quilibet debet habere diſtinctas poſſeſſiones. Poſſet enim ſtare pax inter conuiuentes: etiam ſi illis omnia ſunt communia: etiam ſuppoſita infirmitate eorum, qui conuiuunt: & tamen poſſeſsiones eſſe diſtinctas pro perſonis infirmis: ualde conſonat pacificę conuerſationi. Infirmi enim magis curant bona ſibi propria, quàm cōmunia: & magis uellēt cōmunia eis appropriari, quā cōitati; & cuſtodibus bonæ cōmunitatis, & ita ſuſcitatur lis, & contentio. ¶ Tertiò notandum: ꝙ diſpenſare in materia propoſita pręceptorū: non eſt facere, ꝙ ſtante præcepto liceat facere contrariū, ſeu cōtra pręceptū. Sed diſpenſare eſt præceptū reuocare, uel declarare qualiter debet intelligi. Vnde duplex eſt diſpenſa-ſatio. ſ. iuris reuocatio: & iuris declaratio. Exemplum primi eſt: cum chriſtus mutauit legem ueterem, quando dedit nouam: & hoc quantū ad cerimonialia. Non quidem faciens, ꝙ ſtante præcepto de cerimonialibus nō eſſent illa ſeruanda: ſed faciēs, ꝙ actu illo manēte eodem: non tenebatur quis ad illum, ſicut prius. Sic etiam diſpenſat quicunq; legiſlator ſimpliciter, qñ reuocat præceptum iuris poſitiui ab eo actu. Exemplū ſecundi. ut cū declaratur legiſlatorem non intendiſſe, ꝙ in tali cauſa particulari legem ſuam uoluerit aliquem obligare. Leges enim humanæ, quæ generaliter feruntur, poſſunt, & debent exceptionem excipere: dū ratio legis deficit quando uidelicet ſi legiſlator adeſſet: uel alius prudens interrogatus, exciperet a generali conſtitutione caſum particularē. Declaratio ergo, ꝙ in tali caſu particulari, qui ſub generalibus uerbis legis comprehenditur: lex non obligat eo, ꝙ ratio legis deficit: uocatur diſpenſatio ſecundi generis. Eſt enim ſic accepta diſpenſatio, commenſuratio, ſeu diſtributio boni communis: quale eſt lex ad ſingulos ſecundum legis intentionē: prout ut circumſtantiarum uarietas occurrerit. Et hęc diſpenſatio ſi non fideliter, prudenterq; fiat. Bona. eam nō diſpenſationem: ſed diſsipationem putat. Intellige quoad deum: & conſcientiam ſi hoc conſtiterit: aut conſtare debuerit.

Not. 3. G — Quid diſpēſare in lege.

Not. 4. H — De triplici lege ueteris teſtamenti.

¶ Quartò notandum: ꝙ legum ueteris teſtamenti quędam dicuntur iudiciales, quædam cerimoniales; quædam morales. Morales fuerunt præcepta de actibus uirtutum: de quorum numero eſt decalogus. Cerimonialia fuerunt præcepta de actibus exterioribus diuini cultus, quibus ſcilicet homo diuinam ſer-

uirtutẽ profitetur ut ſacrificia, ueſtes ſacerdotales: templi introitus: quæ dicuntur cerimoniæ: ut recitat ſanctus Tho. j. ij. quæſt. xcix. art. iij. quaſi munera ceteris, quæ dicebatur dea frugum: eo q̃ primò ex frugibus oblationes deo offerebantur. Siue, ut Valerius maximus refert: nomen cerimoniæ, introductum eſt ad ſignificandũ cultũ diuinum apud latinos a quodã oppido, iuxta. Romã, quod Cere uocabat: eo q̃ Roma capta a gallis: illic ſacra Romanorum oblata ſunt, & reuerendiſsimè habita. Inde præcepta legis, quæ ad exteriorem dei cultũ pertinent: cerimonialia dicuntur. Et dicitur ad exteriorem cultum: quia actus interioris cultus dei ſunt actus uirtutũ moraliũ: ſcilicet fidei charitatis, & ſpei. Iudicialia ſunt de actibus particularibus iuſtitiæ obſeruandę inter homines: ut eſt iſtud: Oculum pro oculo: dentem pro dente. Hæc triplicia pręcepta tanguntur Deut. vj. ubi dicitur. Hæc ſunt præcepta cerimoniæ, atq; iudicia. Præcepta antonomaticè dicuntur moralia. Cerimonię, & iudicia præcepta de exterioris cultus diuini actibus: & de iudicialibus retributionibus.

Not. 5. ¶ Quintò notandum circa numerum, & ordinẽ pręceptorum: licet uarij uariè hunc aſsignent: tamen proſequendo, qđ planius eſt, atq; facilius: dicendum primò: q̃ numerus ille denarius pręceptorum planè in lege notatur. cum dicitur Deut. x. Scripſitq; in tabulis id, quod prius ſcripſerat uerba decem, quæ locutus eſt dominus ad uos in monte de medio ignis, quando populus congregatus eſt, & dedit eas mihi. Loquitur moyſes de pręceptis decalogi per decem uerba: decem innuens præcepta, quæ ex ordine ſcribuntur Exo. xx. De ordine uero præceptorum, & eorum neceſsitate dicit beatus Tho. j. ij. q. c. ar. v. ſicut præcepta legis humanę ordinant hominem ad cõmunitatem quandam obſeruandam: itã præcepta legis diuinę ordinant hominẽ ad communitatem, ſiue rempublicã ſub deo. Ad hoc autem, q̃ homo benè conuerſetur in communitate humana: duo requiruntur: ſcilicet ut ſe benè habeat ad eum, qui præeſt communitati. Secundum, ut benè ſe habeat ad alios conſocios communitatis. Ita etiam de communitate fidelium ſub deo neceſſe eſt: ut fideles benè ſe habeant ad deum, qui tanquam rex, dominus, & princeps pręeſt illi communitati: immo toti creaturarum uniuerſitati. Similiter neceſſe eſt, ut benè ſe habeant ad proximos tanquã contribulos eiuſdem communitatis, & conſubditos unius principis. Et quantũ ad utrumq; congruum eſt hominem legibus, & præceptis ordinari: nedum tabulis cordibus impreſsis: ſed etiam uerbo, & ſcriptis promulgatis maximè poſt lapſum: quia adeo uulnerata ſunt homini naturalia: & damnatæ concupiſcentia obfuſcata: ut in concluſionibus legis naturalis ſæpe erret: & iudicet iuſta, quæ ſunt iniqua: & iniqua, quæ ſunt iuſta licet in præceptis charitatũ omnia includantur ſufficienter, quibus homo bene ſe habet ad deum, & proximum. Quia tñ in particularibus multę uarietates, & circumſtantiæ occurrunt, in quibus tardiores ingenio errare cõtingit; ideo congruum fuit hæc duo præcepta clarius explicare, quãtum communitas capere ſufficit: ſubtiliora, quæ difficultatem habent, prudentioribus committendo, ad quos in ſingulis recurſum habere ſimplices potuiſſent. Ideoq; decalogum dominus ſcripſit, quo dicta duo præcepta particularius explicauit. Unde tota lex nihil aliud eſt, quã horũ duorum præceptorum explicatio. Nam in eis pendet lex, & prophetę. Matth. xxij. & finis omnis præcepti eſt charitas. j. Timo. j. Horum ergo decem, tria explicant præceptum de dilectione dei: reliqua ſeptem dilectionem proximi. Propter quod ſecundum beatum Auguſtin. Iſidorum, & magiſtrum, prima tria ſcripta fuere in prima tabula: reliqua ſeptẽ in ſecunda. ¶ Quorum diſtinctio, & ordo ſic accipi poteſt. Porro ſunt tria prima, quæ ordinant hominem ad deum: ſecũdum tria, quæ ſubditus domino ſuo debet: hæc ſunt fidelitas, reuerentia, famulatus. Fidelitas ad deum in eo conſiſtit: ut principatus ad alium non deferatur: &

[Left margin:] I De numero, & ordine pręceptorum decalogi.

[Right margin:] K Cur prima tria ſpectẽt ad deũ

ratur: & de hoc datur primũ preceptum de nõ habendo deos alienos. Reuerentia requirit: ut nihil iniurioſum in eum cõmittatur: & quantum ad hoc datur ſecundum preceptum de non ſumẽdo nomen domini in uanum. Famulatus autẽ debetur dño ſuo in compenſatione beneficiorũ, quę ab ipſo percipiunt ſubditi. Et quantum ad hoc datur tertium præceptum de ſabbati ſanctificatione: in memoriam creationis rerum, reparationis hominum, & cęterorũ dei beneficiorum pręteritorũ, pręſentiũ, & futurorũ. ¶ Vel ut beatus Aug. dicit. Primo præcepto pręcipitur reuereri primi principij unitatem. ſecundo eius ueritatẽ. tertio eius bonitatẽ, qua ſanctificamur, & in qua quieſcimus, quaſi in fine. Et ſecundum hęc ad primũ pręceptũ reducũtur omnia, quę prohibent ea, quę ſeruiũt idololatrię: ut ſunt filiorũ, ſeu filiarũ ꝑ ignem luſtratio: hariolorum, auguriorũ ſciſcitatio: ſomniorũ, temporũ, ſignorũ obſeruatio: maleficorum, dęmonũ, incantationum conſultatio, phitonum diuinorum, & mortuorũ interrogatio. Ad ſecundum reducuntur blaſphemię, & falſæ doctrinę, peierationes doloſæ, & fidei fractiones. Ad tertiũ: omnia pręcepta cerimonialia: & quicquid ad exteriorẽ pertinet cultum dei: omniumq; ſeruiliũ operum prohibitiones, & maxime peccatorum, quę mentis quietẽ impediunt a uacando deo.

Septem ad proximum.

¶ Præcepta ſeptem ſequentia ſecunda tabulę ordinant hominem ad proximum. Sunt autem quidã proximi, a quibus ſpecialia beneficia recepimus; quibus ſpecialiter ad gratitudinem, ac recompenſationẽ obligamur, inter quos pręcipui ſunt parentes. Et quantum ad hoc datur pręceptũ quartũ de honore parentum. Sub parentibus uero intelliguntur reductiuẽ omnes benefactores, corporales, & ſpirituales. Generaliter autẽ ad oẽs proximos homo ſe habere debet, ut nulli noceat neq; opere, neq; ore, neq; corde. Contingit autem opere tripliciter nocere proximo ſcilicet uel in perſona propria ipſum occidendo: aut membris truncando, aut lędendo; contra quod datur quintum præceptum: non occides. Vel in perſona coniuncta: pręſertim quantum ad prolis procreationem; & quantum ad hoc datur ſextum præceptum: non męchaberis. Nam turpitudo commiſſa cum proximi uxore, filia uel ſorore, redundat in iniuriam mariti, patris, uel fratris. Vel in bonis fortunæ in rebus exterioribus poſſeſſis: de quo datur pręceptum ſeptimum. Non furtum facies: quo prohibetur omnis iniuſta contrectatio, uſurpatio, occupatio, aut detentio rei alienæ. Nocumentum deniq;, quod ore proximo inferri poteſt per detractionem, aut falſum teſtimoniũ, prohibetur octauo præcepto. Non loquaris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium. Nocumentum cordis fit per illicitã concupiſcentiam, quę ſecundum beatum Ioãnem in prima ſua canonica. c. ij. duplex eſt: ſcilicet concupiſcentia carnis, quę prohibetur nono pręcepto. Non concupiſces uxorem proximi tui: & concupiſcentia oculorum, quæ decimo, & ultimo præcepto prohibetur. Non cõcupiſces rẽ alienã: nõ domũ: nõ ſeruũ: non ancillam &c. Ex hac plana pręceptorum diſtinctione, quę & memorię ſeruit, & intellectui ſimplicium: patet pulcher ordo eorundẽ: nã priora ſunt, quę ad deũ ordinant: poſteriora, quę ordinant ad proximũ. Et eorum, quę ad deũ ordinant: patet ordo ex dictis, qui attẽditur pęnes magis, & minus debita deo, & eorum oppoſita, ſecundũ ꝙ ſunt magis, uel minus indebita. ¶ In ſeptem ſecundę tabulæ patet ordo: nam primum horum eſt affirmatiuum de benefaciendo ſpecialibus proximis. Reliqua ſex ſunt negatiua prohibentia nocumenta generaliter omnibus proximis inferenda ſecundum magis, & minus: ita ꝙ maiora nocumenta prohibentur prioribus: minora precepta poſterioribus: ſiquidem omnibus obligamur, ne noceamus. Et quia maius eſt nocumẽtum operis proximo, quã oris: & maius oris, quã cordis: & inter ea, quæ opere inferuntur: maius eſt, quod infertur in re magis dilecta: hoc eſt in ꝓpria pſo

na. Nam ordinata dilectione quilibet
magis diligit ſe, quàm proximum: & pro
ximum coniunctum magis, quàm res ex
teriores. Ideo inter ultima ſex pręcepta
primò prohibetur maius nocumentum
proximi. ſ. operis in perſona proximi pro
pria. Sequenti prohibetur nocumentum
operis proximi in perſona coniuncta: &
ſic conſequenter ſecundum ordinē ma
lorum proximo inferibilium. Hęc de ar
Arti. 2. ticulo primo. ¶ Quantum ad articulum
Cōcl. 1. ſecundum eſt conclusio prima ſecundū
L mentem Sco. Non omnia decalogi præ
Nō om cepta ſunt de lege naturę ſtrictè acce-
nia pręcepta pta. Probatur: quia non omnia illa pręcepta ſunt principia practica ex termi-
dcalogi nis euidentia: aut concluſiones ex illis
ſunt de in conſequentia neceſſaria illatę: ergo
lege na- non ſunt de lege naturę ſtrictè. Conſe-
turę ſtri quentia nota per quid nominis legis na
ctè acce turalis ſtrictè acceptæ. Antecedens pa-
pta. ret ex ſequentibus duabus concluſioni-
Cōcl. 2. bus. ¶ Secunda cōcluſio. Duo præcepta
negatiua primæ tabulæ ſunt de lege na
turę, accipiendo legem naturę propriè.
Probatur concluſio de his duobus, qua
tenus ſunt negatiua. primo modo nō ha
bebis deos alienos: & ſecundo modo: nō
aſſumes nomen dei tui in uanū: hoc eſt:
non facies deo irreuerentiam. Nam illa
ſunt principia practica ex terminis eui-
dentia: aut cōcluſiones ex eis neceſſa-
riò conſequentes: ergo. Conſequentia
nota. Añs probatur. Nam ſuppoſito, ꝙ
ſit naturaliter notū, unū tātū eſſe deū:
ut probat. philoſophus. xij. Metaphyſ. ſe
quitur formaliter alienū non eſſe haben
dū. ſequitur. n. formaliter. Nihil, quod
non eſt deus, pro deo eſt colendū, ſeu ha
bendū: alienus deus non eſt deus: igitur
alienus deus pro deo nō eſt habēdus. Pręmiſſę ſunt naturaliter, immo ex termi-
nis notę, & ſunt practicæ: ergo & con-
cluſio nota, & neceſſaria: & per conſe-
quens de lege naturæ. Sic & ſecundū pręceptū ſequit̃ ex principiis ꝑ ſe notis. ſic
arguendo. Summè reuerendo non eſt
irreuerentia facienda: deus eſt ſummè
reuerendus, quia ſummè bonus: ideo
Cōcl. 3. ei non eſt irreuerentia facienda. ¶ Ter-
M tia concluſio. Secundę tabulę pręce-
pta tam affirmatiua, quā negatiua ſunt
de lege naturę, non ſtrictè, ſed largè ac-
cepta. Quòd non ſtrictè probatur: quia
eorum, quę ibi pręcepta ſunt, aut prohi-
bita, non ſunt principia practica ſimplici
ter neceſſaria: nec concluſiones ſim-
pliciter neceſſariæ. Non enim eſt neceſ
ſaria bonitas in his, quæ ibi pręcipiun-
tur ad bonitatem finis ultimi: nec in
his, quę prohibentur malitia neceſſa-
riò auertens a fine ultimo: quia ſi illud
unum non eſſet præceptum: & hoc ma-
lum non prohibitum: ſtaret cum illo
acquiſitio finis ultimi: ergo non ſunt
de lege naturæ ſtrictè. Tenet conſe-
quentia: quia in his, quæ lege naturæ
ſunt pręcepta, uel prohibita eſt bonitas
neceſſariò ad finem ultimum conuer-
tens: aut malitia neceſſariò a fine ulti-
mo auertens: alioquin principia practi
ca illarum legum non eſſent ex ſe ſimpli
ter neceſſaria. Antecedens patet: quia
circumſcripta lege, & parentum con-
temptor, & proximi occiſor, fur, & mæ
chus &c. poſſunt ad finem ultimum con
uerti. Ex eo enim, ꝙ deus non eſt irre-
uerendus: neq; ꝙ falſus deus pro deo
colendus: non ſequuntur oppoſita pro
hibitorum illis pręceptis, aut alijs prio-
ribus principijs: nec ea, quę ſunt pręce-
pta: ut ſatis patet. Quòd uero ſint de
lege naturæ communiter accipiendo
patet: quia multū conſona ſunt illi le-
gi: licet non ſequantur ex primis prin-
cipijs practicis: quę nota ſunt ex termi
nis omni intellectui neceſſaria. Pri-
mum enim de honore parentum, multū
conſonat huic principio: benefactori
ſunt beneficia rependenda. Cętera ne
gatiua conſona ſunt huic: non eſt pro-
ximus iniuſtè damnificandus. ¶ Quarta Cōcl. 4.
concluſio. Legis naturalis ſtrictè pręce
pta non ſunt primo modo, nec ſecun-
do diſpenſabilia. Patet: quia illa fun-
dantur in primis principijs euidentibus,
& neceſſarijs: quę quia neceſſaria mu-
tari non poſſunt: quia euidentia ſunt de
claratione non indigent: ergo neutro
modo ſunt diſpenſabilia. Videtur ta-
men non improbabile, ꝙ lex naturalis
quantum ad remotiores concluſiones

recipiat diſpenſationem ſecundo modo: hoc eſt declarationem: an talis caſus occurrens ſub tali præcepto ſecundum intentionem legiſlatoris contineatur: quia errores aliquando in formis conſequentiarũ cõtingunt: ut uideatur ſequi concluſio ex principijs per ſe notis, ex quibus tamen propter aliquem defectũ non ſequitur. Sic quandoq; in materia peccatur, dum falſum apparens uerum, ſubſumitur: aut quod particulariter uerum eſt, uniuerſaliter accipitur: & horũ declaratio quædam diſpenſationis ſpecies eſt.

Cócl.5. ¶ Quinta concluſio: quamuis

N Præcepta ſecundæ tabulę quô ſũt diſpenſabilia.

legiſlator deus circa obſeruantiam præceptorum ſecundæ tabulę ſimpliciter diſpenſare poſſet per pręcepti relaxationem: non tamen ſic diſpenſat de facto propter magnã eorum cum lege naturę propinquitatem. Primum patet: quia ut dictum eſt: cum non ſint de lege naturę ſtricte: non poſſunt deduci formaliter ex principijs neceſſarijs in conſequentia formali, & ſimpliciter neceſſaria: ergo illa poſſe mutari a deo negãdum nõ eſt: cum nullam implicet cõtradictionem. Vnde negandum nõ eſt, quin deus pręcipere poſſet alicui occidere innocentẽ: cũ plenũ habeat dominium, & poteſtatem occidendi, & uiuificandi. In quo caſu reuocaret præceptum de homicidio, quãtum ad illum, cui oppoſitũ eius præciperet. Sic enim legitur pręcepiſſe Abrahæ: ut occideret Iſaac filium ſuum. Gen. xxij. ſic Oſeæ mandauit, ut acciperet fornicariam: & faceret filios fornicationis. Oſeæ j. Quãuis ſecundũ doct. non pręcepit Oſeę fornicari: ſed cõtrahere matrimoniũ cum fornicatrice: poſt cõtractũ tamen cõtinente: licet etiam ad literam hæc pręcipere potuiſſet: cum nõ ſit magis legi naturę diſſonum fornicari, quam occidere innocentem. ¶ Quod ſi diceres: licet præcepérit Abrahę ſacrificare filium ſuum ad probandum eius obedientiam: non tamen reuocauit præceptum: neq; uoluit, ut occideret filium ſuum, ſicut patet: quia uolentem eum occidere prohibuit. Contra: aut Abraam credidit deum poſſe pręcipere filii immolationem: aut nõ. ſi non: ergo uolendo occidere filium, peccauit: quia contra legem naturæ indiſpenſabilem facere uoluit. Conſequẽs falſum: quia in hac uolitione multum a deo commendatus eſt. Si credidit, aut errauit, aut non. ſi non, habetur propoſitum: ꝙ credendo deum reuocare potuiſſet præceptum, non errauit: ergo uerum fuit deum poſſe reuocare præceptum: quod eſt contra propoſitum. Nec poteſt dici, ꝙ errauerit tantus patriarcha in eo, in quo tantum meruit: & alloquio domini inſtructus fuit. ¶ Præterea ſentiunt doct. de Samſone, ꝙ inſtinctu ſpiritusſancti, ac familiari eius cõſilio ſeipſum cum allophilis interemit: ergo reuocatum eſt quantum ad eum præceptum: non occides. ¶ Secunda pars concluſionis patet: quia cęteris ceremonialibus, ac iudicialibus ceſſantibus: dominus pręcepta decalogi in euãgelio confirmauit. Et iſto modo loquitur canon diſtinct. vj. §. his itaq; ubi dicitur. Moralia mandata ad naturale ius pertinent: & ideo nullam mutabilitatem recepiſſe monſtrantur, & ſequitur. Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens manet immobile. Immobile de facto: licet non de poſsibili, accipiendo naturale ius, ut extendit ſe ad omnia moralia. ¶ Sexta Cócl.6.

O concluſio. Omnia cætera præcepta ad decalogum reducuntur, tam diuina, quàm humana: uel ut principia: uel ut concluſiones: uel ut eis rationabiliter conſona. Probatur: quia generaliora præcepta, ut ſunt illa duo de dilectione dei, & proximi: ſunt tanquam radices, & principia, ad quæ ordinatur decalogus: quia primæ tabulæ pręcepta ordinant ad dilectionem dei, ex qua uelut concluſiones ſequuntur. Et ſecundę tabulæ ad dilectionem proximi ordinant: & ex huius præcepto tanquã concluſiones dependent. Cætera uero præcepta quantumcunq; multiplicia ſunt (quia tamen rationabilia: alioquin non merentur dici præcepta) illis ſunt conſona, & ex eiſdem principijs dilectionis deriuata, ſecundum illud apoſtoli. Qui diligit proximum:

Qũo cętera pcepta ad decalogũ reducunt.

legem impleuit ad Roman. xiij. & illud ſaluatoris Matt. xxij. In his duobus mādatis uniuerſa lex pendet, & prophetæ.

Arti. 3. Dub. 1. ¶ Quantum ad articulum tertium eſt primum dubium. Vtrum præcepta decalogi obligent hominem ad opera formata. hoc eſt: utrum obligent, ut eis obtemperetur ex charitate. Et arguitur, ꝙ ſic: quia præcepta obligant, ut eis obtēperetur ad mentem, & intentionem præcipientis: ſed intentio dei præcipientis eſt, ut per horum obſeruantiam homo ordinetur ad finem ultimum ſuper omnia diligendum, ſecundum illud. Finis præcepti charitas: ac ut perueniat ad beatitudinem æternam: igitur ex charitate ſunt obſeruanda. Tenet conſequentia: quia niſi ex charitate ſeruentur: non poteſt per eorum obſeruantiam quis ad regnum peruenire: nec dominum ſuper omnia diligere. Minor probatur per illud Gregor. xxvj. moral. Non debet quis conſiderare uerba: ſed uoluntatem, & intentionem: quia non debet intentio uerbis deſeruire: ſed uerba intentioni. Sicut & deus plus reſpicit intentionem, & uoluntatem, quàm actus: ut habetur. xv. q. vj. ſi ſacerdotibus. Maior eſt manifeſta: quia ad hoc data ſunt homini præcepta: ut per ea perueniat ad regnum. ut habetur Eccleſ. xv. Adiecit mandata, & pręcepta ſua: ſi uolueris ea conſeruare, conſeruabunt te, ſequitur. Ante hominem uita, & mors: bonum & malum: quod placuerit, dabitur illi. ¶ In oppoſitum arguitur: quia ſic ſequitur, ꝙ ſiquis patrem honoraret ex ſola pietate naturali: eſſet præcepti tranſgreſſor: immo agens benè moraliter ipſo actu uirtutis, peccaret mortaliter: ſuppoſito, ꝙ non haberet charitatem. ¶ Ad dubium hoc reſpondetur per hanc propoſitionem. Decalogus non obligat hominem ad obſeruantiam eius in charitate ſimpliciter. ſed bene ad obſeruantiam formatam adſtringit conditionaliter. Prima pars probatur: quia ſi obligaret ad obſeruandum ea ex charitate: ergo quicunque non

Qūo decalogi præcepta ſint ſeruanda.

habens charitatem: immo & habens charitatem, benefaciens patri propter honeſtum finem, etiam quem dictat ratio: aut paſcens pauperem fame moriturum: aut qui non furaretur: non mecharetur propter dictamen rationis rectę finem honeſtum præſtituentis: nō tamen ultimum: eſſet tranſgreſſor, & peccaret mortaliter: quod eſt abſurdum: quia iſta præcepta magis eſſent homini in laqueum, & in interitū, quā uia ad regnum. Et quia negatiua obligant pro ſemper, & ad ſemper: ſequitur, ꝙ non habens charitatem per ſingula momenta peccaret mortaliter: nō occidendo, non furando, non męchando &c. quia omni momento tenetur non furari: in quolibet momento non habens charitatem, eſſet tranſgreſſor præcepti. Secunda pars probatur: quia cum illa conditione, quam exprimit ſaluator Mat. xix. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. hoc eſt: ſi quis uoluerit ingredi ad uitam ęternam: neceſſe eſt, ut ſeruet mandata ex charitate: quia neceſſe eſt, ut ſeruet mandata meritoriè: & per conſequens ex charitate. Poſita ergo illa conditione: ſi uult ingredi uitam, neceſſe eſt, ut mandata ex charitate ſeruet. Ita ꝙ ſi ſeruat, & non ex charitate: non quidem peccat, tamen per iſtam obſeruantiam non meretur ingreſſum regni. Vnde ad præcepta poteſt quis ſe habere tripliciter: aut non obſeruando ſimpliciter: ſcilicet negligendo actum præceptum pro tempore, quo pręceptus eſt, quo ad affirmatiua: aut oppoſitū faciendo quantū ad negatiua. Secundo modo obſeruando quidem ad literam: hoc eſt actum præceptum exercendo, & prohibitum omittendo: non tamen ex charitate. Tertio modo: utrumq; implendo propter deum finaliter ex charitate. Primus tranſgreſſor eſt, & peccat mortaliter. Tertius meretur uitam ęternam. Secundus neq; meretur, neq; peccat: niſi forte in eo tempore, in quo tenetur mereri: ut in die dñico, quo tenetur actualiter elicere dilectionem dei ſuper omnia: aut dum tenetur ſe pręparare

Tripliciter quis pōt ſe habere ad pręcepta.

rare

fare ad ſacramenti ſuſceptionem. Hec eſt ſententia ſancti Bonauenturę diſ. pręſenti. q. ii. & aliorum plurimorum doctorum. Per hoc ad rationem in principio dubii adductam cum arguitur. Tenetur ſeruare præcepta ad mentem, & intentionem præcipientis: dicitur, ꝙ duplex; eſt intentio præcipientis. Vna quę intēdit finem, propter quem pręceptum dedit. Alia eſt intentio ſecundum quā ſubditos obligare intendit. Nunc ergo tenetur ſubditus ſeruare præceptum ſuperioris ſecundum intentionem ſecundam: non ſecundum primam. Exempli cauſa: aliquis princeps uolens inuadere aliquem pręcipit ſubditis fideliter munire caſtrum: ſubditi munientes caſtrum fideliter ſatisfaciunt intentioni principis, ſecundum quam uoluit eos obligare: licet nō propter finem, quem princeps intendit: ēt ſi eū noſſent. Et ſic in propoſito. Licet deus dando pręcepta intendat vitā ęternam fideliter obſeruantibus tribuendā: non tamen intendit homines ad illud intendēdum in obſeruatiōe pręcepti obligare: ita ꝙ niſi intenderent eundem finem, damnationem mererentur. Voluit tamen ſi hunc finē non intenderent: nihil per obſeruantiam mererentur. ¶ Per hæc patet ſolutio auctoritatum: ꝙ quātum ad pręcepta uerba obligatoria debent ſeruire illi intentioni, ſecundū quā uult obligari &c. ¶ Secundò dubitatur

Dub. 2.
Q

de præceptis affirmatiuis primæ tabulæ Nā primum pręceptum prohibēdo idololatriam: etiā præcipit latriam deo uero exhiberi, quę cōſiſtit in actibus fidei, ſpei, & charitatis: ut dictū eſt ſupra diſt. ix. huius tertij. Tempus uero huiuscultus impendendi deo exprimit tertium pręceptū. Sabbata ſanctifices: & de hoc nihil dictum eſt in concluſionibus. Eſt ergo dubium: an pręcepta primę tabulę ſint de lege naturę ſtrictè: quantum ad id, quod affirmant, id eſt pręcipiunt. Reſpondetur, ꝙ doc. ſubtilis, quem in hac quæſtione ſequor: tria recolligēdo dicit. Primò negat præcepta ſecundę tabulę eſſe de lege naturæ ſtrictè. Secundò cōcedit, ꝙ duo pręcepta primę tabulę, quantùm ad partem negatiuā, ſunt de iure naturali ſtrictè. Tertiò dubitauit de parte affirmatiua eorundem, & hinc inde allegando in dubio reliquit. Quartò de omnibus conceſsit, ꝙ ſunt de iure naturali largè. Vbi autem tantus doctor dubitauit: nō eſt meū quicquā determinare: preſertim cum ad manum habere non poſsim aliorum ſcripta doctorum hanc materiam uentilantium: magis ergo placet confitendo propriam ignorātiam ſilere, quā impudenter propriā ingerere. ¶ Tertiò dubitatur, utrum decalogus pro omni ſtatu hominem ad ſui obſeruantiā obligauit. Reſpondetur, ꝙ illa decem præcepta in omni ſtatu obſeruari debuerunt. In beatitudine quidem eſt ſummè horum obſeruatio, & affirmatiuorū, & negatiuorū: niſi forte illius ſolius. Honora parentes: non quin tunc eſt uoluntas honorādi: ſed tunc non eſt neceſsitas impendendi actum: ſaltem prout ille extenditur ad ſuſtentationem neceſſariorum: quia nullus ibi indigebit auxilio. In ſtatu etiam innocentiæ, & in ſtatu naturę lapſę, ante legem ſcriptā tenebantur omnes ad illa præcepta, quę erant ſcripta interius in corde cuiuslibet: uel forte per aliquam doctrinam exteriorem datam a deo deſcenderunt a patribus ad filios, licet tunc ſcripta non eſſent in libris. Nec oportuit: quia poterant tunc faciliter memorari, ac memoria teneri. Fuit enim populus iſtius ætatis longioris uitę, & melioris diſpoſitionis in naturalibus, quā populus temporis poſterioris: quo tempore infirmitas populi requirebat legem dari, & ſcribi. ¶ Quartò dubitatur, utrum dominus cum filijs Iſrael diſpenſauit ſuper pręcepto ſeptimo. Non furtum facies: dum precipit, ut ſpoliarent Aegyptum. Reſpondetur, ꝙ non: quia ſpoliando Aegyptios non ſunt tranſgreſsi illud pręceptum ſeptimum: quia non rapuerunt alienum: tum quia deus erat ſuperior, & uetus dominus omnium bonorū Aegipti, & totius uniuerſitatis: & ita potuit transferre dominium in filios Iſrael: etiam inuitis dominis inferioribus .ſ. Aegiptijs: hoc etiā modo non

Dub. 3.
R
Vtrum decalogus pro omni ſtatu hominem ad ſui obſeruātiā obligauit.

Dub. 4.
S

A

peccauit chriſtus, licentians dæmones, ut intrarent in porcos: qui ſtatim præcipitati ſunt in mari. Mat. viij. Tum quia filij Iſrael ſeruiendo Aegyptijs, tanta meruerunt recipere pro mercede: & licet Aegyptij tanquam iniuſti noluerũt ea reddere: tamen per iudicẽ ſuperiorẽ poterant compelli: & ita licitè acceperunt, ſi tamen aliqui Iſraelitarum ſiniſtram habuiſſent intentionem, a peccato, non excuſati fuiſſent. Et tantum de illa quæſtione.

DISTINCTIO. XXXVIII.

PRAECEDENti diſtinctione magiſter egit de octo primis præceptis generaliter: conſequẽter aliquas difficultates tractat circa ſe ptimum præceptum ſpecialiter. Et quoniã falſum teſtimonium dupliciter perhiberi poteſt: quandoq; ſimplici mendacio: quandoq; etiam addito periurio. Ideo primum agit de mendacio diſtin: præſenti. xxxviij. Secundò de periurio. diſt. xxxix. Sententia uero huius diſt. in tribus cõcluſionibus abbreuiatur, quæ ſequuntur. ¶ Prima. Tribus mendaciorũ generibus officioſo, iocoſo, & pernicioſo, in octo ſpecies ſubdiuiſis exiſtẽtibus, prima duo imperfectis ſunt uenialia: perfectis uero omnia: & omnibus pernicioſa ſunt mortalia. ¶ Secũda cõcluſio. Differunt mentiri, & mendacium dicere: quia abſq; falſitate primum: ſecundũ uero nequaquam poteſt exiſtere. ¶ Tertia. Error a mendacio diſtinguitur, qui aliquãdo cũ peccato: quãdoq; ſine: immo cũ errantis bono inuenitur: ultimũ uero eſt in uia pedum non morũ: dicit magiſter ex Aug. in enchi. cap. xvj.

QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionẽ quæritur utrum mendaciũ in uiuis perfectis culpa ſit mortalis. ¶ Poſt notabilia terminorum declaratiua; & reſponſiuas concluſiones: ſequentur pro articulo tertio dubiorum ſolutiones. ¶ Quantũ ad primum, notandum ſecundum beatũ Bona. poſt Alex. par. ii. q. cxxxix. mẽbro j. q duplex põt eſſe ueritas ſermonis: & ſimiliter duplex falſitas: ſ. ſecundum q ſermo poteſt referri ad rem ſignificatam: uel ad intentionem proferentis. Nã referendo, ſeu comparando ad rẽ ſignificatam, ſi fuerit adæquatio rei ad ſignũ; ita, q res ita ſe habeant, quomodo ſe habere ſignificantur: dicitur ſermo uerus. ſi ſignificantur non ſic ſe habere, quo ſe habent: aut aliter ſe habere, quàm ſe habeant, dicitur ſermo falſus. Comparando aũt ad intentionem proferentis, ſermo dicitur uerax, aut fallax. Verax ſi hoc, quod uerba foris ſonant, etiã mẽte credendo intendat. Si uero aliud credit, ſermo dicitur fallax: ẽt ſi uerus fuerit: ut ſi quis falſum putat, quod uerum eſt, & credens falſum aſſerit pro uero; fallax eſt illa aſſẽrtio: licet ſit uera. Mendaciũ ita utrãq; falſitatem dicit. ſ. inadæquationem ſermonis ad rẽ: & ad proferentis intentionem. Mentiri autẽ unã tantum importat falſitatem. ſ. inadæquationem ſermonis ad intẽtionẽ mentis, ſiue credulitatẽ mentis. ¶ Ex quo ſequitur, q ſtat aliquem uerũ dicendo mentiri: & dicendo falſum non mentiri: ut ſi dicat uerũ, quod credit falſum, quo ad primum: & aſſerendo falſum, quod credit eſſe uerũ, quo ad ſecundum. Nam in primo caſu loquitur cõtra mentẽ: & ita mentitur: quia mentiri eſt contra mentem ire: ſiue uerũ, ſiue falſum aſſerendo: nõ aũt in ſecundo caſu: & ideo in ſecundo mentitur. ¶ Secundò ſequitur, q non omnis mentiens dicit mendacium: patet in primo caſu, dũ aſſerit uerũ credẽs ipm eſſe falſum: & hæc clarè patent in textu. ¶ Et ſecũdũ hæc Aug. diffinit aliter mẽdaciũ, aliter mẽtiri in libro contra mẽdaciũ: ut patet in textu: nã mẽdaciũ ſecũdũ eũ, eſt falſa ſignificatio uocis cũ intentione fallẽdi. In qua diffinitione ly uocis accipit p quolibet ſigno ſignificatiuo: ſiue ſit uox, uel ſcriptũ uel res aliqua ad ſignificandum aſſumpta: ſi

Arti. 1.
Not. 1.
Differẽtia inter mendacium, & mentiri.
Corollariũ 1.
Coroll. 2.
B

cut ſunt nutus, & manualia indicia monachorum, & geſtus corporum. Nam ſecundū ſanctū Tho. diſt. preſenti q. j. & beatū Amb. nō ſolū in uerbis falſis: ſed & in ſimulatis operibus eſt mendacium: & ideo mendacium eſt, ſi quis geſtu corporis falſum aliquod deſignat cū intentione fallendi, & q dicitur cū intentione fallendi, tantū ualet. i. cū intentione falſum dicendi. Non enim in omni mēdacio concurrit intentio fallendi. i. decipiendi auditorē. Nam in mendacio iocoſo nō ſemp fallitur audiēs: quia (ut dicit magiſter) mendaciū, qd ioco fit: nō fallit: ſcit enim cui dicit cauſa ioci dici: ſicut fabulæ, de quibus ſciunt audientes, q non eſt uerum, qd dicit: nec narratur tāquā uerū: neq; audiens decipitur: nec loquens intendit decipere: nec ſermo ſinis eſt de ſe deceptiuus: quia non eſt talis, q natū ſit ſibi credi ab auditoribus: ſed magis, q ſciatur eſſe dictum ſine omni opinione facienda alicui de ueritate: ut dicit Scot. diſt. preſenti. unde poteſt colligi hęc deſcriptio mendacij. Eſt falſa ſignificatio uocis. i. eſt ſignum falſe repręſentās cū intētione fallēdi. i. cū intentione falſum ſignū exhibēdi. In forma, eſt ſignū falſe repſentās exhibitū ab eo, qui credit ipſum falſe repręſentare. Per primū excluditur ſignū uerū, etiā quacūq; intentione dicat. Per ſecūdum excluditur ſignū falſum creditū ab exhibente ipſum eſſe uerū. ¶ Sed mentiri, eſt loqui cōtra illud, quod animo ſentitur: hoc eſt, mentiri eſt exhibere ſignum ad ſignificādū aliqd cōtra id, qd mente credit: ut qui dicit falſum, credens ipſum eſſe uerū: aut dicens uerum, credens ipſum

Coroll. eſſe falſum. ¶ Corollarium. Licet omnis dicens mendaciū mentiatur: nō tamen ecōnuerſo omnis, qui mentit, dicit mendaciū. Primū patet: quia qui dicit mendaciū, dicit falſum cōtra mentem: ergo mētitur. Secūdū patet: quia ſi quis dicit uerū cōtra mētē: quia putat ipſum eſſe falſum, mētitur: & tñ nō dicit mendaciū: q nō dicit falſū. ¶ Secūdò ſequit, q aſſerens falſum credens ipſum eſſe uerum; non mentitur. Patet: quia non loquitur cōtra id, quod nō ſentit. i. credit.

¶ Secūdò notandū, q licet multa diſtinguantur mendacij genera; tamen nobis nūc ſufficit diſtinctio trimembris. ſ. mēdacium pernicioſum, officioſum, & iocoſum. Mendacium pernicioſum, eſt mendacium, quod nocet ex ſe ei, cui dicitur: aut illi, de quo dicitur: ſiue noceat quo ad animam, & mores: ſiue quo ad corpus: ſiue quo ad res exteriores coniunctas, uel poſſeſſas. Mendacium officioſum, quod alicui prodeſt, & nulli nocet: ut ſi quis neget ſcire aliquem inimicū eū occidere uolenti. Mēdaciū iocoſum eſt, qd fit ad recreationē ſine deceptione eius, cui profertur: uel cū deceptione ſine nocumento notabili: in quo iocantur illi, qui ſciunt alterum decipi: & finaliter poteſt & ipſe iocari. Exēplū primi: ut cum fabulæ dicuntur, ubi ex forma dicendi audiens non accipit, ut uera, ſed ut fabuloſa; de quo ſupra dictum eſt. Exemplum ſecundi: ſicut ſecundū Aug. fuit mendaciū Ioſeph, qui ueraciter potuit decipere uerbis iſtis. Exploratores eſtis &c. & tamen ipſe, qui ſciuit ueritatē, iocari potuit de eorū deceptione, & timore: & ſimiliter alij ſi ſciuiſſent ueritatem: ſic & ipſi, poſtquam percepiſſent uerba illa non ſerioſe: ſed iocoſe dicta, potuerunt de hoc iocari. ¶ Tertiò notandum, q ſecundū Grego in j. diſt. xlii. q. ij. & Petrum q. xij. ar. iij. & alios, hæc nomina, & uerba mendaciū, mētiri, decipere, ſecundū quālibet triū acceptionū ſtatim poſitarū dupliciter adhuc accipiūtur. Vno modo ut includant deordinationem. i. ut non ſolum importent actum mentiendi: hoc eſt actū illū proferēdi falſum cū intentione decipiēdi, uel proferēdi aliquid contra mentē: ſed cū hoc connotant inordinationē. i. q talis actus proferat cū circūſtātia mala: ſ. iniuſtè, indebitè, cōtra legē, ſecūdū quā acceptionē mox nominata conuoluta ſunt malitiæ: ſicut philoſophus dicit de adulterio, furto &c. & ita cōmuniter accipiuntur hęc nomina, & uerba a ſanctis, & doctoribus, ſecundū quē modū impoſsibile eſt deū mentiri: ut dicit apoſtolus ad Heb. vj. aut ēt mēdaciū pręcipere, uel decipere: eo q impoſsibile eſt

C

Mendacium triplex.

D

Mendaciū, mentiri decipere dupliciter accipiūtur.

deum aliquid facere inordinatè, uel malè: quia eo, ꝙ aliquid uult, aut facit, ordinatè, & bene facit: ut frequēter dictum eſt. Alio modo accipiuntur, ut non connotant huiuſmodi inordinationem, ſeu circumſtantiam ex ſe malam: ſed dicunt actum illum contra mentē prolatū ſiue inordinatè fiat, ſiue non inordinatè. ꝙ n. fieri poſsit non inordinatè, patebit in concluſione ſecunda. Secundū primam acceptionē in diffinitione mendacij, & mentiri, oportet addere inordinatè: uel ſaltē intelligere in eo, quod dicitur: cū intentiōe fallendi, ſeu cōtra mentē. Sed ſecūdō mō accipiendo addi non debet: nec in uerbis prędictis intelligi. Et per hanc diſtinctionem, quę etiam eſt de mēte Scot. diſt. preſenti. & ut patuit: domini Petr. de alia q. xii. ar. iii. ae primi ſententiarū. Greg. ubi ſup. multa, quę uidentur contraria, ſoluuntur.

Not. 4. ¶ Quartò

E notandū, ꝙ licet ſecundū ſanctū Bona. & Scot. doctores cōmuniter ſequentes beatum Aug. lib. de mendacio, dicant omne mendaciū eſſe peccatum: ut etiā patet in textu: in aſsignando tamen rationem ſunt diuerſi.

Impugnantur cauſæ multorū propter quas oē mendacium eſt pctūm ſecundū eos.

Quidam .n. dicūt, ideo omne mēdacium eſſe pctūm: quia eſt contra ueritatem ſummā, quę non poteſt diſpenſare, ut fiat contra ſe: & ita neceſſariò auertit adeo, qui eſt ueritas prima, & ſumma. Sed hęc ratio non ſufficit: quia non omne mendaciū eſt contra ueritatem primam, & increatam immediatè: ſed contra ueritatem alicuius rei, de qua loquitur mentiens. Sicut ergo malicia oppoſita alicui bono creato non neceſſariò auertit a primo bono increato: ita nec falſitas oppoſita ueritati creaturę in pertinente ad ueritatē primam non auertit neceſſariò a prima ueritate: poteſt enim quis errare circa creaturā, & non errare circa deū. Alij ut Tho. ii. ii. q. c. ꝙ ideo mendacium eſt peccatū: quia eſt malum ex genere; ſiue ex obiecto: quia tranſit ſuper materiam diſconuenientem actui: nam materia conueniens actui loquendi eſt uerum, uel creditum eſſe uerum: ſed in mendacio eſt materia oppoſita: tunc autem actus malus ex genere nunquam poteſt eſſe bonus: quia nulla circumſtantia adueniens poteſt tollere illam maliciam, quę habetur per ſe ex obiecto: quia, omnis circumſtantia alia præſupponit obiectū. Contra hos arguit Scot. non magis eſt materia indebita locutionis falſum creditum eſſe falſum, quā ſit illicita materia occiſionis, homo innocens, & reipublicę utilis: ſed illa materia ſtāte poteſt fieri licitum occiderę talem hominem innocentem: putà ſi deus reuocet preceptum: non occides: & non ſolum licitum, ſed & meritorium: puta ſi deus pręcipiat, ſicut pręcepit Abrae de Iſaac; ergo a ſimili poteſt fieri licitum aſſertiue proferre orationem creditam eſſe falſam: ſi pręceptum reuocetur de non mentiendo: quia non magis ligat praceptum de non mentiendo, ſeu non decipiendo proximum, quā pręceptū de nō occidendo proximum; quia minus malum eſt proximo auferre opinionem ueram: uel occaſionaliter generare opinionem falſam, quam ab eo auferre uitam corporalem. Item dicens hanc orationem, ille currit: actus dicendi tranſit ſuper eandem materiam, ſiue dicens circa eam decipiatur, ſiue non. Deceptus autem ſi credit uerum, quod dicit: quod tamen eſt falſum: non peccat, ſi non decipitur: puta credens eſſe falſum peccat: ergo malitia non ineſt ei ex obiecto: quia obiecto exiſtēte eodē, nūc pctāt nūc nō peccat. Alij, ut Bona. diſt. preſenti alias cauſas nituntur aſsignare, quæ ſimiliter poſſunt impugnari. Vnde & quidam dicunt: quia mentiri includit intentionem malam: quia intentionem fallendi etiam decipiendi proximum: & ideo non poteſt benè fieri: ſed nec illa ſtare poteſt: tum quia mendacium, & mentiri non includit neceſſariò intentionem fallendi, id eſt decipiēdi: ut probatū eſt de mendacio iocoſo: tum quia decipere proximū nō eſt eſſentialiter malum: ſicut nec occidere proximū etiā innocentem: ut probatū eſt cōtra aliā opinionē. Et ideo illis opinionibus omiſsis ponuntur concluſiones.

Art. 2. Cōcl. 1. F

¶ Quantum ad articulum ſecūdū eſt concluſio prima. Accipiendo mēda-

Quód nullum mendaciū primo mō pōt eſſe ſine peccato.

elum primo modo, nullum mendacium fieri poteſt ſine peccato in ſenſu compoſito: ſecus in ſenſu diuiſo: hoc eſt, ꝙ non poteſt actus aliquis ſimul eſſe mendacium: & non eſſe peccatum: ſed eo ipſo, ꝙ eſt mendacium eſt peccatum: poteſt tamen actus idē, qui nunc eſt mendacium, eſſe: & non eſſe peccatum: ſed tunc cū non eſt peccatum, non eſt: neq; dicitur mendacium. Prima pars concluſionis probatur: quia mendacium primo modo acceptum connotat inordinationem: ergo nulli actui conuenit niſi inordinato. Tenet conſequentia: quia deficiente connotato deficit ſuppoſitio. Antecedens manifeſtum. Et hoc alij alijs uerbis ſic exprimunt: nihil in ſua formali ratione includens malitiam, inordinationem, uel iniuſtitiam, poteſt fieri, aut eſſe ſine peccato, ſed mendacium primo modo eſt huiuſmodi: ergo. Quæ ratio niſi ad priorem intellectum retorqueatur, fundatur in falſa imaginatione. Nam entitas realis, qualis eſt mendacium, non includit in ſua ratione aliquid ſibi eſſentiale: cum ratio ſit in intellectu; & nihil in intellectu eſt de eſſentia alicuius extra intellectū. ¶ Præterea maior eſſet falſa: quia cum mediū reale multas habet rationes: tot ſcilicet, quot conceptibus repræſentari poteſt: quorum aliqui includant malitiam: alíqui non: & tamen res ipſa, quę eſt mendaciū eſſe pōt ſine peccato: quamuis aliqua eius ratio formalis includit malitiā. ¶ Secūda pars probatur: quia actus ille, qui nunc eſt mendacium, poteſt eſſe, & non eſſe peccatum: ut patebit in concluſione ſequenti: & hanc concluſionē, quo ad primam partem intendit beatus Auguſtinus, & cæteri dum negant mendacium eſſe poſſe ſine peccato.

Cōcl. 2. G

¶ Secunda cōcluſio. De potentia dei abſoluta cuiuslibet generis mēdacium acceptum ſecundo modo fieri poteſt ſine peccato. Probata concluſione de mendacio pernicioſo: ſatis patet de officioſó, & iocoſo.

Alia diſtin. mēdaciorū.

¶ Pro maiori, & ulteriori declaratione concluſionis, placuit hic inſerere aliam omnium generum mendaciorum diſtinctionem. Notandum eſt ergo, ꝙ octo ſunt genera mendaciorum, quę plenè habentur. xxii. q. ii. primum, ubi inquit canon. Primum eſt capitale mendacium, & longè fugiendum: quod fit in doctrina religionis, ad quod mendacium nulla conditione quiuis debet adduci. Secundum: ut ſi aliquem lędat iniuſtè, quod tale eſt: ut nulli proſit, & obſit alicui. Tertium prodeſt alteri, ita ut obſit alteri: quamuis non ad immunditiam obſit corporalem. Quartum. ſola mentiendi fallendiq; libidine: quod mirum mendacium eſt. Quintum: quod fit placēdi cupiditate de ſuaui eloquio. His omnibus penitus euitatis, atq; reiectis: ſequitur ſextum genus: quod nulli obeſt, & prodeſt alicui: uelut ſi quiſpiam pecuniam alicuius iniuſtè tollendā ſciens ubi ſit, neſcire ſe mentiatur. Septimum genus, mendacii, eſt, quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui: uelut ſi nolēs hominem ad mortem quęſitum prodere mentiatur. Octauum genus mendacii eſt, quod & nulli obeſt: & ad hoc prodeſt, ut ab immunditia corporali aliquē tueatur. Non eſt igitur mentiendum in doctrina pietatis; quia magnum ſcelus, & primum genus deteſtabilis mendacii &c. Breuior autem, & planior eſt diſtinctio, ꝙ mendaciorum aliud eſt pernicioſum: aliud iocoſum: & aliud officioſum: quę diſtinctio patet. xxii. q. ii. ne quis. Et hic ſupra eadē quęſtione pręſenti diſt. arti. j. notabi. ii. & ut redeam ad propoſitum. Probatur itaq; concluſio de mēdacio pernicioſo, quod nocet proximo: quia ſecundum beatum Aug. aliqui merentur decipi, ac deceptione puniri: nā & apoſtolus ad Roman. j. de gentilibus deum cognoſcentibus, & non ut deum honorantibus dicit; propter quod & tradidit illos deus in reprobum ſenſum: ergo iuſtum eſt tales decipi. ultra: ergo iuſtū eſt eos decipere; poteſt ergo aliquis eos iuſtè decipere. Item deus poteſt alicui pręcipere, ut per mendacium alium decipiat: ergo ſic per mendacium decipiens non peccat: conſequentia nota. Antecedens probatur: quia nullā includit cōtradictionem: ergo deus pōt. ¶ Itē pōt deus pręcipere alicui, ut innocētē oc

cidat,ut patet de Abraam: ut habitū eſt
præcedenti diſtinctione: ergo etiam po
teſt præcipere alicui, ut alium decipiat
mentiendo: quia minus eſt hoc contra
rationem: quia minus contra bonū pro
ximi, quàm primum: ut dictū eſt in quar
to notabili. Item ut ſtatim, argutum eſt:
omnem pœnam iuſtam poteſt aliquis iu
ſtè infligere: ſed deceptio quandoq; eſt
pœna iuſta: ergo eam poteſt aliquis iu-
ſtè infligere: maximè ſi hoc a deo ſibi
præcipiatur: & tunc decipiendo nō mo-
do nō peccaret: ſed cæteris paribus me
reretur. ¶ Item deus decipit per malos
homines, & angelos: ut dicit Auguſt. in
lib. lxxxiij. q. q. liij. multum latè, & pul-
chrè: ergo hoc idem poteſt per bonos
¶ Item poteſt tollere præceptum de mē
dacio: & tunc mentiens non peccat. Si
quidem nemo peccat, qui non agit con
tra legē. Et de hoc etiam ſupra diſt. xij.
latius diſputat. de hoc dominus Petrus
de aliaco. q. xij. lib. primi ſententiarum.
art. iij. Poſt Grego. diſtin. xlij. q. ij. pri-
Cōcl. 3 miſcripti. ¶ Tertia concluſio. Stāte lege
H. oē mendaciū pernitioſum ex delibera-
Omne tione dictū eſt mortale peccatū: Proba
menda- tur: qa ſimpliciter prohibeē illo præce-
cium p pto. Non dicas cōtra proximum falſum
nicioſū teſtimonium. Non enim præciſè eſt te-
eſt mor ſtimonium, quod datur, uel prohibetur
tale. in iudicio: ſed etiam eſt falſum teſtimo-
nium: quando aliquis ex certa delibe-
ratione aſſerit, quod ignorat: uel cuius
nouit oppoſitum: non curando an in iu
dicio, uel extra iudicium id fiat: quicun
que enim cum intentione decipiendi
eum, cui loquitur, uel de quo loquitur,
dicit oppoſitū eius: quod ſcit uerū eſſe;
& ſic loquendo nocet: dicit falſum te-
ſtimonium contra proximum. Vtrum
autem indeliberati excuſet: tangetur ſe
quenti quæſtione. Ad idem ſunt plures
auctoritates utriuſq; teſtamenti: nam
os, quod mētitur, occidit animam. Sap.
j. Et in pſalm. Perdes omnes, qui loquun
tur mendaciū, & ſimilia multa, quæ om-
nia intelliguntur de mendacio pernitio-
Cōcl 4 ſo. ¶ Quarta concluſio. Mendacium of-
I ficioſum, & iocoſum, neq; in perfectis,
Menda neq; in impſectis ex natura actus ē mo
rale: ſed tm̄ ueniale peccatū. Probatur
cōcluſio: primò quantū ad id, ꝙ nō eſt
mortale pctūm: quia neutrū eſt ex ſe cō
tra charitatem, neq; dei, neq; proximi:
quia tunc non eſſet officioſum, neq; io
coſum: ſed pernitioſum. Noceret enim
dicenti, ſi eſſet contra charitatem dei:
noceret etiam proximo, ſi eſſet contra
charitatem proximi: & ita eſſet pernitio
ſum. Quoad etiam non ſit mortale per-
fectis, ſiue ſint in ſtatu perfectionis ac-
quirendæ, ſicut religioſi: ſiue perfectio-
nis exercendæ, ſicut prælati eccleſiæ, &
prædicatores: patet, quia nulla circum-
ſtantia facit, ꝙ peccatum, quod in uno
eſt ueniale, in alio ſit mortale: niſi una
perſona neceſſariò obligetur ad illud,
ad quod alius non obligatur. Sed perfe-
ctus ſiue primo: ſiue ſecundo modo non
obligauit ſe ad ueritatem ſeruandam in
uerbis aliquo uoto, uel iuramento pluſ-
quam quicunq; chriſtianus: ergo ex cir-
cumſtantia perſonæ non ſpecialiter ob
ligatę, non transfertur peccatum uenia
le in mortale. Confirmatur: quia ſi in
perfectis eſſet mortale, maximè propter
perfectionem charitatis: qua ſic deo ſū-
mè ueritati adhęrent, ꝙ nihil ueritatis
expers admitterent. Sed hoc non: quia
quantūcunq; intenſa, & perfecta ſit cha
ritas in uia: compatitur ſecum peccatū
ueniale: ſicut dicit Ioan. de ſe, & co-
apoſtolis charitate perfectis. Si dixeri-
rimus: quia peccatum non habemus, ipſi
nos ſeducimus: & ueritas in nobis non
eſt. j. Io. j Non enim contrariatur ue-
niale charitati: ideo ſtat cum ea: nec pro
pter ueniale charitas minuitur: ut uiſum
eſt in j. diſt. xvij. ideo non obſtante ue-
niali per charitatem ſic adhęret ſummę
ueritati: ut nihil expers, id eſt contrariū
ueritati ſummę, quæ deus eſt, admittat:
admittit tamen aliquod opus indifferēs,
& etiam ueniale: ita ꝙ per illa charitas
non imperficitur. ¶ Dicitur autem notā
ter ex natura actus, quia mendacium of
ficioſum, & iocoſum poteſt perfectis eſ-
ſe mortale per accidēs: ſicut quodlibet
ueniale poteſt fieri mortale: ut ſi fieret
ex contemptu, uel ex tanta libidine, ꝙ
paratus eſſet ipſum committere, etiam

cia ioco
ſa, & of
ficioſa
uenialia
ex natu
ra act⁹.

ſi eſſet contra præceptum aut contra conſcientiam etiā erroneam: aut ſi ſcādalizaret proximum: aut damnum ſeu nocumentum inferret: in quo caſu iam non manet officioſum, aut iocoſum, ſed erit pernitioſum. Vnde ſi per mendaciū officioſum, uel iocoſum auferatur in doctrina, iudicio, & ſimilibus ad officium perfectorum pertinentibus auctoritas, & utilitas doctrinæ, quam prædicat, & iudicij, quo iudicat (iuxta illud Auguſt. ad Hiero. Si ad ſcripturas admiſſa fuerint mendacia quantumcunq; iocoſa: nihil remanebit in eis ſoliditatis) ſic eſſent mortalia: puta ſi prælatus prędicās miſceat mendacium iocoſum: nihil remanet ſoliditatis in doctrina illa. Poteſt enim quilibet dubitare de quocunque dicto ab eo, ſi ſit mendacium iocoſum; ſicut aliud in doctrina prolatum. Vel qua ratione non aſſentitur illi mendacio iocoſo: pari ratione nec alij dicto: & ita peribit auctoritas doctorum in ecclesia in docendo: peribit etiam utilitas populi audientis: ſimiliter in iudicio ſolemni. Verum eſt hoc niſi ex forma loquendi appareret manifeſte hoc dictū eſſe iocoſū, & eſſe ſeorſum dictū ab actu iudicandi, uel docendi. Dum enim aliquis ſedet ad iudicandum, uel docendū poteſt aliqua iocoſa miſcere ſine morta li peccato: dummodo (ut dictum eſt) ex modo loquendi ſumuntur non eſſe de

Quō iocoſum ſit mortale.

iudicio, aut doctrina. Sic propter ſcandalū, quo imperfecti poſſent magis ſcādalizari de mendacio perſonę in ſtatu perfectionis acquirendæ, uel exercendæ conſtitutæ: quā alicuius perſonæ cōmunis: poſſet mendacium officioſum, uel iocoſum fieri mortale. Vniuerſaliter enim ſecundum legem euangelicam ſcādala puſillorum ſunt uitanda: ſecundū illud Matt. xviij. Ve homini illi, per quē ſcandalum uenit. Scandala autem Phariſeorum non data: ſed accepta nō ſunt uitanda. iuxta illud Mat. xv. dicentibus diſcipulis ad dominum. Scis, quia Phariſei audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt. Reſpondit chriſtus. Sinite illos: cęci ſunt, & duces cęcorum. Siue igitur in

Scandalum puſillorū nō phariſeorū qūo uitandū.

factis indifferentibus ex ſe qualia ſunt comedere carnes: de quo dicit apoſtolus j. Corint. viij. Si eſca ſcādalizat fratrem meum: non manducabo carnes in æternum, ne fratrem ſcandalizem. Siue in factis, quæ habent maliciam ueniale: eum nata ſint ſcandalizare occaſionaliter puſillos præſentes, uitandum ſemper eſt ſcandalum. Sed per hoc nō poſſumus iudicare factum ex natura facti in ſe, & ideo licet perfectus altero dictorū modorum ex profeſsione ſua, aut ſtatu nō obligetur ad uitandum tale peccatum ſub aliqua ratione præcepti magis, quā quicunq; alius chriſtianus: ſi tamen recta ratio dictet, q̄ actus talis ſit ſcādalū alijs, cum ſimilis in alio non eſſet ſcādalum: tenetur ex charitate proximi uitare ſcandalum. Quemadmodum in articulo perſecutionis paſtor tenetur quandoq; nō fugere: iuxta illud Io. x. Mercenarius, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ: uidet lupum uenientē, & dimittit oues, & fugit &c. Et alius etiam in ſtatu perfectionis acquirendę: qui non eſt paſtor, non tenetur ex neceſsitate non fugere: ſed tenetur non ſcandalizare proximum fugiendo. Sed quando fuga talis perfecti eſſet ſcandaloſa infirmis: ubi fuga imperfecti non eſſet ſcandaloſa. Iudicarent .n. proximi ex fuga eius, ex quo talis eſt pfectus, & non exponeret uitam pro fide tuenda: q̄ non eſſet uita pro tali cauſa exponenda: uel q̄ talis non bene ſentit de fide: in hoc caſu tenetur non fugere: ſed uitam pro uitando proximi ſcandalo exponere. Hæc Sco. Ex ſimilibus itaq; caulis mendacia officioſa, & iocoſa poſſent fieri mortalia perfectis: et imperfectis, ſi pares eſſent cauſæ. Quod autē generaliter mendacium officioſum, aut iocoſū ſit ueniale: probat beatus Aug. & habetur in textu: nam cum locutio data ſit homini ad exprimendum conceptionē cordis: quandocunq; aliquis loquitur, quod in corde non habet, abutitur ſermone, & loquitur, quod non debet: ergo peccat: quia omnis abuſus rei eſt peccatum: qui autem utitur aliquo contra finem proprium, abutitur: & hoc cōtingit in omni mendacio, & in omni, quæ

mentitur: ergo mendacium, & mentiri non eſt ſine peccato. Et ſic patet concluſio quantum ad omnes ſui partes.

rti. 3. Dub. 1.

K

De mẽdacijs i ſcriptura ſacra

¶ Quantum ad tertium, cõtra concluſionem tertiam, & quartam, ex quibus ſequitur, ꝙ omne mendacium eſt peccatum: pernitioſum quidem mortale: cætera uero uenialia: ꝙ non omne mendacium eſt peccatum. Et primo de mendacijs in ſcriptura canonica contentis: illa non ſunt peccata, quoniam tota ſcriptura eſt a ſpirituſancto: ſecũdum illud. ij. Pe. j. Spirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Et Paulus ad Ro. xv. Nõ audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit chriſtus. Et. ij. Corint. v. Pro chriſto legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos: A deo autem non poteſt eſſe peccatum. Quòd autem in ſcriptura contineantur quædam mendacia, patet: nam Iudicũ. ix. ierunt ligna, ut ungerent ſuper ſe regem. Et illud pſalm. Comederũt Iacob, & lo. c. de. Et illud. Cęli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Quæ ad literam falſa ſunt, cum regem conſtituere non ſit irrationalium: nec enarrare, & annunciare Iacob etiam non eſt comeſtus: ſed in pace obijt in lectulo ſuo i Aegypto, & ſepultus in terra Chanaam in ſpelunca duplici: ut habetur Gen. penul. & ult. & ſimilia multa. ¶ Secundò arguitur de mendacijs patrum, & hominum laudatorum in ueteri teſtamento: de quibus peccatum concedere nefarium uidetur. etiam mendacia nonnullorum præmia meruerunt, peccatum uero non meretur præmium, ſed pęnam: ergo mendacia illa non fuerunt peccata. Primũ patet de patriarcha Abrañ, qui (ut habetur Gen. xxij.) ſeruis ſuis dixit ſe reuerſurũ cum puero Iſaac: & tamen eum intendebat occidere: & ita cum eo non reuerti. Sic Iſaac de uxore dicit, ꝙ eſſet ſoror ſua Gen. xxvi. & xxvii. Iacob ſe primogenitum patris ſui eſſe aſſeruit, quia tamen primogenitus non fuit. Sic Ioſeph fratres ſuos exploratores eſſe dixit: cum tamen eos exploratores non eſſe nouerat Gen. xlii. & c. xliiii. eis ait. An ignoratis, ꝙ non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia, cum tamen augur non fuerat. Item obſtetrices Aegypti mentiebantur dicentes Pharaoni, ꝙ mulieres hebrææ haberent obſtetricandi ſcientiam: quodq; parerent ante eorum aduentũ: Exo. j. Similiter, & Raab dixit exploratores hiericho ſerò exiſſe ciuitatis portam, quos tamen in domo ſua abſconderat: ut habetur Ioſue. ii. Neq; hæc dicẽtes peccauerũt: quia a deo remunerati ſunt: ut utrobiq; patet: peccatũ autẽ non remuneratur a deo, ſed punitur. ¶ Similiter de Iehu. iiii. Reg. x. ſcribitur, ꝙ zelatus fuit pro domino deſtruendo Baal, & ſacerdotes eius interficiendo, & tamen dixit mentiendo: Sacrificium grande mihi eſt Baal. Nec uidetur, ꝙ peccauit, quia per zelum illum multum domino placuit. Sic Iudith. mulier ſancta, quæ Holofernem ſtrauit, & populũ domini liberauit, plura mendacia protulit, ut patet ex hiſtoriis, nec tamẽ peccauit; quia in iſta populi liberatione ualde commendatur. ¶ Tertiò arguitur, ꝙ mẽdacium ita committitur facto, ſicut uerbo; dum quis facto ſimulat, quod nõ eſt, ſciens non eſſe quod ſimulat, & tamen tali ſimulatione non ſemper peccatur. Nam Ioſue ſimulauit ſe fugere habitatores Hay, ut eos longius ab oppido protraheret, & ita proſterneret, ut habetur Ioſue. viii. Sic Dauid ante regẽ Achis ſtultum ſe ſimulauit: ut habetur. j. Reg. xxi. Sed & dominus Ieſus apparẽs duobus diſcipulis eũtibus in Emaus, ſinxit ſe longius ire, abſit autem, ut dominum putemus peccare potuiſſe.

L

¶ Reſpõdetur ad dubium, ꝙ ſtãte lege, omnẽ mẽdacium eſt peccatum, aliquod mortale, aliquod ueniale: ut tactũ eſt.

M

In ſcriptura nullum mendacium cõtinetur.

¶ Ad argumentũ primũ dicitẽ, ꝙ in ſcriptura ſacra nullũ mẽdaciũ cõtinetur: ſed quęcũq; i ſcriptura ſacra aſſertiuẽ ponitur in ſenſu literali, quẽ prætendit ſpũſſanctus, uériſsima ſunt, & nulla falſitate permixta. Sed nonnulla mendaciter ab improbis dicta recitantur in ſcriptura, ſicut blaſphemię Iudæorum, quæ nullatenus aſſeruntur, quia talia mendacia, ut recitantur ab aliis, dicta accipiuntur materialiter, &

ter:& ut ſic nec ſunt uera, nec falſa. Dicuntur etiam nonnulla figuratiue, aut parabolicē, in quibus ſententia literalis non eſt illa, quam uoces, uel ſcripta ſecū dum primam grammaticalem impoſitionē ſignificant: ſed quam res importatę per dictiones indicant: & quem ſpiritusſanctus auctor ſcripturæ tali modo loquēdi intēdit: & in talibus figuratiuis locutionibus non contingit mendaciū ſecundum primas uerborum ſignificationes: unde non eſt mendacium, dum figuratiuē dicitur: pratum ridet: quia nō eſt ſenſus, ꝙ pratū actum ridendi producat: ſed ꝙ floreat, ſic non eſt ſenſus literalis, ꝙ ligna ſyluę ierunt ad rhānū: ſed ꝙ homines Iſraelitę ſcilicet per ligna ſignificati ierunt &c. ut patet ex doctorum expoſitionibus: ſuo modo dicit ad alia allegata. ¶ Ad ſecundum de dictis patrū, & hominum laudatorū, pōt dupliciter reſponderi in genere. Vno modo, ꝙ nō eſt neceſsitas ſimpliciter excuſandi eos ab omni mendacio, ſaltem officioſo, & iocoſo: neq; ab omni peccato: quoniā nō fuerunt perfectiores apoſtolis: tū qa habuerunt legem imperfectiorē: tū quia apoſtoli habuerunt gratiam abundantiorem, qui receperunt ſpiritūſanctū in ſigno uiſibili: nec tamen negantur ueniliter peccaſſe ēt poſt ſpiritusſancti perceptionē: ut ſup. allegatū eſt ex canonica Io. Vnde et ſi laudamus bona facta eorū: & illa accipimus in exemplū: mala tamē in exemplū non recipimus. nec pertinaciter defendimus, uel excuſamus.

Qūo excuſantur a mēdacio patres u.t.

Secundo modo dicitur, ꝙ ſi quandoq; falſum dixerūt: non oportet, ꝙ ideo peccaſſe in illo dicto concedantur: poterant. n. ſic dicere ex familiari cōſilio ſpūſſancti: ſicut de Iacob dicit Aug. & habet in textu in calce huius diſ. uū ait. Iacob. quod matre fecit auctore, ut falleret patrē: ſi diligenter attēdat: uidetur nō eſſe mēdaciū: ſed myſteriū. intēdebat. n. matri obedire, quę p ſpiritū nouerat myſteriū: & iō propter familiare cōſiliū ſpiritusſancti, quod mater acceperat, a mendacio excuſatur Iacob: ubi mendaciū accipit, ut includit inordinationē, nō quin uerba Iacob fuerint uerba falſa, plata cū intentione fallēdi patrē: ſed nō hoc dixit inordinatē, aut iniuſtē: quia conſilio familiari ſpiritusſancti, quo excuſabatur a peccato: & ſic a mendacio ſtr. ctē accepto. Ex quo etiam patet illud, ꝙ mendacium ſecundo modo acceptum fieri pōt ſine pctō: ſed non ſtante lege. Nam lex quantum ad id, ubi concurrit familiare conſilium ſpiritusſancti: per ipſum ſancti ſpiritus cōſilium reuocatur: & ita nō erit contra concluſionē: & ita ubicunq; cum mendacio ſecundo modo accepto, concurrit conſilium ſpiritusſancti, ibi excuſatur a peccato: & per hoc multa mendacia excuſari poſſent. ¶ Specialiter tamen ad ſingula reſpondeo. Ad primū de Abraam dicitur: quia in hoc dicto nō mentiebatur: non. n. dixit contra illud, quod in mente habuit. Nam ſicut narrat Ioſephus in lib. antiquitatum: dū iret ſolus cum filio relictis pueris informauit filiū qualiter fuit magnis precibus a deo impetratus: & quomodo cōceptus erat miraculoſē: & quomodo natus gaudioſē: & quomodo pręcepit ei dñs, ꝙ eū immolaret &c. quibus auditis Iſaac cōſenſit uoluntariē ſuę immolationi, ut dei uoluntas impleretur: nō. n. poterat eū inuitū immolare, cum fortior fuerat patre: erat. n. tunc. xxxv. annorum ſecūdū Ioſephū: pater uero. cxxxv. annorū. Credidit autem Abraā ſuū filiū poſt immolationem a morte ſuſcitandū: ut promiſſa dei complerentur. In Iſaac uocabitur tibi ſemen. Et hoc eſt, quod dicit apoſtolus ad Heb. xj. Fide obtulit Abraā Iſaac, cū tentaretur: arbitrans, ꝙ & a mortuis ſuſcitare potens eſt deus: ſic ergo nō dixit pueris contra illud, quod mente ſenſit: credidit. n. ſe cū filio poſt eius ſuſcitationē reuerſurū. Nec facile fuit Abrahę mendacium imponendum, cuius uita, & obedientia fuit omnibus exemplaris.

¶ Ad ſecundū de Iſaac dicitur, ꝙ non eſt mētitus dicēs Gen. xxiiij. Rebeccam ſororē: qa uerē eius cognata fuit filia, Batuelis, filij Nachor, fratris Abrahæ. More autem illius gentis omnes cognatę ſorores dicebātur, ſicut cognati fratres. Simili modo poteſt reſponderi ad illud Gen. xx. & xij. ubi Abraam dixit uxorem

ſuam eſſe ſororem ſuam, quæ fuit filia Aram fratris Abrahæ: ut habetur Gen. xj. ¶ Ad tertium de Iacob dicente ſe primogenitũ &c. ſi placet a mendacio excuſare poteſt dici, ꝙ uerba Iacob ſecundum certum intellectum uera fuerunt. Erat enim Iacob Eſau non in perſona: ſed officio, & dignitate quãtum ad ius primogenituræ: & ſic uerum dixit: & ſic quæſtio Iſaac debebat intelligi. Quærebat enim de eo, cui benedictio debebatur: propter quod non decepit patrem. Illa debebatur Iacob electione diuina, qua eligit eum in utero materno adhuc exiſtentem, nam matri prægnanti dixit. Maior ſeruiet minori: licet hæc pater nõ intellexit: & tali modo loquendi uſus eſt ſaluator Mat. xj. dicens de Ioanne. Ipſe eſt Helias. Et ſecundum hũc modũ exponenda ſunt cætera uerba, & facta Iacob, in quibus loquitur, & egit tãquã eſſet Eſau. ¶ Ad quartum de Ioſeph, qui erat perfectus ſeruator diuinæ legis, poteſt dici ſecundum Sco & beatum Aug. v. ſuper Gen. ꝙ mendacium eius ad fratres fuit iocoſum: quod apparet ex euẽtu. In fine enim aperuit eis ueritatem: & interim dũ terruit eos, puniuit eos: ſicut meruerunt puniri. Proditio enim, quo fratres eum uendiderunt in Aegiptum: longe maiorem pœnam meruit. Vel ſecundum ſanctum Bonauentu. dicitur, ꝙ dixit fratres exploratores tentando dixit: aut interrogando, non aſſerendo. Quòd uero ſe dixit augurem, loquebatur exprimendo opinionem populi, qui eum talem crediderat, non rei ueritatẽ. Vel ſecundum Alexan. par. ij. q. cxxxix. memb. vj. Verbum augurandi quãdoq; ſumitur ſtricte, & ſic ſonat in malum tãtum. Aliquando communiter ad bonũ, & malum pro ſcientia futurorum: & ſic uerum eſt, ꝙ Ioſeph habuit ſcientiã augurandi, qui fuit præſcius aliquorum futurorum, ſicut patet Gen. xl. & xlj. ¶ Ad quintũ de obſtetricibus opiniones ſũt; ſed breuiter dici poteſt, ꝙ i facto earũ duo conſiderantur ſecundum Alexã. ſ. pietas compaſsionis, & mendacij. Cõpaſsio opus bonum: fuit moraliter: & ſi proceſsit ex charitate fuit etiam meritorium: pro quo remuneratæ ſunt temporaliter: non tamen propter hoc priuatę prœmio ęterno, ſaltem ſi affuit charitas. Mendacium uero fuit officioſum: q a profuit, & non obfuit: & ideo ueniale: & ideo non impediuit meritum pietatis licet illi mẽdacio præmium nõ debebatur. ¶ De Raab dicitur ſimiliter, ꝙ propter pietatem in nuntios commendatur, non propter mendacium officioſũ, quo ſaluauit uiros ad ſe declinãtes. ¶ Ad factum Iehu dicitur, ꝙ etſi in eo, ꝙ zelatus eſt pro domino, cõmendatur: non tamen in mendacio religionis excuſatur, quo dixit ſibi eſſe ſacrificium Baal: nam licet illud mendacium uideri poſſet officioſum: quia deſtructiuũ cultus Baal, fuit tamen pernitioſum: non ſolũ ex ratione ſui: quia procuratiuum mortis aliorum: ſed etiam procuratiuũ quan tumerat ex ſe cultus Baal. Et licet iſte commendetur ex deteſtatione, quã habuit ad Baal, & perſecutionem eius, tamen uituperatur quia non receſſit a uitulis Hieroboam. ¶ Ad illud de Iudith uarios dicendi modos recitat Sco. ſimiliter, & Nico. de ly. ſuper ca. ix. & x. Iudith. Poteſt tamen breuiter dici primò, ꝙ Iudith affectio ad populi liberationem per interfectionem publici hoſtis (iniuſte populum dei expugnare: & dei cultum funditus deſtruere laborantis) fuit bona, & commendabilis. Secundò dicitur, ꝙ ornatus eius ad capiendũ Holofernem laqueis oculorum ſuorum excuſatur, quia non dependebat ex libidine, ſed ex uirtute: ut per hoc ad eius familiaritatem pertingere poſſet tãquã ad aptum medium, ad hoſtem interimẽdum: non tamen ſequitur, ꝙ nitebatur inducere Holofernem ad concupiſcendum ſe coitu adulterino, uel fornicario: ſed magis coniugali, in qua concupiſcentia non peccaſſet mortaliter, & excitatio coniugalis concupiſcẽtię ſuffecit, tanquam medium ad finem a Iudith intentum. Tertiò dicitur, ꝙ Iudith a mendacio non excuſatur ſimpliciter in multis ſuis dictis: tamen omnia fuerunt officioſa: quia ad liberationem populi Iſraelitici ordinata: & ita nõ fuerũt

mortalia:& licet fuerunt nociua Holoferni:quia ad eius interitum tendentia: non tamenpropter hoc fuere mortalia peccata:quia fuit dignus morte. Et potuit iure belli a quocunq; aduerſariorũ (quorum bellum fuit iuſtiſsimum) ſine peccato occidi. Commẽdatur ergo Iudith quãtũ ad affectionem liberationis populi:& omnia licita,quæ ad illam fuerunt ordinata: a mendacijs autem non commendatur,ſed tamen a mortali crimine excuſatur.

N

De ſimulatione ſanctorum an ſint mendacia.

¶ Ad tertium principale de factis, ac ſimulatione &c. dicitur, ꝙ quandoq; factum aliquod eſt inſtitutum ad ſignificandum:& de illis dicitur ſicut de uocibus ſignificatiuis. Quandoq: non ſunt ſic inſtituta:ſed exhibentur uidentibus tanquam ſigna probabilia aliquorum: & tunc diſtinguit Scot. quia aut quis ſimulat ꝑ aliqua facta ſibi ineſſe bona, quæ non ſunt, ut per genuflectiones, aut orationes, uel ſuſpiria ſimulat ſibi ineſſe deuotionem,quã non habet:& hoc pertinet ad hypocriſim:& eſt frequenter mortale: niſi ioco fieret. Aut poteſt ſimulare mala non ineſſe:& hoc dupliciter.aut per ſigna oppoſita exhibita, ut ſi luxurioſus audiens uerbum aliquod carnale, & laſciuum expuat ſimulando ſe caſtum:& hoc ſimiliter pertinet ad hypocriſim. Aut non oſtendendo ,ſed occultando ſigna, quæ communiter ſequi ſolent mala inexiſtẽtia,& hæc ſimulatio non eſt mala:immo laudabilis eo modo, quo in malo aliqd poteſt dici laudabile: nam uituperabile eſt malo intus latenti addere malum.ſ. ſignum exterius. Sic enim de quibuſdã dicitur, ꝙ peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt. Si uero facta ſunt indifferentia,quę poſſunt eſſe ſigna boni, uel alicuius mali indifferenter; ſic non habent rationem mendacij: ſic oratio ęquiuoca in uno ſenſu uera in alio falſa prolata,non poteſt iudicari mẽdacium, quamdiu poteſt habere ſenſum uerum: & maxime ſi non eſt ſignum ex natura rei:ſed a circumſtantibus ſic accipitur: tunc enim omnino non habet rationẽ mendacij:& tale fuit factum Dauid,& Ioſue,& ſimiliter Chriſti. Aliter diſtinguit ſanctus Bona.nã eſt ſimulatio quędã cautelę,qdã doctrinę: qdã deceptionis. Prima fuit Ioſue,& Dauid. Secunda fuit dñi,qua docuit diſcipulos officium hoſpitalitatis:unde & coegerunt illum dicentes. Lucæ ulti. Mane nobiſcũ &c. Tertia uero ſimulatio hypocriſis eſt. Primæ duæ non tenent rationem mendacij:ſed tertia:ideo primæ duæ non ſunt peccata:ſed tertia. Poſſet breuius dici, aliquod factum quandoq; exhibetur ad ſignificandum:quandoq; ad tentandũ: Secundo modo non habet rationẽ mẽdacij:ſicut nec oratio falſa prolata a doctore ad tentandum diſcipulum:quę qa non profertur aſſertiuẽ, ſed tentatiuẽ non eſt mendacium. Talis fuit ſimulatio chriſti,qua tenebantur diſcipuli, an haberent uirtutem hoſpitalitatis: ideo neq; mẽdaciũ fuit neq; peccatũ. Primo modo contingit dupliciter: aut ad occultandum aliquid, quod non tenetur manifeſtare:& tunc non habet rationẽ mendacij:niſi factum illud eſſet incompoſsibile ei,ꝙ occultatur: neq; rationẽ peccati. Non mendacij:quia poteſt ſtare cum eo,quod occultatur: & ideo ex ſe non ſignificat oppoſitum eius, quod occultatur:ſed ex acceptatione uidentium factum illud:ſicut ſi quis orationem audiens accipit eam in ſenſu,quem non habet ex proprietate ſermonis, in quo eſt falſa:non propter hoc proferẽs eam mentitur:non peccat,quia non tenetur ille manifeſtare,quod occultat:& ita non poteſt occultare ſine peccato. Secundo modo factum illud exhibetur ad oſtendẽdum aliquid:& ſi tunc illud, quod oſtenditur,non eſt:habet rationẽ mendacij, uel pernitioſi, uel officioſi, aut iocoſi:& hoc ſi factum ex ſe eſt oſtẽſiuũ. Talis ſimulatio Ioſue,& Dauid fuit ad occultandum: & ideo neq; mendacium fuit, neq; peccatum:uoluit enim Ioſue occultare animum expugnandi Hay:& Dauid propriã perſonam:& neuter tenebatur manifeſtare, uel animum ſuum,uel perſonam: & factum utriuſq; poterat ſtare cum eo,quod occultabant:ut patet. Et tãtum de illa quęſtione.

DISTINCTIO XXXIX.

IN diſtinctione præcedēti magiſter egit de ſimplici mēdacio In hac diſt. penultima huius tertij agit de periurio. Et pōt ſententia textus in his tribus concluſionibus comprahendi. ¶ Prima. Peierat quicūq; ſciens, uel neſciens iurat falſum: ſimiliter qui credens falſum iurat, quod eſt uerum. ¶ Secunda. Iurare per deum, uel creaturas ſimpliciter: quod eſt deum in teſtem aſſumere, uel per execrationem, quod eſt creaturam deo ad pęnam obligare: malum eſt ſine neceſsitate, per falſos uero deos iurare ſemper malum eſt, quamuis tali iuramento (per infidelem facto) fidelis ad bonum uti poteſt ſine crimine. ¶ Tertia concluſio Iuramentum promiſſorium, quod in peiorem uergit exitum, non debet obſeruari: quamuis ſic iurans nullatenus a periurio, quod non promiſſum non ſeruando, ſed iurando incidit: ſed nec a periurio callida uerborum arte iurans: nec a peccato peierare cogens poterit excuſari. Proſecutio harum patet in textu.

QVAESTIO I.

A

Vtrum liceat iurare i teſtimoniū ueritatis.

CIRCA hāc diſtinctionem primò queritur de iuramento: ſecundo de periurio. Eſt itaq; quæſtio prima: utrum licitum ſit iurare in teſtimonium ueritatis: & in obligationē ſeruandæ promiſſionis. ¶ Tribus articulis quæſtio abſoluetur. Primus terminos declarabit. Secundus per concluſiones, reſpondebit. Tertius quædam dubia mouebit.

Arti. 1. Iurare qd eſt.

¶ Quātū ad primum, uidendū quid ſit iurare, & quid iuramentum. Vbi notandum, ꝙ iurare ſecundum beatum Auguſt. in de uerbis domini, eſt deum in teſtem aſſumere. intellige immediatè in ſe, uel mediante creatura. Et alibi ſecundum eūdem. Iurare eſt ius ueritatis deo reddere. & hoc fit cum in teſtem ueritatis aduocatur. Hinc iuramentum ſecundum Raimū. deſcribitur. Eſt affirmatio, uel negatio de aliquo ſacrę rei atteſtatione firmata. Vbi ſacræ rei atteſtatione, includit tam deū, qui eſt ſanctus ſanctorum: quàm creaturam, in qua relucet dei ꝑfectio. Vnde hic aſſumit deum in teſtem immediatè: qui ad confirmationem ſui dicti deum teſtem aduocat in ſe nulla mentione facta de creatura: ut cum dicitur: deus teſtis eſt, ꝙ ita eſt: uel ꝑ deū ita eſt: aut ſimile Aduocatur autem deus in teſtem mediante creatura, quando in confirmatione dicti nominatur creatura, non ut creatura ſit teſtis: quia ſecundū apoſtolum. Vanitati omnis creatura ſubiecta eſt ad Roma. viij. Sed ut deus, cuius perfectio, & ueſtigium ſuę ueritatis in creatura relucet: & qui eſt auctor creaturæ, ſit teſtis ueritatis. Vnde Alexan. par. iij q. xxxj. art. ix. & eſt magiſtri in textu Iurare per creaturam, eſt creatorē eius teſtem ueritatis adducere: ut infra dicetur.

Iuramē tum.

Ex eo autem inductum eſt iuramentum: quia homo ſciēs hominem eſſe mendacem id eſt mentiri poſſe, & ignorantem: & per conſequens poſſe fallere, & falli: fallere propter defectum ueritatis: falli propter defectū cognitionis: non enim poſſunt homines cognoſcere contingentia: neq; cordiū ſecreta, uel etiam alia abſentia: ideo nō poteſt homo certam fidem adhibere dictis alterius hominis. Expedit autem rebus humanis: ut certitudo aliqua de his adhibeatur. Et ideo pro iſta certitudine habenda neceſſarium eſt adducere teſtem ueracem, & ſcientem: qui nec fallat, nec falli poſsit: hic ſolus eſt deus: qui non decipit, nec decipi poteſt. Non enim maiorem certitudinem loquens de rebus humanis ineuidentibus facere poteſt audientibus: quàm adducere teſtem deum. Hinc pro iure introductum: ut quod ſub inuocatione diuini teſtimonij dicitur, tanquam pro certo uero habeatur: ideo dicit apoſtolus ad Heb. vj. Omnis controuerſiæ finis ad confirmationem eſt iuramentum, quaſi dicat ad controuerſiam finiendam, eiuſdemq;

Ex qua cauſſa inductū ſit iuramentū.

deniq; ſedationem certificandam, & cōfirmandam adducitur iuramentum, quaſi ultimatē certificans, & confirmās. Et ideo Sco. diſ. præſenti ſic deſcribit iuramentum. Eſt aſſertio dicti humani, q ipſum ſit uerum, & hoc ultimatē. Aſſertio extēditur ad dictum affirmatiuum, & negatiuū. Eſt aūt aſſertio ultimata: q̄ ſit p inuocationē diuini teſtimonij: nā ulterior, & certior aſſertio eſſe nō pōt.

Coro. 1 ¶ Ex illis ſequit̄ primò: q nō tm̄ dū corā

B iudice tactis ſanctorū reliqijs, aut euāgelio, uel eleuatis digitis: ſed ubicūq;, & q-buſcūq; uerbis teſtē ſuæ aſſertionis quis inuocauerit, iurat: ſiue dicat p deū: ſiue deus nouit: ſiue corā deo dico: aut deo teſte: ſiue uiuit dñs: ſiue hæc faciat dñs: & hæc addat. Vel alijs qbuſcūq; modis, quorū diuerſi habent̄ in diuerſis ſcripturæ paſsibus. Et de hoc Aug. in de ſermone dñi in mōte dicit. Ridiculū eſt putare tūc iurationē eſſe: dū p aliquid dicit̄, per qđ iurat̄: ită q nō iuret, qui nō dixerit p

Coro. 2 deū: licet dixerit teſtis ē mihi deus. ¶ Secūdò ſequitur, q nō ē una tā tū, ſed mul-

Multiplex forma iurādi. tiplex forma iurādi. Vnde Alex. de Haleſ par. iii. q. xxxi. mēb. iii. ar. j. oēs modos iurādi ad quatuor reducit. Iurās n. ueritatē primā, & ſummā, quę deus eſt; & reueretur, & in teſtimonium ſuæ aſſertiōis adducit. Debet ueritas iſta reuereri inquātū principiū ē omnis ueritatis; & tunc iuratur per deū, ſeu p ueritatē, Secūdò, inquātū cognitor eſt omnis ueritatis: & tūc forma iurādi eſt. Teſtis ē mihi deus, ſcit deus q nō mētior, ait apoſt. hoc dico corā deo .i. deo ſciente, & teſtificante. Tertiò, inquātū iudex eſt, & retributor prǽmiorū bonis, & tunc iuratur ſub hac forma: uiuit dñs .i. uiuit, qui uitā cūctis tribuit: uiuit anima mea, dei ſ. beneficio: uel uiuit dñs ita eſt .i. uera eſt aſſertio mea: ſicut uerū eſt dñm uiuere, & uitā bonis tribuere. Quartò, inquantum retributor pœnę malis: & tūc eſt forma iurandi. Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, uel non ſaluer: & ſic de alijs formis ad prędictas reducendis.

C ¶ Secundò notandum, q generali diuiſione duplex

Iuramētum duplex. eſt iuramentum: ſ. aſſertorium & promiſſoriū. Aſſertoriū eſt reſpectu cuiuslibet temporis prǽteriti, prǽſentis, & futuri. Et eſt aſſertio alicuius cū iuramento non exhibendi per aſſerentem: ut cum iurat quis aliquid fuiſſe, uel eſſe. Aut quandoq; futurum eſſe, uel non fuiſſe: non eſſe, aut non futurū eſſe. Exemplū de futuro: ut ſi quis iuret cras eclipſim eſſe futurā: aut pluuiā: aut nō eſſe uētură: rarius tamē iuramentum aſſertoriū eſt de futuro. Iuramentū promiſſoriū eſt, cū quis iurat ſe aliquid eſſe facturū, uel non facturum. Et eſt tantum reſpectu futuri: ut dum quis iurat ſe daturum alicui centū illo, aut uenturū ad talē locū, uel non uenturū, utrūq; iuramentorū eſt obligatoriū.

D ¶ Aſſertoriū quidem obligat aſſerentem, ut uerum dicat, ex quo talē teſtem inducit. Promiſſoriū, ut quod iurauit, uerum faciat. Quia tamē aſſertoriū nō obligat niſi pro tempore, pro quo iuratur: quia frequenter eſt de aliquo prǽſenti, uel prǽterito. Promiſſorium autem obligat reſpectu futuri contingentis: & fiendi per iurantem: ideo appropriatē promiſſorium dicitur obligatorium: quia ſemper manet obligatus, donec iuratum perficiat. ¶ Vtrumq; autem iuramentorum, quandoq; fit ſimpliciter ſine obligatione ſui, uel alterius ad pœnam: quandoq; cum obligatione: ut quando aliquid (ut ſalus propria, aut filiorum, uel rerum iurantis, æterna uel temporalis) obligatur deo ad pœnam, ſi peierauit: ut ſi dicatur. Si non eſt uerum, quod dico: aut ſi nō impleuero promiſſum, illud patiar: uel illud mihi contingat, aut filijs meis, aut poſſeſsioni meæ: & ſolet fieri his, uel ſimilibus uerbis. Hæc faciat mihi deus: hæc addat: non ſaluer: non uiuat filius meus: incendio pereat poſſeſsio mea: niſi &c. Secundum hunc modum interdum etiam accipitur, cum quis iurando dicit per ſalutem meam, uel per filium. Per ſalutem Pharaonis iurauit Ioſeph. Obligat enim hoc deo: unde Auguſt. in ſermone de periurio. Cum quis ait per ſalutem ſuam, ſalutem ſuam obligat deo: cum dicit per filios meos: oppignorat eos deo, ut hoc eueniat in caput eorum, quod exit de ore ipſius:

Iuramē tū execratoriū eſt grauiſſimum.

ſi uerum, uerum: ſi falſum, falſum. Et licet omnis creatura ſit creatoris, & in eius plena poteſtate: ita ut non poſsimus eam magis deo obligare in ſe: tamē bonum uel ſolatium, quod a creatura recepimus: & eſt a deo nobis conceſſum poſſumus deo tanquam noſtrū oppignorare: & illud iuramentum dicitur execratoriū: & ſecundū Aug. eſt grauiſſimū genus iuramenti. Quando autem iuramētū fit ſine obligatione huiuſmodi: dicitur iuramentum aſſertoriū, uel promiſſorium ſimplex. ❡ Item iuramentū pōt diuidi in iuramentū uerū, ſiue bonum: & in periurium: ſed de hoc quęſtione ſequenti.

D

De tribus comitibus iuramēti.

❡ Tertiò notandū, ꝙ tres ſunt circumſtantię in genere, quæ requiruntur ad hoc, ꝙ iuramentum ſit bonum, & licitum: quæ ſecundum beatum Hiero. dicuntur comites iuramenti: has tangit Hiere. iiij. Iurabis, uiuit dominus in ueritate: in iudicio: & in iuſtitia. Ex parte iurantis requiritur iudicium diſcretionis. Ex parte rei uerius iuramēti: requiritur ueritas, ut ſit adęquatio rei ad ſermonē, quo iuratur. Ex parte cauſę requiritur iuſtitia: ut. ſ. pro cauſa iuſta iuret. De hoc beatus Th. diſ. pręſenti. q. ij. ar. iij. ad hoc ꝙ iuramentum ſit rectum tria requiruntur. Vnū ex parte rei, de qua iuratur ſcilicet ueritas: alias dictum non eſſet confirmatione dignum. Ex parte cauſę, iuſtitia: alias non eſſet debita neceſsitas. Ex parte iurantis, diſcretionis iudiciū: alias nō adhiberetur debita cautela. Requiritur ergo ueritas, tā in conſcientia iurantis: quàm in ſermone ipſo, quo iuratur. In conſcientia quidem: ut ita eſſe credat, ſicut iurat in aſſertorio: uel ita facere intendat, ſicut iurat in promiſſorio. In ſermone, ut ſermo, quo iurat, uerus ſit. Requiritur iuſtitia: ut non iuret: quod ſecundum ſe iniuſtū eſt illicitū: uel inhoneſtū: aut melioris boni impeditiuū: utrumq; enim illorū uergit in deteriorē exitum. Nam ſicut iuramētum non debet eſſe uinculum iniquitatis. de iureiuran. c. quanto. ita nec impedimentum perfectionis. Requiritur iudicium non illud, quod eſt executio iuſtitię: ſed iudicium diſcretionis: ut ſcilicet non leuiter, indiſcretè, & ſine debita neceſsitate iuret. Includit hęc diſcretio multas circumſtantias præſertim ſex attendendas ſcilicet cur, quis, cui, per quid, quomodo, quando. de quibus latius infra in dubijs.

E

De iuramēto doloſo.

❡ His cōditionibus opponūtur tres aliæ uitiantes iuramentum. ſ. dolus, indiſcretio, coactio contra ueritatem, iudicium, & iuſtitiam: a quibus nominatur iuramentum, doloſum, incautum, coactum. Doloſum in aſſertorio: quando iurans oppoſitum eius ſentit, quod iurando aſſerit. In promiſſorio, quando iurās ſe aliquid facturum: in ipſo actu iurandi intendit oppoſitū: nec intendit ſe obligare ad illud, quod iurat. ❡ Iuramentum incautū pōt dici dupliciter. Vel quia trāſit ſuper materiam omnino illicitā: puta aliquis iurat ſe facturum oppoſitū alicuius præcepti, ut qui iurat ſe aliquem occiſurum, uel adulteraturū: uel quia tranſit ſuper materiā, quæ de ſe eſt licita, puta aliquis abiurat opera perfectionis: & in hoc ponit obicē ſpirituiſancto, & eius motioni. Vnde licet quis licitè poſſit conſilia non acceptare: non tamen licet ſe ad non ſeruandum obligare. Poteſt etiam poni iuramentum aliquod incautum, quando iurat ſe facturum, quod nō pōt facere: & quando iurat, putat ſe poſſe. Iuramentum coactū eſt iuramentum metu extortum: ut ſi quis iurat aliquid eſſe uerum: aut ſe aliquid facturum inductus metu alicuius mali, quod timeret incidere, ſi non iuraret. Eſt autem duplex metus: quidam cadens in conſtantem uirū: & eſt, dum quis metu maioris mali fugiendi, eligit minus malum. Et ille pōt cadere in uirū cōſtantē, & uirtuoſum: ut quādo nō leui æſtimatione, ſed certitudinaliter ſaltem certitudine ſufficiente in actibus humanis, ſcit malū ſibi inferendū, quod maius eſt ſibi incōuenientē, quā actum illum diſplicētē elicere. Et pōt cōtingere, ꝙ ſecūdū rectā rationē ſibi ſit maius inconueniens: ut puta mors, carcer, mutilatio enormis, ſtuprū, & ſimilia. Cū. n. ille ſit dñs uoluntatis ſuę: pōt uelle aliquid, quod alias nollet: & imperare actum alias nolitū, antequā incurrat iſta mala: & hoc ſecū

Duplex metus.

dū rectā rationē. Et talis metus dicitur
cadere in conſtantē uirū: dū illud malū
fugiendū ſit magis inconueniens uiro:
quā illud, quod tali metu elicit: ut ſi quis
uoluerit aliquem interficere niſi det. c.
flo. metus inducens ad dandū c. flo. ca
dit in cōſtantē uirum: quia uir conſtās,
& uirtuoſus magis debet uelle dare, &
effectualiter tradere c. flo. quā uitā per

Coroll. Pro nullo metu eſt peccandum mortaliter.

dere. ¶ Corollariū: nullus metus pōt in
ducere uirū cōſtantem ad peccādū mor
taliter: quia pro nullo malo fugiendo
dictat ratio recta peccandū eſſe mortali
ter: quia non pōt eſſe maius malū, quod
immineт, quā ſit peccatū mortale. ¶ Sed
di. licet nulla pœna ſit peior mortali pec
cato, unū tamē pctūm mortale eſt peius
alio: ideo metu incidendi maius mor-
tale poſſet uir cōſtās eligere mortale mi
nus. Reſpondetur, ꝙ nullū eſt peccatū
mortale magnū, uel paruū, quin poſsit
uitari abſq; hoc, ꝙ incidatur aliud mor
tale: quia nunquā pōt mortaliter pec-
cari, niſi pleno uoluntatis conſenſu: uo
luntas autē non pōt cogi ad conſen-
ſum: licet poſsint uiolentari mēbra ex
teriora ad actum: qui tamen nunquā eſt
peccatū uoluntate nō cōſentiētē: ideo
maius mortale ſemper uitari pōt abſq;
cōmiſsione minoris peccati mortalis.
¶ Metus cadens in uirū inconſtantem:
eſt quando maius malum, uel inconue-
niens admittitur: ad fugiendum minus
malū, uel conueniens: ut qui peccat, ne
ſubſtantiā temporalem perdat, aut mor-
tem ſuſtineat corporalē, ne diuitias ha-

Arti. 2. Cōcl. 1. F

bitas perdat. Et tantū de artic. j. ¶ Quā
tū ad articulum ſecūdum eſt prima con
cluſio. Iuramentum cum debitis circū
ſtantijs eſt licitum, & ſępe meritorium.
Hęc concluſio reprobat errorē Mani-
cheorum hęreticorum dicentium, ꝙ in
nullo caſu iurare liceat. Moti fuerunt
uerbo ſaluatoris Mat. v. Audiſtis, quia
dictum eſt antiquis, non periurabis: red
des autem domino iuramenta tua. Ego
autem dico uobis non iurare omnino.
Et ſequitur. Sit autē ſermo ueſter eſt, eſt.
non non. quod his abūdantius eſt, a ma-
lo eſt. & Iaco. v. Antę omnia fratres
mei nolite iurare, neque per cœlum,
neq; per terram: neq; aliud quodcunq;
iuramentum. Sed contrā illos probatur
concluſio auctoritate ſcripturæ: facto
Chriſti, & apoſtolorū: & ratione. Aucto
ritate. nā Deut. vj. dicitur. Dominū deū
timebis, & per nomen illius iurabis. Itē
Mat. v. Reddes dño iuramenta tua. Quæ
tractans beatus Aug. in de uerbis apoſto
li. Si peccatū, inquit, eſſet iuratio: nō di
ceretur in lege. Reddes domino iuramē
ta tua. Reddimus autem domino iuramē
ta, quādo iuramus per deum. Itē ad Heb.
vj ut allegatum eſt ſupra, apoſtolus di-
cit. Omnis controuerſię finem eſſe iu-
ramentum. Cum autem licitū eſt finire
controuerſias: licitū erit iuramentū, per
quod controuerſiæ finiuntur. Ad idem
innumeræ doctorum auctoritates addu
ci poſſent: ſed maior his eſt auctoritas
eccleſię, quę ſic determinauit in. c. etſi
Chriſtus de iureiuran. ¶ Ex facto idē pro

Deus iurauit, ſimiliter angeli, & apoſtoli.

batur: nā deus ipſe iurauit per angelos,
& ora prophetarum. Vnde Gen. xxij. ait
ad Abraā. Per memetipſum iuraui, dicit
dominus: quia feciſti hanc rem &c. Et
frequenter habetur uerbum hoc, Viuo
ego, dicit dominus. Et in pſ. Iurauit do-
minus, & non pœnitebit eū. Item iurauit
dñs Dauid ueritatem, & non fruſtrabi-
tur eum. Item in nouo teſtamento fre-
quenter dominus ad confirmationem
prædicatę ueritatis addidit. Amen, amen
dico uobis: quod eſt fideliter, uel uera-
citer, ſiue in fide, aut ueritate dico uo-
bis: quod eſt iurare: quia eſt deum in te-
ſtem aſſumere, qui fidelis eſt, & ueritas.
Sic. n. dominus ipſe exponit Lucę. iiij.
Amen dico uobis. In ueritate dico uo-
bis: quia multæ uiduæ &c. Item Apoc.
x. legitur, ꝙ angelus leuauit manum
ſuam in cœlum: & iurauit per uiuentem
in ſecula ſeculorum. ¶ Prætεrea bea-
tus Paulus frequenter in epiſtolis iura
uit. Ad Roman. ix. Veritatem, in-
quit, dico in Chriſto Ieſu, non men-
tior. Item. ij. Corin. xj. Deus, & pa-
ter domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit, quia
non mentior. & ibidem ca. xij. Coram
deo in Chriſto loquimur. ad Gal. j.
Quæ ſcribo uobis: ecce coram deo,
quia non mentior. ad Phil. j. Teſtis

mihi eſt deus, quomodo cupiam uos in uiſceribus Ieſu Chriſti. Ratione etiam probatur: Omnis actus humanus cadẽs ſuper materiam debitam ſufficienter cir cumſtantionatã ſecundum dictamen rationis rectę eſt bonus, & licitus. aliquod iuramentum eſt huiuſmodi: ergo. Conſequẽtia nota cum maiore: quia omnis talis actus eſt uirtuoſus: ut poteſt deduci ex diffinitione uirtutis. Minor probatur: quia aliquod iuramentũ poteſt cadere ſuper debitam materiam, ſeu obiectum. Nam in iuramento duplicem poſſumus materiam conſiderare: una eſt aſſertio teſtificãda: alia eſt teſtis idoneus. Materia debitã teſtificanda eſt aſſertio uera, ſeu fidelis promiſſio boni, & honeſti. Teſtis maxime idoneus eſt, qui ueritatẽ nouit: & teſtificando non fallit. Talis autem eſt deus ſumma ueritas, qui omnia nouit, & neminem fallit. Ergo dum ueritas teſtificatur per deum: eſt debita materia iuramenti. Similiter poſſunt concurrere debitę circumſtantię: nam hęc teſtificatio fieri poteſt in bonum finem: moralem uel theologicum. Moralem, dum fit propter certitudinem habendam humanarum aſſertionum: quæ eſt honeſta: & neceſſaria humano conuictui. Theologicum, dum fit ad certificandum proximum in fide, & doctrina ſalutis finaliter propter deũ. Alię quoq; circumſtantię, quas recta ratio dictat: ſcilicet tempus, locus, modus & forma: poſſunt occurrere, & frequenter concurrunt: ergo aliquod iuramentum eſt actus humanus cadens ſuper debitam materiam debitę circumſtantionatus.

¶ Preterea omnis actus humanus neceſſarius humano conuictui poteſt licitẽ exhiberi: iuramentum eſt huiuſmodi: ergo poteſt licitẽ fieri. Ponatur in eſſe: igitur licitẽ fit. Conſequentia nota cũ maiore. Minor declarata eſt in notabili primo precedentis articuli. Item omnis actus pertinens ad latriam eſt licitus: talis eſt iuramentum; ergo. Conſequentia nota. Maior patet: quia latria eſt ſuprema uirtus moralis. Minor patet: quia in iuramento deus adducitur in teſtimonium ueritatis tanquam ueritas infallibilis, & omniũ cognitor: hoc autem eſt reuerentiã deo exhibere: quia eſt proteſtari, & profiteri deum eſſe ſummam, & infallibilem ueritatem: & huius reuerentiæ exhibitio eſt actus latrię. Hinc gloſ. Hiero. ſuper illud Mat. v. Non iurare omnino: dicit Per quod quis iurat, illud ueneratur, & amat. Similiter iurando per deum profitemur deum nobis ſuperiorẽ: ſecundum illud apoſtoli ad Heb. vj. Homines per maiores ſui iurant. Hoc autem pertinet ad cultum latrię. Secunda pars concluſionis, ſcilicet ꝙ poteſt eſſe meritorium patet: quia actus iurandi poteſt procedere ex charitate: & ordinari in deũ finaliter: ſicut omnis actus charitatis tam dei quàm proximi: & per conſequens poteſt eſſe meritorius. ¶ Et per hoc ad rationes G
hereticorum. Ad primam auctoritatem Chriſti. Ego dico uobis non iurare omnino. Reſpondet ſanctus Bonau. ꝙ Manichei per hanc authoritatem intellexerunt omne iuramentum prohibitũ, quod uenit ex manifeſta ignorãtia, qua neſciebant diſtinguere inter negationem prępoſitam ſigno uniuerſali, & poſtpoſitã. Prępoſita enim facit ęquipollere particulari contradictorię uniuerſali: unde dominus dicendo: non omnino: nõ prohibuit omnẽ iurationẽ: ſed quemdã iurãdi modũ: & quia nõ omnẽ prohibuit, aliquem admiſit: quãuis aũt uerũ ſit, ꝙ deus nõ prohibuit omnem iurationem: tamen reſponſio illa non uidetur ſufficiens: quoniã ſermo euangelicus regulis donati: & pari ratione Ariſtotelis nõ ſubiacet, ut uult Greg. nec logicalis rigor in eo attendendus eſt: ſed magis intentio, & cauſa dicendi. Nam in ſimili Exo. xx. ubi dicitur. Non cõcupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis uxorẽ eius: non ſeruum &c. nec omnia, quæ illius ſunt. ibi etiã negatio ly nec, prępohitur ſigno uniuerſali omnia: nõ tñ ęquipollet particulari: nõ. n. ly nec omnia ualet. i. aliqua non: ſed nec omnia ualet. i. nulla, quę illius ſunt: & ſimilia in multis alijs locis inueniri poſſunt: ideo melius dicitur ſecũdũ Aug. lib. cõtra mendaciũ; quem etiam ſequitur Inno. iij. in. c. etſi

Chri-

Chriſtus. de iureiuran. ꝙ dominus prohibuit omnem modum iurandi: ſiue per deū, ſiue per creaturam: non ſimpliciter: ſed ex cauſa: hoc eſt ex leuitate: nō autem ex neceſsitate: ne. ſ. ex facilitate iurandi ueniatur ad conſuetudinem iurandi: & a conſuetudine in periurium cadatur. Nam Iudęi, contra quos Chriſtus loquitur, errabant, putantes ſolum iuramentum falſum eſſe illicitum: non autem iuramentum incautū. Similiter nō putabāt ſe teneri iuramento, ſi per creaturas iuraſſent: quoniā audierant: reddes domino iuſiurandum tuum. utrūq; dominus reprobat, cum ait. Audiſtis, qa dictum eſt antiquis, non periurabis: falſum. ſ. iurando. Ego autem dico uobis: non iurare omnino. i. nullo modo iurā dum eſſe ſine neceſsitate: neq; per cœlum &c. Prohibentur enim quędā: quia per ſe mala ſunt: ut furtum, adulterium &c. quę non ſunt aliquatenus facienda: quædā uero prohibentur ex cauſa: non quia per ſe mala: ſed quia ſi fiant frequēter, & multū, ſequuntur mala: ut uinū p ſe non eſt malū: & tamen Ephe. v. prohibet apoſtolus di. Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria. ſecūdū illud Hie. Venter mero ęſtuans, facile deſpumat in libidinem. Sic & iuramentū per ſe malū nō eſt: cū ſit cōfirmatio ueritatis: ſed tn̄ ex frequenti, & incauta iuratione periuriū ſępe naſcitur. Hinc Eccle. xxxiii. legitur. Vir multū iurans implebitur iniquitate. In re tn̄ uera licita, & honeſta nō prohibet̄ iurare. hæc in gloſ. Mat. v. & in. c. allegato: etſi Chriſtus. Ad auctoritatē beati Iacobi reſpondetur: quoniā aliqui uim faciūt in uerbo nolite, quo nō uidet̄ ꝓhiberi iuramētū, ſed iurandi uolūtas: nolite. i. nō uelitis: nō uoluntatē ſpontaneā habeatis: quoniā ad iurandū nō debet quēquā uolūtas ſpontanea inducere: ſed neceſsitas trahere importuna. Huic cōſonat Aug. ad Hil. Iuratio nē caue, quā ſūpotes. Melius quippe nec uerū iurat̄: quā iurādi cōſuetudine, & in piuriū ſępe cadatur: & ſemp periurio appropinquatur: nō qa peccatū eſt uerū iurare: ſed quia grauiſsimū peccatū eſt falſum iurare, quo citius cadit, q iurare cōſueuit. Quód uero dominus ait: ſit ſermo ueſter eſt eſt, nō nō, dictis concordat. Nā ut dicit Aug. de uerbis domini, hoc. ſ. eſt eſt, nō nō, bonum eſt appetendū: quod amplius eſt, a malo eſt. i. ſi iurare cogeris ſcias de neceſsitate uenire infirmitatis eorum, utiq; quibus aliquid ſuades, quę utiq; infirmitas malum eſt. Itaq; non dixit, quod amplius eſt, malū eſt: ſed a malo eſt. Tu. n. non malū facis, qui bene uteris iuratione, ut alteri pſuadeas, quod utiliter perſuades: ſed a malo eſt illius, cuius infirmitate cogeris iurare. A malo, inquam, non tam culpæ quám pęnæ: nec exhibētium: ſed exigētium iuramentū nam incredulitas huiuſmodi magis eſt pæna, quā culpa. ¶ Ex his doctrina moralis elicitur: ꝙ licet iurare per ſe malū nō ſit: tamen cauēda eſt ſummopere iurandi frequentia, & conſuetudo etiam in ſermonibus ueritate ſubnixis: nec mediocriter laborandū eſt, ut cōſuetudo hęc uincatur: ſed cū magna ſolicitudine, & inſtantia: quoniam ut dicit Aug. ubi ſupra: nemo nouit, niſi qui expertus eſt. quám ſit difficile, & cōſuetudinē iurādi extinguere: & nunquam temere facere: quod aliqn̄ neceſsitas facere cogit.

Cauēda eſt ſummope iurādi frequētia.

¶ Secunda concluſio. Nō niſi per creaturam ſine peccato: licet iurare execratorio iuramento. Probatur: quia in execratorio iuramento illud, p quod iuratur, deo in pœnā obligatur, & oppignoratur: ſed hoc nō cōuenit deo, qui impaſsibilis eſt: nec ſibiipſi oppignorari pōt: ergo non niſi per creaturā pōt hoc iuramēto licitē iurari.

Cōcl. 2. H

¶ Tertia concluſio. Licitū eſt in ſimplici iuramento iurare per creaturā, ſi iurans habeat cū iurandi neceſsitate intentionē bonam. Probatur cōcluſio: quia licitum eſt cum neceſsitas exegerit iurare per deū creatorē. ut dicit cōcluſio prima: ergo etiā per creaturā. Tenet cōſequētia: quia iurās per creaturā, iurat p deū, ut ſupra tactū ē. Vn̄ & ueritas ipſa dicit Mat. xxiiii. Qui iurauerit in templo: iurat in illo, & in eo, q habitat in ipſo: & q iurat in cœlo iurat in throno dei: & in eo, q ſedet ſup eū. ſ. deo. ¶ Et dicit̄ notāter: ſi cū neceſsitate habet intētionē bonā: qm̄, q iu

Cōcl. 3. Qūo licet per creaturā iurare, & qūo nō.

rando per creaturam ipſam ſecundum ſe in teſtimonium inuocaret: per ipſam ueritas dubia confirmaretur. Hic creaturæ aliquid numinis attribueret: cognitionem.ſ.ſecretorum, uel infallibilitatem: & ita propter malam intentionẽ peccaret, & ideo Iudęis tanquam paruulis prohibitum eſt: ne per creaturam iurent: & conceſſum iurare per deum: ne honor deo attribuendus.ſ.ueracitas infallibilitas creaturæ attribuatur. Et ſecundum hoc intelligendi ſunt canones, & patrum dicta prohibentia iurare per creaturas. Et propter eandem cauſam non eſt iurandũ, per idolũ, aut diabolũ, ne diuina reuerentia trãsferatur ad idolũ. Et de hoc bene loquitur. Alexã.par. iij.q.xxxj.memb.iij.arti.iij. hãc ponẽs diſtinctionẽ: qui iurat per creaturã, aut credit aliquid numinis eſſe in creatura: aut iurat per creaturam intendens fraudem, uolens decipere alium: quia ſ.creaturã reputat uilẽ: ita ꝙ cum per eam iurat, nihil ſe iurare credit: aut iurat p creaturã intendens ſolum proteſtari, ꝙ deus auctor creaturæ ſit prima ueritas, & teſtis ueritatis. Si primo modo credens aliquid numinis eſſe in ea, & per hoc uolẽs uenerari creaturam: peccat peccato idololatrię. Si intendit fraudẽ, peccat peccato periurij. Si autem neutrum illorum intendat: ſed ſolum proteſtari primã ueritatem: & ipſam per creaturam uenerari: ſic licitũ eſt iurare per creaturam. Et hoc eſt, quod dicit beatus Auguſt. ad publicolam. Deus per creaturam iurare prohibuit: ne uel more gentilium aliquod numen deitatis creaturis ineſſe crederemus. Vel ne creaturas contemptibiles iudicando, per eas, promiſſa pro nihilo duceremus. ❡ Quidã tñ dicũt, ꝙ nõ ſit licitũ iurare per omnes creaturas: ſed diſtinguũt, ꝙ quędam ſunt creaturæ deo dicatę, & ad cultũ diuinũ mãcipatę: ut reliquiæ ſanctorũ, & euãgeliũ: & per has ẽ licitũ, ut dicũt iurare. Per alias aũt nõ eſt licitũ: q̃a aliæ nõ admittũtur in ſolẽni iuramẽto. Sed ut dicit Aug. cõtingit iurare p quãlibet creaturã. Vñ ſup il lud Rom. j. Teſtis mihi eſt deus. dicit in gloſ. Qui p lapidẽ iurat falſum: periurus eſt: & cõſtat, ꝙ hoc nõ eſſet niſi tale iuramentum eſſet obligatorium. Hæc Alex. Sed contra concluſionẽ obijcitur p canonẽ Pij papę.xxii.q.j.ſi quis.ubi dicitur. Si quis per capillũ dei, uel caput iurauerit: uel alio modo blaſphemia cõtra deum uſus fuerit: ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur: ſi laicus anathematizetur: & ſi quis per creaturas iurauerit: acerrimẽ caſtigetur. Si quis aũt talẽ hominẽ nõ manifeſtauerit: nõ eſt dubium, quin diuina dãnatione coerceać. Sed ſi epiſcopus illa emẽdare neglexerit: acerrimẽ corripiatur Reſpondetur ſecũdum Alex. & ſanctũ Bona. ꝙ canon loquitur cõtra illos generaliter, qui credebãt deũ ſecundũ diuinitatem habere mẽbra: aut cõtra illos: qui non reuerenter nominãt mẽbra Chriſti: & quodã exquiſito modo iurãdi diuidunt Chriſtum quaſi mẽbratim, q ualde arguẽdi ſunt. Hæc Bon. Per membra autem Chriſti ſecũdũ humanitatem iurare reuerenter eo modo licet: quo licet per alias creaturas iurare. Vnde canon loquitur in caſu ſupra expreſſo, in quo nõ licet iurare per creaturas. ❡ Quarta cõcluſio. Aliter obligat iuramentum aſſertorium: aliter promiſſorium. Iſta concluſio ſatis patet ex notabili ſecundo. Et beatus Tho. diſtinct. pręſenti.q.iii.art.i.dicit, ꝙ in iuramento aſſertorio eſt una tantũ obligatio.ſ.qua quis obligatur ad peccatum: ſi ueritas ſuo iuramento deſit. In iuramento autẽ promiſſorio eſt duplex obligatio. Vna, qua quis obligać ad faciendũ hoc, quod iuramento promiſit. Alia, qua obligatur ad peccatum, ſi non fecerit, quod promiſit. Hęc tamen cõcluſio moderationẽ recipit per ſequentes cõcluſiones. ❡ Quinta cõcluſio: quãuis dolosum iuramentũ obliget ad pœnã æternã ſimpliciter: & ad ſeruandũ promiſſum in foro eccleſiæ exteriori: nõ tñ obligat ad ſecũdũ in foro conſcientię interiori. Tres partes habet concluſio prima. Prima concernit in genere omne iuramentum doloſum, tam aſſertorium, quàm promiſſorium: aliæ duæ tantum promiſſorium. Prima pars probatur: quia omnis iurans doloſẽ peccat mortaliter. Intelligendum

Cõcl.4. I

Aliter alligat iuramentũ aſſertoriũ, aliter promiſſorium.

Cõcl.5.

eſt ex deliberatione, & cęteris paribus: quia adducit deum in teſtē falſitatis in aſſertorio: aut promiſsi implendi (cuius tamē oppoſitū intendit) in promiſſorio: ergo peccat mortaliter. Tenet cōſequentia: quia facit magnam irreuerentiam deo, adducens eum in teſtem falſitatis: & per conſequens obligatur ad pœnam ęternam. Pro ſecunda parte .ſ. ꝙ obligatur in foro eccleſiæ contentioſo ſeruare promiſſum: probatur: quia ſecundum iudiciū illius fori cōpellitur ad ſeruandum promiſſum. Nam eccleſia iudicat de his, quę patent: & quia uerba obligatoria manifeſta ſunt: ideo talem iudicat obligatū. Tertia pars .ſ. ꝙ non obligat in foro interiori conſcientię: probatur: quia in priuatis obligationibus nullus non intendens ſe obligare coram deo obligatur: quia deus iudicat ſecundū ſecretū conſcientię. Nā homo accipit uerba ſecūdū ꝙ foris ſonāt: deus uero accipit ſecūdū ꝙ intus cōcipiuntur. Hinc dicitur j. Regū. xvj. Homo uidet, quæ patēt; dominus aūt intuetur cor. Hinc Greg. xxij. moral. Humanæ (ait) aures talia uerba noſtra iudicant: qualia foris ſonant. Diuina uero iudicia talia foris audiunt: qualia ex intimis proferuntur. uide Petrum de palu. in iiij. diſt. xxxviij. q. ij. de uotis. Et eſt ſimile in matrimonio, quo uerba foris prolata non obligant ſine conſenſu interiori. Qui ergo intus ſe non intendit obligare coram Deo, nō eſt obligatus. Nec tamen ſequitur, ꝙ iſte ex dolo ſuo reportet cōmodum: utpote ſi non doloſe iuraſſet, eſſet obligatus. Nunc autem, quia doloſe iurauit: non eſt tali iuramento obligatus ad ſeruandū iuratum: quia doloſe iurando incidit mortale peccatum: & per conſequens obligatur ad ęternam pęnam: quod incomparabiliter peius eſt: quā ſit obligatio ad ſeruandum iuramentum. Obligatur tamen iurans doloſe etiam in foro conſcientię ad hoc: ut is, cui iurauit ex dolo ſuo, non lędatur: ſecundum illud j. ad Theſſal. iiij. Ne quis ſupergrediatur, & circumueniat in negotio fratrē ſuum. ¶ Sexta concluſio. Iuramentum incautum acceptū primis duobus modis non obligat ad promiſsi obſeruantiam: obligat tamen ad mortalē culpā. Cōcl. 6. K Iuramē tum incautum quomō obligat. Probatur concluſio de iuramento incauto primo modo, quo iuratur aliquid omnino illicitum: ſcilicet quod eſt contra præceptum: quia non poteſt ſe inferior obligare ad non obediendum ſuperiori: nec ad id, quod eſt ſecūdum ſe illicitum. Sed nec id, quod eſt ſecundū ſe illicitum per iuramentum (quod non poteſt eſſe uinculum iniquitatis) fieri poteſt licitum. Peccatum enim mortale non facit conditionem peccantis magis liberam. Talis autem ſic iurando peccat mortaliter, ut ſtatim probabitur. Sic ergo iurans non ſolum non obligatur tali iuramento: ſed etiam non debet ſeruare: quia non poteſt ſine mortali ſoluere promiſſum. Vnde Amb. lib. de officijs. Eſt nonnunquam contra officiū ſoluere promiſſum: ſicut Herodes, qui necem Ioannis pręſtitit, ne promiſſum negaret. Et beatus Iſido. in ſoliloquio. In male promiſsis reſcinde fidē: in turpi uoto muta decretum: quod incaute uouiſti, nō facias: impia eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur. Et lib. ij. ſentent. c. xiij. ait. Non eſt obſeruandum ſacramentum, quo malum incautē promittitur. Et beatus Aug. in ſermone de decollatione Ioannis. Quòd Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem non impleuit: maior pietas fuit. Iurauit Dauid temere: ſed non impleuit maiori pietate. Et loquitur de iuramento, quo iurauit ſe occiſurum Nabal uirum ſtultum, de quo j. Reg. xxv. Probatur etiā concluſio de iuramento incauto ſecundo modo, quo iuramentum tranſit ſuper materiam de ſe licitam: ſed non licitam iuranti: quia melioris boni impeditiuo: & per hoc uergit in deteriorem exitum. Nam nullum iuramentū, quod obuiat charitati, obligat ad ſeruandum iuratum: quia ab obligatione charitatis abſolui nō debemus: ſecūdū illud apoſtoli Rom. xiii. Nemini quicquā debeatis: niſi ut inuicē diligatis: ſed omnia iuramēta, quę uergūt in deteriorē exitū, ſunt huiuſmodi ergo &c. Sunt aūt talia iura

menta de non implendis conſilijs euangelicis: de non faciendis operibus ſuper erogationis. Et gñaliter de his, quibus ponit obex motioni ſpiritusſancti; aut q̃ ſunt impfectionis; ut detrimentũ ſi qs iuret ſe nunquã intraturũ religionẽ: nunq̃ uiſitare talem infirmũ. Tale iuramentũ licet ſeruari poſſit ſine peccato: non. n. quis tenetur intrare religionem: ideo non peccat, qui religionem non intrat, non tamen obligat iuramentum ad non intrandum. Ideo etiam qui iurauit nõ intrare, põt intrare ſine peccato: quia non tenetur tali iuramento. De hoc Beda ſuper Matthęum v. c. Si aliquid forte nos incautè iurare contigerit: & obſeruatum in deteriorem uergat exitum: liberè illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus: ac magis inſtante neceſsitate peierandum, quã pro uitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Et hęc ultima pars auctoritatis reſpicit iuramentum incautum, primo modo. ¶ Secunda pars concluſionis: ſcilicet ꝙ iuramentum incautum utroq; modo obliget ad mortalem culpam, probatur: quia quicunq; uocat deum in teſtem contra ſeipſum mortaliter peccat: quia dominus non eſt diſſenſionis deus: ut dicit apoſtolus j. Cor. xiiii. Sed qui iurat icautè primo modo, iurat contra pręcepium diuinum. i. nolle obedire pręcepto: qui ſecundo modo iurat reſiſtere motioni ſpiritusſancti. Et ita in utroq; adducit deum in teſtem contra deum. Et ita peccat contra ſecundum pręceptum, quo omnis irreuerentia dei prohibetur. Et eſt aduertendum, ꝙ taliter iurans in ipſo actu iurando peierat, & mortaliter peccat: non poſtea dum iuramentum non ſeruat: quia in ipſo iurandi actu deum contemnendo irreueretur: non autem cum oppoſitum eius, quod iurauit, facit: de quo inferius. ¶ Sed di. quis contra primam

De iuramento Ioſue facto Gabaonitis.

concluſionis partem: nam Ioſue iurauit pacem cum Gabaonitis, ꝙ non occideret eos. Ioſue ix. ſed illud iuramentũ fuit incautũ primo modo: quia iniuſtũ, & cõtra dei pceptũ. Quia dñs pceperat ei, ꝙ occideret oẽs habitatores terrę promiſsionis: ut habetur Deut. vij. Ipſe autem iurauit contrarium: & propter iuramentum pepercit Gabaonitis, putans ſe obligari iuramento. ¶ Ad hoc reſpondet Alexand. & poſt eum beat. Thom. ꝙ in his, quę ſola prohibitione ſunt illicita: non ſua natura dum cum obſeruatione intentionis pręcipientis iuramentum ſeruari poteſt: tũc obligat. Si autem ſeruari non poteſt, quin contraueniatur intentioni mandantis: non obligat. Intentio autem prohibitionis Deut. vij fuit: ne ſi dimitterentur uiui auerterent filios Iſrael a deo: & interficerent eos. Vnde ſubditur ibi pro cauſa mandati; nec filiã illius accipies filio tuo: quia ſeducet filiũ tuũ, ne ſequatur me. Et hęc intẽtio ſeruari poterat a Ioſue, & populo cum iuramento per tantam Gabaonitarum humiliationem, ut nihil mali poſſent machinari in filios Iſrael: & ideo non fuit iuramentum incautum, nec contra pręcepti intentionem. Vnde Amb. lib. de officijs. Ieſus pacem, quã dederat, reuocandam non cẽſuit: quia firmata erat ſacramenti religione: ne dum alienam perfidiã redargueret, ſuam fidem ſolueret. Soluiſſet autem ſuam fidem: ſi non tenuiſſet, quod iurauerat. Iterum: ideo mulctauit eos Ioſue meliore morte. ſ. obſequio miniſterij: ut eſſet clementior ſententia. ſ. diuturna. Licet ergo non fuerunt occiſi morte naturali, quę eſt in ſeparatione animę a corpore: ſunt tamen occiſi morte legali, quę eſt ſeruitus, qua ſeruata eſt intentio prohibitionis diuinę: quia neminem poterant corrumpere ſeruituti addicti. ¶ Septima concluſio. Iuramentum incautum tertio modo. ſ. quo quis ſe facturum, quod non põt, iurat: dũ ſeruare nõ poteſt, non obligat. Probatur: quia ad impoſsibile nemo obligatur. Verum ſi nunc ſeruari non poteſt propter aliquod ſuperueniens impedimentum: põt aũt poſterius: tunc manet iurãs obligatus, ut faciat, cũ poſsit: ut ſi quis iurat ire ad ſanctum Iacobũ: & ſuperueniat corporalis infirmitas: non tenetur durante infirmitate: manet tamẽ obligat⁹, ut cõualeſcẽs impleat. Et ſi dum iurauit,

Cõcl. 7. L

probabiliter putauit ſe poſſe: excuſatur in fauorabilibus: ſecus ſi non putabat, aut ſtultè putabat ſe poſſe. Et præſertim excuſatur, ſi impedimentum de nouo ſuperuenit, quod præuiſum nō eſt.

Cōcl. 8. M

Coactū iuramētū in foro conſcientiæ eſt obligatoriū.

¶ Octaua cōcluſio. Coactū iuramētū in foro cōſcientiæ eſt obligatoriū. Probatur: qa quicūq; iurat uolēs cæteris paribus. i. ſi impletio iuramēti nō uergit in deteriorē exitū: obligatur ſeruare iuramētū, & fidē, ſi pōt: ſed iurās coactè iurat uolēs: ergo. Cōſequētia nota cū maiore. Minor probatur: quia coactio ad iurandū non eſt coactio ſimpliciter, & abſoluta, quæ ſit per uiolentiam, cui reſiſti non poteſt: quia neq; uoluntas cogi poteſt ſimpliciter: neq; lingua ad formandum uerba: ſicut manus ad operandum, puta ſcribendum, uel percutiendū, aut tenendū aliquid. Poteſt autē cogi ſecūdum ꝙ hoc eſt metu alicuius magis nolíti. Sed talis coactio non eſt ſimpliciter inuolūtaria: immo ſimpliciter eſt uoluntaria: licet ſit inuoluntaria ex conditione, ſicut proiectio mercium in mare. Cōfirmatur: ſi enim metus aliquis tolleret obligationem iuramenti: maximè metus cadens in conſtantem uirum: quia metus minor non excuſat: ſed talis metus non cadit in iurationem: hoc eſt nō inducit uirū conſtantem ad iurandum cōtra mentē: quia non ad mentiendū, ſeu doloſè iurandū: ergo ſi metu inducitur ad iurandū. iurat in ueritate, iuſtitia, & iudicio: quia iurat iuramentum licitum, quod iurare, & tenere poteſt ſine peccato: quia ſi iuraret cum peccato: iam non eſſet metus cadens in conſtantem uirum: quia maius malum peccatum eſt peccare, quam id pati, propter cuius metū peccat. Si uero metu inducitur ad iurandum uerum, & licitum: tenetur tali iuramento: quia omne iuramentum licitum eſt ſeruandū. ad hoc ſunt multa iura.

In foro exteriori non ligat.

¶ Dicitur notanter in foro conſcientiæ: quia in foro exteriori non ligat. Non enim competit actio ei, qui iniuſtè compellit ad iurandum. Si di. ergo, qui raptori metu mortis iurat dare centum florenos, tenetur ſibi dare. hoc conceditur: quia magis tenetur homo ſuſtinere iacturam temporalem, quā frangere fidem ſacramento firmatam. Habet tñ talis remedium: quia poteſt datū in iudicio repetere: aut iudici denunciare, qui ex officio tenetur raptorem ad reſtituendum compellere. Nec debet iurare, ꝙ non uelit denunciare: quia hoc eſt contra fraternā correctionem: & ita illicitum, ad quod non compellit metus cadens in conſtantem uirum. ¶ Si dicis, metus tollit obligationem matrimonij, quæ maior eſt, quàm obligatio ſimplicis iuramenti. Reſpondetur: ꝙ metus tollit obligationem matrimonii: quia eſt contra inſtitutionem matrimonii: uoluit enim deus matrimonii inſtitutor, ꝙ talis conſenſus non ligaret: nec matrimonium conſtitueret. Et eſt caſus ille ſpecialiter a deo exceptus: quia noluit ſic iurantem obligari.

Cōcl. 9. N

Iuramētū debitè circūſtātionatū quō obligat.

¶ Concluſio nona. Omne iuramentum ſuis comitibus debitè circumſtantionatum, obligat iurantem ad ueriſicandum, quod iurauit ſaluis conditionibus generalibus, quas in iuramento ſubintelligi ius commune uoluit. Hæc concluſio ſatis patet de iuramento aſſertorio: obligatur enim iurans, ut uerum iuret: ut patet ex dictis. Similiter de promiſſorio allegat Chriſtus Mat. v. legem, Reddes, inquit, deo iuramenta tua. & Nume. xxx. Dicit legiſlator Moyſes. Si quis uirorum uotum domino uouerit: aut ſe cō ſtrinxerit iuramento: nō faciet irritum uerbum ſuum: ſed omne, quod promiſit, implebit. ¶ Additur ſaluis conditionibus &c. Conditiones plures colliguntur in gloſ. c. quēadmodum. de iureiur. ſuper uer. conditio. quę tamen breuius poſſunt ad tres reduci. ¶ Conditio prima eſt delatio auctoritati ſuperioris: nam in omni iuramento ius ſuperioris intelligitur exceptum. ut in c. uenientes. de iureiuran. & ideo in omni iuramento intelligitur: niſi contrarium pręcipiat, aut uelit ſuperior: & hoc in eis rebus, quæ ſuperioris auctoritati, & diſpoſitioni ſunt ſubiectæ: ſecus in eis, in quibus ſuperior non habet auctoritatem: uel auctoritatem limitatam, ſecundum

quam poteſt præcipere. Hinc in omni iuramento uniuerſaliter tacitè intelligitur: ſi deo placuerit. unde Iaco. iiij. Dicatis, ſi dominus uoluerit: & ſi uixerimus, faciemus illud. Sic & auctoritas papę excepta intelligitur: ſaltem dum cauſa rationalis ſubſit.

Quāpoteſtatē habet papa in diſpenſādo ſuper iuramentis p̄ſtitis.

Non enim habet Papa uicarius chriſti poteſtatem ſimpliciter illimitatam, ſicut chriſtus: quia ſecūdum apoſtolum ij. ad Corint. x. Poteſtatem dedit dominus in ędificationem: & non in deſtructionem eccleſiæ, ſeu fidelium. Siquidem ſi diſpenſator eſt, non dominus ſecundum eundem. j. Corint. iiij. Sic nos exiſtimet hō, ut miniſtros chriſti, & diſpēſatores miniſteriorū dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Eſt autem fidelis diſpenſator: ſi ad honorem domini ſui, & iuſtitiam, ac ſalutem ſubditorū auctoritatem acceptā diſpenſat. de hoc. xxv. q. j. §. ulti. Leo papa ait. Valet sācta Romana eccleſia ſuis priuilegijs quoſlibet munire: & extra generalia decreta quædam ſpeciali beneficio indulgere: conſiderata tamen rationis ęquitate; ut quæ mater iuſtitiæ eſt: in nullo ab ea diſſentire uideatur. Quæ attendenda ſunt ab eis ſpecialiter, qui contra uota, & iuramenta diſpenſationem quęrunt, nulla rationabili cauſa ſubſiſtente. Quę diſpenſationes ſecundum Bea. Bernar. non diſpenſationes: ſed diſſipatiōes ſūt dicendæ. Sic cuiuslibet iudicis auctoritas, ac uis pręcipiendi intelligitur excepta in eis, quæ ſuæ iuriſdictioni ſubſunt. Vnde ſi quis iurauit ſoluere cētum flo. in certo termino: ſi iudex per areſtā uel alias prohibuit: tenetur obedire iudici iuramento nō obſtante. ¶ Secunda conditio reſpicit fidem ſeruatam, propter quam iuratur: quia non ſeruanti fidem fides ſeruanda non eſt. Intelligitur igitur conditio in iuramēto promiſſorio, ſi mihi fidem ſeruaueris: ut habetur de iureiuran. Peruenit. ij. & c. ſicut. iij. Ideo iurans ducere aliquam ſi fidem ſponſæ non ſeruauerit, non tenetur iuramento. ¶ Tertia conditio ſtatum rerum ipſarum reſpicit: tam iurantis tam ei, cui iuratur, quàm rerum pro qua, aut ratio cuius iuratur: quàm etiam iuramēti. unde ſubintelligitur conditio: ſi res in eodem ſtatu permanet: nam ſi quis, ut officialis iurat ceſſante officio, non tenetur. Si qui prælato ut tali iurat, gratia exempli obedientiam, ſi cedit prælationi, ſubditus non tenetur. Sic qui in pinguiori fortuna iurat aliquid ſe daturū, ſi mutatur fortuna: ut præſtare non poſſit: non tenetur durante impotentia. Similiter ſi abſoluitur a iuramento ab eo, qui habet abſoluere ſubſiſtente cauſa rationabili non tenetur iuramento, a quo fuerit abſolutus. Cum etiam aliqua generaliter iurantur: intelligitur ſēper ſi honeſta, licita, poſsibilis, moderata, & ſecundum intentionē illam ſecundum quam ordinator iuramēti obligari uoluerit; & rationabiliter debuerit. Hinc per generale iuramentum ſeruandi ſtatuta, & ſtatuenda: & conſuetudines eccleſiæ uniuerſitatis, aut communitatis cuiuslibet: non obligatur iurans niſi ad ea, quæ ſunt licita, & honeſta non oboſita. Nam de alijs ordinator iuramenti non intendit: neq; debet iurantem uelle obligare. De his omnibus latius colligunt ſummiſtæ cum multiplici iurium allegatione &c.

Arti. 3. Dub. 1. O

De conditionibus ut iuramētū fiat cum iudicio.

¶ Quantum ad articulū tertium dubitatur de conditionibus requiſitis ad hoc, ut iuramentum fiat cum iudicio. Reſpondetur, q̄ huiuſmodi conditiones communiter ponuntur. vj. ut dictum eſt notabili. iij quarum aliquæ latius ſunt declarādæ. Prima eſt, cur hoc eſt, ut ſit ſufficiens cauſa motiua ad iurandum: non enim leuitate, aut conſuetudine debet quis ad iurandum induci: ſed neceſsitate quadam. Non quidem ineuitabilitatis, aut coactionis: ſed neceſsitate charitatis, & utilitatis proximi Vt tamen proximus ex ſua infirmitate non credat aſſerenti, uel ſuadēti: quod uerum bonum utile eſt, & ſalutare iurādum eſt, ut credat. de hoc Auguſt. in de uerbis domini. Qui intelligit non in bonis ideſt in per ſe appetendis: ſed in neceſſarijs iurationem eſſe habendam: refrenet ſe quantum poteſt, ut non ea utatur ſine neceſsitate. Et declarans quia neceſsitate, ſubdit. cum uidet pigros eſſe

hominės ad credendum, quod eis utile
eſt credere: niſi iuratione firmetur. & ſe
quitur. Si iurare cogeris: ſcias de neceſ-
ſitate uenire infirmitatis eorum, quibus
aliquid ſuades: ſequitur. Tu enim nõ ma
lum facis, qui uteris iuratione, quæ etſi
non bona ideſt non appetenda, quaſi p
ſe bonum: tamen neceſſaria eſt, ut ali e-
ri ſuadeas, quod utiliter perſuades. ¶ An-
numerat autem Alex. de Anglia. nouem
cauſas ſub hac neceſsitate compræhen-
ſas, quarum ſeptem tenent ſe ex parte
boni inducendi: & duæ ex parte mali re
mouendi. Prima eſt pro ueritate fidei,
aut doctrinæ aut alias utili confirmãda.
Sic iurauit apoſtolus ij. Corint. j. dicẽs
Fidelis deus: quia ſermo noſter, qui fuit
apud uos, qui non eſt in illo, eſt, & non.
Secunda pro ueritate declarãda, aut ma
nifeſtanda. Deut. xix. In ore duorum uel
trium ſtat omne uerbum. non eſt autẽ
teſtis niſi iuratus ſecundum iura. Tertia
pro amicitia contrahenda. Gen. xxvj.
dixerunt uiri geraræ ad Iſaac. Sit iura-
mentum inter nos, & ineamus fedus: ut
non facias nobis quicquam mali. Et ſe-
quitur. Surgentes mane iurauerunt ſibi
mutuò. Quarta pro pace reformanda.
Gen. xxxj. Iacob iurauit Labam per ti-
morem patris ſui Iſaac. Quintà pro fi-
delitate ſeruanda. ij. Regum. v. Venerũt
ſenes Iſrael ad regem Dauid; & percuſ-
ſit cum eis fędus coram domino. Sexta
pro obedientia, & ſubiectione recogno
ſcenda, ſicut iurauerunt uiri Galaad Ie
præ. Iudicum. xj. Dominus qui hęc au-
diuit, ipſe mediaror: & teſtis eſt: ꝙ no-
ſtra promiſſa faciemus. Septima pro cõ-
ſuetudine eccleſiæ ſtatutis, & lege ſer-
uandis. Exo. xxiiij. Filij Iſrael data lege
iurauerunt ſe domino ſeruituros. Octa
ua, quæ cum ſequenti eſt propter malũ
cauendum propter calumniam cauen-
dam: ut fieri ſolet in cõteſtatione litis,
& in cautione pacti ſeruandi, aut debi-
ti ſoluendi. ad Heb. vj. Omnis cõtrouer
ſiæ finis eſt iuramentum ad cõfirmatio
nem ſcilicet pacti: cõpoſitionis, uel cõ
cordiæ. Nona pro infamia purganda.
Deut. xxi. Si inuentum fuerit cadauer
hominis occiſi, maiores natu leuabunt
manus ſuas. Ad has cęteræ ſunt reduci-
biles, quæ ſub neceſsitate compræhen-
duntur. ¶ Circa ſecundam circumſtan- P
tiam, & tertiam quis, & cui eſt circumſtã
tia perſonæ tam iurantis, quàm etiã cui
iuratur. Non enim cuilibet coram quo
libet iurare licet: nam a præſtando iura
mento duplices perſonæ prohibentur:
uidelicet perſonæ excellentis auctorita
tis Nam in iuramento duo conſideran
da ſunt. Vnum ex parte dei, cuius teſti-
monium inducitur: & quantum ad hoc
debetur iuramento maxima reuerẽtia.
Et propter hoc a iuramento excludun-
tur pueri ante annos pubertatis furioſi,
& fatui: ſimiliter, & periuri. Primi: quia
non habent perfectum rationis uſum,
in quo poſsint cum debita reuerentia
iuramentum præſtare. Secundi: quia ex
retroactis præſumitur, ꝙ iuramento de
bitam reuerentiã non habebunt. Secũ-
dum conſiderandum eſt ex parte homi-
nis, cuius dictum iuramento confirma-
tur. Et quia non indiget hominis dictum
confirmatione: niſi quia de eius ueraci
tate dubitatur: derogat autem huiuſmo
di dubitatio dignitari perſonę. Et ideo
perſonis magnæ dignitatis non conue
nit iurare. Et ideo ſacerdotes, & religio
ſæ perſonæ niſi pro magna neceſsitate,
aut utilitate iurare non debent, ut do-
cent canones. Similiter quo ad cui, cle-
ricus laico iurare non debet: niſi in cer
tis caſibus. ¶ Circa circumſtantiam per
qd, dictũ eſt: quid per deum iurandũ eſt,
ẽt p creaturã: ſed nõ niſi in quantũ in ea
relucet aliquod ueſtigium dei. Sed hic
eſt dubium, an maius ſit iurare per deũ,
uel per creaturã. Ad hoc reſpõdet Sco.
ꝙ cęteris paribus maximum iuramentũ
eſt iurare per deũ: quia p nihil aliud lici
tè iuratur: niſi inquantum in ipſo ſpecia
li modo eſt deus. Tamen conſuetudo ẽ
rationabilis, quę hoc obtinuit: ut quędã
iuramenta fiant cum maiori ſolemnita-
te, & de illis præſumitur, quàm nunquã
fiant ſine deliberatione: leuia autẽ fre-
quenter fiunt ſine deliberatione. Sta-
tuit igitur eccleſia ad terrorem, ut per
huiuſmodi non iuretur niſi ſolenniter:
& per conſequens deliberatè: ubi ueri-

Quis cui poſſit iurare.

Q Per qd iurandũ eſt.

tas eſt ſimpliciter aſſerenda, uel promiſſum firmiter obſeruandum: propter hoc etiam obſeruantur certæ cerimoniæ: ut ꝙ digiti eleuantur: aut ſanctorum reliquiæ: uel euangelium tangitur. Dicit ergo, ꝙ cęteris paribus grauiſsimum eſt iurare per deum. Sed ſuppoſita indeliberatione ex iſta parte: & plena deliberatione ex alia parte: qualis habetur, quãdo iuratur per euangelium: poteſt ibi eſſe grauius peccatum, ſi peieratur: quàm dum ſimpliciter per deum iuratur: non propter reuerẽtiã eius, ꝑ quod iuratur; ſed propter deliberationem ibi nõ hic. Et ſi obijcitur: quare ergo periurans cum deliberatione per euangelium eſt infamis: & per deum non eſt infamis. Reſpondetur: infamia non ſemper ſequitur quantitatem culpę: ſed crimen publicum. Statutum autem eſt, ꝙ iuramentum ſuper euangelium fit cum deliberatione, & publicum: & ideo præſumitur tranſgreſſor illius iuramenti uiolator fidei; & ideo rationabiliter habetur infamis: non ſic poteſt præſumi de leuiter iurante per deum. ❡ Si di. ſecundum Augu. quantò per quod iuratur eſt ſanctius: tãtò magis pœnale eſt periurium: ſed non eſt magis pęnale periurium, niſi quia magis obligat iuramentum. Sed cũ iuratur per creaturam ſanctam, etiam iuratur per deum: & ſic per duo ſancta, quæ ſunt magis ſancta, quàm alterũ ſolum. Reſpondetur, ꝙ deus cum omnibus creaturis non eſt magis ſanctus, quã deus ſolus: quia deus eminenter continet in ſe omnem ſanctitatem. Quòd uero dicitur in canone: ꝙ dupliciter reus eſt, qui per creaturas iurat mendaciter. Dicitur, ꝙ canon loquitur de his: qui iurando per creaturas intendunt uenerari creaturas, tanquam ſi aliquid numinis eſſet in eis. ❡ De circumſtantia per quid iurandum ſatis dictum eſt. Sed hic mouet dubium ſanctus Bonauen. poſt Alexan. utrum ab idololatris liceat accipere iuramentum, quo iurant per idola ſua: quod uterque ſic determinat: quia in iuramento per idolum duo conſiderantur: unum idoli ueneratio: aliud uerbi exterioris confirmatio. Primo modo

R Verum liceat ab idololatris accipere iuramentũ.

ſcilicet idoli ueneratione: nullo modo licet iuramentum recipere, multò minus facere: hoc enim eſt idololatrare. Secundo modo dicit Alexan. licet recipere pro bono publico: non autem personali: ſicut Iacob pro bono ſuæ poſteritatis recepit iuramentum a Labã idololatra: & Iudas Machabeus a Romanis pro utilitate gentis ſuæ. Nõ autem pro utilitate temporali, & perſonali: quia ſic prþponenda eſt ſalus animę commodo temporali. Et ita magis cauendum peccatum etiam in idololatria, quàm procurandum bonum perſonale, & temporale: bonum autem publicum non eſt tãtum temporale: quia etiam ordinatur ad ſpirituale: nam pax temporalis eccleſiæ multum promouet bonum ſpirituale, maximè in infirmis: & ſic chriſtiani hodie recipiunt iuramenta a Saracenis. Vel forte dici poſſet ſicut in uſura: ꝙ quis cogẽte neceſsitate poteſt bene uti peccato alterius: non quidem peccato ſub ratione peccati: ſed actu alterius, q fit ab alio cum peccato. ❡ De circumſtãtia, quomodo ſit iurandum, ſatis patet, ꝙ cũ iurare ſit actus latriæ, in quo ad ueritatis teſtimonium deus tanquam ſumma ueritas inducitur: ideo cum magna reuerẽtia fieri debet. Vnde Cornelius Papa. xxij. q. v. honeſtum. ait. Honeſtũ etiã uidetur, ut qui in ſanctis audet iurare: hoc ieiunus faciat cum omni honeſtate, & timore dei. in qua honeſtate includuntur reuerentiales cerimoniæ: ut ꝙ ſecundum laudabilem multorum conſuetudinem non fiant iuramenta (ſaltẽ in iudicio publico) niſi adſtantibus, uel geniculantibus, & nudatis capitibus tã iurantium, quàm recipientium, & adſtãtium. Verum illa honeſtas conſilij eſt, non præcepti: ut uult gloſ. in c. honeſtũ, allegato. Cætera circa hanc circumſtantiam concernẽtia ſatis tacta ſunt. ❡ De ſexta circũſtantia, qñ dĩ xxij. q. v. decreuit. Decreuit iſtã ſynodus: ꝙ a ſeptuageſima uſq; ad octauas paſcæ; ab aduentu uſq; ad octauas Epiphanię: nec non in ieiunijs quatuor temporum, & litania maiore: & in diebus rogationum, ac in diebus dominicis: nullus ſupra ſacra euan-

S Quanta honeſtate ſit iurandũ

T Quo tẽpore liceat iurare.

euãgelia niſi de cõcordia, & pacificatio
ne iurare pſumat. Verũ huic capitulo
obuiat cõſuetudo pſcripta: ut dicit gloſ.
quantũ ad ſeptuageſimam, & aduentum
domini. In dominicis tamen, & in ſolẽ-
nibus diebus, niſi ex magna neceſsitate
non licet. In illis enim diebus ſpiritua-
libus uocandum eſt: ut habetur. c. j. de
V ſerijs. ¶ Sed eſt hic dubium: an toleran-
Contra da ſit conſuetudo, quæ in quibuſdã ter
ſuperſti ris eſſe dicitur: ut toto æſtiuo tempore,
tioſam quo accidere ſolent grandines, & toni
obſeruã trua, & fulmina huiuſcemodiq; tempe-
tiam de ſtates non admittuntur partes ad præ-
iuramen ſtanda iuramenta, ſed ſuſpenduntur: nõ
tis. cauſæ: ſed iuramenta tantũ, quibus cau-
ſæ terminantur uſq; ad tempus hyema-
le. Ad quod reſpondendum uidetur: ꝙ
conſuetudo illa uana eſt, & ſuperſtitio-
ſa, impia, & iniuſta. Vana: quia nullo iu-
ri diuino, uel humano conſona. Super-
ſtitioſa: quia nulla ratione fundata. Im
pia: quia male uidetur de deo ſentire.
Vix enim alia huius obſeruantiæ cauſa
aſsignari poteſt niſi temporalis timor
uindictæ: ne dum peierare contingat
eo tempore, quo terræ naſcentia adhuc
in agris matureſcit, diuina ultione grã
dinea tempeſtate pereant, quod in hie-
me fieri non poteſt. Sed quis neſciat,
quã impiũ eſt hoc ſentire de deo: tum
quia apud deum nihil præterit: nihil fu
turum eſt: omnia præſentia: nullius ob-
liuiſcitur: nihil de nouo recolit: omnia
omni tẽpore: immo ſine tempore æter-
naliter nouit. Denique in eius ditione
cuncta ſunt poſita: ita potens ulciſci in
granario, & cellario ſicut in campo: ita
in ſemine, ſicut in ariſta. Tum etiam
quia differre, uel ſuſpendere periuria
ad tempus metu pœnæ temporalis po-
ſterius admittenda, non eſt deum ho-
norare: ſed temporalia bona diuinæ
charitati præponere. Impiumq; eſt pec
cata uelle cauere in æſtate: & po-
ſterius in hyeme admittere. Et iniu-
ſta: quoniã cauſas, & quęſtiones non
prorogare: ſed expedire decet. Nec
licitum eſt partes a iuſtitia conſequen
da tanto tempore ſuſpendere: immo
uidetur, ꝙ iudices in miniſtratione iu-
ſtitiæ taliter negligentes teneantur par
ti ex hac dilatione læſę ad damno-
rum reſtitutionem. ¶ Vltimò dubita- Dub. ul. X
tur: utrum iurare ſit actus bonus,
uel malus, uel indifferens. Quod ſit bo- Vtrum iurare ſit actus bonus, uel malus.
nus: quia eſt actus uirtutis latriæ: omnis
autẽ actus uirtutis eſt bonus: & propter
ſe appetendus. Quòd malus, quia prohi-
bitus, nec frequentandus. Quòd indif-
ferens: quia quandoq; iurare eſt laudabi
le: quandoq; uitioſum. ¶ Reſpondetur,
ꝙ duplex eſt actus iurandi: ſcilicet inte-
rior elicitus, & eſt uelle iurare. Et eſt
actus exterior, quo uoluntas iurandi
uoce perficitur. De actu interiori di-
citur, ꝙ quidam eſt bonus, & ſim-
pliciter appetendus: ſcilicet qui ueſtitus
eſt omnibus comitibus circumſtantiæ ſe
cundum dictamen rectę rationis. Alius
eſt malus, qui ſcilicet habet circumſtan
tiam oppoſitam & uitioſam: aut qui ca
ret aliqua circumſtantia ad eius bonita-
tem neceſſariò requiſita. Aliqua iura-
tio eſt actus indifferens, cui deficit ali-
qua circumſtantia ad bonitatem requi-
ſita. Nec tamen habet circumſtan-
tiam uitioſam: ut qui uerum uult iura-
re propter utilitatem temporalem pro-
priam, non referendo hoc in alium fi-
nem honeſtum: nec in finem ultimum.
¶ Actus uero exterior iurandi denomi-
natur bonus, uel malus, uel indifferens:
ſecundum ꝙ imperatur ab interiore. Po
teſt tamen idem manens primò eſſe bo-
nus: poſterius indifferens, uel uitioſus,
& econuerſo: ut deduci poteſt ex his,
quę dicta ſunt diſt. xxiij. q. j. huius. Ve-
rum, ꝙ uerbum hoc iurare generaliter
ſignificat omnem actum iurandi: ſiue
bonum, ſiue malum, ſiue indifferen-
tem. Et ita uerum eſt, ꝙ iurare non eſt
de numero bonorum ex ſe appetibilium
ſub illa generalitatione: eo ꝙ illa inclu
dit actum bonum, & malum. Sic uelle
dare eleemoſynam non eſt ex ſe appeti-
bile ſecundum illam rationem: ſed uelle
dare uirtuoſè, eſt ex ſe appetibile: ſic uel
le iurare uirtuoſè. Et per hoc patet ad ra
tiones dubij, ꝙ uerum concludunt par
ticulariter: & illæ particulares ſtant
ſimul. Quòd dicitur, ꝙ actus iurandi

non eſt frequẽtandus: uerum eſt ſine neceſsitate: nec mirum; quoniam neceſſitas eſt una circumſtantia requiſita ad eius bonitatem, qua non exiſtente, non eſt ſufficienter circumſtantionatus ſuis comitibus: deficit enim iudicium diſcretionis. Sed quoniam adſunt omnes circumſtantię: & ita inter eas neceſsitas: tunc frequentandus eſt: ita ꝙ qui omitteret iurationem: dum eius fuerit neceſſitas, peccaret, ſicut qui infirmitati proximi non ſuccurrit, dum licitè poteſt.

QVAESTIO II.

A CIRCA eandem diſtinctionem quęritur ſecundò, utrũ omne periurium ſit mortale peccatum. ¶ In huius quæſtionis materiæ determinatione per notabilia, concluſiones, & dubia procedetur ſolito more. ¶ Quantum ad primum notandum pro inueſtigatione quid nominis periurij: ꝙ ſicut colligi poteſt ex textu noſtro: & capitulis plurimis in decreto xxij. q. ij. iuncta quadam gloſ. ſextupliciter poteſt committi periuriũ. Primò, dum ſcienter iuratur falſũ. Secũdo, dũ doloſè iurat uerũ, ꝙ putatur eſſe falſum. Tertio modo, dum ignoranter iurat falſum, ꝙ creditur eſſe uerũ. Quarto modo, dum non ſeruatur promiſſum iuramento firmatum. Quinto, dum iuratur illicitum: uel quod uergit in deteriorem exitum. Sexto, dum iuratur indiſcretè. In primis quatuor modis deficit ueritas, in quinto iuſtitia: in ſexto iudicium. Verum periurium non ſemper accipitur, ut includit omnes illos ſex modos. ¶ Vnde periurium tripliciter accipitur. ſ. ſtrictiſsimè, propriè, & communiter, ſiue largè. Strictiſsimè accipit pro iuramento, quo ſcienter falſum iuratur: & hoc comprehendit tantum primũ modum. Strictè ſeu propriè accipitur pro iuramento, quo ſcienter, uel ignoranter iuratur falſum: aut doloſè uerum: uel ꝙ uergit in deteriorem exitum: & hoc modo periurium excedit ſe ad omnes quinque modos, hoc eſt ad omnes modos pręter ultimum. Communiter, & largè accipitur pro quolibet iuramento, in quo deficit aliquis trium comitum, ueritas, iuſtitia, uel iudicium. ¶ Primo modo accipit magiſter, cum diffinit periuriũ in principio huius diſtinctionis. Periuriũ eſt mẽdacium iuramento firmatum: qa mendacium, ut priori diſtin. dictum eſt, dicit falſitatem ſermonis, & intentionis. Tertio modo accipit beatus Hiero. ſuper Hieremiam: ubi enumeratis tribus comitibus ſubdit. Si iſta defuerint ideſt ueritas, iuſtitia uel iudiciũ: nõ erit iuramentum: ſed periurium. Secũdo modo accipit beatus Augu. in de uerbis apoſtoli ſermo. xxviij. ut recitat magiſter dum ait. Melius creditur, & ille peierare qui falſum uoluntate fallendi iurat: & ꝙ falſum putans, quod uerũ eſt, iurat: & ꝙ uerũ putans, ꝙ falſũ eſt, iurat. In his ſex acceptiõibus ſemper poſterior eſt ſuperior ad præcedentem. Et ſecundum hoc oportet uariè diffinire periurium: quæ facile colliguntur ex dictis ¶ Verũ ſunt qui diffinitionem magiſtri extendere uolunt ad periurium communiſsimè acceptum. Pro quo notant ꝙ quadruplex eſt falſitas. Quædam in uocis aut ſermonis ſignificatione: puta quando non eſt adæquatio ſermonis ad rem: ita ꝙ res non habet ſe, ut ſermo ſignificat. Secũda falſitas eſt ſermonis ad mentem proferentis: quando mens proferentis diſſentit ſermoni: hoc eſt aſſerit uoce pro uero, quod credit falſum. Tertia eſt falſitas in obligatione: ut cum quis obligat ſe, ad cuius oppoſitum obligatur ut ſi quis promittit ſe facturum aliquid illicitum, uel quod uergit in deteriorem exitum. Ibi enim in ſermone promiſsionis apparet obligatio: & tamen in ueritate non eſt obligatio. Non enim poteſt ſe quis obligare contra uoluntatẽ ſuperioris. Quarta eſt falſitas indiſcretionis, ſeu periculi: dum ſcilicet loquitur, ſeu promittit, in quo eſt periculum falſitatis. Prima falſitas propriè dicitur, & eſt falſitas. ſequentes dicuntur falſitates extenſo nomine, & minus propriè. Prima, & ſecunda recipiunt defectum primi comitis: & quia mendacium dicit falſitatem: licet propriè acceptum di-

Arti. 1. Not. 1.

Periuriũ tripliciter capitur.

Periurium.

B

Quadruplex falſitas.

cat duplicem falſitatem: primã ſcilicet, & ſecundam: tamen poteſt extendi ſiue propriè, ſiue impropriè ad omnes quatuor modos falſitatis. ut mendacium cõmuniter ſit falſa uocis ſignificatio ſecũdum aliquem quatuor modorum: ſiue ſiat cum intentione fallendi ſiue non. Et ſic communiter accipiendo mendacium, diffinitio magiſtri conuenit omni periurio ſecundum omnes ſex modos periurij. Et ita exponit eã beatus Tho. in ſumma, & in ſcripto: & per illam diſtinctionem concordari poſſunt dicta auctorum, quæ uidentur ſibi diſſonare. Ex hoc etiã patet; an omne periurium includit mendacium. Nam capiẽdo cõmuniter, & largè correſpondent mendacium, & periurium: periurium non eſt ſine mendacio, ideſt falſitate. Sed ſi mendacium capitur propriè, & periurium ſecundo, uel tertio modo, poteſt quis ſine mendacio peierare. Poteſt enim uerum dicens peierare ſecundo, & tertio modo, patet intuenti.

Not. 2. C

¶ Secundò notandum, ꝙ ſicut ad actum meritorium requiritur deliberatio: alioquin nec eſſet uirtuoſus, nec humanus. Ita & actus demeritorius requirit deliberationem. Non enim pronior eſt deus ad puniendum, quàm ad præmiandum. Vnde actus iurandi poteſt quandoq; fieri indeliberatè: cum uidelicet ſit quadam conſuetudine mala, aut ex lapſu linguæ ſine intentione firmandi dictum ſuũ per teſtimonium diuinum. Et tale periurium propriè non eſt actus humanus: quia ſit præter intentionem: etiã qñq; neſciẽtibus eis, qui loquuntur, & pęnitus non aduertentibus. Aliquando ſit cum deliberatione: & cum hoc formaliter, dum ſcilicet intendit dictum ſuum confirmare teſtimonio diuino; & aduertit ſe proferre uerba iuramenti. Et hæc deliberatio quandoq; eſt breuiſſima maximè in habituatis: habent enim habituati breuiſſimam deliberationem, & electionem in tempore uix perceptibili: ita ꝙ quandoq; non uidetur deliberatio, ut patet in canente artificialitèr in cithara. Aliquando ſit cum deliberatione interpretatiuè: ut cum quis deliberare poſsit, & contemnit, & maximè cum deliberare tenetur, ſicut in ſacramentorum ſuſceptione: & in diuinis tractandis, proferẽdis, uel ſumendis. In his enim propter diuinam reuerentiam deliberatè agere tenemur. Vnde dicitur Eſa. lij. Mundamini, qui fertis uaſa domini. Ad mundationem requiritur deliberatio: & hæc diſtinctio actus deliberati, & indeliberati multum ualet ad cognoſcendum: quando actus ſiue iuramentum ſit peccatum, uel non.

Delibe ratio re quiritur tã ad actũ meritoriũ, quã ad uitioſũ

D

Non autem ut multi dicunt: frequentia aut conſuetudo. ¶ Sunt autẽ pleriq; concedentes, ꝙ unicum periurium leue non eſt peccatum mortale: tamen ex conſuetudine peierare eſt peccatum mortale. Cuius rationem quidã aſſignant: quia habitus generatus ex multis actibus inclinat ad grauiorem actum, quàm ſit actus præcedens. Sed hoc improbat Sco. & bene, quoniam ſi primus actus non ſit mortalis: neq; ſecundus: neq; tertius: aut alius ab habitu quandoq; intenſo elicitus, eſt mortale peccatum: quia habitus inclinans non poteſt actum grauem reddere leuiorem quantum ad genus peccati: quia habitus genitus ex actibus ſemper inclinat ad actum eiuſdem rationis cum his, ex quibus generatur: licet bene ad intenſiorem, ſemper tamen in eadem ſpecie: ideo ſi actus pręcedens generatiuus habitus non fuerit mortale peccatum. nũquam actus ſequens, ad quem inclinat habitus: erit peccatum mortale. ¶ Præterea. Habitus ex ſe nullam habet rationem culpæ: niſi ex actibus, ex quibus generatur, ſi ergo illi ſunt peccata uenialia: habitus non faciet grauitatem mortalem in actu, ad quem ipſe inclinat. Et probatur exemplo, ſi aliquis ex actibus incontinentiæ acquiſiuit magnum habitum, & poſt pęniteat, ſi poſt pęnitentiam habeat motum aliquem incontinentiæ cui non conſenſit: licet ad illum inclinet magnus habitus, non eſt in eo peccatum mortale, immo nec notabiliter maius, quàm ſi habitum non haberet. Igitur uidetur dicẽdum, ꝙ habitus, & conſuetudo nihil faciunt ad rationẽ peccati: ſed deliberatio, & conſenſus in

Cõſuetudo, & frequẽtia non mutant genus peccati.

actum illicitum, unde ſi actus primus in ſe non eſt peccatum mortale, ſed ueniale: circumſtantia frequentationis, aut conſuetudinis non facit eum mortalē: unde quotieſcunq; talis actus elicitur: ſemper manet ueniale. Et ideo in propoſito diſtinctio periurij quantum ad raritatem, & frequentiam, nihil uariat ad rationem peccati mortalis, ſed diſtinctio inter deliberationem, uel indeliberationē, ſiue deliberatio ſit unica, ſiue ex conſuetudine frequentata: multum

Not. 3. facit ad peccati rationem. ¶ Tertio no-

E tandum, ꝙ teſtimonium in aſſertiuo iu-

Iuramētum fertur de certitudine. ramento quandoque fertur ſimpliciter de certitudine: quandoq; de credulitate: hoc eſt, ꝙ iuramento aſſertiuo, quandoq; aliquid aſſeritur, ut certum ſimpliciter, & uerum: ut quando fertur teſtimonium in iudicio, in quo ſententia punitiua ferri debet: quandoq; aliquid aſſeritur, ut creditum eſſe uerum: non tamen ut undequaq; certum: ut dum datur teſtimonium de idoneitate perſonæ ad ſacros ordines promouendæ. Quando autem teſtimonium ſic, uel ſic debet accipi, recurrere oportet, uel ad legem politiuam, uel ad conſuetudinem. Et tan-

Arti. 2. tum de articulo primo. ¶ Quantum ad

Cōcl. 1 articulum ſecundum eſt prima conclu-

F ſio. Nullum periurium alicuius ſex ſpe-

Quale piuriū eſt peccatum mortale. cierum præmiſſarum eſt crimen mortale, dum fit indeliberate, & ex ſurreptione. Illa concluſio probatur: quia nullus actus indeliberatus eſt culpabilis, aut meritorius (ut dictum eſt) ergo nec periurium, propter hanc cauſam ſi fatuus, uel furioſus peierat: non peccat. ¶ Sed hic diligenter notandum, ꝙ ly indeliberatus, in concluſione priuat tam deliberationem formalem, quām interpretatiuā importat. Vnde Goliardi, qui ex peſſima conſuetudine ferè ad ſingula uerba iurant per chriſti membra, nullam facientes diligentiam ad remouendam malā hanc conſuetudinem, non puto ſemper excuſari. Similiter in iuramentis cum ſolemnitate factis indeliberatio, & ſurreptio locum habere non poteſt: ubi propter deliberationem habendam tot adhibentur ſolemnitates. Et in ſequentibus concluſionibus hoc uerbum deliberatē uolo ſubintelligi, dum de actu iurandi fit mentio. ¶ Secunda concluſio. Cōcl. 2

Omne periurium altero primorum duo G

rum modorum cum deliberatione factū eſt mortale peccatum. Probatur: quia in utroq; modo inducitur ſumma ueritas in teſtimonium creditæ falſitatis: quo grauis irreuerentia deo irrogatur: ergo eſt mortale peccatum. Tenet conſequentia: quia omnis talis irreuerentia eſt contra ſecundum præceptum, & antecedens eſt manifeſtum. Dicitur cum deliberatione ex cauſa tacta: quia ſi quis dictis modis iuraret, non aduertens ſe iurare, nec intendens deum in teſtē ſuæ falſitatis inducere: non eſſet pecca-

tum criminale. ¶ Tertia concluſio. Periurium tertij modi, quo iuratur falſum Cōcl. 3 H

creditum eſſe uerum a mortali excuſatur: ſi non fuerit de certitudine: & magis id, quod iuratur, quām eius oppoſitū uerum eſſe credatur. Probatur concluſio per beatum Auguſt. ſermo. xxviij. in de uerbis apoſtoli. Putat hoc uerum eſſe quod falſum eſt: & temerè iurat. Et ſequitur. Ream linguam non facit niſi rea mens. Periuriū tertij modi excuſatur à mortali

Quia ergo mens huius non fuit rea, neſciebat enim falſum eſſe, quod iurat eſſe uerum: nec temerè, uel negligēter: ſed cum magna diligentia uidebatur ſibi deprehendiſſe uerum, quod iurauit falſum: periurij reus nequaquam eſt iudicandus. In illa concluſione duæ ſpeciuocationes adduntur. Prima ſi nō fuerit de certitudine: quia ſi iuramentū ex lege, uel conſuetudine accipitur, ut ſimpliciter, & certē aſſertiuum iurati: ſicut iuramentum in iudicio factum, dū conuictus per illud condēnatur ad mortem, uel aliam pœnam: tunc iurans falsū, quod uerum putat, mortaliter peccat: nec hoc ſolum: ſed etiam ſi uerum iurat: quod tamen ſibi non eſt omnino certum: ſed quantulumcunq; dubium, peccat mortaliter: quia ad confirmandum illud, quod aſſerit ſimpliciter certum, & uerum, inducit teſtem deum: cū non ſit ſimpliciter certum. Nec ſolum ſit irreuerentia numini dei contra præceptū primę tabulę, ſed eſt pernicioſum

mendacium: quia nociuum proximo: mentitur enim iurando eſſe certũ, quod non eſt certum: ut dicit Scotus. In tali enim iudicio condemnationis ſententia non debet ferri: niſi illud aſſertum tanquam ſimpliciter certum probatum ſit. Nec tantum teſtes in illo foro: ſed & iudex culpabilis eſt: ſi tamen ſciat, ꝙ ex conſuetudine teſtes non teſtificantur niſi de credulitate ſub iuramento: tunc enim ſimpliciter non deberet ferre ſententiam, qualis eſſet ferenda, ſi culpa eſſet ſimpliciter probata coram eo. Scit enim ex conſuetudine culpam non eſſe ſufficienter probatam, ut tali pœna puniatur. ¶ Et ſic dices: eſt utile reipublicę; ut ad credulitatem teſtium talis pœna infligatur: alioquin nimis multiplicarentur mali. Reſpondet dictus dicit Sco. Iuſtè, quod iuſtum eſt, exequeris. Sunt enim quædam mala, quę non ſunt punienda per homines: ſed relinquenda ultioni diuinę ſcilicet omnia, in quibus homo, ut homo non poteſt ſufficienter docere ueritatem eo modo, quo debet doceri ad hoc, ꝙ iuſtè feratur ſententia debitè puniti. Hæc Sco. Veruntamen ignorantia inuincibilis, quę manet poſt omnem diligentiam poſsibilem, & debitam: excuſaret a peccato hic ſicut in alijs. Non enim puto, ſi homines contra beatum Syluanum teſtati fuiſſent, quum uidiſſent ſub lecto feminę latitantem: dum uiderant diabolum in eius perſonam ſe transformantem: ut legitur de morte beati Hieronymi: non peccaſſent. Nec Tobias iunior ſi iuraſſet hominem ſecum in Rages Medorum ambulaſſe: quamuis non fuit homo: ſed angelus. Et hoc uidetur tangere beatus Augu. in auctoritate allegata. cum dicit: cum magna diligentia &c. Si uero ex lege poſitiua, uel communi conſuetudine habeatur, ꝙ iurans non tenetur deponere de certitudine; ſed de credulitate: ſicut communiter fit in fauorabilibus: tunc iurans non peccat: dummodo ex ſignis probabilibus coniecturet partem illam magis, quàm aliam: ſicut habetur de ſcrutinio in ordine faciendo cap. unico ubi teſtis reſpondet quantum humana fragilitas noſſe ſinit: ſcit, & teſtificatur illum ad huiuſmodi onus officij eſſe dignum. Reſpondet papa Innocentius. iiij. In tali reſponſione aliquem peccare non credimus: dummodo contra conſcientiam non loquitur: quia non ſimpliciter illum aſſerit eſſe dignum: ſed inquantum humana fragilitas noſſe ſinit: cum illũ, quem indignum eſſe non nouit: dignũ debeat æſtimare. ¶ In promotionibus ergo talibus, ſiue ad quaſcunq; dignitates per electiones ſiue ad ordines; ſiue etiam in alijs collegijs, puta in uniuerſitatibus ad magiſterium. in religionibus ad prelaturam, uel ad actus alios: ſi ſit conſuetudo approbata, ꝙ reſponſiones ſub iuramento, fide & obedientia promiſſa non debeant intelligi, niſi de credulitate quantum ſinit fragilitas humana noſſe, & per conſequens, ꝙ reſpondens nõ nouit indignitatem in eo: debent omnes tales reſponſiones intelligi ſecũdum communẽ conſuetudinẽ; nec reſpondentes peccant in aliquo: quamuis tutius eſſet ibi loqui cum adiectione, ſicut dicit decretalis allegata: non ſimpliciter, ſed quantum ſinit humana fragilitas. Hic ergo fauor ampliatur: & odium reſtringitur: iuxta illam maximam in iure: quia in odibilibus oportet teſtem ſtrictè dicere ueritatem, & hoc certum: in fauorabilibus ſufficit dicere, quod credit eſſe uerum. Secunda ſpeciuocatio addita in concluſione eſt: & magis illud, quod iuratum eſt, credat uerum, quàm eius oppoſitum: quia uniuerſaliter ſiue in fauorabilibus, ſiue in odioſis iurans de illo cuius oppoſitum magis credit: iurans etiam de illo de quo eſt ſimpliciter dubius: & nõ magis aſſentit corde uni parti, quàm alij, peccat mortaliter: quia adducit deum teſtem illius, quod aſſerit uerum, certum uel creditum, quorum neutrum eſt uerum: cum ſit ſibi ſimpliciter dubium.

Iudex non debet condemnare ppter teſtimonia de credulitate.

¶ Quarta concluſio. Periurium quarti modi non excuſatur a mortali crimine: dummodo non adſint conditiones in quolibet iuramento promiſ-

Cõcl. 4. I Periuriũ modi

quarti non caret, mortali. ſorio intellectæ. Hæ conditiones quę ſtione præcedenti ſunt recitatę concluſione.ix. Probatur concluſio; quia non perficiens, quod iurauit, ad quod ſe facturum deum teſtem exhibuit: quantum in eo eſt, facit deum mendacem: & ita irreuerentiam deo facit: & per conſequens mortaliter peccat. Vnde generaliter quicunq; iurat ſe uerum dicere: aut uelle aliquid facere: uel non facere, quod uerum non credit: aut uerum non facit: adducit deum in teſtem falſi: quod eſt irreuerentiam facere deo: adducit enim deum teſtem uelut ignorantem ueritatem: & ideo non omnino ſapientem: uel ut falſum teſtificari uolentem: & ideo non omnino ueracem: & utroq; modo fit irreuerentia immediatè deo contra præceptum primæ tabulę: & per conſequens immediatè auertens a fine ultimo: & ita nihil deficit ibi de ratione

Cõcl.5. mortalis, ſi deliberatè fiat. ¶ Quinta concluſio. Qui quinto modo deliberatè peierat: mortali crimine peccat. Probatur: quia omnis talis eo, ꝙ iurat ſe peccaturum, aut acturum id, quod uergit in deteriorem exitum, deum uult eſſe teſtem, & uinculum iniquitatis, ac iniuſtitiæ aut impeditorem perfectioris, & maioris boni: hoc autem eſt irreuerentiam deo irrogare: & per conſequens mortaliter peccare. Et quia hanc irreuerentiam irrogat deo, cum iurat: non cum iuramento contrauenit non ſeruando iuratum: ideo cum ſic iurat: peierat, & mortaliter peccat: non cum oppoſitum iurati facit. de hoc latius dictum eſt quæſtione præcedenti, concluſione:

Cõcl.6. vj. ¶ Sexta concluſio. Periurium ſexti

K modi quod fit per indiſcretionem: quandoq; habet, quandoq; excludit mortale crimen. Probatur: quia tale iuramentum fit omiſsis quibuſdam circumſtantijs requiſitis ad licitum iuramentum, harum autem omiſsio quandoq; eſt contra præceptum non abrogatum: & tunc eſt mortale: quandoq; contra conſilium: & tunc eſt ueniale. De his autem circumſtantijs latius tractatum eſt in dubijs præcedentis quæſtionis. ¶ Septima concluſio. Nec coactio, nec iocus poterit a mortali iurantem excuſare in periurio, quod his excluſis eſſet mortale. De coactione patet: quia coactio non poteſt fieri niſi per metum: ſed nullus metus excuſat peierantem a mortali peccato: ut dictum eſt quæſtione præcedenti, concluſione.viij. Quòd etiam iocus non excuſat a periurio, patet: quia, qui ioco ſe iurat deliberatè tamen, non uitat irreuerentiam dei: ſed quantum ad aliquid magis auget: ut uult beatus Tho. ij.ij. q.xcviij.ar. iij. Magis enim irreueretur perſonam grauem, qui eam in cauſa uili inducit in teſtem: quàm ſi hoc faceret in cauſa magna, puta magnam utilitatem conferentem, uel damnum magnum cauentem: peierare autem in ioco eſt deum adducere in teſtem falſum, in cauſa leui, & uili, ſcilicet ioco: ergo. Hinc dicit Gerſon in ſuo tripartito. cap.iij. Non patitur ludum fama, fides, oculus. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò: utrum peccet, qui ad iurãdum cogit aut prouocat: aut qui iuramentum recipit ab eo, quem ſcit uel probabiliter credit falſum iuraturum. Reſpondetur ſecundum doctores communiter, & magiſtrum, ꝙ qui exigit iuramentum, ut perſona publica, ſecundum ꝙ exigit iudiciarius ordo ad petitionem partis, non uidetur periculum iudici: neq; peccatum exigendo iuramentum, ſiue uerum iuret ſiue falſum: quia non uidetur ipſe exigere: ſed miniſtrare iuſtitię complementum. Sed qui exigit, ut perſona priuata pro ſeipſo: & neſcit eum iurare falſum: & ideo dicit Iura mihi, ut ei ſit fides nõ eſt peccatum: ut dicit Augu. in ſermone de periurio. & ſubdit. Eſt tamen humana tentatio: quia ſcilicet procedit ex quadam infirmitate, qua dubitat de ueracitate proximi: & hoc eſt illud malum, de quo dominus Matth. v. Quod amplius eſt: a malo eſt. Si autem ſcit, aut probabiliter credit eum falſum iuraturum: puta ſcit eum contrariũ feciſſe eius, quod iurat. homicida eſt

Cõcl.7. (margin, beside "ſtionis. ¶ Septima concluſio")

Arti. 3. Dub. 1. L. (margin, beside "Quantum ad tertium articulum")

ut dicit Auguſt. Ille enim de ſuo periurio ſe interimit: ſed iſte manum interficientis impreſsit. Hoc dicit: quia quantum eſt in ſe, illum ad peccandum inducit: & utpeierer, ſcienter conſentit: licet forte alius offert ſe paratum iurare. ¶ Sed adhuc dubitatur de audientibus, & ſcientibus alium peierare, & tacent: nunquid peccant. Dicit enim Moyſes Leuit. v. Si peccauerit anima. & audierit uocem iurantis falſum: teſtiſq; fuerit, ꝙ aut ipſe uidit, aut conſcius eſt: niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. ex quo uidetur, ꝙ ſciens alium falſum iurare tenetur eum accuſare. Reſpondetur ſecundum ſanctum Thom. ſicut Auguſtin. dicit Moyſes non expreſsit in prędicta auctoritate, cui ſit alterius periurium indicandum: & ideo intelligitur, ꝙ debet indicari talibus, qui magis poſſunt prodeſſe, quã obeſſe periuro, ſiue eum corrigendo, ſiue deum pro eo rogando: ut ſunt ſacerdotes, uel honeſti, & diſcreti amici, aut parentes. Moyſes etiam non expreſsit, quo ordine debeat manifeſtari: ideo ſeruandus eſt ordo euangelicus: maximè ſi ſit periurium occultum: & quando non uergit in detrimentum alterius: tunc enim non haberet locum ordo fraternę charitatis euangelicus.

Dub. 2. M ſ audiẽtes piũ nõ pec cent.

¶ Tertiò dubitatur: cum iurare per idola peccatum ſit: & qui ſic iurat, peierat (ſecundum præmiſſa:) utrum hic iurans peccet ſeruando id, quod per idola iurauit. Similiter quæritur de eo, qui iurauit per creaturas non conceſſas: uel alio modo, qui uidetur eſſe contra religionem chriſtianam. Reſpondetur breuiter in c. etſi chriſtus. de iureiuran. in tex. & gloſ. ꝙ quocunq; modo quis iurauerit ſe facturum aliquid licitum, tenetur ſeruare fidem: quoniam etſi iurauit, quomodo non debuit: & ita iurando peccauit: tamen ſeruando fidem benè facit, quã ſi non ſeruauerit, peccato peccatum addit. de quo beatus Auguſt. ad publicolam ità dicit. Volo te conſiderare, ut ſi quiſpiam per deos falſos iurauerit ſe fidem ſeruaturum: at ſi non ſeruauerit nõ tibi uidetur bi peccaſſe. Si enim tali iuratione præmiſſa cuſtodiret fidem, ideo tantum peccaſſe iudicaretur. quia per tales deos iurauit: illum autem nemo rectè reprehenderet: quia fidem ſeruauit: nunc uero quia iurauit per quos non debuit: & cõtra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bis utiq; peccauit. Et per hoc patet: ut conſequenter dicit Aug. ꝙ non eſt illicitum uti fide illius ſaltem ad bonum, qui per falſos deos iurat: nec per hoc peccato eius ſe ſociat, quo per dęmonia iurauit: ſed bono pacto eius, quo fidẽ ſeruauit: de quo quæſtione precedenti dictũ eſt.

Dub. 3. N Iurare p idola pctũm.

¶ Quartò dubitatur de grauitate peccati periurij: utrum periurium ſit grauius peccatum, quã homicidium: & intelligenda eſt quæſtio cęteris eodem modo ſe habẽtibus: puta ſurreptione, tentatione, impulſione, timore, & cęteris huiuſmodi. Hic opiniones ſunt doctorum: nam beatus Thom. j. quodlib. art. xviij. tenet, ꝙ periurium ſit grauius peccatum, quã homicidium. Tum quia periurium eſt contra præceptum primę tabulę: & per hoc immediatè contra deum: ſed homicidium eſt cõtra pręceptum ſecundę tabulę, & immediatè contra proximum. Tum quia in cauſa homicidii defertur iuramentum: ut per hoc ſit finis controuerſiæ: ſed fruſtra id fieret, ſi homicidium eſſet grauius peccatum. Præſumeretur enim, ꝙ qui maiorem culpam homicidii committit: non timeret minorem culpam incidere: unde ex hoc ipſo, ꝙ in cauſa cuiuſlibet peccati defertur iuramentum: oſtenditur, ꝙ periuriũ pro maximo peccato haberi debet. Tum quia periurare nomen dei, uidetur quædam diuini nominis denegatio: unde ſecundum locum poſt idololatriam peccatum periurii tenet: ut ex ordine præceptorum patet. Nam & apud gentiles iuſiurandum erat honoratiſsimum: ut dicitur in principio metaphyſicę. Nec obſtat, ꝙ peccatum homicidii grauius punitur: quia in iudicio humano quantitas pœnæ non ſemper reſpondet quantitati culpæ: interdum enim infligitur maior pœna pro minori culpa: quando gra-

Dub. 4. O Utrum periuriũ ſit grauius homicidio

uĩus nocumentum imminet homini-
bus, aut reipublicę ex minore culpa:
ſed ſecundum dei iudicium, grauior cul
pa grauiori pęna punitur. Hęc ſanctus
Tho. Sed alia eſt opinio Richardi de me
dia uilla, ꝙ homicidium eſt grauius pec
catum, quã periurium: & motiuum eius
eſt: quia tantò grauius eſt peccatũ, quan
tò contrariatur directè maiori uirtuti,
& actui digniori: ſed periurium eſt di-
rectè, & immediatè contra actum uir-
tutis latrię: quia iurare eſt actus latriæ
(ut dictum eſt) homicidium autem eſt
directè, & immediatè contra charita-
tem ratione actus ſecundarij charitatis,
qui eſt diligere proximum. Certum eſt
autem, ꝙ nobilior actus eſt proximum
ex charitate diligere: quã uerum ex le-
gitima cauſa iurare: ſicut charitas eſt
uirtus nobilior, quã latria. Eſt tamen
adulterium maius periurio: quoniã cor
rumpit ordinem digniorem: dignior eſt
enim ordo hominis immediatè, & di-
rectè ad deum, quã ille, qui eſſe debet
ad proximum, & ad deum proximo me
diante. Primus autem ordo corrumpi-
tur per periurium: ſecundus per adul-
terium: nec ordo ſecundus perfectius
corrumpitur per adulterium, quã pri-
mus per periurium. Adulterium enim
non eſt propinquius maximę iniuriæ,
quę poteſt eſſe contra proximum: quã
periurium maximę iniurię, qui poſsit
eſſe contra deum: immo econuerſo:
nam periurium propinquius eſt bla-
ſphemię, quę eſt contra deum ex eius
odio: quàm adulterium homicidio: &
ex hoc manifeſtum eſt, ꝙ periurium
eſt maius peccatum, quã furtum: quia
maius eſt adulterio, qđ grauius eſt fur-
to. & per hoc ad rationes beati Thom.
¶ Ad primam dicitur, ꝙ non uniuerſa-
liter omne peccatum cõtra præceptum
primæ tabulæ eſt grauius omni peccato
contra pręcepta ſecundæ tabulæ: alias
exercere opus ſeruile in ſabbato eſſet
peccatum grauius adulterio, & homi-
cidio: quod nullus concedit. Secun-
da etiam ratio nihil probat: quia ſic
probaretur, ꝙ periurium eſſet ſimpli-
citer maximum peccatum, quo tamen
ſecundum omnes maius eſt idololatria,
hereſis odium dei. Vnde ꝙ in cauſa ho-
micidij defertur iuramentum, hoc eſt
quia talis nondum probatus eſt eſſe ho-
micida: ꝙ ſi probatum eſſet, iam ſibi iu
ramentum non deferretur. Sic ad ter-
tium: peierare non eſt ſimpliciter, & di
rectè nomen dei negare: poteſt enim
confitens nomen dei corde: nihilomi-
nus ex cupiditate, odio proximi, uel ex
inordinato amore, uel timore peiera-
re: ſed per quandam reductionem periu
rans nomen dei negat pro quantò re-
uerentiam tanto nomini debitam non
impendit.

Dub. 5. P Vtrum iuramẽtum cũ ſit act⁹ latriæ ſit frequentãdum.

¶ Quintò dubitatur contra
hoc, quod dictum eſt iurationem non
eſſe frequentandam: nam iurare eſt a-
ctus uirtutis: quia latriæ: ergo frequen
tandus: nam actus uirtutis ſemper bo-
nus eſt, & laudabilis: ergo frequentan-
dus: bonum enim quanto frequentius,
tantò laudabilius. Item quia actu iu-
randi deum ueneramur, & colimus; ſem
per eſt iurandum: ſecundum illud pro-
phetæ. Semper laus eius in ore meo.
Reſpondetur breuiter, ꝙ actus uirtutis
frequentandus eſt, & ita actus iurandi,
dum fuerit uirtuoſus, frequentãdus eſt:
non autem eſt ſemper uirtuoſus: quia
non ſemper fit cum omnibus circumſtã
tijs ad actum uirtuoſum requiſitis. Eſt
enim una circumſtantia neceſsitas iu-
randi, quæ non ſemper occurrit: un-
de quoties neceſsitas occurrerit: &
cæterę circumſtantiæ adſunt: iuran-
dum eſt: & iurari poteſt cum merito:
ſed quia nomen iuramentum non in-
cludit illas circumſtantias in ſua ratio-
ne formali, eo ꝙ eſt commune ad iu-
ramentum licitum, & illicitum: ideo iu
ramentum ſic generaliter non eſt fre-
quentandum: quia raro concurrunt om
nes circumſtantię requiſitæ ad licitum
iuramentum: & ideo licet omni tempo
re deus reuerendus eſt, & laudandus, la-
triaq; colendus: non tamen omni loco,
neq; tẽpore omnibus modis, quibus ue-
nerãdus eſt: licet. n. ſummè ueneramur
deum oblatione euchariſtię: non tamen
oblatio hęc faciẽda ẽ extra eccleſiã: nec
noctu, nec prãdio facto &c. Et quia iura

mentũ

mētum habet aliquid imperfectionis annexum. ſ. ſuſpitionem, uel timorem infidelitatis proximi, propter quem fit, ſiue exigitur iuramentum: ideo non eſt ſimpliciter appetendum: ſed dumtaxat in caſu neceſsitatis. Et tantum de hac queſtione.

DISTINCTIO. XXXX. & ultima.

IN prioribus diſtinctionib⁹ magiſter egit de p̄ceptis reſpicientibus executionem operis. In hac diſtinctione. xl. & finali huius tertij agit de ultimis duobus præceptis: quę reſpiciunt concupiſcentiam cordis. Et colligitur ſententia textus in his tribus concluſionibus. ¶ Prima eſt. A prioribus pręceptis uetātibus furtum, & męchiam, diſtant duo extrema: quia in illis prohibita ſunt opera: in iſtis concupiſcentia. ¶ Secunda. Lex comprimens manum, non animū generaliter ſitera occidēs uocatur: quia concupiſcentiam auget: gratiam non tribuit, quę per euangelium abundantius compræſtatur. ¶ Tertia. Euangelium diſtat a legis litera: quia diuerſa ſunt in eis promiſſa: diuerſa ſacramenta, & diuerſa non moralia: ſed cerimonialia pręcepta &c.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionem mouetur ultima quęſtio huius tertij: utrum a ueteri lege diſtet lex noua per pręcepta, ſacramenta, & promiſſa. ¶ Pro articulo primo præmittentur notabilia: & interpoſitis concluſionibus pro ſecūdo, adiungētur dubia pro tertio. ¶ Quā-

Arti. 1. Not. 1. Veteris legis triplicia ſunt pręcepta.

tum ad primum articulum notandum: & ex prædictis diſt. xxxvij. ſupponendum, ꝙ ueteris legis triplicia ſunt pręcepta: moralia, cerimonialia, & iudicialia, ad quę omnia tenebantur neceſſariò. De moralibus patet: de cerimonialibus probatur: nam licet Iudęi ſine peccato mortali poterant tangere mortuum: & ſic de alijs: tamen per hoc incurrebant immunditias, ſeu irregularitates quaſdam: & ſi non facerent illa, quæ in lege ordinabantur ad talium purificationem, peccabant mortaliter: ſicut explicatur ibi. Anima, quæ non fecerit ſic, uel ſic, morte moriatur: uel peribit de populo ſuo: & per illud intelligitur comminatio diuina mortis æternę. Ad iudicialia etiam omnia tenebantur uel per ſe, uel quando decerneretur per iudices eorum: & maximè per ſacerdotes leuitici generis, puta quando erat caſus apud iudices inferiores dubius: iuxta illud Deutero. Omnis anima, quæ contempſerit iudicium ſacerdotum, morte moriatur. ¶ In lege autem noua præcepta moralia ſunt eadem, quæ tunc: ſed magis explicita. Cerimonialia ſunt multò pauciora, & leuiora quę per Chriſtum ſunt impoſita. Iudicialia autem non ſunt per Chriſtum impoſita: ſed magis lex mititatis, & humilitatis, in qua non oportet habere iudicialia iuxta illud. j. ad Corin. vj. Omnino delictum eſt in uobis, ꝙ iudicia habetis inter uos. quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini. Hoc enim Chriſtus docuerat Matth. v. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam: præbe illi, & alteram. & ei, qui uult tecum in iudicio contendere; & unicam tuam tollere: dimitte ei & pallium &c. ¶ Ex quo patet grauitas ueteris legis ſuper nouam: nam comparando moralia ad moralia, dubium eſt utrum fuerit ęqualis grauitas: ut dicit Sco. quia dubium eſt, utrum illi tenebantur ad præcepta illa omnia, & eodem modo explicata ſicut nos tenemur modo: quia ſi ipſi non tenebantur ad pręcepta illa: niſi ſicut Iudęi interpretabantur: tunc licuit diligere amicum, & odio habere inimicum: & uxoribus dare libellum repudij. Ita enim docuerunt Phariſei ſimplices in populo: hoc autem non licet hodie Chriſtianis: & ita de quibuſdam alijs explicantibus præcepta mo-

B Grauitas ueteris teſtamenti reſpectu noui.

ralia: ut patet Matth. v. q ſi non: lex noſtra grauior eſt quantum ad moralia: ſed hęc grauitas non ęquiparatur illi, de qua ſtatim dicetur. ¶ Quantum ad cerimonialia dico, q lex illa uetus fuit multò grauior, quantum ad multitudinem, & quantum ad difficultatem obſeruandi. Aug. enim ad inquiſitiones Ianuarij: & habetur pars auctoritatis in decreto diſt. xij. c. omnia dicit q Rabbi moyſes enumerauit præcepta legalia plus quā 600. ad quæ omnia illi tenebantur, quorum quædam fuerunt ualde difficilia: puta q omne maſculinum ter in anno præſentaretur in Hieruſalem quantumcunq; diſtarent: & ſeptimum annum feriare. Vnde Petrus in actibus xv. Quare uultis diſcipulis imponere onus graue, quod nec nos nec patres noſtri portare potuimus. Lex autem noua ſecundum Aug. ibidem paucis, & manifeſtis ſacramentorū ritibus eſt contēta: non enim habet lex noua niſi ſeptem ſacramenta, quę nō ſunt omnibus chriſtianis neceſſaria. Non enim omnes cōtrahunt matrimonium: nec omnes ſuſcipiunt ordines: ſed neceſſaria ſunt baptiſmus, & poſt baptiſmū, & lapſum in mortale peccatum recidiuāti pœnitentia: ita q difficilius in noſtra lege, & eccleſia uidetur confeſsio. Difficile enim uidetur alicui peccata ſua (ſoli deo & ſibi nota) alicui homini reuelare: ſed ibi adhibita ſunt tot remedia: q propter talem reuelationem non oportet contitētem confundi. Obligatur enim audiēs ad maximum ſecreti ſigillū: alia ſacramenta forte non ſunt neceſſaria: uel ſi ſunt: ſunt tamen ſatis facilia: puta confirmatio, euchariſtia, extrema unctio. Quantum ergo ad cerimonialia longe facilior eſt lex noua, quantum a chriſto data eſt, quā lex uetus: & hęc eſt ſimpliciter leuitas, quę præponderat illi grauitati: ſi qua ſit maior in moralibus.

Noua lex excellit ueterem quātum ad adiutoria.

¶ Quantum ad iudicialia lex noua eſt leuiſsima: quia nulla iudicialia chriſtus inponit: ſi tamen loquimur de lege noua, inquātum non ſolum eſt a chriſto data: ſed inquantum eſt per alios declarata: uel inquantum ſuper eam alia ſunt addita. Quantum ad cerimonialia poteſt dici illud, quod dicit Aug. ubi ſupra; & adducitur etiam quantum ad iudicialia. Licitum eſt iudicibus ſtatuere leges propter pacem communem ſeruandam, huiuſmodi iſtas, quę fuerunt in lege Moyſi omnes, uel aliquas: & hoc quaſcunq; uel quotcunq; : & tenentur eas ſubditi ſeruare, dummodo non repugnent legi diuinæ: de quo diſt. ix c j. §. quicumq; ergo legibus. & quoad hoc poſſet poni maior grauitas in lege chriſtiana: quia non licuit tunc ſacerdotibus, & iudicibus condere leges quaſcunq;: ſicut modo licet principibus chriſtianis: ſic ergo breuiter pauciora ſunt onera legis chriſtianę (inquantum eſt tradita a chriſto) ſed forte plura: inquantum addita ſunt alia per eos, qui habent regere populum chriſtianum. Patet etiam grauitas ueteris legis ex defectu adiutoriorū ad obſeruandam legem datorum: quia paſsio chriſti exhibita plus meretur gratię illis, qui nunc credunt eam iam exhibitam: quā ipſa exhibenda meruit illis, qui eam crediderunt, ut exhibendam. Et ideo noſtra ſacramenta, quæ habent efficaciam in uirtute paſsionis chriſti iam exhibitę plus conferunt de gratia, quā ſacramenta ueteris legis. Habemus, & doctrinam magis explicitam: & exempla ſanctorum plura, & efficaciora ad imitandum: & etiam plura merita ſanctorum, qui non tantum ſibi, ſed & nobis meruerunt. ac nobis ſuis interceſſionibus auxiliantur. Eſt & adiutorium ualde notabile: quia nobis pro obſeruatione legis chriſtianæ promittitur explicitē uita æterna: illis autem rarò uel nunquam explicitē, niſi bona temporalia. Hæc omnia Sco. ¶ Quantum ad ſecundum articulum eſt hæc concluſio unica reſpōſalis. Lex noua gratię, & euangelij diſtat præceptis, ſacramentis & promiſsis a lege ueteri. Probatur concluſio quantum ad præcepta: quia licet ſint eadem præcepta moralia in utraq; lege: ſcilicet præcepta decalogi, ad quæ omnia moralia reducuntur: quę etiam a Chriſto approbantur in euangelio Matth. xix. &

Arti. 2. Concl. reſp. C

Marci.x.ubi repetit præcepta decalogi. præcepta tamen cerimonialia, & iudicialia in lege noua ſunt reuocata: ut patet Act. xv. & latè patet in epiſtolis ad Gal.& ad Heb.ubi oſtendit apoſtolus legem ſeruandam non eſſe quantum ad cerimonialia,quæ fuerunt umbra futurorum: contra inſurgentes hæreticos prędicantes legem obſeruãdam eſſe cũ euangelio.Probatur etiam quantum ad ſacramenta: quia ſi ſacramentum propriè accipitur, in ueteri teſtamento nõ fuerunt niſi duo ſacramenta: matrimonium,& circumciſio.ſi tamen matrimonium in ueteri lege fuit ſacramentum. hęc enim tantum contulerunt gratiam ex opere operato:ſed non tantam, quã tam ſacramenta nouę legis, ex cauſa tacta in primo articulo.Reliqua ſacramenta ueteris legis non fuerunt ſacramenta, niſi largè capiendo ſacramẽtum. Nõ enim contulerunt gratiam ex opere operato:ſed tantum ex deuotione ſuſcipientium,de quo latius tractandum eſt in quarto. Probatur etiam pro tertia parte,quia differunt in promiſsis: nam ſecundum beatum Diony.in cap.v. eccleſiaſticæ hierarchiæ prope medium. Lex noua media eſt inter eccleſiam cęleſtem, & ſtatum ueteris legis:& ideo æterna bona,quæ in cęleſti palam, & copioſè exhibentur:in noua lege manifeſtè promittuntur. In ueteri autem lege non promittebantur niſi ſub quibuſdam figuris. Vnde ad Heb.x. dicit apoſtolus. Vmbram habens lex futurorum bonorum.Vnde ſi aliquando in ueteri teſtamẽto promiſſa ſunt æterna: ſicut Abrahę dixit dominus. Ego merces tua magna nimis.Gen.xv.hoc ſub quadam figura, uel ſimilitudine temporalium factũ eſt. Vnde deus ſe conſtituit mercedẽ Abrahę ad literam quaſi remuneratorem in multitudine ſeminis: & in terrę promiſſæ collatione:uel etſi alicui perfectè promiſſa eſt merces ęterna:non tamen cõmuniter omnibus illius legis:ſicut in lege noua:ut dicit ſanctus Tho. Et tantũ

Arti. 3. de articulo ſecundo.¶ Quantum ad tertium

Dub. 1. articulum dubitatur primò iuxta

D primam concluſionem textualem, quò modo duobus ultimis præceptis prohibetur concupiſcentia cordis:cum tamẽ de ueteri teſtamento dicit Augu.ꝙ cõſtringit animum,non manum. Reſpondetur,ꝙ in omnibus moralibus præceptis non ſolum manus,ideſt operatio exterior comprimitur, ſed & animus. Cũ enim præcepta moralia inducunt ad actus uirtuoſos: & retrahunt ab actibus uitioſis,qui primò ſunt in animo: quia in uoluntate,ut ſupra dictum eſt: ergo primò,& principaliter comprimit animum in quantum ad moralia: ſecus de cerimonialibus,quæ fuere figuralia ex facto:non ex animi motu. Similiter,& de iudicialibus,quæ non puniebant intentionem animi:ſed factum; neque minabantur pęnas æternas reſpicientes animã immortalem, ſed pœnas corporales, & propter hoc etiam quoad moralia dicitur non exprimere, ſcilicet pœnam irrogando, aut minando animum: ſed manum ideſt pœnam corporis. Principaliter tamen dictum illud referendum eſt ad cerimonialia,& iudicialia: ut dicit magiſter.Etiam ex eo dicitur comprimere non animum: ſed manum quo ad moralia:quia in lege non eſt generalis prohibitio omnis mortiferæ concupiſcentiæ apertæ, & manifeſtæ: ſicut in euangelio. Eſt autem generalis prohibitio exterioris actus mortiferi.Vel etiã lex prohibet manum non animum ſecundum carnalem. Iudæorum intelligentiam, in qua tamen multum errabant. Cur autem concupiſcentia magis in furto,& fornicatione apertè prohibetur, quam in homicidio uel falſo teſtimonio:ratio eſt:quia obiectum furti, & fornicationis plus mouent concupiſcentiam, quàm homicidij,uel falſi teſtimonij. Nam obiectum furti eſt bonum utile: & obiectum fornicationis bonum delectabile: & ideo quia habent aliquam rationem boni, mouent appetitum:ſed non ſic de obiecto homicidij, quod eſt mors, quæ ſecundum ſe eſt horribilis: ſic & mendacium contra naturalem inclinationem, qua omnis homo deſiderat ſcire,& non falli. ¶ Secundo dubitatur, cur lex uetus di-

Dub. 2. E

Cur lex uetus dicitur occidens, & noua uiuificans.

citur lex occidens : & noua dicitur ui-
uificans ſecundum illud. ij. Corint. iij.
Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat.
Reſpondet ſanctus Bonauentura, quod
quadrupliciter aliquid dicitur uiuifica-
re: ſcilicet effectiue : & ſic ſolus deus ui-
uificat. Formaliter : ſic gratia expel-
lens peccatum animæ mortem, uiuifi-
cat. Affectu : ſic fides operans per di-
lectionem uiuificat. Exercitij uſu : ſic
mandata, quibus exercetur iuſtitia, ui-
uificant. In lege autem tria attendun-
tur, ſcilicet mouentia, ſicut promiſsio-
nes: dirigentia, ſicut præcepta: adiuuan
tia, ſicut ſacramenta. In lege noua iſta
ſunt ſpiritualia, quia promiſſa æterna:
mandata ad uiam morum intus animū
dirigentia, ſacramenta ſacrificantia :
quæ omnia ad ſpiritum pertinent : ideo
legi nouæ conuenit uiuificare triplici-
ter, formaliter, ratione gratiæ ſacramē-
talis: affectu ratione amoris ſpiritualis
ad quem excitant promiſſa : exercitio,
ratione multiplicitatis bonæ operatio-
nis tam præceptorum, quàm conſilio-
rum. In lege autem ueteri promiſſa
erant temporalia : præcepta exterius
regulantia, ſacramenta figuralia : & ſic
promiſſa non excitabant ad amorē ſpi-
ritualem : præcepta non dirigebant ad
iuſtitiam interiorem : ſacramenta non
adiuuabant ad faciliorem legis imple-
tionem : & ita non uiuificabant : quia
erat ibi oſtenſio culpæ : & non erat
adiutorium gratiæ : & per conſequens
dabatur occaſio concupiſcentiæ, quæ
traheret ad mortem, & ideo lex illa ſe-
cundum ſenſum literalem erat occidēs,
non ſecundum ſpiritualem: ſecundum
hunc enim concordabat cum euange-
lio : & hoc eſt, quod dicitur ad Roma.
vij. Peccatum per mandatum occaſio-
ne accepta ſeduxit me : & per illud oc-
cidit. ubi gloſ. Ex prohibitione nanque
ubi deficit charitas : deſiderium mali
creſcit, & ſic occaſionaliter occidit.
Nam ex hoc ipſo, ꝙ peccatum cōmemo
rando prohibebat: is in quo concupi-
ſcentia peccati extincta non erat, ma-
gis in ipſum exardeſcebat : ſicut cum
aqua oſtenditur ſitienti: ſiquidem ho-
mo ex natura corrupta cupidus malæ li-
bertatis nititur in uetitum. ¶ Tertiò du

Dub. 3. F

Cur lex uetus timoris dicitur, & noua amoris.

bitatur: cur lex uetus dicitur lex timo-
ris, noua uero lex amoris. Reſpondetur,
ꝙ ideo lex uetus lex timoris eſt, & no-
ua amoris: ſecundum beatū Thom. diſt.
præſenti q. iiij. art. ij. quia lex noua ex
oſtenſione diuinæ charitatis, initium
ſumpſit: quia in effuſione ſanguinis Ie-
ſu chriſti, quę fuit perfectiſsimę charita
tis: ſignum in eo etiam nouum teſtamē
tum confirmatum eſt: lex autem uetus
in oſtenſione diuinæ poteſtatis (quę ti-
morem incutit) initium ſumpſit. Vnde
& in ipſa legiſlatione propter fulgura,
uoces, & tonitrua terror audientes in-
uaſit, ut dicerent. Non loquatur no-
bis dominus, ne forte moriamur. Exod.
xx. Sic & lex uetus ad ſui obſeruantiam
homines inducebat per comminatio-
nem pœnarum: noua uero lex per be-
neficia exhibita, & ſperanda & hoc ſa-
tis competebat ſtatui humani generis:
ut prius quaſi rudis populus per timo-
rem pœnę cogeretur: poſtmodum uero
per amorem in bono proficeret. Sicut
enim timor eſt uia ad amorem : ita lex
uetus ad nouam. Deniq; lex uetus eſt
imperfectorum: ſecūdum illud ad Heb.
vij. Nihil ad perfectum adduxit lex. no-
ua uero perfectorum ſecundum illud
Matt. v. Eſtote perfecti, ſicut & pater
ueſter cœleſtis perfectus eſt. Imperfe-
ctorum autem eſt timere, ac cauere ma-
lum operari bonum timore pœnæ: perfe
ctorum uero eſt amare. Siquidem perfe
cta charitas foras mittit timorem: hanc
charitatem recepit chriſtus legiſlator
noſter: & tanquam ſignum ſuę legis, ac
diſcipulatus præſtituit, dicens Ioan. xiij.
In hoc cognoſcent omnes, ꝙ mei diſci
puli eſtis: ſi dilectionem habueritis adin
uicem. Quam nobis infundere, & infu-
ſam conſeruare dignetur, qui prior di-
lexit nos, & dedit ſemetipſum pro no-
bis, ut nos redimeret ab omni iniquita-
te. Dedit autem ſe pro nobis oblationē,
& hoſtiam deo patri in odorem ſuauita
tis. Cum quo regnat, & uiuit in unita-
te ſpiritus ſancti deus glorioſus in ſecula
ſeculorum benedictus. Amen.

Explicit collectorium, & epitoma tertij ſententiarum, editum ab eximio uiro magiſtro Gabriele Biel, ſacræ theologiæ licentiato profundiſsimo:

REGISTRVM TERTII.

† †† Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb.

Omnes ſunt quaterniones, præter Bbb Quieſt ternus.

Tertius ſententiarũ, i quo magiſter agit de deo, iquãtum relucet eius ſapiẽtia in opere reparationis lapſi hominis, diuiditur in duas partes principales.

- In prima agitur de ſolo capite eccleſiæ, chriſto ſcilicet reparatore quoad
  - Myſteriũ incarnatiõis eiuſdẽ
    - Naturæ humanę aſſumptæ
      - In ſe
        - veritatẽ pandit de
          - Natura aſſumente, diſt. j.
          - Aſſumptionis modo, & ordine. diſt. ij.
          - Conditione naturę aſſumptę, diſt. iij.
          - Aſſumptionis cauſa efficiente, diſt. iiij.
        - dubia ſoluit, diſtinctione. v.
      - unionem exprimẽtes
        - opiniones recitat, diſt. vj.
        - ad ꝓpoſitũ applicat, diſt. vij.
    - De collata ſibi perfectione.
      - In ſe quãtũ ad pfectiõis plenitudinẽ diſtin. xiij.
      - Quantũ ad idiomatũ cõicationẽ per ꝓpoſitiones. Cõſequẽtia unionem cõcernẽtes' De cõuenientib'.
        - naturę
          - diuię rõne naturę aſſũptæ, di. viij.
          - hũanę rõne pſonę aſſumẽtis, di. ix.
        - pſonæ
          - ſonantes in dignitatem diſt. x.
          - ſonãtes i defectũ
            - quãtũ ad idioma, qđ eſt creatura, diſt. xj.
            - quantũ ad cõſequẽtia creaturam, diſt. xij.
      - Cõparatiuè quãtũ ad pfectiones diuinas, diſt. xiiij.
  - Myſteriũ paſſionis quantũ ad eius
    - Initiũ & progreſſum
      - veritatem determinat
        - In ſe quoad eius
          - poſsibilitatẽ, di. xv.
          - neceſsitatẽ, diſt. xvj.
        - quãtũ ad eius effectum de
          - meriti principio, qđ eſt uolũtas, diſtin. xvij.
          - paſsionis merito quãtum ad
            - Chriſtum, diſt. xviij.
            - nos, diſtin. xix.
      - Congruitatem explanat, diſt. xx.
    - Terminum
      - Animæ, corporis, & deitatis ſeparatione, diſt. xxj.
      - Separatorũ cõſequẽte denoĩatiõe, di. xxij.
- In ſecũda de chriſto capite, ſimul, & mẽbris ei' quantũ ad pfectiones eorundẽ in
  - Habitib'
    - Theologicaliũ, Cardinalium diſ. 33. virtutũ
      - Fidei
        - ſcđm ſe quantũ ad eius ſubſtãtiã. di. 23.
        - in ordine ad
          - obiectũ, diſt. xxiiij.
          - ſubiectũ, diſt. xxv.
      - Spei, diſtin. xxvj.
      - Charitatis
        - ſcđm ſe, & eius præcepto. diſt. xxvij.
        - obiecto, diſtin. xxviij.
        - ordine, diſtin. xxix.
        - merito comparatiuè, diſtin. xxx.
        - creatè permanentia, diſt. xxxj.
        - Increatè ſufficientia, diſtin. xxxij.
    - Donorum.
      - In genere, & de dono timoris in ſpecie, diſt. xxxiiij.
      - In ſpecie de eorundem
        - diſtinctione, diſtin. xxxv.
        - connexione, diſtin. xxxvj.
  - Actibus præceptorum reſpicientium.
    - Executionem operis
      - quoad octo prima pcepta gñaliter ueritatẽ oſtẽdit: di. xxxvij.
      - quoad octauum præceptum ſpecialiter dubia abſoluit circa
        - mendacium, diſtin. xxxviij.
        - periurium, diſtin. xxxix.
    - Concupiſcentiam cordis, diſtin. xl.

Tertius ſententiarũ habet. xl. diſt. Et diuiditur in duas partes.

- In prima agitur de chriſti, (qui hominem lapſum ſua reparauit ſapientia)
  - Incarnatione a diſt. j. uſq; ad. xiiij. incluſiuè
  - Paſsione a diſtin. xv. uſq; ad diſtin. xxij. incluſiuè
- In ſecunda de perfectiõibus capitis chriſti, & membrorũ ei'.
  - Habitualibus
    - virtutũ
    - donorũ
    - a diſt. u. xxiij. uſq; ad diſtinctionem. xxxvj. incluſiuè.
  - Actualibus præceptorum a diſtin. xxvij. vſq; ad diſtin. xl.